



Mansi
Promptuarium Sa
crum

Tomus 3^o et 4^o

27







21a-6-12

Del Col^o de la Comp^a de Pns de Granada B.C.



Del. 17. 1785. Camp. in the month of June. 1785.

P R O M P T U A R I U M

S A C R U M A C M O R A L E,

CHRISTI IESV SALVATORIS NOSTRI, VIRGINISQUE MA-
tris MARIÆ, Vitæ ac Gestorum reconditissimis mysteriis, sanctorum Apo-
stolorum victricibus Trophæis, gloriosis Martyrum Lauris, pretiosis Sum-
morum Pontificum Tiaris, Episcoporumque Infulis, Confessorum divi Pignori-
bus, niveis sacratissimarum Virginum Corollis copiosè locupletatum:

H O C E S T,

D I S C U R S V S E X E G E T I C I

IN OMNES TOTIVS ANNI SOLEMNITATES, SANCTORVM-
que occurrentium, eorum præcipuè, qui in alma Vrbe sub præcepto
feriantur, Dies Festivus elegantissimè concinnati,

IN QVIBVS PER VIAM DISCURSVVM COPIOSISSIMA SACRA-
rum Scripturarum, Sententiarum sanctorum Patrum, aliarumque
Expositionum, quæ ex Vitis illorum Sanctorum, de quibus Festum
agitur, luculenter non minùs quàm aptè deducuntur,
messis subministratur,

AB ADM. REVERENDO ET DOCTISSIMO DOMINO

J O S E P H O M A N S I,

CONGREGATIONIS ORATORII IN ALMA VRBE PRESBYTERO
Italicè conscripti, nunc verò Latinè redditi, ac

IN QVATVOR TOMOS DIVISI.

T O M U S Q U A R T U S

TRES MENSES: OCTOBREM, NOVEMBREM, ET DECEMBREM
continens, & orditur à Festo S. Francisci, & finitur in Festo S. Sylvestri Papæ.

*Omnibus Divini Verbi Prædicatoribus, Animarum Pastoribus, sacra Scriptura Interpre-
tibus, Catechistis, Ascetiorum Directoribus perutilis & necessarius.*

CUM INDICIBUS NECESSARIIS,

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud JOANNEM WILHELMUM FRIESSEM, Bibliopolam, Anno M, DC, XC.

Permissu Superiorum,



I N D E X
THEMATVM ET DISCVRSVVM,
qui in hoc Tomo IV. continentur.

- DE SANCTO ET SERAPHICO
FRANCISCO ASSISINATE
Discursus septendecim.
DISCVRSVS I.
- S. Franciscus collabentis Ecclesiæ fulcrum fuit, prout summo Pontifici in visione fuerat præostensum, 2
In vita sua suffulsi domum, & in diebus suis corroboravit templum. Eccl. c. 50. v. 1.
- Disc. II.
- Seraphicus Patriarcha per suam Religioforumque sanctorum paupertatem & humilitatem sustentavit & suffulsi Ecclesiam, 7
Domini enim sunt cardines terre, & posuit super eos orbem. 1. Reg. c. 2. v. 8.
- Disc. III.
- De Seraphici viri laudibus sub stellæ cujusdam in candida nube consistentis simbolo tractatur, sub tali enim signo anima Sancti in morte visa fuit evolare, 11
Quasi stella matutina in medio nebula. Ecclesiast. c. 50. v. 6.
- Disc. IV.
- Laudes S. Francisci ex ejus paupertate deducuntur, 15
Franciscus pauper.
- Disc. V.
- De paupertatis Franciscanæ immensis divitiarum, 19
Similis enim visus est pauper. Pl. 48. v. 3.
- Disc. VI.
- De humilitate S. Francisci, quæ in ipso omnium gratiarum, honorum & virtutum, quibus locupletatus fuit, unicum centrum extitit, 23
Franciscus humilis.
- Disc. VII.
- De humilitate S. Francisci à Deo exaltata, 26
Franciscus humilis cælum dives ingreditur.
- Disc. VIII.
- S. Franciscus Innocentio III. instar palmæ cujusdam præostensus fuit, Quæ de re nonnulla exponuntur mytheria, 30
Statura tua assimilata est Palma. Cant. c. 7. v. 7.
- Disc. IX.
- In S. Francisco omnia merita, virtutes, dona & gratiæ, quæ in omnibus alijs Sanctis fuere dispersæ, veluti in quodam compendio conjunctæ effulserunt, 34
Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Matth. cap. 11.
- Disc. X.
- Aliquæ quæ inter Christum & ipsum intercesserunt similitudines, exponuntur, 37
Similis erit Deo in filiis Dei. Pl. 88. v. 7.
- Disc. XI.
- Stigmata S. Francisci batis & fulcrum quoddam fuerunt Ecclesiæ Dei, 41
Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, cognovit Dominus qui sunt ejus. 2. Timoch. 2. v. 19.
- Disc. XII.
- De Cruce, in qua S. Franciscus crucifixus fuit, 45
Christo confixus sum cruci. Ad Galat. 2. v. 9.
- Disc. XIII.
- De nonnullis mysteriis, ob quæ Christus stigmata sua S. Francisco impressurus Seraphimi cujusdam similitudinem induit, 49
Et volavit ad me unus de Seraphim. Isa. 6. v. 6.
- Disc. IV.
- Conferuntur ad invicem vulnera Christi & stigmata Francisci, 55
Quid sunt plaga ista? Zachar. c. 13. v. 6.
- Disc. XV.
- Gloria quæ S. Francisco ex stigmatibus obvenit, consideratur, 57
Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Ad Galat. 6. v. 14.
- Disc. XVI.
- De Cruce, quam S. Franciscus ad Christi imitationem sibi assumpsit; deque ejus erga Christi Passionem ardenti amore, 61
Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Matth. c. 16. v. 14.
- Disc. XVII.
- De stigmatibus S. Pauli juxta varias sacrorum interpretum expositiones Seraphico Francisco adaptata, 64
Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Ad Galat. c. 6. v. 17.

DE SS. APOST. SIMONE ET JUDA

Discursus quinque

DISCURSUS I.

Duos hosce sanctos Apostolos magnam quandam mundi partem, & quidem illos populos, qui maximi sunt Dei inimici, convertisse ostenditur. 68

In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Pl. 18. v. 5.

Disc. II.

De virtutibus & meritis horum Apostolorum sub caelorum symbolo fusiùs tractatur. 72

Caeli enarrant gloriam Dei. Pl. 18. v. 2.

Disc. III.

Hi Apostoli Christi præceptum adimpleverunt jubentes annuntiare pacem illis, qui eos in domos suas fulcì, iunt. 76

Intrantes autem domum salutate eam dicentes: Pax huic domui. Matth. 10. 12.

Disc. IV.

In adimplerione præcepti, quod Christus Collegio Apostolico de dilectione imposuit, insignes fuerunt. 79

Hoc est præceptum, ut diligatis in vicem, sicut dilexi vos. Joan. 15. v. 6.

Disc. V.

In iporum laudem mysteria quædam considerantur, ob quæ hoc Evangelium hodie specialiter legitur. 83

Si de mundo fuissetis, mundus, quod suumeras, diligeret; quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Joan. c. 15.

DE FESTIVITATE

OMNIUM SANCTORUM

Discursus septem.

DISCURSUS I.

De motivis, quæ nos ad festum omnium Sanctorum celebrandum inducere debent: necnon de motivis nos exstimulantibus ad porrigenda defunctorum animabus suffragia. 87

Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore Sanctorum omnium.

Miseremini mei, miseremini saltem vos amici mei.

Disc. II.

Varia ad hoc festum celebrandum motiva considerantur. 92

Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore Sanctorum omnium.

Disc. III.

De auxiliis, beneficiis, aliisque gratiis, quas à Sanctis recipimus. 95

Salutant vos omnes sancti. 2. Corinth. 13. v. 12.

Disc. IV.

Mirabilia quæ Deus in Sanctis operatur, variè considerantur. 98

Mirabilis Deus in Sanctis suis. Pl. 67. v. 36.

Disc. V.

De intercessione Sanctorum, necnon de orationum, quas pro nobis effundunt ad Deum, singulari efficacia & energia. 102

Omnes Sancti & Sancta Dei, intercedite pro nobis.

Disc. VI.

Ut intercessiones Sanctorum sint efficaces, necessum est ut iis per virtutum & exemplorum suorum imitationem cooperemur. 105

Et accedentes discipuli ejus rogabant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat ad nos. Matth. 15. v. 23.

Disc. VII.

In caelo cujusvis statûs & vocationis Sanctos esse ostenditur. 109

Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum.

DE S. CAROLO BORROMEO

Discursus novem.

Disc. I.

De Charitate S. Caroli. 113
Secundum nomen suum, sic & laus tua. Pl. 47 v. 11.

Disc. II.

De Pastoralis S. Caroli sollicitudine. 119
Ego sum pastor bonus; bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Joan. c. 10. v. 11.

Disc. III.

Ejus in obsequiis & veneratione rotius mundi posita profunda humilitas suspicitur. 125
Solâ gaudet humilitate Deus.

Disc. IV.

Ex lilii proprietatibus, ejusque spinis variæ sancti Caroli virtutes manifestantur. 131
Sicut lilium inter spinas. Cant. 2. v. 2.

Disc. V.

Quantum ornamenti sacra Purpuræ contulerit, ostenditur. 138
Coma capitis tui sicut purpura. Cant. c. 7. v. 5.

Disc. VI.

Cardinalitiæ dignitatis, & Archiepiscopalis auctoritatis.

thoritatē magnificentiā simul cum austeritate, humilitate & paupertate conjunxit 144.
Tabernaculum ita facies : cortinas de bysso & hyacintho, ac purpura, coccoq; bis tincto: facies & saga cilicina ad operiendum tectum tabernaculi. Exod. c. 26.

Disc. VII.

Quod S. Carolus mundum cum omnibus rebus suis, eo præcipue tempore, quo mundis ei vel maxime propitius & favorabilis erat, deseruerit, graviter ponderatur. 150

Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Galat. 6. v. 14.

Disc. VIII.

Benè ponderatâ dignitate in qua vixit, cum omnibus suis circumstantiis clarè iudè, neminem ei similem fuisse, deducitur. 155

Non est inventus similis ei.

Disc. IX.

S. Carolus æmulatus est præconia Angelorum, Patriarcharum veterum, Apostolorum, Martyrum, & Doctorum; omniq; status velut exemplar quoddam sanctitatis præluxit. 162

Similem fecit illum in gloria Sanctorum. Ecclesiastici c. 45. v. 2.

DE S. MARTINO EPISCOPO

ET CONFESORE

Discursus quinque

DISCURSUS I.

De donis, virtutibus, meritis & opetibus S. Martini planè admirandis. 169

Obœatum virum! ô virum ineffabilem! ô beatum Pontificem!

Disc. II.

Considerantur varii modi, quibus S. Martinus Martyr vocari potèst, licet suum pro Christo sanguinem non fuderit. 173

O sanctissima anima, quam et s. gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyris non amisit.

Disc. III.

S. Martino, qui gemma Sacerdotum appellatur, duodecim gemmæ rationali summi Sacerdotis insertæ adaptantur. 177

Martinus Episcopus migravit à saculo, vivit in Christo gemma Sacerdotum.

Disc. IV.

In responso à S. Martino discipulis suis dato: *Si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, multa considerantur actus virtutum.*

184

Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: fiat voluntas tua.

Disc. V.

De præcifa mediæ chlamydis dono, quod sanctus Martinus etiamnum miles pauperibus impertit, variae considerantur circumstantiæ. 186

Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexit.

DE S. CATHARINA VIRGINE

ET MARTYRE

Discursus quinque,

DISCURSUS I.

De admirabili ejus sapientia, multisque aliis virtutibus eam consequentibus. 193

Hæc est virgo sapiens.

Disc. II.

De rotæ, quæ juxta S. Catharinam pingi solet, mysteriis. 197

Et vidi, & ecce rota una juxta Cherub unum. Ezech. 10. v. 9.

Disc. III.

Nonnulla considerantur mysteria, ob quæ Deus corpus hujus sanctæ Virginis ab Angelis supra montem Sion portari voluit. 201

Deus qui dedisti legem Moysi in summitate montis Sinai, & in eodem loco corpus B. Catharinæ per sanctos Angelos tuos mirabiliter collocasti: præsta quæsumus, ut ejus meritis & intercessione ad montem qui Christus est, pervenire valeamus.

Disc. IV.

Deus in omnibus hujus Virginis virtutibus & actionibus manifestare voluit, in sam esse mulierem illam fortem, quam Sapiens tam studiosè quæsit. 205

Mulierem fortem quis inveniet? Prov. c. 31.

Disc. V.

Consideratur S. Catharinæ iuivctû animi robor in perhibendo fidei Christianæ testimonio; deq; gloria ex hoc in ipsam redundante. 208

Loquebar de testimonio tuo in conspectu Regum, & non confundebam. Ps. 118. v. 46.

DE S. ANDREA APOSTOLO

Discursus sex.

DISCURSUS I.

De amore, quo Christus S. Andream dilexit: ubi etiam circa illa verba: *In odorem suavitatis*, nonnulla declarat ones adducuntur. 212

Dilexit Andream Dominus in odore suavitatis

Disc.

THEMATUM ET DISCURSUM

Disc. II.

Analogiæ aliquot explicantur, quæ inter mortem & passionem Christi, & S. Andree passionem reperiantur. 215

Simili poenâ servus cum Domino afflictus est, & popularis homo Regi simili a passus. Sap. 18. 11.

Disc. III.

Diversæ adducuntur rationes, ob quas S. Andreas dignus Dei Apostolus appellatur. 219
Andreas dignus Dei Apostolus.

Disc. IV.

S. Andree lætitia, qua crucifixionis suæ tempore perfusus fuit, consideratur. 222

Proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Ad Hebr. c. 12. v. 2.

Disc. V.

De cruce spiritali S. Andree; & de patibulo in quo pependit, dum populum doceret. 225

Biduo vivens pendebat in cruce B. Andreas pro Christi nomine, & docebat populum.

Disc. VI.

Per varias sacrorum interpretum illis verbis: *Quàm speciosi pedes Evangelizantium*, adhibitæ interpretationes, altæ S. Andree virtutes & laudes considerantur. 230

Quàm speciosi pedes Evangelizantium. Rom. c. 10. v. 15.

DE CONCEPTIONE B. VIRGINIS

Discursus septem.

DISCURSUS I.

Conceptio B. Virginis absque macula originali facta consideratur ex eo, quia ante omnes creaturas in mente concepta fuit. 234

Nondum erant abyssi & ego jam concepta eram. Prov. 8.

Disc. II.

Cum Deus B. Virginem à macula originali eximere nôrit & possit, id ipsum quoque Deum fecisse credere convenit. 238

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cant. 4. v. 7.

Disc. III.

Beatam Virginem protho-parentibus nostris in gratia creatis nequaquam anteriorem fuisse ostenditur. 243

Inimicitias ponam inter te, & mulierem; ipsa conteret caput tuum. Gen. 3. v. 15.

Disc. IV.

Ex quo beata Virgo nobis velut luce amicta re-

præsentatur, ipsam nullas culpæ tenebras admisisse satis clare convincitur. 246

Ex te ortus est Sol justitiae Christus Deus noster.

Disc. V.

Ostenditur B. Virginem à macula originali exemptam fuisse, ex eo quod Christi Mater fuerit. 250

Jacob autem genuit Ioseph virum Maria, de qua natus est Iesus.

Disc. VI.

Hoc speciale privilegium præservationis ab originali B. Virginis debitum fuisse probatur rationibus, & nonnullis objectionibus responderetur. 253

Felix est Virgo Maria, & omni laude dignissima.

Disc. VII.

Pro Conceptione immaculata B. Virginis aliæ deducuntur rationes ex eo deductæ, quod templum Dei nominetur. 256

Beata Dei genitrix Maria virgo perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo.

DE S. LUCIA VIRGINE ET MARTYRE

Discursus quinque.

DISCURSUS I.

De mysteriis sive causis, ob quas S. Lucia immobilis facta fuit. 261

Tanto pondere fixis eam Spiritus sanctus, ut Virgo Christi immobilis permaneret.

Disc. II.

In vita & martyrio sanctæ hujus Virginis oculorum proprietates considerantur. 265

Illuminet oculos nostros. Baruch 1. v. 12.

Disc. III.

De verbis illis à S. Agatha ad S. Luciam dictis: *Iucundum Deo in tua virginitate habitaculum preparasti.* Discursus instituitur. 269

Iucundum Deo in tua virginitate habitaculum preparasti.

Disc. IV.

De præconiis & virtutibus sanctæ Lucie sub lucis symbolo agitur. 272

Iustorum semita quasi lux splendens. Prov. 4.

Disc. V.

Causæ ob quas sancta hæc Virgo columna immobilis appellatur, declarantur. 276

Columna es immobilis Lucia sponsa Christi.

DE S. THOMA APOSTOLO

Discursus sex.

DISCURSUS I.

Ex ethymologia nominis **Thomas**, quod idem significat quod abyssus, sapientia illa deducitur, qua mundum quoad Christi divinitatem erudit. 279

Thomas unus ex duodecim, qui dicitur Dydimus. Joan. c. 20.

Disc. II.

S. Thomæ fidelitas & fervor, quo se mortalibus pro Christo periculis exposuit, consideratur. 282

Dixit ergo Thomas qui dicitur Dydimus ad discipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Joan. c. 11. v. 16.

Disc. III.

Nonnulla considerantur motiva, ob quæ Ecclesia in hujus Apostoli laudem tali Evangelio hodie utitur, in quo de ejus incredulitate fit mentio. 285

Nisi videro in manibus ejus fixuram clavarii, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam. Joan. c. 20.

Disc. IV.

S. Thomas quoad suam incredulitatem defenditur. 288

Noli esse incredulus, sed fidelis. Joan. c. 20.

Disc. V.

Agitur de nonnullis bonis, quæ ex hujus sancti Apostoli incredulitate consequuntur, necnon de quibusdam mysteriis, in verbis illis: *Domini meus, & Deus meus* latentibus. 291

Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Joan. c. 20.

Disc. VI.

Excusatur ambitiosa à S. Thoma Christo propostita petitio, dum manus suas in opulentissimum illud factorum vulnere ararium immittendi licentiam postulavit. 294

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas; & asser manum tuam, & mitte in latus meum. Joan. c. 20.

DE NATIVITATE CHRISTI

Discursus tredecim.

DISCURSUS I.

De ingratitude humana, qua Christum in sua Nativitate homines recipere renuerunt; nec-

non de modo, quo ipsum spiritualiter parturire possimus. 298

Non erat ei locus in diversorio. Luc. c. 2. v. 7.

Disc. II.

Omnes creaturæ creatorem suum recipere certatim contendunt, solo homine, licet pro eo nascatur, excepto. 302

Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognovit. Illa. c. 1. v. 3.

Disc. III.

Christi divinitas per comparisonem ad utilitatem corporis assumpti consideratur; necnon Nativitatis ejus prodigia tantæ humilitati ponderantur conjuncta. 305

Verbum caro factum est.

Disc. IV.

Rationes declarantur, ob quas in stabulo nasci voluit. 308

Et peperit filium suum primogenitum, & reclinarit eum in præsepio. Luc. c. 2. v. 5.

Disc. V.

Alia quædam considerantur motiva, ob quæ Salvator noster in præsepio quodam nasci voluit. 311

Et reclinarit eum in præsepio. Luc. c. 2. v. 9

Disc. VI.

Christus natus est, ut totus totaliter noster esset. 314

Natus est vobis hodie Salvator. Luc. c. 2. v. 11.

Disc. VII.

De pannis, quibus nascens in terra Dei Filius involvi voluit. 317

Et pannis eum involvit. Luc. c. 2. v. 7.

Disc. VIII.

Explicantur mysteria ob quæ in Bethlehem nasci voluit; pariterque ostenditur, quod ad hoc ut celestem hunc panem dignè degustare valeamus, pastores à nobis imitandi sint. 320

Pastores loquebantur ad invicem, transeamus usque Bethlehem.

Disc. IX.

De quibusdam motivis, ob quæ Christus natus, ante quosvis alios se pastoribus manifestare voluerit. 323

Et pastores erant in eadem regione vigilantes: & ecce Angelus Domini stetit juxta illos. Luc. c. 2. v. 9.

Disc. X.

Nonnulla adducuntur mysteria, cur in specie renelli infantuli in hunc mundum venire voluerit. 326

Hoc

THEMATUM ET DISCURSUM

Hoc vobis signum, invenietis infantem, Luc. 2.
 Disc. XI.
 Varia considerantur Nativitatis Christi prodigia, 350
Mirati sunt, Luc. c. 2.
 Disc. XII.
 De gloria quam annuntiaverunt Angeli. 333
Gloria in altissimis Deo. Luc. 2. 14.
 Disc. XIII.
 De pace quam Angeli hominibus bonæ voluntatis annuntiaverunt, 337
Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2.

DE S. STEPHANO PROTHOMART.

Discursus octo.

DISCURSUS I.

S. Stephanus nati Regis est corona tot lapidibus exornata pretiosis, quot in eo rutilantes resplendunt virtutes. 341

Christum natum, qui beatum hodie corona vitæ Stephanum, venite adoremus.

Disc. II.

De fortitudine S. Stephani, quæ ex continuis heroicarum virtutum actibus elucet. 345

Stephanus plenus fortitudine.

Disc. III.

Qualiter S. Stephanus omnibus Spiritus sancti donis & fructibus diatus fuerit, demonstratur. 349

Stephanus plenus Spiritu sancto,

Disc. IV.

De dulcedine consolationum cælestium, quas sanctissimus Martyr inter lapidum imbrem percepit. 353

Lapides torrentis illi dulces fuerunt.

Disc. V.

Symbolicæ quædam inter Christum & sanctum Prothomartyrem Stephanum proponuntur similitudines. 358

In hoc vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. 1 Pet. 2. 12.

Disc. VI.

Mysteria enucleantur, per quæ Deus disposuisse videtur, ut primus legis novæ in Ecclesia Martyr gravi lapidum pondere mortem subiret. 361

Lapidabant Stephanum.

Disc. VII.

Quare S. Stephanus apparuerit instar Angeli? 365

Et intrantes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli.

Disc. VIII.

Quare Christus in martyrio S. Stephani de cælo le eidem videndum exhibuerit. 368

Ecce video cælos apertos, & IESVM stantem à dextris virtutis Dei.

DE S. JOANNE APOSTOLO

Discursus novem.

DISCURSUS I.

S. Joannes super omnes alios Apostolos amatus fuit, ejusdemque amoris signa nonnulla subnectuntur. 371

Discipulus quem diligebat IESVS

Disc. II.

Rationes, ob quas Christus S. Joannem præ cæteris Apostolis plus dilexerit, adducuntur, deque variis, in eisdemque examinis ejus virtutibus & meritis disseritur. 375

Privilegio amoris præcipui cæteris aliis à Domino meruit honorari.

Disc. III.

De quiete, qua S. Joannes supra pectus Christi perfruitus fuit. 379

Recubuit in cæna super pectus ejus.

Disc. IV.

De meritis S. Joannis, propter quæ à Christo supra omnes alios elevatus fuit. 382

Cæteris aliis à Domino meruit honorari.

Disc. V.

De privilegio singulari S. Joannis, quo loco Christi beatissimam Virginem Mariam habere meruit in matrem. 385

Dicit discipulo: Ecce mater tua; & ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Joan. c. 19.

Disc. VI.

Aliæ quædam ob virginitatem purissimam sancti Joannis considerantur excellentiæ. 388

Virgo electus ab ipso, virgo in ævum permansit.

Disc. VII.

De sapientia S. Joannis sub symbolo aquilæ exhibita. 391

Aquila grandis magnarum alarum venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri. Ezech. cap. 17. 3.

Disc. VIII.

Motivum amandi S. Joannem præ cæteris Apostolis fuit singularis ejus virginitas. 394

Diligebat autem IESVS, quoniam specialis prærogativa castitatis ampliori dilectione fecerit.

INDEX THEMATUM ET DISCURSuum.

*vat dignum, quia virgo electus ab ipso virgo
in avum permansit.*

Disc. IX.

- S. Joannes velut solidum Ecclesiæ fulcrum &
columna consideratur. 379
*Faciam illum columnam in templo Dei mei. A-
pocal. 3. v. 12.*

IN FESTO

SANCTORUM INNOCENTUM

Discursus sex.

Discursus I.

Aliqua circa fugam Christi mysteria confide-
rantur. 401

*Surge & accipe puerum, & matrem ejus, & fu-
ge. Matth. c. 2.*

Disc. II.

De eo quod Christus specialissimè fugerit, cau-
sæ examinantur. 404

Fuge in Ægyptum, & esto ibi. Matth. 2.

Disc. III.

De sanctorum Innocentum præconiis, & quanti
Deus illos semper æstimarit. 408

Innocentes pro Christo infantes occisi sunt.

Disc. IV.

Exponuntur causæ cur sancti hi Innocentes pri-
mitæ & flores Martyrum appellentur. 411

*Hi empti sunt ex hominibus primitia Deo &
Agnos. Apoc. 12.*

Disc. V.

Super hodiernæ Festivitatæ Evangelium variæ
instituantur considerationes. 414

*Fuge in Ægyptum, futurum est enim ut Herodes
quærat puerum ad perdendum eum. Matth.
cap. 2.*

Disc. VI.

De illatis Herodi suppliciiis in fuga Christi, &
strage sanctorum Innocentum. 617

*Secessit in Ægyptum, & erat ibi usque ad obi-
tum Herodis!*

DE SANCTO SYLVESTRO PAPA

Discursus quinque.

Discursus I.

S. Sylvester Sacerdotis magni titulum jure opti-
mo meritus fuit. 421

Ecce sacerdos magnus.

Disc. II.

Sanctum hunc Pontificem voluntati & benepla-
cito Dei per omnia perfectè correspondisse
testatur. 425

*In diebus suis placuit Deo, & inventus est
justus.*

Disc. III.

Gloria S. Sylvestri, quam sibi ex eo comparavit,
quod fluctuantem Ecclesiæ naviculam suo
tempore in securitatis portum reduxerit,
consideratur. 429

In tempore iracundia factus est reconciliatio.

Disc. IV.

Summa Sylvestri sanctitas, qua in honorum &
dignitatum culmine præfulsit, admirabilis esse
ostenditur. 432

*Beatus dives qui inventus est sine macula, &
qui post aurum non abiit, nec speravit in
pecunia & thesauris. Quis est hic & lauda-
bimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.*

Disc. V.

Exponuntur causæ, cur Ecclesia huic adeo ce-
lebri & famoso Pontifici Evangelium, quod
de Confessoribus non Pontificibus legi solet,
hodie adaptet? 436

*Et vos estote parati, quia quæ hora non putatis,
filius hominis venit.*

D E

SANCTO ET SERAPHICO
FRANCISCO
ASSISINATE
DISCURSVS SEPTEMDECIM.

- DISCURSUS I. S. Franciscus labentis & corruentis Ecclesiæ fulcrum fuit, prouti summo Pontifici in visione fuerat præostensum.
- DISCURSUS II. Seraphicus Patriarcha per suam, Religiosorumque suorum paupertatem & humilitatem sustentavit & suffulsiit Ecclesiam.
- DISCURSUS III. De Seraphici viri laudibus sub stellæ cujusdam in candida nube consistentis Symbolo tractatur, sub tali etenim signo anima sancti in monte visa fuit.
- DISCURSUS IV. Laudes S. Francisci ex ejus paupertate deducuntur.
- DISCURSUS V. De paupertatis Franciscanæ immensis divitiis.
- DISCURSUS VI. De humilitate S. Francisci, quæ in ipso omnium gratiarum, virtutum & donorum quibus locupletatus fuit, unicum centrum extitit.
- DISCURSUS VII. De humilitate S. Francisci à Deo exaltata tractatur.
- DISCURSUS VIII. S. Franciscus Innocentio III. instar palmæ cujusdam præostensus fuit; qua de re aliqua exponuntur mysteria.
- DISCURSUS IX. In S. Francisco omnia merita, virtutes, dona, & gratiæ, quæ in omnibus aliis sanctis fuere dispersæ, veluti in brevi quodam compendio conjunctæ effulserunt.
- DISCURSUS X. Aliquæ, quæ inter Christum & ipsum intercesserunt, similitudines exponuntur.
- DISCURSUS XI. Stigmata S. Francisci basis & fulcrum quoddam fuerunt Ecclesiæ Dei.
- DISCURSUS XII. De Cruce, in qua crucifixus fuit.
- DISCURSUS XIII. De nonnullis mysteriis, ob quæ Christus stigmata sua S. Francisco impressurus Seraphini cujusdam induit similitudinem.
- DISCURSUS XIV. Conferuntur ad invicem vulnera Christi & stigmata S. Francisci.
- DISCURSUS XV. Gloria, quæ S. Francisco ex stigmatibus obvenit, consideratur.

DISCURSUS XVI. De Cruce, quam S. Franciscus ad Christi imitationem sibi assumpsit, deq; ejus erga Christi Passionem ardenti amore.

DISCURSUS XVII. De stigmatibus S. Pauli juxta varias sacrorum interpretum expositiones Seraphico Francisco adaptatis.

S. Franciscus collabentis Ecclesiae fulcrum fuit, prouti summo Pontifici in visione fuerat præostensum.

DISCURSUS PRIMVS.

In vita sua suffulsi domum, & in diebus suis corroboravi templum. Eccl. cap. 50.

V. I.

Hom. 10.
in Ezech.

Celebre est axioma illud S. Gregorii dicentis: *In Sanctorum vita cognoscimus, quid in sacra Scriptura volumine intelligere debeamus.* Cum enim omnia veteris testamenti facinora, eorum, quæ in novo faciendæ erant, figuræ fuerint, juxta illud S. Pauli oraculum: *Omnia in figura continebant illis* consequens est, ut ex multis gestis factisque heroicis, quæ in Sanctorum Evangelicæ legis vitis leguntur, prophetarum vaticinia tot ante secula in sacris literis exarata, cæteroquin obscurata clarius & perfectius intelligamus.

1. Cor. 10.
11.

2. Et quidem quis est, qui in hoc Oniæ filio, de quo Ecclesiasticus scribit, S. Franciscum ad vivum delineatum esse clarè non videat, utpote qui Ecclesiae cæteroquin vacillantis & ruinæ proximæ verus quidam Atlas fuisse noleat. *Suffulsi domum, & corroboravi templum.* Nullibi enim summus hic sacerdos Oniæ filius pro reparandis sacri Templi Hierosolymitani ruinis suos supposituisse humeros reperitur, sicut S. Franciscum fecisse in ejus vita legitur: & idem in vita S. Francisci cognoscimus, quid in præcitati thematicis verbis intelligere debemus, siquidem in lectionibus matutinalibus hodie ita de eo legimus: *Cum æcedentem ad se summus Pontifex Innocentius III. rejecisset;*

quod in somnis postea sibi ille, quem repulerat, collabentem Lateranensem Basilicam suis humeris sustinere visus esset conquistum accersisse jussit benigneque accipiens, omnem ejus institutorum rationem confirmavit. S. Bonaventura in historia Sancti, quam egregiè conscripsit, refert, Papam vidisse Ecclesiam S. Joannis in Laterano, quæ universalem repræsentat Ecclesiam, proximam jam ruinæ, quam quidam homo pauperculus, modicus & despectus proprio dorso submisso, ne caderet, sustentabat Ecclesiam. Verè, inquit hic est ille (subjunxit ex instinctu utique superiori Innocentius) qui opere & doctrina Christi sustentabit Ecclesiam.

10 cap. 3.

3. Eminentissimus Cardinalis Baronius in Annalibus Ecclesiasticis, quando de hujus viri natalitate agit, ita scripsit: *Ita planè Deus Ecclesiam suam in deterius declinantem & collabentem, jam depravatam morum disciplina, ad erigendam eam in consistorio divini spiritus Apostolicam hunc formavit hominem.* S. Franciscus primis diebus, quibus à Deo in sui sequelam vocatus fuerat, ab oraculo cælesti hæc auribus suis verba insonari audivit: *Francisce, vade, & repara domum meam, quæ, ut cernis, tota destruitur.* Cumque in virtute humilitatis, sui que ipsius contemptu optimè ac solidissimè fundatus esset, ne suspicari quidem potuit, se in totius collabentis Ecclesiae fulcrum & su-

Cap. 2.

& sustentaculum à Deo electum fuisse, idèd vino prædicto oraculo obtemperare volens, ad Ecclesiam S. Damiani, quæ eo tempore evidentem minabatur ruinam, & quotidie ne corrueret periclitabatur, restaurandam animum adjecit: *Licet principaliter intentio verbi ad eam ferretur, quam Christus suo sanguine acquisivit, sicut eum Spiritus sanctus edocuit, & ipse postmodum fratribus revelavit.*

Ser. 33. in
Cant.
Isa. 38. 17

4 S. Bernardus Ecclesiæ lamenta, à multis retrò sæculis ab Isaia hisce verbis prædicta: *Ecce in pace amaritudo mea amarissima, declarare volens dicit: Amara prius in nece Martyrum; amarior post in constitutu hæreticorum; amarissima nunc in moribus domesticorum.* Non poterat miserabilis ille status, in qua procellis undique conquassata Petri navicula tempore S. Francisci consistebat clariùs & perspicacius nobis ob oculos representari, quam jam dictis verbis, si Bernardi illis expositio adhibeatur, cum ecce Divina providentia eidem de Anchora quadam prospexit, quæ ipsam inter tot tempestatum procellas firmam, stabilem, & inconcussam servavit, ne ullum passa fuerit naufragii periculum, tamen si procellæ & turbines quæ ipsam agitabant ab Idololatriis, Hæreticis, & pessimis Christianis ex æquo moti fuerint.

Luc.
Wad.
appar. 5
36.

5. Ingeniosè ab Annalium Franciscanorum autore observatur, quod dum sanctus & Seraphicus Patriarcha coram Episcopo Assisinate renunciaret, Prælati ille nudum Franciscum ubi suis amplexatus dulciter fuerit: *Mysteriosè mundum fugiens, & Ecclesia futurus Athleta, ipsius Ecclesia tanquam securi asyli charis ulnis excipitur* ecce igitur ejus compensandis beneficiis correspondentiam & gratitudinem, quam eandem Ecclesiam sustentando & defendendo satis superque demonstrat

6. Ut autem memoratam paulò ante à S. Bernardo triplicem Ecclesiæ persecutionem tempore sancti Francisci in summo gradu viguisse demonstrè, à prima exordior persecutione, videlicet gentiliù Paganorum, hæc enim illis temporibus in pluribus Christianismi partibus vigeat; In cuius probationem sufficiat quinque Religiosorum ordinis sui tempore viventis Francisci Marocci perpeffam allegare martyrium, quod S. Antonio Paduano stimulum addidit ut relicto Canonicorum Regularium instituto hanc quoque Religionem san-

cti Francisci amplecteretur, avidus quoque & ipse pro fidei defensione sanguinem suum fundere. Imò prædictos velim legitore annales, inveniatis enim filios sancti Francisci in tot terrarum Provinciis & regnis cum manifesto vitæ suæ dispendio, Evangelium certatim annuntiasse fidemque diversis in locis plantando stabilivisse, & sustentasse Ecclesiam, verificando id quod quondam Leo Magnus de ejus scribit persecutoribus: *Nescientes Ecclesiam Dei per furorem sua crudelitatis augeri, quoniam in suppliciis & mortibus beatorum Martyrum, qui putabantur minui numero, multiplicabantur exemplo.*

Fer. 6. de
Epipl.

7. *Amarior in conflictu hæreticorum* Eodera quoque miserabili sæculo, plusquam alias unquam hæreses adversus Catholico-Romanam Ecclesiam, cui tunc Alexander III. præsidebat, invaluerant, cujus etiam Fredericus Barbarossa Imperator implacabilis inimicus erat, utpote qui adversus præfatum Alexandrum quatuor omnino Antipapas creaverat, adeoque de Romanidem tunc dici poterat, quod pro eo tempore quo Petrus Romæ primitus pedem intravit, idem Leo Pontifex de eadem Roma scribit: *Cum penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium serviebat erroribus.* In Francia similiter Almatianorum hæresis vigeat; Item Albigenes venenum suum adeo diffuderant, ut bene multas in Francia Civitates eodem toxico perniciosissimo infecerint; denique orientem pariformiter Maronitarum, Georgianorum, Humilium aliique diversi errores pervadebant; & ut unico verbo absolvam, fides & Religio Catholico Christiana adeo prostrata & perturbata humi serpebat, ut undequaque suos convocasse ministros videretur Diabolus & omnem exercuisse, contra sanctam Ecclesiam potestatem; ut immaculatam à Christo & Apostolis receptam commacularet veritatem; vel ad mundi finem duraturam sacram omnino tolleret destrinam.

De Nat.
Ap. Petri
& Pauli.
Wad. in
appar. ad
ann.

8. *Amarissima in moribus domesticorum.* Fuitque hæc tertia Ecclesiam derastans persecutio. Etenim quidam illorum temporum author ita scribit: *increbuerat tunc ex hæreticorum multitudine, & Imperatorum temeritate tanta clericorum, & improborum virorum licentia, ut nulla religionis facies in Ecclesia Dei cognosceretur.* Neque enim solus

Iac. Ber-
gon. lib.
13. ad
ann. 1217

In com-
ment. Se-
Fride.

*dul. in vi-
ta S. Fran*

Fridericus Barbarossa Apostolicam hanc naviculam per multos annos oro viribus concussit, verum etiam eidem Fridericus II. successit, qui *ubi Imperator appellatus est*, illico in Romanam Ecclesiam insanire. omniaque laceare & rapere cepit; omnem namque promovit hæresim, Mahometanæ sectæ author fuit, persecutor fuit Ecclesiasticorum adeo ut ipsos quoque S. R. E. Cardinales squallidis in carceribus vincetos tenuerit. *Multis annis* inquit præfatus Annalium author *per malus semper potens, expulsi ubique boni mores & corrupti subintroducti*; adeoque tunc in veritate dici potuit: *Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum*. Nunquid igitur justam summus Pontifex causam habuit, ut Ecclesiam sibi à Deo in somno repræsentatam veluti collabentem & ruinæ proximam conspiceret? equodnam vero providentia divina, quæ inviolabilem hanc promissionem Ecclesiæ fecerat: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi*. Item: *Portæ inferi non prævalent adversus eam*; quodnam inquam ingentibus hæc malis coercendis & abolendis procuravit remedium? nimirum, oculum tuum in virum quendam extrinsecus vilem, abjectum, idiotam, natalitiorum & perfectionis paulominus quam mediocrem, consicito, eique imperato: *Vade & repara domum meam, quæ ut cer. is tota destruitur*.

9. Enim verò de barbitonfore quodam legisse me meminì, quòd is domum suam ob murorum à se invicem dissolutionem, ruinam comminati videns, intra illas murorum patulas rimas aliquos sancti Francisci Capillos ingesserit, factumque sit quod muri domus illius admiranda cum stabilitate inter se reuniti & fortificati fuerint. Ecce quonam modo S. Franciscum ruinosos domus Dei parietes sive muros restaurasse existimatis? certè non per adhesionem & potentiam Principum, prouti Constantini Magni tempore factum fuit, sed per capillos suos, id est, per humilitatem, paupertatem, & lippius suorūque generosum contemptum: *Quam quidam homo pauperulus, modicus, & despectus, proprio dorso submisso, ne caderet, sustentabat*. Vel etiam dicere possumus Capillos, id est,

cogitationes Francisci, ad solum malorum morum, & disciplinæ Ecclesiasticæ reformationem, ad veræ fidei stabilitentum, nec non ad hæresum extirpationem unice intentas muros hujus domus Dei cæteroque ruinosos integrè refarcivisse, addè ut de eo dici possit quod *suffulsit domum, & corroboravit templum*.

10. Notandum est igitur quales sint illius nunquam errantis Providentiæ divinæ periodi; nam quando Ecclesia, ut paulò ante diximus, sæculo post Christi adventum tertio per truculentissimas tot tyrannorum persecutiones ad ultimum quasi exterminium redacta erat, de Augustissimo illo mundi Monarcha Constantino Maguo providit, qui postquam veræ fidei agnitione imbutus, sanctoque baptismatis lavacro locus esset eandem adeo validè erexit, ut in ea spiritali auctoritati temporalem quoque Jurisdictionem conjunxerit, eamque ingentibus thesauris locupletatam ad illud usque felicitatis fastigium evexerit, ut ad sublimis culmen à nullo deinceps mundi Monarcha evehì potuisset: at vero quando ingens illa Ecclesiæ moles variis ex capitibus superius insinuat de novo vacillare cœperat, ut imminens illius ruina caveretur & suffulciretur, eidem de pauperulo quodam homine, id est, de viro quodam providit, cui hic attribuitur titulus, quod scilicet *pauperulus nudus & despectus*; neque id sanè mirum videri debet, siquidem de Apostolis qui pauperes, idiotæ, rudes & abjecti piscatores erant, quique ærumnis & laboribus assueti, pluvii, ventis, aliisque omnibus temporum injuriis continuè exposebantur, dicitur ab Ecclesia: *Isti sunt qui viventes in carne plantaverunt Ecclesiam sanguine suo* ut vel sic manifestum omnibus fieret, quòd munus plantandi, sustentandi & erigendi Ecclesiam non sit opus virorum voluptuosorum, aut in honoribus atque divitiis molliter & commodè viventium, sed potius ad id destinandi sint viri laboribus, ærumnis paupertati, suiq; ipsius profundo contemptui assueti & totaliter dediti.

11. Cardinalis de Vitriaco in Historiis Occidentalibus ad Religionem S. Francisci, recenter ab eo erectam, describendam descendens, inquit: *Si Ecclesia primitiva statum & ordinem à ligenter attendamus, non tam novam edidit Regulam, quam veterem, renova-*

Epist. 41.
ad Sen.
Episc.

vit, revelavit jacentem & pene mortuam suscitavit Religionem. Unde propriissimo certè honoratur Epitheto quando *Tortus Apostolus* appellatur. Ejus etenim tempore in manifestam ruinam Ecclesiam redegerant Ecclesiasticorum pompæ & fastus intolerabilis, nec non pessimi omnium aliorum mores & vitia. Unde sanctus Abbas Claravallensis sui sæculi & temporis Prælatos hisce verbis salubriter monebat, dicens: *in omnibus exemplo Apostoli honorificabitis ministerium vestrum; honorificabitis autem non cultu vestrum, non fastu equorum, non amplis adificiis sed moribus ornatis studiis spiritualibus & bonis operibus.*

Ser. 6. E.
piph.

10. Porrò hæc persecutio, quæ in Ecclesiam truculentius, quam unquam quævis alia eveniens, manifesto Ecclesiam exponebat corruendi periculo, conformis planè fuit illi, quàm is, qui eam tanto cum zelo gubernavit, Leo videlicet Magnus hisce verbis detexit: *Interdicitum dolet sanguis Christiani effusum, de tyranno infernali loquitur. Quamvis calamitosissimis S. Francisci temporibus etiam sanguis per multorum persecutorum crudelitatem è filiorum suorum corporibus in quavis mundi parte copiosè manavit. Et quorum obtinere non potest mortem, implet mores. Ubi vides aliam quandam persecutionis speciem, qua Christiani laceffabantur: Terræ res proscriptorum in vestra mutavit incendium, & quæ damnis non ferret, cupiditate corripit. Sed ecce, ut sit, qui huic se inimico opponat, vir quidam totaliter nudus, pauper & humilis à Deo eligitur: depravatam morum disciplinam, ad erigendam eam in conspectu Divini spiritus Apostolus eum hunc formavit hominem. Legatis velim Isaiam, qui Propheta Evangelicus idè præcipuè nominatur, quòd futuros in nova lege gratiæ eventus clarissimè prædixerit, legatis inquam illum in Cap. 66. ubi in principio Deus domus suæ, id est, Ecclesiæ mentionem faciens dicit: *Qua est ista domus, quam adificabitis mihi? Et paulò post subjungit: Ad quem autem respiciam? quasi d cere vellet; quòd si domus hæc ruinam comminabitur in futuro, quis illam sustentabit? quis sartam illam rectamque conservabit? in quemnam providentiæ meæ oculum dirigam? Quisnam restaurationis instituendæ fundamentum erit?**

*Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu? Quæ verba de nullo aptius, quàm de Franc. Leo verificari possunt, de quo dicitur: *Quidam homo pauperculus, pauper & humilis.**

13. *Suffulsi domum*, id est; ut Hugo Cardinalis ait: *Ecclesiam exemplo sua conversationis; Ipse namque non solum Ecclesiam exemplaritate & sanctitate personæ suæ, quæ ad instar luminosissimi Solis tot vitiorum, tantorumque errorum tenebras per universum mundum dissipavit, verum etiam idipsum per sanctitatem, doctrinam, & heroica filiorum suorum opera præstitit, utpote qui non solum in illa ætate, sed ad finem usque mundi ad Ecclesiæ utilitatem, tanquam totidem stellæ relucebunt. Enimverò quòd si dona supernaturalia, quibus Seraphicus Patriarcha locupletatus fuit ritè considerentur, quis illa unquam sufficienter enarrare poterit? Ipse namque à primo vitæ suæ exordio, & quasi ab utero materno innocentiam secum in hunc mundum intulisse, & deinceps eandem conservasse videtur. Et quidem quòd nunquam mortaliter lapsus fuerit, hoc velut efficacissima argumenta demonstrant, Prædestinationis suæ ei facta revelatio, in statu gratiæ obrenta confirmatio, scientia infusa, donum Prophetiæ, occultaque alienorum cordium arcana penetrandi facultas, gratia miraculorum, ab animalibus ei præstita promptissima obedientia, super elementa ipsi collata mira potestas atque dominium, visiones, extases, revelationes. Quibus addi possunt admirandæ ipsius virtutes, scilicet virginalis puritas, altissima paupertas, incredibilis humilitas, ferventissima charitas, zelus, mansuetudo, pietas, constantia, patientia, mortificatio, omnesque aliæ perfectiones, quæ in altissimo gradu in ipso resplenderunt, quæ hæcenus semper eminentissimi Ecclesiæ Dei Sanctis lucidissimi speculi loco fuerunt, eruntque deinceps, in quod imitandum mentis & considerationis suæ oculos desigant.*

14. *Suffulsi domum*, id est, ut idem Hugo Cardinalis ait *Ecclesiam fulcimen quo prædicationis salvatoris namque exemplo & imitatione à principio inchoati ordinis duodecim è suis per mundum dispersit, qui ad instar Apo-*

stolorum Evangelium ubiuis terrarum prædicârunt, ac deinceps innumeros alios in omnes terræ provincias destinavit, ad eò ut *in omnem terram exierit sonus eorum*. Id quod in Franciscanorum divino officio hæcæ verbis tangitur: *Vi ipse Orientis, illi Occidentis populus Mahumeticis salubre Christi prædicantes Evangelium, quasi totum ad Christum converterint mundum*. Et quidem quot familia ipsius sanctos Confessores, quot Martyres, quot debilioris sexus, sanctissimæque vitæ animas Christo peperit? An non S. Bonaventuram, S. Antonium Paduanum, S. Bernardinum Senensem, B. Joannem de Capistrano, duas Claras, Assisinatam videlicet & Montefalconiam, duas Elisabethas, aliosque innumeros, qui Ecclesiam illustrârunt, feliciter produxit Bis mille & amplius numerantur Scriptores, fructuosa cœlestique doctrinâ conspicui Francisci filii, qui hæreses confutârunt, explosisque abusibus & scandalis, solidam fidelium animabus inferuerunt fidem, verumque Christi spiritum. Aneas Sylvius, qui ad Pontificatum assumptus

In off.
lect. par.
2. noct.

Pius II. appellatus fuit, eo tempore, quo Religio Franciscana etiamnum nascens erat, ita de ea scribit: *Quid hæc Religio aliud agit, quàm quæ jubere novimus Evangelium? sentes ac tribulos ex agro Deminico dirvellit, semen bonum seminat, zizania & lolium veritatis sarculo præcidit, exterminat avaritiam, pellit libidines, fulminat illecebras, voluptates strangulat, ambitiones & odia fugat, ignavia ac socordia stimulum adigit, & aperiens in Ecclesia os suum diebus singulis penitentiam suadet & viam Dei in veritate docet*. Omnia igitur prostravit vitia, malos reformavit mores, extinxit zizania, quibus bonum suffocabatur fomentum; Denique ad salutis statum, ad Dei, veræque fidei agnitionem reduxit mundum, hæcque ratione se verum Ecclesiæ Dei Athlantem esse probavit: *Suffulsi domum & corroboravi templum,*



Seraphicus Patriarcha per suam, Religiosorumque suorum paupertatem & humilitatem sustentavit & suffulcit Ecclesiam

DISCURSUS SECUNDUS.

Domini enim sunt cardines terra, & posuit super eos orbem. 1. Reg. c. 2. v. 8.

P Er cardines illos, super quibus ingens hæc à supremo Architecto fabricata mundi moles volvitur & revolvitur, S. Hieronymus pauperrimos & abjectissimos hominum intelligendos esse docet. *Domini enim sunt afflicti terra.* Cui opinioni Rupertus Abbas Tutienfis pariter subscribit, dum ait: *Afflictos terra, Hebræi pauperes spiritum, & humiles corde intelligunt super quos Dominum orbem posuisse dicunt.* Quando Deus in ipso muadi hujus exordio immentæ huic totius universi machinæ primum suum esse ministravit, quibusnam fundamentis illam inniti & sustentari voluit? Nulli alteri præterquam nihilo: *Qui appendit terram super nihilum.* Quænam in hac terra sublimior moles conspici poterit, quàm illa quæ vertice & capite suo cælo conjungitur? quæ quæ tanta stabilitate solidanda & firmanda erat, ut cunctis infernalibus machinis resistendo sufficiens futura, & velut cum ipsamet æternitate concertatura erat? Cui autem ingens hæc moles innititur? Quisnam ad illam sustentandam electus fuit? *Pauperes terra posuit super eos orbem,* quia super pauperes & viles piscatores suam stabilivit Ecclesiam. *Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit, & ea que non sunt* (id est, nihil sunt, secundum Phrasim Hebræam) *ut ea que sunt destrueret.* Unde Chr. solomonus ait. *Vocat ea, que non sunt, id est, eos qui nihil esse putan-*

tur: propterea quæd in nullo habentur pretio; in quo magnam ostendit potentiam, dum per eos qui nihil esse videbantur, magnos potentesque dejecit.

2. Sæculo duodecimo navicula S. Petri à sævis tempestatum procellis periculosè satis conquassabatur, idque tum propter diras Imperatorum fummos Pontifices abhorrescentium persecutiones, tum propter multas Christianos inter invalescentes hæreses, tum denique ob multos abusus & scandala, pessimosque eorundem mores, aded ut successor Petri multis haud parum à naufragii periculo abesse videretur: Quid igitur Deus meditatus est remedii? *Domini sunt cardines terra, pauperes terra; posuit super eos orbem.* Eodemmet periculoso tempore virum quendam excitavit pauperem, vilem, abjectum, nudum & lacertum, ut is Basilicam sustineret Lateranensem ruinam minitantem, qui proinde à Pontifice visus est suos eidem Basilicæ sustinendæ humeros supponere. *Quidam pauperculus sustentabat.* Ac proinde pauperulum hunc apertissimè revereri possumus eâ salutatione qua S. Hilariæ S. Antonium honoravit, dum ait: *Pax tibi columna lucis, qua sustines orbem terrarum.* Columna enim lucis dici meretur, quia sanctus hic Patriarcha filiorum subsidio populum Dei, qui tanquam mancipium & servus vitiorum & hæresum, tot errorum caligini immerlus hærebat, per veram Dei & orthodoxæ fidei agnitionem illuminaturus, atque ab Ægypto & Pharaone tartarico liberaturus erat.

In Vit. Patrum lib. 15. cap. 17. n. 4.

In quæst. Hebr.

Job. 26. 7.

1. Cor. 1.

27.

3. S. Hieronymus postquam vitam S. Pauli primi Eremitæ accuratè descripsisset, ad magnates & potentes sæculi hujus conversus, dixit, hunc ad eò pauperem & nudum Eremitam illos una cum omnibus eorum thesauris multis parasangis præcelluisse: *Ille inquit, vestem Christi licet nudus servavit id est, Ecclesiam in veste Christi præfiguratam, prouti S. Petro Alexandrino ipsemet Christus evidentè satis est contestatus, dum ait: Arrui: vestem meam, quæ est Ecclesia dilaceravi: vestiti sericis indumentum Christi perdidisti.* Porro hanc vestem non solum hæretici, verum etiã ex potiori parte fideles, & maximè Ecclesiastici lacerarunt, utpote fastui & pompæ mundi hujus, divitiis item, voluptatibus ac honorib⁹ totaliter intenti. Quis autem hanc nobis vestè refarcivit Quis integram eandè & illasam conservavit? *Vestem Christi: Franciscus licet nudus servavit;* Etenim tunc vestem Christi verè servavit, quando coram Episcopo Assisinate nudus factus est; tunc verè columna quædam seu fulcrum immobile factus est, quòd Ecclesiam Dei collapsentem denudè erexit & stabilivit

4. Dicite sodes, si nostis, quemnam Deus noster modum servaverit, ut tartareum illum nobis infestissimum hostem vinceret, qui idolatriã mediante mundi sibi dominium ad eò arroganter usurpaverat, ut vix parvulus quidam Palæstinae angulus ipsum verum esse Deum agnosceret? S. Leo ait: *Omnipotens Dominus cum saevissimo hoste, non in sua majestate, sed in nostra congregitur humilitate.*

In cœnâ illâ ultimâ, quæ mortem Domini immediatè præcedebat, idem Redemptor noster protestatus est dicens: *Nunc principes hujus mûdi ejicietur foras;* Sed quonam modo hostis hujus infernalis profligaturus erat sævam tyrannidem? *Si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum.* Quid autem per hunc loquendi modum innuere voluit? *Hoc autem dicit, significans quâ morte esset moriturus;* quasi dicere: Quando crucifixus fuero, nudusque in Cruce velut spectaculum omnium suspensus à terra hæsero, tunc gloriosam de hoc truculento persecutore victoriam reportabo. Unde S. Athanasius ait: *Cum enim exueretur Dominus, eo ipso invisibiliter erigebatur de Diabolo trophæum.* Et S. Ambrosius dicit: *Videtur est Adam, qui vestimenta quasi vicit ille qui tegumenta deposuit* Ecce tibi nudum coram Episcopo Assisinate S. Franciscum; Ec-

ce tibi eundem in totius vitæ decursu pauperem, mendicium, & nudum

6. *Talus ascendit,* inquit de Christo S. Ambrosius, *quales autem Dominus nos natura formavit.* Cur obsecro vir ille Seraphicus ad eò aliàs circumspèctus & modestus, virginèaque honestate præditus nudari voluit Nimirum ut prædictum intelligeremus mysterium: *Vestem Christi nudus servavit* Etenim infinita illa Patris sapientiã ipsùm stigmatibus corpori ipsius impressis mediantibus ipsùm aliam quandam Crucifixum esse voluit, ut in illo patibulo, de quo suo loco ad longum discurremus, exaltatus, univèrsum in suam venerationem mundum attraheret, atque ad veram pœnitentiam, veramque reformationem converteret: *Cum exueretur, invisibiliter erigebatur de Diabolo triumphus*

7. Univèrsus se adversus Jobum infernus armavit & exsolvit, ad eò etiam, ut univèrsam ejus progeniem morte violentâ necaverit, ac tandem in sætenti quodam sterquilinio nudum sedere fecerit: at verò quâ ratione si adversus diabolum defendit? aut quonam modo illum devicit? *Postquam omnia amisit, tunc factus est fortior, & clarum contra Diabolum victoriam reportavit.* Itæ quoque de S. Francisco dicere possumus, utpote cui cum potentibus tartareis decertandum erat, utpote qui Ecclesiam Dei conabantur evertere; at verò *Porta inferi non prævaluerunt adversus eum, eò quòd Franciscus potestates illas gloriosè devicerit; sed quando ait quonam tempore? Postquam omnia dimisit, tunc factus est fortior, & clarè contra Diabolum victoriã reportavit.*

8. *Cum dominatus fuerit pauperum* inquit, Psalmista; *Circa quæ verba Genebrardus ita scribit, Pauperes vel exercitus pauperum, congregationem arien que significans.* Ecce tibi religionem ab hoc Seraphico Patriarcha super sancta paupertate fundatam, quæ verè est copiosissimus quidam pauperum exercitus, qui tamen omnes invicti & generosi sunt milites, qui adversum Ecclesiæ hostes formidabiles & insuperabiles formant exercitus Unde optimè ex modernis sacris interpretibus nonnemo ita scribit: *In paupere integer exercitus divinus virtutis læter;* Quot igitur per hunc Seraphicum virum, cui nomen imponitur pauperculus, invictorum militum electi exercitus in fidei, religionisque Christianæ defensionem fuere excitati, egregièque instructi.

Ser. 1. de nat.

Ioan. 1. 2. 37.

Orat. de Pass. In Luc. cap. 10.

Pf. 10. 10.

Fern. 27. 1. 1.

Luc. 14.
33.

9. Christus apud S. Lucam de Cruce, sui que sequela differens ait: *Qui non bajulat Crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus*; Paulò post verò interrogat quis ex vobis volens aedificare turrim, non priùs de impendio cogitat sumptuum ad illius erectionem requisitorum? Aut quis Rex iturus committere bellum adversus alium Regem, non sedens priùs cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Ac tandem ita concludit: *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus*. Verùm enim verò quanam obsecro est inter hæc præmissas, & consequentiam inde deductam proportio & connectio? Etenim agitur de congregando exercitu, de turri erigenda deliberatur, ac demum ad hunc finem consequendum necessarium esse dicitur, ut qui illa meditatur facere, renuntiet omnibus quæ possidet. Imò omnino contrarium dicendum fuisse videtur, siquidem ad exercitus conscribendos, erigendaque sublimes fabricarum moles immensæ divitiæ requiruntur. S. Augustinus respondet: *Itaque sumptus ad turrim aedificandam, & Valentia decem millium adversus Regem qui viginti millia habet, nihil aliud est, quàm ut renuntiet unusquisque omnia, quæ sunt ejus*. Ecce enim qualiter casus iste in terminis in S. Franciscæ completus fuisse conspiciatur, quando enim mundo renuntians factus est mendicis & pauper pro Christo; Crucem, id est, stigmata ejus super se accipiendo, quando pro Regulæ suæ fundamento paupertatem quandam ad eò extremam stabilivit, tunc pro Ecclesiæ defensione turres & propugnacula inexplicabilia erexit, invictosque adversus Infernum ejusque potestates congregavit exercitus.

in Cat.

Eccl. 9. 14.

10. *Civitas parva, & parvi in ea viri* (ita quondam prædixit per os sapientis Spiritus sanctus) *venit contra eam Rex magnus & valavit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio*. Civitas hæc parva Ecclesia erat; in illo etenim miserabili sæculo pauci admodum erant, qui fidei Catholice profitebantur integritatem, siquidem magna Christianorum pars hæresibus, superstitionibus, schismatibus, sacrilegiis cunctisque aliis execrandis excessibus immersa erat; Imperatores qui ex debito obligationis suæ Apostolicam

Manfisi Sanctuaru Tom. III.

sedem debuissent protegere, eandem omni conatu impugnabant. Quodnam igitur fuit remedium, quod Deus pro civitatis illius obfidione solvenda & arcenda providit? *Inventus est in ea vir pauper* isque nullus alius quam S. Franciscus Assisij in Umbria natus: *Et liberavit urbem*. Per hujus viri suorumque discipulorum paupertatem, pompam, fastum, atque avaritiam Ecclesiasticorum omniumque aliorum Christi Evangelium profitentium, quæ cum majori scandalo & damno Ecclesiæ tunc magis quam aliis temporibus unquam vigeabant, compescuit & profugavit. Per suorum doctrinam scientiæque ubertatem hæreses bene multas confutavit atque convicit, Per admirabilem sanctitatem suam in suos quoque filios transfusam provincias & regna hæctenus Deo rebellantia convertit; Perque effusum in supplicii suorum sanguinem vacillantem Ecclesiæ fundamenta de novo restauravit, & fortificavit.

11. Valdè considerabilia sunt illa S. Bonaventuræ verba: *Proprio dorso, ne caderet sustentabat*. Visus est enim à summo Pontifice Lateranensem sustinere & erigere Basilicam, id non fulcris, trabibus, aut clavis ferreis in eandem transfixis, sed proprio dorso & humeris suis. Verùm enim verò quis est qui nesciat, quantum fuerit debilis & per jejunia, disciplinas, vigiliis, mortificationes, cunctasque alias pœnalitates & corporis sui macerationes extenuatus; veruntamen licet hoc totum verum sit bases tamen quæ una cum ipso totam sustinuerunt Ecclesiæ molem fuerunt Christianæ & religiosissimæ subditorum suorum virtutes; ex his etenim multi insigne istud Ecclesiæ ædificium sustinerunt conati sunt mediantibus decretis, Canonibus, & Bullis Apostolicis, alii id ipsum sategerunt facere per divulgata in lucem scripta & per studia, quæ ad conservandam fidei nostræ integritatem, ad declarandas multas veritates, & ad multos hæreticorum confutandos errores ordinata erant; Hæc enim omnia ad proportionem sanguinis à tot Martyribus effusi, vel austeritatum à tot Eremitis in solitudinibus toleratarum, observantiæ denique religiosæ per altissimæ paupertatis, obedientiæ & castitatis vota confirmatæ, veluti solidissima Ecclesiæ fulcra eandem, ne caderet, sustentantia fuerunt. Fuit igitur Franciscus solidissima columna quæ Ecclesiam suffulsi-

B

&

& deinceps ad finem usque sæculorum per admirabilem vitæ suæ sanctitatem, & institutam ab eo in tot rigoribus, continuoque Christianæ perfectionis exercitio sustentabit; Hæc continuè in quavis ætate innumeros Ecclesiæ militese peperit & subministravit, qui pro illius defensione strenuissime decertant.

12. Audite qualiter Hieronymus verba illa Jobi interpretatur: *Sub quo curvantur qui portant urbem*; Dicit enim: *Ita sancti portant mundum, dum eum, ne ruat, ac pereat, orationum fortitudine sustinent*. Quot & quales fuerit S. Francisci cunctorumque religiosorum ejus orationes, quibus mundum in sua integritate factum conservarunt: Advertendum est autem de ipso minimè verificari posse, quod sub onere Ecclesiæ ingemiscens se incurvaverit (*curvantur qui portant orbem*) quia generosissimus hic sanctæ Ecclesiæ Athlas eam integram & erectam conservavit, abique eo quod vel post mortem etiam curvaretur aut se inclinaret, siquidem post tot elapsa annorum lustra etiam mortuus erecto corpore in pedibus subsistit, cum tamen doceat quotidiana experientia quod etiam durissima marmora, solidissimaque metalla temporum edacitate consumantur. Miraculum istud Pater Thomas Bozius de signis Ecclesiæ Dei adducit, in evidentem stabilitatis & firmitatis Ecclesiæ probationem: *Nullis humana industria fulcris subnixum, facie tota, oculis, ac manibus junctis in cælum semper intentus supplicantis in modum*; In Epitaphio quod ejus sepulchro adnexum fuit, hæc verba exprimentur: *Christiani orbis fulcramento*. Seneca in opusculo: *Quare bonis accidant mala?* cap. 2. ita scribit: *Non video quid habeat in terris lupus, & pulchrius, si convertere animum velit quam ut spectet Cætonem inter ruinas publicæ rectum*. Et S. Cyprianus ait: *Quanta sublimitas inter ruinas generis humani stare erectum*. Quænam est hæc singularis gloria, quod cum potior Sanctorum pars in sepulchris suis in cineres resoluta jaceat, solus inter omnes Sanctus Franciscus (quantum equidem novimus) in mortis quasi librium & opprobrium in pedes erectus consistat. Certe de hoc aliud dici nequit, quam quod Deus per hunc corporis sui situm, etiam postquam Seraphica ejus anima jam dudum evolavit in cælum, denotare & innuere nobis

velit, quod etiamnum corpus illius Ecclesiæ protegat atque defendat.

13. Sanctus Evangelista de Salvatore nostro post ejus in cælos ascensionem loquens dicit, quod *sedet à dextris virtutis Dei*; Et tamen Sanctus Stephanus eundem erecto in pedes corpore stare vidit: *Vide lesum stantem à dextris virtutis Dei*. Scitisne quamobrem Christum in hoc corporis situ viderit? Oecumenius dicit: *Stantem & non sedentem vidit lesum, ut suam exhibeat Christum protectionem*. Spiritus Sanctus in Deuteronomio de prophætiis Nominibus, quæ in eorum qui illa adorabant, adjutorium nequaquam assistebant, ait: *Vbi sunt Dei eorum, in quibus habebant fiduciam surgant, & opulentur vobis, & in necessitate protegant*. E quibus verbis manifestè deducitur, quod erecto in pedes corpore stare, signum sit alicujus causas nostras cum sollicitudine & efficacia defendentis & advocantis patroni. Unde credibile sit, quod Sanctus & Seraphicus hic Patriarcha non solum Ecclesiæ, sed & cunctis ipsi devotis cum invocantibus fideliter assistat.

14. Sanctus Franciscus peculiariter præ cæteris Seraphici titulo honorari ab Ecclesiâ consuevit; ac proinde, cum Seraphicorum proprium sit in pedes erecto situ consistere: *Seraphim stabant*; quid mirum si etiamnum in terra quidem mortuus, in cælo tamen nunc vel maximè vivus, imò etiam in terra per patrocini sui efficaciam erecto in pedes corpore stare conspiciatur.

15. De Collimacho scribitur quod dum in prælio Maratonensi lethaliter vulneratus esset, in ipso dimicandi actu exspiraverit quidem, sed erecto semper corpore immobiliter steterit; unde satis apparuit cadaver illius ad instar fortissimæ & immobilis cujusdam columnæ Asiæ sustinuerit, ne in unum cum Græcia tumulum concideret: *Totam Asiæ sustinuit, nec occidit, mortuus est, & stetit*. Sanctus Franciscus actualiter quoque cum hoste pugnans occubuit, quod si vobis ad credendum difficilè videatur, id de ipso vulnera, quibus in corpore suo cruentatus conspicitur, satis perspicuè attestantur; In hoc autem cælestis amoris duello mortuus est, & stetit, quia à Deo in columnam Ecclesiæ electus fuit, ut sublimè Ecclesiæ ædificium immobiliter sustineret, in

Act. A.
post 7. 35.

Deut. 35.

Lib. 5. cap.
69 sig. 63.

An. 1230.
n. 6.

De mor-
talit.

A.
28.

vita

vita sua suffulsi domum, & in diebus suis corroboravit templum: Ecclesiam sustinuit, nec cecidit, morsus est, & stetit; imò non solum in

diebus suis quoadusque vixit, sed etiam post mortem eandem Ecclesiam sustinuit & corroboravit.

De Seraphici viri laudibus sub stellæ cujusdam in candida nube consistentis symbolo tractatur, sub tali etenim signo anima Sancti in morte visa fuit evolare.

DISCURSUS TERTIVS.

Quasi stella matutina in medio nebula. Ecclesiast.

cap. 50. v. 6.

1.

AD honorandum S. Franciscum nullum ex toto sacramentorum literarum volumine eligi potest encomium magis eidem appropriatum, quàm si stellæ nomine appelleretur: nam teste S. Bonaventura: *Vnus ex discipulis ejus vidit animam illam beatam sub specie stellæ præfulgidæ à candida solis: tum nubecula super aquas multas in cælum recto tramite sursum ferri. Cùm enim spiritus ejus cum cœlesti sponso conjunctus fuerit: Qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo, mirum non est, si scintillare, & instar lucidissimæ stellæ effulgere visus fuerit, siquidem eodem quoque epitheto ipsemet Dei filius sese cognominat, dum ait: Qui vicerit, dabo illi stellam matutinam, scilicet me ipsum in primum. Ita S. Thomas de Villa Nova. Et in eodem libro alibi scilicet cap. 22. v. 16 ait: Ego sum stella splendida & matutina. Adeo que luminosissimi hujus stellæ radii, quibus magna hæc anima colucebat, divinæ essentia denotabant participationem, ipsi in valde eminenti gradu communicatam*

2. *Quasi stella Summus etenim Pontifex Gregorius Nonus ipsum divina inspiratione in Sanctorum catalogum referens, orationem, quam in ejus honorem recitavit, hisce verbis fuit exortus: Quasi stella matutina in medio ne-*

bula: sic illo effulsi in templo Dei. Quibus cùm consonant verba illa Alexandri IV. dicentis: Vt autem ad illuminationem gentium celebris ejus memoria tanquam vtilium sydus in cursum mamenti mystici æthere servaretur, multis et divina potentia adhuc militantem inter honores, & demum in Sanctorum agmine triumphantem dignata est clarificare miraculis. Verba autem hæc ex libri Ecclesiastici cap. 50. desumpta fuerunt, ut clarè appareat Spiritum S. multis seculis antè terrestrem hunc Seraphicum ad vivum delineare voluisse; siquidem priusquam ad hoc stellæ elogium descenderet, cum non solum in propositis thematis primi discursus verbis collaudat dicens: In vita sua suffulsi domum, verùm insuper alia ei propriissima addit, dum ait: In diebus illius emanaverunt putei aquarum, id est, profunditates scripturarum, (ut ait Glossa) quæ in divinis libris sub figuris latent, sed ore prædicatorum redundant. Vel etiã cum Hugone Card. Putei aquarum dicuntur prædicatores, in quibus sunt aquæ doctrinarum, & aqua gratiarum: hi putei emanaverunt, cùm per mundum prædicando discurrerunt. Porro S. Franciscus cum per seipsum, tum per religiosos suos evangelii sementem ingenti cum fructu per totum mundum dispersit. Ecclesiæq; ærarium per tot Theologorum familiarum præstantissimorum scientiã & doctrinam sacram egregiè locupletavit. Enimverò quoad

Luc.
VVad.
an. 1255.
96

Apoc. 2.
28.

abundantiã gratiarum bonorumque spiri-
tualium, quæ suo tempore fecundârunt Chri-
stianismum. Lucas Tud. Episcopus hunc in
modum scribit: *In quo tanta bona cœlestia re-
dunarunt, ut de spiritali plenitudine terrena
sapientia ferè simplicis hominis & indocti totus
orbis bonorum abundantia spiritalium, quasi
multarum aquarum inundantia se gaudeat
abundare*

3. *Curavit gentem, & liberavit eam à per-
ditione.* Sunt hæc alia verba stellæ elogium an-
tecedentia. Interlinearis legit: *Liberavit à pec-
catis, à servitute diaboli, id quod jam supra à
nobis probatum fuit. Prævaluit ampliare ci-
vilitatem.* Eadem Interlinearis addit: *Numero
credentium* Etenim quot & quàm innumeri
sunt quos Seraphicus Pater ad veram peccato-
rum suorum agnitionem, cordialemque pœni-
tentiam, & malorum morum suorum emenda-
tionem operâ suâ perduxit. *Adeptus est glo-
riam in conversatione gentis; siquidem dum et-
iamnum viveret, quantumvis pauper, sui que
ipsius contemptui totaliter deditus, ab ipsis
met etiam magnatibus honoratus & glorifi-
catus fuit. Eja igitur ex omnibus hisce præmis-
sis arguendo concludatis, an veritas de ipso lo-
qui intendat, quando dicit: Quasi stella matu-
tina in medio nebula, quandoquidem anima
ipsius in hac similitudine æternum beatumque
cæli firmamentum conscendere visa fuit?*

4. *Quasi stellæ.* Sybilla Erithræa vel Cumæa
postquam Christi adventum prædixisset, pro-
tinus quoque Francisci adventum prædicere
videtur; Dicit enim: *Erit bestia horribilis ab
oriente veniens, stella quoque due surgunt con-
tra ipsum. Per bestiam horribilem Annalium
Franciscanorum Chronista Mahumetum: per
duas stellæ duos hosce Patriarchas, qui quasi
stella in medio nebulae claris vita & doctrina
micantes fulgoribus orbem illustrarunt. Secun-
dum apparentiam stellæ sunt parva, & sunt in
se maxime inquit S. Bonaventura. Nostri qui-
dem oculis stellæ quædam ignis scintillæ esse
videntur, nec tamen sunt ejuscemodi, siqui-
dem in sui quantitate terram centies sexagies
excedunt: Sic Apostoli & Apostolici viri omnes
sunt Dei gratia, & virtute, & potentia maxi-
mi; sed modò sunt minimi, quasi de spectissimi, &
quasi nulli penitus. Enimverò tales fuerunt
semper Sancti Francisci prærogativæ, ut non
desinerit ei animus, quo super Luciferi sedem*

se ascensurum esse non dubitaret, prout ex
nonnullis Franciscanarum Annalium revela-
tionibus perspicuè fati colligitur.

5. *Quasi stella.* Dionysius Carthusianus ait:
*Multum præclare respicientis conversatione, in-
structione, fama, exemplaritate & autoritate
in medio populi sui etiam inter iniquos. Quod
totum in Sancto Patriarcha nostro adimple-
tur, siquidem per solam externam composi-
tionem tali cum fructu circumstantibus prædica-
bat, ut compungerentur ad lachrymas, atque
ad pœnitentiam converterentur. Quod etiam
instructionem atinet, quoniam non solum
ipse per propriam sui ipsius operam, verum et-
iam suis mediantibus in viam salutis se recipere
docuit, in eandemque direxit & gubernavit?*
sequitur: *Fama: quia sanctitas illius per totum
mundum celebris increbuit; Exemplaritate &
autoritate in medio populi sui etiam inter ini-
quos; adde: In medio populi non sui; siquidem se
non solum apud homines quantumcumque in-
pios, verum etiam apud Idololatrias & fidei
nostræ inimicos & juratos hostes, qualis Sul-
tanus Aegyptius fuit, venerabilem reddidit, de
quo proinde S. Bonaventura scribit: Admi-
randum in viro Dei fervorem Spiritus conspi-
ciens & virtutem, libenter ipsum audiebat. &
ad moram trahendam cum eo instantius in-
stabat*

6. *Quasi stella.* Astrum hoc ex mera luce
componitur. Unde idem Bonaventura ait: *Non
aliud est stella, quàm lux aggregata.* Materia
quoque cœlesti constat, ideoque à terra remo-
tissima est, licet alias benignas suas super ipsam
influencias emittat. Sancti hujus Patriarchæ
vitam velim observetis, maxime quàm duxisse
legitur, postquam se coram Episcopo Affi-
nate denudasset, protestando se nullum de-
inceps in terra patrem agnoscere velle, quàm
illum, cui quotidie dicimus: *Pater noster qui
es in cœlis.* Etenim videbitis, quòd à terra re-
busque terrenis animo suo adeò remotus, ali-
enusque fuerit, ut licet in mundo conversare-
tur, activam simul & activam vitam conjun-
gendo & uniendo, & singulis beneficiendo
haud secus, ac si in proximorum esset sub-
sidium expositus: attamen in cœlo semper com-
morari videbatur, adeoque verificabatur in eo,
quod B. Humbertus scribit: *Elementa levia
sursum tendunt, sic & fratres, qui se omnibus
perfectè nudant, liberè cœlos petunt.* Quando se
rebus

Ser. 1. de
S. Apost.

Vad. to.
1.
Ann. 55
2.

Ser. 2. de
S. Apost.

Cap. 20
de utilit.
pauperum.

rebus omnibus exiit & spoliavit, factus est stella non vagabunda & errans, sed in stellato impyrei cœlo immobiliter fixa: iis, qui spiritu aut propria voluntate pauperes sunt in presenti vita regni cœlorum possessio datur: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ratio est* (inquit quidam dignus Seraphico Patriarcha discipulus, scilicet S. Bernardinus) *quia Evangelica paupertas nihil habet, quod mundi sit sed quia prudentissimus Creator & Governator nullam creaturam sine loco fecit; cum paupertas locum in mundo non habeat, ideo ei possessivè ex nunc cœlicas sedes dedit. S. Franciscus tanta paupertate pauper, quanta in humanam potest imaginationem cadere, & idè cœlestis quædam stella erat, imò cœlum in sua potestate habebat, poteratque securè cum S. Paulo dicere: *Conversatio mea in cœlo est.**

De pau-
per. r. 3.
art. 3.

Ser. 1. cit.

VVad. 10.
1. in app.
S. 3. n. 13.

7. *Quasi stella.* Stella sunt naturâ pura, inquit S. Bonaventura, eo quòd lucis abundantia sunt formata. Quodsi de immaculata ejus paupertate tractare velimus, F. Leo unus ex sociis ejus in spiritu raptus, illum non solum lilii & rosæ cinctum conspexit, verum etiam ipsam lilium quoddam manu tua gestare vidit; Cumque curiosus & cupidus esset visionis illius cognoscendi mysterium, nec tamen intelligere posset, quomodò vir aliquis, qui non nisi spinas diligebat & fentes, inter flores commoraretur, audivit cœlitus sibi dici: *Cœlesti oraculo accipit designatam purissimam & unitatem. S. Bonaventura in Prologo vitæ illius, quam scripsit, ita ait: Cœlumen in eo eximia sanctitatis advertimus, quia inter homines & vens imitator fuit puritatis Angelorum. Immaculatam quoque conscientiam habuit, utpote quæ nulla unquam mortalis peccati macula contaminata fuit.*

8. *Quasi stella.* S. Bonaventura ait: *Sunt stella figura rotunda & idè ad motum aptissima: sic sancti Apostoli toti facti sunt Sphærici, ad obedientiam meritum aptissimi.* Porò S. Francisci obedientia eousque progressa est, ut cum Religionis cujusdam excellentissimæ à se fundatæ Patriarcha esset, postquam Generalatui renuntiaisset, solitus fuerit dicere: *Inter alia, quæ dignanter pietas mihi divina concessit, hanc gratiam contulit, quòd ita diligenter Novitio unius hora obedirem, si mihi Guardianus daretur sicut antiquissimo & discretissimo fratri. Per*

hujus adèd in ipso exactæ virtutis merita donum quoddam insuper habuit, paucis aliis Dei servis concessum, nimirum dominiû in omnes creaturas & promptissimam ab iisdem obedientiam, *Perpende, inquit S. Bonaventura, quàm miranda fuerit vir iste munditia, quantaque virtutis, ad cuius nutum suum ignis ardorem contemperat, aqua saporem commutat. Angelica præbet melodia solatium viro sancto, ita idem alibi scribit, obediebant etiam fera & immanes bestia, atque etiam volucres.*

Cap. 6.

9. *Quasi stella.* Stella propter suam luminositatem, inquit S. Bonaventura, predicatam significat veritatem, & sicut stella est deviantium directrix, sic veritas predicata est errantium illuminat. Quot sunt, quos lucidissima hæc stella à recta via deviantes in viam salutis perduxit? Quot errorum, hæresum, abusuum, scandalorum, pessimorum mortum caligines dissipavit, per veritatis sanctitatisque lumen easdem illuminando? De Cathedra Petri Alexander IV. scribit: *Meritum & exemplum sanctam sacramentum & Ecclesiam, & caligantia presentis ætatis tempora fulgoris sui lampade illustrans, viam iustitiæ perfecte præparans in eremo altissimæ paupertatis. Dum nocte quadam densa tenebrarum caligine obvolutus non sine imminentis præcipitii periculo ambularet, mox lux quædam miraculosa, viæ ipsi ducatum præbens, cœlitus apparuit.*

Ser. 2. de
S. Barth.

VVad. lo-
co cit.

10. *Quasi stella in medio nebule.* Quia in variis mundi partibus multorum errorum nebulas mediantibus religiosis suis illuminavit & dissipavit, de quibus proinde illa Pauli verba intelligi possunt: *Simplex filii Dei sine reprehensione in medio nationis prave & perverse, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Nec mirum, quia lucis illius partes erant, de qua S. Bernardinus scribit: Per d. vine sapientia exemplum & predicationem cum suo ordine mundum irradiavit.*

Philip. 2.
15.

11. *Quasi stella.* Porò quòd stellæ in defensionem nostram prælicentur ex eo, quod in libro Judicum legitur, facile deducitur: *De cœlo dimicatum est contra eos: Stella manentes in ordine & cursu suo adversus Sisaram pugnaverunt. Enimverò spirituales S. Francisci filii velut totidem stellæ fuerunt, quæ in Ecclesiæ firmamento in aciem distributæ adversus illius hostes eam impetentes acriter decertant: Et*

Jud. 5. 20

quotnam per hæc stellas aduersus hostem tartareum obtentæ sunt victoriæ?

Dam. 12.
30

12. *Quasi stella.* In Daniele scribitur: *Qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stella in perpetuas æternitates.* Ubi Interlinearis addit: *Simpliciter verbo vita & exemplo.* Fuitque hic modus propriissimè is, quem S. Patriarcha servavit, suosque filios edocuit, per quem innumeras Deo lucratus est animas. *Aliiter non valet scientia tacitus & otiosus sermo doctrina mercedem non habet.*

13. *Quasi stella.* Ex quo Seraphicus Patriarcha Redemptori nostro ad eò similis extitit, prouti suo loco videbitur, jure ei sex illos stelle radios, quos Hugo Cardinalis in Christo stella mystica observavit, adaptare possumus, omnes namque ei propriissimi sunt: *Christus etiam stella matutina fuit in Nativitate: ha-*

buit autem sex radios, sicut & qualibet alia stella; Primus est radius humilitatis, quem emisit in Nativitate: Parvulus enim natus est nobis. Secundus est radius utilitatis, quem emisit, cum voluit vilibus pannis involvi, & in præsepio reclinari. Tertius est radius voluntaria paupertatis, quem emisit in tota sua conversatione: Quia vulpes foveas habent, volucres cæli nidos; Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. Quartus est radius patientiæ, quem emisit in malorum & tribulationum æquanimi perpeffione. Quintus est radius obedientiæ, quem emisit in mortis voluntaria susceptione; factus est enim obediens usque ad mortem. Sextus est radius sapienciæ, qui effulsit in sua prædicatione.



Laudes S. Francisci ex ejus paupertate deducuntur.

DISCURSUS QVARTVS.

Franciscus pauper.

Cap. 7.

Inter alias virtutes, quas in magno suo Patriarcha Francisco Sanctus Bonaventura, qui vitam ejus punctualissimè scripsit, admiratus est, una est singularissima, quæ supra cunctas alias emicuit, nimirum altissima ejus paupertas: Inter cetera Charitatum dona, quæ à largo Datore Franciscus obtinuit, prerogativa quadam specialis promeruit in divitiis simplicitatis excrescere per altissimam paupertatis amorem: Hic enim, ut idem Seraphicus Doctor ibidem ait, tantus in eo fuit, ut cum paupertatem à mundo exulare cerneret, Franciscus eandem de cælo in terram denuò revocavit: Hanc filio Dei vir sanctus familiarem attendens, & jam quasi toto orbe repulsam charitate sic studuit desponsare perpetua, quod non solum pro ea matrem Patremque dereliquit, verum etiam qua habere potuit, unversa disperfit.

Epist. 24.
ad Iulian

Matth. 7
14.

2. Poterò factum istud semper præ cæteris admiratione dignum censui, cujus sancta mater Ecclesia in officio divino hodierno particularem commemorationem facit, quando nimirum coram Episcopo Assisinate omnibus quæ à Patre suo in hac vita præterire poterat, renuntiavit, Sanctus Hieronymus de Elia scribit: *Elia ad cælum regna festinans, non potest ire cum pallio, sed mundo immundo vestimentum dimittit.* Cum igitur Sanctus Franciscus viam cæli aperire, eamque omnibus aliis latiore efficere vellet (nam arcta est via quæ ducit ad vitam) primum quod post conversionem suam fecit, quod paupertatem & nuditatem amplectens, vestes depoluerit,

3. Sexaginta Dæmonum millia adversus virum sanctum ab Inferno exsoluti fuerunt, ut cum eo acriter pugnarent, qui portò tantò magis in ipsum ferociebant, quantò certius ipsum pro Ecclesiæ & fidei defensione electum esse noverant, Etenim licet sciant, quod *adversus eam porta inferi non prevaleant*, non tamen ob id se adversus illam ad sæva, dira & continuò durantiâ bella armare non desinunt, Quid hic faciat Sanctus Franciscus? Nimirum ut non solum adversus tot Dæmonum catervas, sed & adversus mundum & carnem feliciter pugnaret, & adversus omnes hosce inimicos victor evaderet, paupertatis armatura se accinxit. *Quid Elia pauperius* (scribit B. Chrysostomus) *sed propterea omnes hostes vincebat, quoniam pauper erat.* Quando Sathanas ad sternendam invictam Jobi constantiam sese accinxit, eumque omni sua substantia & facultatibus denudavit, nudumque super sterquilinio sedere fecit, tunc eò ipso revera incidit in foveam quam fecit, eò ipso enim quò ipsum omnibus bonis exuit, pauperemque & planè mendicum illum reddidit, omnem quoque adversus Jobum explosam à se machinam inutiliter effecit. Quando enim Job dixit: *Nudus egressus sum de ventre matris mee; & nudus revertar illuc*, tunc verè ad Infernum debellandum invictis sese armis communit. Olympiodorus in Cate-na oportuno quid in hanc rem fuit locutus dum ita ait: *Dixerit aliquis: Qui concinnus hac ursa velit interpretari, quasi athletam quandam nudatum ad lucam in Diaboli conspectu vestem projecisse.* Triter prorsus est illa Sancti Gregorii propositio, dicentis: *Qui ad*

Hom. 2.
ad Pop.

Qui ad Hom. 32.
fidei in Evang.

6
 fidei agonem venimus, luctamen contra malignos Spiritus sumimus, nihil autem maligni Spiritus proprium in hoc mundo possident: nudi ergo cum nudis luctari debemus: nam si vestitus quispiam cum nudo luctatur, citius ad terram desiccut, quia habet unde teneatur: Quid enim sunt terrena omnia nisi quaedam Corporis indumenta? qui ergo ad certamen properat, vestimenta deponat, ne succumbat.

4 Quando Sanctus Patriarcha à Cardinali Hostiensis omnix rogatus in magnifico ejus Palatio inter obsequia & honores, qui ei à dicto Cardinali omnibusque aliis familiaribus suis certatim exhibebantur, aliquot diebus commoratus fuit, hostis tartareus confestim ad eum adversus ipsum prævaluit, ut ipsum pessime tractare, & verberibus ad livorem usque contendere non dubitavit, id quod in Eremis, desertisque Alvernæ rupibus facere nequaquam præsumpsit, ibi namque omnem vigorem atque audaciam amittebat. Ibi namque ex loci paupertate ad dimicandum cum Diabolo animi vigor viresque crescebant, Considerabat enim id, quod in suis opusculis ipsemet scribit: Videlicet Redemptorem nostrum in mortis suæ conflictu nuditatem & paupertatem tanquam victoriæ coadjutores adhibere voluisse: Dum ad bellum nostræ Redemptionis accederet, te est comitata fideliter. & in ipso passionis conflictu individuum armiger assistit, nam in crucis patibulo planè corpore tenus nudatus fuit. Ideoque Sanctus Patriarcha, ut Dominum suum imitaretur in ultimo mortis conflictu super nudam humum se totum nudatum in Spiritu sermore prostravit. Audite autem quonam id sine fecerit; Quatenus, inquit Sanctus Bonaventura, hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis irasci, nudus luctaretur cum nudo.

5. Franciscus pauper. Sanctus Patriarcha paupertatem tantopere dilexit, ut illam voluerit esse institutæ à se Religionis basim & fundamentum: Hanc sui dicebat ordinis fundamentum, cui subtrato primariè sic omnis structura religionis inimitur, ut ipsius firmitate firmiter, & eversione funditus evortatur. Et ideo mirum non est quod tam ipse quam filii ejus in tam brevi tempore tantam affectui sint perfe-

ctionem & sanctitatem, ut non tam in admirationem quam in venerationem totum post se mundum attraxerint. Nam ut Sanctus Ambrosius primam ex octo Beatitudinibus, scilicet Beati pauperes Spiritu considerans optimè observat: Primam beatitudinem hanc uterque Evangelista posuit, ordine enim prima est, & parens, generatioque virtutum.

6. Seraphicus Patriarcha in illa sua coram Episcopo assumpta & inchoata nuditate hinc Deum verbis compellavit: Pater noster qui es in cælis, eo quod ab hujus Patris providentia totaliter dependere voluerit; ideoque præcepit, ut familia sua, quæ a deo fuit & est numerosa pro victu suo quotidiano nullum haberet alium redditum, quam petitionem: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

7. Deus noster populum illum Israëliticum, an ab eo diligeretur, tentare volens: Ut rentem eum, utrum ambulet in lege mea, an non, quonam usus est id experiendi modo? Populus ille sui frequentia & numero ad tres usque milliones sive myriades ascendeat, siquidem numerus militum facilè ad sexcenta millia pertingebat, nam pariter computata omni gente inuili, mulieribus nimirum, pueris, & decrepitis senibus verisimile est, quod ad eum usque calculum ascenderit, & tamen innumeri hi homines, in vastæ illius solitudinis medio, ne pugillum quidem farinæ in sui sustentationem possidebat: at verò providus ille Pater, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, eidem de suavissimo quodam Manna de cælo lapsò de die in diem providit, & non ultra. Nostisne rationem reddere cur Deus populum hunc in illas redegerit angustias? Nimirum ut se quotidiani alimentigenum cognoscens, tanto se in divinæ legis observantiam proniore magisque obsequiosum exhiberet. Ecce tibi mysterium cur S. Franciscus pro basi & fundamento religionis suæ altissimam paupertatem elegerit, nimirum ut filii Religionis suæ Dei providentia quotidie unicè opus habentes, ad eam quotidie per orationem recurrerent, eoque vivendi modo se Deo probarent, quo veri obediens, & fideles servi Dei esse agnoscerentur, hacque ratione in perfectionis acquirendæ studio quotidie magis magisque prof-

Lib. 5. in
 Luc. c. 6.

Exod. 16.

Orat. pro
 obtinenda
 paupert.

Cap. 14.

Cap. 7.

proficerent, cum paupertas vera mater sit omnium virtutum. Erantus quarentius, quae virtus magis amicum redderet Christo, quasi se, retum sui cordis aperiens, respondebat. Paupertatem novistis, fratres, specialem viam esse salutis, tanquam humilitatis fomentum perfectionisque radicem.

8. S. Franciscus pauper. Miserabili illo Francisci seculo paupertas passim eliminata erat, & peculiariter de domibus Ecclesiasticorum; at Franciscus eam benigni sibi excepit, jam quasi toto orbe repulsum. Unde S. Bo aventura ait: Nemo tam auri quam ipse cupidus paupertatis; nec thesauri custodiendi sollicitior ullus, quam iste huius Evangelicae margarita. Tunc praecipue immenso cordis iubilo atque laetitia perfundebatur, quando se in majori magisque extrema videbat necessitate constitutum. S. Antonius de Padua in S. Francisco mendici illius Lazari agnoscebat figuram, qui, ut omnibus constat, aded inops & pauper erat, ut ne quidem pari, quo canes, modò famem suam exlatiare possent. Accidit quoque aliquando S. Franciscus, versus urbem Senarum juxta S. Quiricum iter agenti, quòd obvias sibi haberet tres mulieres, staturà quidem conformes, sed vestibus omninò laceris indutas, quae hisce ipsum verbis salutârunt: Bene veniat Domina paupertas: quo audito verus paupertatis amator indicibili repletus est gaudio, utpote qui nihil in se salutandum ab hominibus tam libenter haberet, quam quòd illa decreverant. Tres autem haec mulieres erant paupertas, castitas, & obedientia. Eo pane praecipue vesci gaudebat, quem mendicatio acceperat, eò quòd is illi sapidiore esse videretur illo, qui ipsi spontaneè oblatas fuisset. Romae ante Ecclesiam S. Petri conspècta multitudo pauperum, partim pietatis dulcedine ductus, partim paupertatis affectus amore, uni ex eis magis egenti proprias largitus est vestes, & semicinctus contractus illius, diem illum in medio pauperum cum insolita spiritus jucunditate transegit. Alia quadam vice, cum esset infirmus, chlamyde quadam fuit contextus, qua tamen semetipsum libenter exiit, ut pauperi eandem daret; cumque ob id à sodali suo graviter corripere- tur, respondit, coram Deo melatorem seu fur- rem esse eroderem, nisi chlamydem hanc alteri me pauperiori dispensarem. Morti denique vicinus, ut diximus, corpus suum nudavit, & ad

circumstantes conversus ait: Fratres mei charissimi, quòd meum est, feci, vos quoque, quòd Christus vos docebit, solerter facite. Quae verba cum frater quidam, quem sanctus Patriarcha Guardianum suum nominare solebat, intellexisset, acceptam chordam & habitum ei dedit dicendo: video te habitu carere, in quo moriaris, eò quòd pauper sis, mendicus & nudus; hunc igitur tibi habitum consigno non dono quidem, sed mutuo, tuque illum in virtute sanctae obedientiae recipies: *Gaudet ex hoc vir sanctus, & jubilat pra laetitia cordis, quoniam fidem tenuisse Domina paupertati usque in finem se videt.*

9. Franciscus pauper. Chrysostomus in ea est opinione, quòd voluntariae & Apostolicae paupertatis meritum adusque martyrii merita facile pertingat: *Habet & paupertas martyrium suum, & egestas bene tolerata facit martyrem.* Fuit quoque ingeniosa admodum illa S. Bernardini observatio, quòd videlicet investitura sive possessio regni caelestis in hac vita solis assignetur pauperibus & martyribus: *Quid sibi vult quòd eadem promissio facta est pauperibus & martyribus; nisi quòd verè martyrii genus est paupertas voluntaria.* Unde securè asserere possumus, quòd ab eo momento, quo S. Franciscus coram Episcopo Assisinate se nudavit, & rebus omnibus exiit, voluntariam quandam paupertatem aded exactam & inauditam, omnique comparatione & exemplo carentem profitendo, longi cujusdam martyrii merita pariter participavit.

10. Franciscus pauper. De Phocione viro sapiente quidem, sed pariter paupere & exemplari scribitur, quòd ab Alexandro centum talentorum dono fuerit honoratus; cumque cupidus esset sciendi quemnam sibi Rex in hujus doni largitione finem praestitum haberet, responsum ei fuerit: *Quoniam te solum ex omnibus Atheniensibus bonum honestumque virum judicat.* Quo audito Phocion oblata sibi talenta acceptare renuit, subjungendo: *Sinat igitur me talem esse.* Paupertas quoque Francisci non necessaria, sed voluntaria fuit; siquidem thesauros sibi etiam ab ipsomet fidei nostrae inimico Aegypti Sultano presentatos in manu sua habere potuit: Sanctus autem Patriarcha argentum & aurum manibus suis nunquam contingere voluit, quia paupertatem & consequenter verè charitatis aurum plus diligebat.

Hom. 3.
de divit.
& La-
zar.

Cap. 7.

Cap. 2.

Sinat me esse talem. Suis quoque religiosis, prout in ejus opusculis legitur, dicere solebat: *Hæc est illa celsitudo altissima paupertatis, qua vos charissimos fratres meos, hæredes & Reges regni caelorum instituit, pauperes vos fecit, & virtutibusque sublimavit.* Salvator noster Collegio Apostolico ait: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite qua possidetis.* Hugo Cardinalis in ea est opinione, quod Christus hoc loco de terrenis regnis locutus fuerit; ex quo enim Apostoli exactam profitebantur paupertatem, omnibus principibus & Regibus leges imponebant, eosque facti jam regnorum Domini illi subjeciebant, coram quo protestari fuerant, dicentes: *Ecce nos reliquimus omnia. Constituit eos principes super omnem terram.* Sic etenim S. Antonius Constantino Magno in magna veneratione erat, S. Franciscus de Paula Ludovico XI. Regi Galliarum; noster verò Franciscus ipsos quoque barbaros Reges in sui venerationem attraxit, utpote qui extremam in eo paupertatem & inopiam obstupescabant. *Qui in mundo nihil habent* (inquit Nazianzenus) *& supra mundum exstunt; qui propter regnum inopia laborant, & propter inopiam regnant.*

Cap. 6. in
reg. fra-
scii Mi-
nor.

Orat. 12.

Franciscus pauper. Quisnam obsecro in patrandis miraculis, iisque omnibus planè prodigiosis eo gloriosior extitit? S. Gregorius ait: *Ecce relinquentes temporalia, gloriam potestatis æterna mercati sumus.* Et Chryostomus de Elia sic scribit: *O rem mirabilem, ne vestem quidem habuit, & caelum clausit! ob hanc mirum causam caelum clausit, quia vestem non habuit, quia nihil hic possidet.* Et idèd S. Franciscus attribuere possumus, quod ipsemet ad Salvatorem se convertens in paupertatis laudem enuntiavit dicens: *Tibi tanta fidelitate adhaesit, quod & in matris utero inchoavit suum obsequium, dum corpus animatū habuisti omnium minimum, sed & orientem ex utero in praesepio sancto recepit & stabulo.* Unde & mater Francisci in stabulo quodam eum parere debuit. *In hujus sponsa amplexibus, inquit Franciscus de paupertate ad Christum, animam emisisti.* Id quod de hoc filii Dei vero imitatore pariter verificatur, siquidem is quoque, ut diximus, in paupertatis brachiis positus spiritum suum emisit,

Lib. 20. c.
36. mo-
ral.

De con-
subst. filii.

Opusc. S.
Franc.



De paupertatis Franciscanæ immensis divitiis.

DISCURSUS QUINTUS.

Simul in unum dives & pauper. Ps 48.

V. 3.

Prima quidem facie paradoxum videbitur asserere, quòd in eodem subjecto uno eodemque tempore simul dari possint paupertas & divitiæ, & tamen cum stupore naturæ pariter & gratiæ, cum vehementi admiratione cœli & terræ in S. Francisco adimpletum esse invenimus regium illud oraculum: *Simul in unum Deus & pauper.*

2. Paupertas pleribus in subnatis occasionibus à Seraphico Patre thesauri nomine appellata fuit. Et quidem in primis in opusculis suis, ubi de ea tractat, ita scribit: *Exopto hoc thesaurum ditari.* Et alio in loco illam dicit esse thesaurum in agro absconditum: *Hæc est Evangelici agri thesaurus absconditus, pro quo emendo vendenda sunt omnia, & quæ vendi non possunt, illius comparatione spernenda.* Dum quadam vice in societate fratris Maffæi ad venerandum corpora sanctorum Apostolorum Petri & Pauli Romam iter ageret per totam viam è mendicato ostiatim pane victitans, tandem cum ad fontem quendam pervenissent, extractas quasdam panis mucidi & rancidi particulas cum socio manducavit, quem absoluta colatiuncula, cum immenso jubilo ad agendas Deo de illo tam ingenti paupertatis thesauro immensas gratias invitavit. Cumq; frater Maffæus interrogasset: *Quisnam is esset thesaurus in tanta necessariarum inopia?* hoc confestim responsum retulit: *Magnum esse beneficium, quòd illa omnia, quæ deessent, à Deo supplerentur.* Demum verò cum illum ad effundendas coram sanctis Apostolis ferventes preces fuisset cohortatus motivi loco subjunxit: *Vt nos doceant tam præclarum paupertatis thesaurum rectè & fructuosè possidere.* In prædictis opusculis suis in alio loco de hac virtute tractans ita scribit: *Thesaurus beatificæ paupertatis adeò excellens est, & divinus, quòd nos indigni sumus*

in vasis nostris scitilibus illum possidere. Alia quadam die (ut S. Bonaventura scribit) in pauperulum quendam obvium incidit. *Cujus cum nuditatem aspiceret, compunctus corde, lamentabili voce dixit ad socium: Magnam verecundiam inculis nobis hujus inopia, quia nos pro magnis divitiis paupertatem elegimus, & ecce magis relucet in illo.* Porro invidia mortalium, prouti quotidiana docet experientia, ad divitias atque thesauros sese extendit, quos in aliis conspicimus, nobisq; avidè desideramus. Invidia autem, quæ cor S. Francisci sanctè occupabat, hæc erat, quòd scilicet desolatissimis mendicis eorum invideret conditionem, eò quòd non posset illis esse pauperior. S. Bonaventura de S. Francisco pro eo tempore, quo se Deo totum consecrare cœperat, tractans, hac phrasi utitur: *Cum jam pro amore supernæ patriæ terrena omnia despiceret quasi nihil, thesaurum sentiebat se reperisse absconditum, ac veluti gaudens negotiator margaritam inventam excogitabat venditis omnibus comparare.* Chrysostomus scribit: *Anima pauperis voluntarii fulget ut aurum, splendet ut gemma, non habet thesaurum terram, sed cœlum.* Quis unquam persuadere sibi posset, quòd ipsissimus horum temporalium bonorum contemptus, hæc ipsissima auri & argenti concussio paupertatis thesauro insigne additura est incrementum. Enimverò si quis esset, qui cum equite aliquo ditissimo, triginta millia scutorum v. g. annui redditus possidenti comparatus adhuc dives esse censeretur, is utique à mundo permagni fieret; multo tamen majoris æstimaretur, si etiam cum coronato potentissimo Rege quoad divitias concertare posset: Sed quid dicturi esseris, si dicerem dari aliquem, qui dives æstimari possit etiam cum illo comparatus, qui in veritate dicit: *Meus est enim orbis terrarum; Et in quo sunt omnes thesauri? num fortè quisnam*

C 2

vii

Collat. 5.

VVad.

az. 1216.

n. 12.

Cap 7.

Ser. 47.

in Matt.

vir ille aded dives & opulentus sit scire desideratis? certe non alius, quam qui ex propriae voluntatis electione pauper est. Nam ut Chryostomus ait: *Magna possessio paupertas sapienter ipsam ferentibus. thesaurus, qui nequit auferri.* Unde S. Ambrosius optimè ad propositum ita scribit: *Verè dives est, qui in conspectu Dei potest videri.* Quis autem talis in conspectu Dei videri poterit, *in cuius conspectu terra exigua, mundus ipse angustus est?* Is nimirum, qui contemnit & aspernatur omnia, quæ mundus possidet. Audite Senecam ex solo naturæ lumine nos alloquentem: *Panem & aquam natura desiderat; nemo ad hac pauper est, intra qua quisquis desiderium suum clausit, cum ipso Iove de felicitate contendet.* Hæc igitur fuit in terris hujus servi Dei beatitudo atque felicitas, hic ejus fuit thesaurus, pane & aqua contentum vivere. Scitisne quonam insuper titulo Paupertatem denominârit? Regina augustum nomen ei imposuit: *Vide Domine Iesu, quia paupertas pro tanto est Regina virtutum, pro quanto relictis Angelicis sedibus descendisti ad terras, ut illi in possessu charitate perpetua desponsare: at verè expressus id ipsum hisce verbis declaravit: Sci quod Testamentum veteris novi fuit figura: illis promissisti, quia omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit; calcare est contemnere paupertas omnia calcat Ergo est omnium Regina Cum hac autem Regina ipte est desponsatus.*

In opus.

Deut. 11.
24.

5. Dives & pauper Postquam strictissimum emisisset paupertatis votum, & tale quidem, quale nunquam in mundo fuit auditum, aut ab humana imaginatione apprehensum, illi tamen non acquievit, sed insuper aliud votum Deo nuncupavit, videlicet nulli unquam pauperi eleemosynam postulanti eam denegandi, id quod fuit usque ad mortem indefessa pietate observans. Inerat juvenis Francisci precordiis divinitus indita quedam ad pauperes miseratio liberalis, qua secum ab infantia crescens, tanta cor ipsius benignitate repleret, ut jam Evangelii non surdus auditor omni proponeret se petenti tribuere Hæc ejus paupertas inexhaustus quidam thesaurus fuit, siquidem Deus ille, qui appendit tribus digitis terram, manum ejus pauperibus semper apertam fore promisit. Pro qua magna erga pauperes liberalitate & misericordia meruit sibi Christum apparere sapè, atque laudare erga pauperes suos propensum ani-

um, atque liberalem manum nunquam utique vacuandam.

4. Simul in unum dives & pauper. De Francisco ejusque sequacibus ad literam verificatur: *Sicut egentes multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes & omnia possidentes.* Etenim inprimis Religiosi Franciscani sunt sicut egentes, siquidem pauperes esse apparent, & verè sunt tales, veruntamen voluntate, non necessitate: sunt quoque multos locupletantes siquidem benefactores suos per eleemosynarum, quas recipiunt, merita, & per orationes, quas pro benefactoribus suis ad Deum fundunt bonis temporalibus locupletant, omnique cumulant prosperitate, quia centuplum accipiunt & vitam aeternam possident. Præterquam quod ex prandii aliarumque eleemosynarum, quas accipiunt, reliquiis quotidiano multorum pauperum, diversarumque familiarum egentium victui abundè subveniunt. Sunt denique nihil habentes & omnia possidentes, siquidem cum omni paupertate, quam profitentur, nihil ipsis deest, nec quoad victum, nec quoad vestitum & suppellectilem tam sacram quam domesticam. Unde S. Bernardinus ait: *Sui sequaces sunt quasi omnia habentes, & nihil possidentes; omnes laboratores, & mercatores, & artifices laborant pro fratribus Minoribus, nam qui mille mundos spernit, donatur mille mundis.* Scio paupertatem tuam ait Deus quondam Episcopo illi) sed dives es: Mirus & paradoxus loquendi modus, quomodo enim duo illa conveniunt, quod aliquis simul sit pauper & dives? Hugo Cardinalis ait: *Dives spiritualibus divitis.* Quisnam horum thesaurorum spiritualium Francisco & suis ditior esse potest: Non tamen solum in spiritualibus bonis divites existunt, verùm etiam in temporalibus; videmus enim quod in ipsorum Ecclesis cum summo decore divinus resplendet cultus, suntque de omnibus melius quavis alia Religione non mendicante instructi. Quod si quidam Ecclesiarum & monasteriorum in tot annis per universum mundum folius Franciscanæ paupertatis subsidio extractorum erigeretur Catalogus, simulque videretur quàm sit omnibus per Dei providentiam optimè prospectum, quot in illis Religiosorum myriades sustententur, evidens omnino futurum esset, quod sumptus quotidiani ad ingentes & inestimabiles thesauros usque

Tom. 4.
serm. 16.

asque ascenderent. Ærarium Regum & Principum quantumvis potentum per quotidiana bellorum aliarumque occurrentium necessitatum dispendia sæpe deficient & exhauriuntur, at versò hic Franciscana paupertatis thesaurus semper fuit, est, eritque indeficiens & inexhaustus. *Magna possessio paupertas*; Ipsa namque census quidam est qui nunquam deficit: *Thesaurus, qui nequit auferri.*

4. Deus qui aperit manum suam, & implet omne animam in benedictione, inter arduas Alverniæ montis rupes pedes & manus providi Patris pauperulæ familiæ suæ clavis transiit, ipsumque proinde ad conquirendum pro ea victum & sustentationem necessariam inhabilem reddidit. Leges autem salubriter disponunt, quòd quando aliquis causa est damni viri pauperis, ad eò ut deinceps familiam suam alere non possit, talis damnum tale ex propriis facultatibus resarcire teneatur. Id ipsum verò Christo quoad Franciscum contigit; unde Franciscus sciens Christum se omnibus terrenis bonis exuisse, atque insuper per impressa manibus pedibusque vulnera ipsum ad conquirendum & lucrandum panem reddidisse inhabilem, protinus quoque intellexit, Deum sibi ipsum unà cum suis sustentandi onus vendicasse, ac proinde in Regula scripsit quòd Deum & paupertatem filius suis hereditatis loco relinqueret. *Hæc sit portio vestra, cui tota hæc inherentes, nihil aliud sub cælo habere velitis.* Idque eis ad eò firmiter promisit, ut dicere solitus fuerit, quòd si in toto mundo non nisi unicus panis futurus esset, medietas illius fratribus suis in eorundem sustentationem cederet.

6. S. Franciscus ab Abbate Joachimo Benjamin appellatus est, ob multas inter utrumque Analogias aut similitudines, quas alibi Deo dante examinabimus. Id solum hoc loco adducere sufficiat, quòd scilicet in convivio illo quod Joseph fratribus suis instruxit, Joseph portionem Benjamin quinquies majorem aliorum portione esse voluerit: *Major pars venit Benjamin, ut quinq; partibus excederet.* Equidem certum est, quòd si appetitum & necessitatem illius respiciamus, pro illius satisfactione longè minor quantitas utique suffecisset; unde aliud hac in re latet mysterium; scitiscne quodnam illud sit? Nimirum Salvator non Ægypti solius, sed totius mundi

notum nobis esse voluit, quòd major liberalitas nostra esse debeat versus pauperulum Franciscum, utpote pro sui nominis majori gloria pauperem factum, quàm versus omnes alios Patriarchas; siquidem non obstante quòd nulla inter omnes alias religiones numerosior sit illa, nulla quoque est, quæ providentiæ Divinæ abundantiam quotidie in omni loco, & quovis tempore magis experiatur quàm ipsa. Enimverò si talis aliquis Monarcha daretur, qui exercitum quendam trecentorum millium virorum bellatorum conficere & alere potens esset, quantis ille in illorum conservationem indigeret thesaurus.

7. Franciscus simul in unum dives & pauper soli Patris illius, quem dum coram Episcopo denudaretur, invocavit, providentiæ innixus, vestit, nutrit, aliisque omnibus necessitatibus abundè prospicit, quantum opus est, trecentis sexaginta fratrum millibus, tot enim sub ejus instituto militare scribit Religionis Franciscanæ Scriptor quidam modernus.

8. Cardinalis de Vitriaco in Historiis Occidentalibus summè admiratur, quòd Deus tanto Religiosorum cœtui non solum medianibus Christianis, verùm etiam infidelium hominum subventionem datâ prospiciat. *Non solum Christi-fideles, sed etiam Saraceni & obtenebrati homines, eorum perfectionem admirantes, grato animo necessaria providentes, libenter eos recipiunt.*

9. Quando Anno 1611. in Conventu Aracelitano celebratum fuit Generale totius Religionis Capitulum, de numero Religiosorum sub vexillo Observantiæ Franciscanæ militantium exactus quidam ductus est calculus, & inventus est numerus Religiosorum observantium ducentorum octoginta millium, qui omnes ex elemosynis sustentantur; Et si singulis eorum quotidie in sustentationem assignaretur unus Julius, summa annuarum expensarum in decem milliones scutorum usque excreveret; Quisnam autem in toto mundo reperitur Monarcha, qui quantumvis opulento & prædivite reditu suo ad ea præstanda sufficiat? Nunquid igitur quilibet filiorum spiritualium S. Francisci Patri cœlesti, quem dum rebus suis exueretur, invocavit, quique panem suum quotidianum dat eis, cum S. Augustino dicere poterit: *Sic curas unumquemq; nostrum, tanquam solū cures sic omnes tanquàm singulos?*

Cap. 4.

10. S. Bonaventura scribit, quòd dum sanctus Patriarcha denarium quendam à barbaro quodam pro se & suis sibi oblatum accipere renuisset, admiratus sit homo hoc cernens quòd inopes erant: intellecto tandem, quòd pauperes effecti amore Dei pecuniam possidere nolabant: tanta fuerit eis affectione conjunctus, ut offerret se ad ministrandum omnia necessaria, quamdiu sibi facultatum aliquid superesset. Unde S. Bonaventura eodem loco exclamat dicens: O inestimabilis pretiositas paupertatis, cujus miranda virtute mens feritatis barbarica in tantam miserationis est mutata dulcedinem.

Act. A.
post. 4.
24.

11. S. Lucas de primis Christianis veris Apostolorum imitatoribus refert, quòd Neque quisquam egens erat inter illos. Verùm dicat aliquis, quo modo fieri poterat, ut nullus eorum re quapiam egeret, quando omnia quæ habebant, vendiderant, atque ad pedes Apostolorum sincerissimè deposue-

rant? Cui respondeo, nihilominus verè ita esse, Deus enim se à nobis separari non permittit, & idèd quando nos amore sui hisce bonis terrenis exuimus, ipse per immensam providentiam suam nos denuò locupletat, nec quicquam nobis deesse permittit.

12. Oculi ejus in pauperem respiciunt. Chrysofomus, Eusebius, & Theodoretus legunt: In totum orbem. Verùm inquires: Ergone pauper idem est quod totus orbis? Respondeo, verè ita esse, tum quia de pauperibus dicitur: Nihil habentes, & omnia possidentes: tum etiam, quia Deus oculum ita sollicitè ad unius duntaxat pauperis provisionem & sustentationem curandam dirigit, sicut ad totius universi gubernationem.



De humilitate S. Francisci, quæ in ipso omnium gratiarum, donorum, & virtutum, quibus locupletatus fuit, unicam centrum exitit.

DISCURSUS SEXTVS.

Franciscus humilis.

1. **S**ancta mater Ecclesia in hodierna festiuitate S. Francisci, Patriarcham hunc non solum titulo pauperis honorat, ut jam diximus, sed etiam humilem appellat: *Franciscus pauper & humilis*. Et merito; nam qui vitam humilitatis effigiem formare vellet, intentum suum usique assequeretur, si hunc sibi Sanctum ob oculos repræsentaret, qui sine quodam ligatus, rudiq; & cinere quasi asperso sacco indutus, capite nudus, quoad pedes discalceatus, extenuatus, macilentus & pallidus, demissisque semper in terram oculis incedens, non jam homo quidam, sed vilissimus esse videtur terræ vermiculus.

2. Interrogatus quodam Doctor Angelicus quodnam sit veræ alicujus solidæque sanctitatis infallibile signum, quo viso decipi non possimus? respondit sanctitatem ex tribus præcipuè argui & colligi posse, quæ in substantia ad unicam solamque humilitatis virtutem rediguntur, scilicet *humilitate, contemptu sui, fuga honoris & Lazus*.

3. Quidam hujus ceteraphici Patris, Scholæ ejus dignissimus discipulus, Antonius Paduanus videlicet, de hac virtute dicit, quod sit *procreatrix omnium virtutum*; Et à Cassiano similiter vocatur *omnium magistra virtutum*. Eò ipso igitur cum de ipso dicitur: *Franciscus humilis*, simul etiam veluti omnibus virtutibus egregiè adornatus describitur. Unde S. Bonaventura in officio hodierno de ipso dicit: *Humilitas ad eò Dei virum sui juris effecerat, ut multiplex in eo fulgeret prærogatiua virtutum;*

Quarum aliquas in confuso & compendiosè velim nonnihil consideremus. Equidem imprimis maximam habuit erga Passionem Salvatoris compassionem, ut vix possit se à *lachrymis temperare, quin copiosissima lachrymarum unda ex oculis ejus profunderet, atque id eò se humiliavit usque ad mortem Crucis; utpote sacris stigmatibus insignitus. De paupertate & nuditate ejus, omniumque honorum temporalium abrenuntiatione in Discursu tertio abundè satis tractauimus. Austeritas & abstinentia ejus talis fuit, ut vix necessaria sumeret sustentationis natura, cocta cibaria vix sanitatis temporè admittebat, & raro admissa aut condiebat cinere, aut condimenti saporem admixtione aquæ ut plurimum reddebat insipidum, & num nunquam bibebat: Nuda humus lectus erat lassato corpuscule, unica paupere contentus tunica. Zelus convertendi animas ad Deum ad eò in ipso ardens erat, ut cum vix septem suos congregasset socios: propositum suum de mittendo illos in quatuor orbis partes aperuit. & ut prius faceret quod doceret, cum uno sociorum versus unam orbis partem perrexit reliquis sex ad modum Crucis tribus alius mundi partibus deputatis. In oratione & contemplatione ad eò sublimis fuit, ut idem S. Bonaventura scribat: *Per impressa rebus vestigia sequebatur ubique dilectum, de omnibus sibi scalam faciens, per quam conscenderet ad comprehendendum eum, qui est desiderabilis totus. Patientia omni proflus exemplo non caruit; unde de ipso dicitur: Cæpit infirmitatibus multis modis laborare, tam graviter, ut vix in eo membrum aliquod remaneret absque ingenti passionis dolore; illos**

Cap. 3.

Cap. 9.

suis

suas angustias non panarum censebat nomine, sed sororum.

4. *Franciscus humilis.* Ardentissima charitas, quæ in ejus corde flagrabat, in humilitate radicata fuit. Unde S. Catharina Senensis Cap. 4 Dialogorū suorum dicit: *Humilitas est precipua nutritrix charitatis.* Et S. Augustin⁹ ait: *Nihil excellentius est via charitatis, & non in illa ambulat nisi humiles.* Porro amor in ipso nequaquam vulgaris fuit, sed Seraphicus, utpote qui sapiens ipsum, ut coronam sibi procuraret martyrii, ad irritandos fidei persecutores fortiter adiecit: *Sic utique factum est, ut ignis ille divinus adhuc perfectius ipsius astuaret in corde, ut post patientius evaporaret in corde,* scribit Doctor Seraphicus filius ejus.

5. *Franciscus humilis.* In valle quoque humilitatis lilium floret candoris sui virginalis, qui quippe lilium est, sed convallium, id est, humilium animarum inquit S. Ambrosius. Cū die quadam à spiritu fornicationis tentaretur, nudum se in ingentem nivis massam conjecit, in eaque se volvens & revolvens, immaculatæ puritatis suæ nives intactas conservavit. Alia etiam vice à pessima quadam foemina tentatus, superardentes carbones sese prosternens, dixit ad eam: *Se illius libidini libenter consensum præstiturum, dummodo in hoc ignito lectulo secum placeret concumbere.* *En lectulus splendidus, sordidus, tanto opere dignus. Et ille quem eligo, ut eos ignis exadam*

6. *Franciscus humilis.* Quidquid à Deo habere desideravit, per orationes suas facillimè obtinuit, agris nimirum fecunditatem, prosperitatem familiis, infirmis sanitatem, Provinciis & Regnis pacem, per eandem orationem fulmina iræ Dei adversus Christianitatem evibrata, coërcuit, collabescentem Ecclesiam suffulit, & sustentavit, suamque religionem in spiritu & sapientia magis semper magisque adauxit, hæc autem oratio ab ejus humilitate robor quoque suum & vires accepit. Nam oratio humiliantis se penetrabit nubes. Et Chrysostomus ait: *Orationis vehiculum est humilitas.*

Ecc. 35.
21.

In Ps. 9.
Lib. 9 de
erud. relig. p. 2.
e. 4.

7. *Franciscus humilis.* B Humbertus glossa sua verba illa Psalmi exponens: *Cor mundum crea in me Deus,* munditiam hanc humilitati etiam adscribit: *Creatio, inquit, mundi cordis facta est ex nihilo humilitatis.* Et quidem conscientia suæ puritas talis fuit, ut nullam unquam culpam gravem ab ipso commissam fuisset.

se constet. Unde non sine causa Seraphinus, non verò Angelus denominatur.

8. *Franciscus humilis.* Glossa interlinearis honorem quem sanctus Patriarcha Abraham ttes illos Angelos in domus suæ hospitium recipiendo accepit, considerans, notat non sine particulari mysterio locum ubi id contigit in Scripturis speciatim exprimi: *Apparuit Dominus in convalle Mambre; per hoc designatur, quod revelationes divinae fiunt illis, qui sunt in convalle humilitatis.* Quis igitur deinceps revelationes, visiones, raptus, extases, omniaque alia dona, quibus S. Franciscus super alios Sanctos largâ manu privilegiari meruit, admirabitur, quando is cunctos alios in humilitate multis modis superasse noscitur: *Sancti viri inquit S. Gregorius, quanto magis se exterius despicendo desiciant, tanto amplius interius revelationum contemplatione pascuntur.* Seraphicus Patriarcha noster à civitatibus & provinciis integris honorabatur tanquam Sanctus, omnes certatim curebant ad ipsum, ut benedictionem ejus acciperent, & tamè admiranda merat mentis tranquillitas, summi quoque adhibebat studium, ne quovis vel minimo aura popularis pulvere sordidaretur, insensibilem se omnibus exhibebat honoribus.

L. 30.
Moral.
c. 29.

VVad. an.
1212. n. 8

9. *Franciscus humilis.* Sapiens ait: *Vbi est humilitas tibi & sapientia.* Porro Seraphicus Franciscus sæculi sui oraculum fuit, siquidem ipsimet Romani Pontifices verba ipsius Prophetiæ loco habebant; Et tamen nunquam studiis operam dedit attamen ta sacras literas à Divino Magistro Christo adicit, ut viros etiam doctissimos humanitus instructos, sua eruditione & Scripturarū intelligentia superaret.

Proo.
11 2.

10. *Franciscus humilis.* Quanto amplius & copiosius in Seraphicam illam animam cælestes gratiæ depluebant, tanto magis sibi vilescibat, tantoque majora sui ipsius contemptus, & humiles de seipso sensus, in eo capiebat incrementa, S. Gregorius ait: *Sancti quanto magis Divinitatis interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt, nusquam quippe legitur, quod Abraham cinerem se esse & pulverem professus est, nisi cū habere Dei meruit colloquium: Ait enim: Loquar ad Dominum meum, cū sim pulvis & cinis.* Seraphicus Pater socio suo aliquando dixit: *Non mihi videor frater Minor, nisi fuero in statu, quem tibi ipse descripsero.* Quoniam vero modo semetipsum delineasse existimatis? Nimirum

Lib. 18.
mor. 27.

mirum

mirum eo qui sequitur : Generalis Religionis minister existens vado ad Capitulum, Fratribus prædico, eosque hortor, & corripio, ac tandem omnibus finitis dicitur mihi: *Non corripis nobis, quia illi teratus es, elinguis, idiota, & simplex, tandem ejicior cum opprobrio vilipensus ab omnibus; Dico tibi, nisi eodem vultu eadem mentis latetia, & eodem sanctitatis proposito hæc verba audieris, frater Minor nequaquam sum.* Similiter interrogatus quidnam in se boni haberet, unde totum in sui venerationem attraxisset mundum, cum tamen nec nobilis sit, nec dives, nec doctus, aut singulari eloquentia & potentia præditus; Mox respondit, idem se à Deo exaltatum esse, quia nihil in se habeat, unde gloriari possit, ac proinde voluisse Deum ut omnibus constaret, quod quicquid in eo Deus operabatur, id totum manuum suarum opus esse, quarum proprium est deponere potentes de sede, & exaltare humiles.

*Lib. 2. e-
pist. 29. ad
Celsam.* 11. *Franciscus humilis.* S. Hieronymus scribit: *Nihil est, quod nos ita & hominibus gratos & Deo faciat acceptos, quam si vite merito magni humilitate infimifimus.* Hæc erat vis illa attractiva, qua terrestres hic Seraphinus omnes post se populos currere faciebat, nota enim omnibus erat innocentia ejus, austeritates, miracula, item altissima ejus sapientia & dona admiranda, quæ à Spiritu sancto possidebat, quem deinde multò amplius suscipiebant & admirabantur sui ipsius contemptum & neglectum, per quem vilipendebatur. *Sæpè cum populi merita in eo sanctitatem extollerent, præcipiebat alicui fratrum, ut in contrarium verba ipsum vilificantia suis auribus inculcando proferret; sæpè cum beatus ficaretur à pluribus, verbum hujusmodi profererat, filios & filias adhuc habere possum, nolite laudare nondum securum.*

*1. Reg. 6.
22.*

12. *Franciscus humilis.* Magna Davidis laus

in iis verbis continetur: *Ero humilis in oculis meis.* Multi quidem in oculis alienis humiles sunt & in apparentia externa, at verò interius sibi de eo complacent, quòd tanquam tales reputentur & habeantur, vera autem humilitas in eo consistit, quòd quis se omni improprio dignum existimet, & hæc erat Francisci humilitas, qui se faciebat aliorum pedibus conculcari, seque Bernardonis filium esse dicebat, maximum se totius mundi peccatorem esse censebat, et continuas lachrymas, quas vehemens peccatorum suorum compunctio ab oculis velut perennem fontem manare faciebat, visum suum quasi perdidit, non obstante, quòd in summa innocentia vitam suam traduxisset. Nam ut Albertus Magnus ait: *Humilitas est oculus anime per quem homo conditionem suam ac statum suum verissime recognoscit.* & *Advent.* sibi ipsi vilescit. De certo quodam viro ex Valle Spoletana oriundo, cui Cancer os pariter & genas omnino corroserat S. Bonaventura refert, quod cum ille absolutà peregrinatione, quam ut se suumque morbum sanctis Apostolis Petro & Paulo recommendaret, ad aliam urbem instituerat, Roma domum revertetur, sanctum hunc Patriarcham in via obvium habens, coram illo se prostraverit, ut pedes ejus oscularetur, quod Sanctus permittere nolens locum potiùs faciei, ubi cancer serpebat, osculatus fuit: *Osculari volenti pedes, osculum oris dedit, dum autem illam plagam horribilem ore sacro contingeret, omni fugato morbo subito acer ille sanitatem recuperavit.* Circa quod factum S. Bonaventura hoc movet dubium dicens: *Nescio quid horum magis sit merito admirandum, an humilitatis profunditas in osculo tam benigno, an virtutis præclaritas in miraculo tam stupendo.*

*S. r. in
Dom. 5.
Advent.*

Lib. 1. c. 23



De humilitate S. Francisci à Deo exaltata.

DISCVRSVS SEPTIMVS.

Franciscus humilis cœlum dives ingreditur.

ECCE tibi S. Francisci profundissimam humilitatem, quæ usque ad infernum se demittebat, majorem se peccatorem, qui in toto mundo reperiri posset, existimando: sed & ecce tibi eandem ad cœlum usque sublimatam:

Cœlum dives ingreditur. Monachus quidam Eremita dicere solebat: Si superbi, ascenderit usque in cœlum, usque ad inferos detrudetur: ita humilitas si esenderit usque in infernum, usque ad cœlum extolletur. Lucifer solum suum juxta Altissimi thronum erigere decreverat, atque idem jure merito in profundissimam inferni abyssum deturbatus fuit: è contra verò S. Franciscus è luto plasmatus, quia tantundem sese humiliavit, quantum se Lucifer superbiendo extulit, idem prouti nonnullis, vitæ ejus historia referente, revelatum fuit, dignus est judicatus, qui ad illum usque thronum, unde superbus ille ceciderat, sublimaretur: *Ascendit super Cherubim, & volavit.* Cùm quæ verba S. Antoninus dicit: *Ascendit super Cherubim Franciscus & volavit. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.* Deus Luciferum superbum è solo suo præcipitavit, & in idem eiecit humillimum Franciscum

*Pf. 17. 11.
P. 3. Hi-
stor. c. 1.*

*De 4.
modis o-
randi.*

2. S. Bernardus pulchrè considerat, quòd justam habuerit occasionem sese æstimandi indignum, qui oculos levaret ad cœlum: *Nec audebat oculos ad cœlum levare* & tamen idem ille Publicanus ipsum cœlum ad se perire inclinare. Sanctus Patriarcha noster ex profundæ humilitatis suæ instinctu ad cœlum aspirare minimè audebat, cœlum verò omnes in ipsum thesauros suos copiosissimè effudit

3. Considerationem bonam merentur verba illa: *Qui se humiliat, exaltabitur*, non dicit, qui

fuerit humiliatus, sed qui propria sponte & voluntariè sibi vilescit & contemnitur. Unde S. Bernardus ait: *Significat non erantem exaltandam esse humilitatem, sed eam tantum, quæ de voluntate venit, non ex tristitia aut ex necessitate.* S. Franciscus ex honoribus & obsequiis, ab hujus mundi Principibus & Magnatibus sibi exhibitis, ex veneratione, quam omnes populi ei deferebant, magis sibi ulciscendi, seque humiliandi semper captabat occasionem. Socius ejus die quadam timens, ne virtus sancti Patriarchæ in culmine tot honorum, applausuum, aliorumque obsequiorum, quæ ipsi velut Deo cuiuspiam in terra exhibebantur, evanescendo periret, litaretur, eundem piè monuit, ne se à spiritu vanæ gloriæ seduci permitteret. Cui Sanctus respondit, necdum eos sibi honores & applausus à mundi magnatibus exhiberi, quales debebant. Ex quibus verbis socio obstupefacto, ne dicam scandalizato, Franciscus respondit: *Vide Frater & intellige, omnem hanc reverentiam ad Deum remitto, nihil illi mihi tribuo & approprio, sed me ipsum consevo, & confirmo magis in facie meæ humilitatis autilitatis.* Ususque est statua cujusdam similitudine, in qua non saxum, vel lignum, vel truncus adoratur, sed potiùs per illa repræsentatum objectum, ita enim dicere volebat, non merita & virtutem meam, sed Dei virtutem & potestatem honoro, cui complacuit me velut gloriæ suæ instrumentum in sua opera adhibere: *Homines ex hoc non modicùm lucrantur, quia Deum recognoscunt & honorant in sui creaturâ, & in me omnium v. l. s. s. m.* Et jure merito quidem Deum in se agnoscebat, ut potè qui per impressa corpori suo stigmata alter quidam videbatur esse Christus. Enimverò quòd sanctus Patriarcha inter fagos & quercus Al-

*Serm. 34.
in Cant.*

*Vvad. an.
1212.*

vernæ

vernæ humilis permanferit, non aded mirum est, maxime autem stupendum fuit, quod ne vel umbra humanæ gloriæ ipsum titillaret, dum se à toto mundo in veneratione haberi conspexit. Inter alia epitheta, quæ sepulchri ipsius inscriptioni inserta fuerunt, hoc quoque fuit:

An. 1230. n. 6. *Francisci Romani celsa humilitate conspicui, id quod ex sequentibus magis fiet perspicuum. Etenim S. Paulinus in proposito de S. Job dicit: In fino sedens unde cadat non habet. Ita quoque dum in loco Portiunculæ inter prærupta montium Alvernæ S. Franciscus ministrabat leprosis, cumque pauperibus conversabatur, humilitas ejus aded admiranda non erat, quia unde caderet non habebat; at verò quod Romæ à summis Pontificibus mirè tanquam cœleste quoddam oraculum honoratus, in Egypto ab ipsomet Sulphano in maxima veneratione habitus, vel etiam inter mortuos à se ad vitam resuscitatos, aut verò sacris stigmatibus mirè insignitus, se plus quam alias unquam humilem conservaverit, hoc est, quod maximum omnibus futuris seculis stuporem jure merito conciliat.*

4. Pila proprium est, quod tantò magis cœlum versus profiliat, quantò amplius in terram deprimitur: ita quoque humilitati S. Francisci accidit, quantò enim magis contemni & posthaberi studebat, tantò etiam gloria & fama ejus amplius passim invalescebat. Factum est die quadam, quòd ob gravem quandam & mortalem infirmitatem opus ei fuerit de solitis rigoribus suis nonnihil remittere; at verò licetè difficulter è lecto se movere posset, ad suos tamen conversus dixit: *Non est conveniens ut populus abstinentem me credat, & ego è contrario carnaliter reficiar in occulto: surrexit verò humilitatis spiritu inflammatus & in platea civitatis Assisi populo solemniter convocato, cum fratribus multis quos secum adduxerat, majus Templum intravit, funeque ad collum legato nudum se trahi præcepit usque ad lapidem, in quo malefactores puniendi consueverant collocari. Lapidem istum sibi velut in pulpitu elegit, ut audiretur à populo, eique elata voce persuadere voluit, se non tanquam ipse rituale honorandum, quin imò tanquam carnaliter glutonem ab omnibus contemnendum. Quid inde? Num fortè per hoc sanctitatis suæ opinionem diminutam fuisse existimatis? Minimè gentium, quin potius tam ingenti*

visu spectaculo admirati sunt, & quia ipsius austeritatem jam noverant, devotione compuncti humilitatem hujusmodi magis admirabilem quàm nimitabilem proclamabant. Ludovicus Granatenfis in quodam sermone suo ita de eo scribit: Ille abjectione sua Dei gloriam fidelissimè quarebat; Deus è contra ferri honorem miris modis amplificabat: ille totus à vana voluntatis obedientia traditus erat, contra verò Deus creaturas omnes atque aded semetipsum obedienter illi exhibebat.

5. Alia quadam vice cum unà cum F. Leone in sylva quadam orationi intentus esset, eique in virtute sanctæ obedientiæ persæpè præcepisset, ut improperis, quæ sibi ipsi dicturus erat, responderet, eademque non tantum approbaret, sed amplificaret etiam, accidit, quòd licet ipse se hisce mandatis pariturum esse promitteret, Deus nihilominus ita disposuerit, ut omninò oppositum responderet, ut vel sic in ipso adimpletur, quòd *omnis, qui se humiliat, exaltabitur.*

6. Ad honorem S. Francisci textus quidam Scripturæ è Cantico Annæ matris Samuelis desumptus ponderari meretur, qui sic habet: *Arctus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore: famelici saturati sunt, donec sterilibus peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est: Dominus mortificat & vivificat, deducit ad inferos & reducit: Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & sublevat, suscitatur de pulvere egenum, & de stercore el. vat pauperem, ut sedeat cum Principibus & solum gloria teneat: Domini enim sunt cardines terra, & posuit super eos orbem. Arctus fortium superatus est quia, ut in primo Discursu vidimus, bella & persecutiones ab hostibus tartareis per hæreticos, schismaticos, Paganos, & malos Christianos adversus Ecclesiam excitatæ, sopitæ & dissipatæ fuerunt, idque ex eo solùm, quia infirmi accincti sunt robore, id est, pauperes & discalceati Francisci filii, ut in fidei & religionis Catholicæ defensionem viriliter decertarent, fortes facti sunt & generosi. Famelici saturati sunt quibus verbis ad optime provisam illorum paupertatem alludit. Sterilibus peperit plurimos & quæ multos habebat filios, infirmata est, quia Ecclesia, quæ superioribus seculis in procreandis filiis, id est, fidelibus spiritu & exemplaritate conspicuis fœcunda erat, deplorando Francisci seculo sterilitate contra-*

Conc. 4.
de S.
Fræsco.

Vlad.
an 1221.
n 28.

1. Reg. 2.

Àa totaliter collapsa & ruinæ proxima erat, tandem verò S. Francisco & familia ab eo instituta mediante pristino denuò vigori restituta fuit, cùm Deo proprium sit mortificare & vivificare. *Deducit ad inferos & reducit*, quia porta inferi quasi prævaluerat at verò navicula hæc S. Francisci opera è tempestatibus erepta & subducta fuit. *Dominus pauperem facit & ditat, humil at & subleuat*, jam enim paupertatem ejus sed opulentam & divitem, nec non ejus humilitatem sed magnoperè exaltatam in superioribus vidimus & admirati sumus. *Suscitat de pulvere egenum & de stercore elevat pauperem*. Id quod patiformiter in eo ad literam adimpletur, utpote qui à mediocri conditionis parentibus in stabulo inter animalium stercorea natus, tandem inter Seraphinorum choros exaltatus, & in sublimissimo solio exinfelici Luciferi casu vacante, ipsi verò in præmium humilitatis suæ reservato collocatus fuit, eò quòd Ecclesiam ruinæ proximam, mundumque totum vacillantem sustentàrit. *Ut sedeat cum Principibus, & solium gloria teneat*: *Domini enim sunt cardines terra, & posuit super eos orbem* prout in Discursu secundo latius declaravimus. Cùm die quadam una cum Fratre Pacifico iter agens ab eodem Fratre interrogaretur, quamnam de se actipso opinionem haberet, respondit, ut aliàs diximus, se maximum totius mundi peccatorem esse; prædictus verò bonus Religiosus confessum vocem Dei interiori sibi loquentem audivit, & dicentem: *Mòdò credere potes vissonem esse veram, quòd humilis Franciscus sua humilitate debet in sede Luciferi sedere.*

7. *Qui se humiliat, exaltabitur* Deus Opt. Max. iubl'me Ecclesiæ suæ ædificium erigere volens, quibusnam ipsam fundamentis & basi inniti voluit? Nimirum cuidam Galilææ piscatori pauperi & nudipedi: *Petree, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Tibi dabo claves regni cælorum*. Voluit etenim, ut omnes terræ hujus Reges & Monarchæ cunctis deinceps securituri seculis ad ejus sese pedes prosternerent: hac autem petra tandem per tartarearum potestatum infestationes & excitatos turbines vacillante, cujusnam opera divina providentia ad fundamentum hoc restaurandum & stabiliendum uti voluit? nimirum operâ viri talis, qui ob ejus amorem pauper, nudus & discalearis fieri voluit, viri idiotæ, seque ipsum

extremè contemptentis, Francisci videlicet; sed quid mirum? si quidem Cassianus de humilitate scribat: *Ipsa est cælestis adficii firmisimum fundamentum*. Ideoque Salvator noster suo in terris Vicario pauperculum quendam in visione ostendit, qui collabescens sustentaret Ecclesiam. Pauperculum despectus. *Domini enim sunt cardines terra & posuit super eos orbem*. Ubi Rupertus Abbas Tuitienlis juxta Hieronymi expositionem ait: *afflicti terræ. Afflicto hæc humilis at est, quæ ad portandum orbem constantes eos facit & fortes.*

8. Opportunè notat S. Chryostomus, Petrum tunc dignum judicatum esse, qui sublimis illius molis Ecclesiæ basis & fulcrum fieret, quando in centro humilitatis suæ positus dixit: *Ecce à me quia homo peccator sum: propterea factus est Ecclesiæ fundamentum*. Enim verò S. Gregorius verba illa Pauli: *instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso* ad præsens propositum nostrum explicare videtur, dum ita ait: *In ipso quippe instaurantur ea quæ in terra sunt, dum peccatores convertuntur: restaurantur ea, quæ in cælis sunt, dum illuc humilitate homines redeunt, unda Angeli Apostata superbiendo ceciderunt. Porro fastus, pompa mundana, avaritia, ambitio, cunctaque alia vitia maxime Ecclesiasticorum Ecclesiam penitus pessum dederant, quando Franciscus humilitatem & paupertatè à mundo exulantes, virtutes revocando Cleri reformavit disciplinam, morum instauravit honestatem, effecitque, ut in vigorem suum pristinum denuò redirent Christianæ virtutes* *Præcixisti me virtute ad bellum*, ita Franciscus Salvatori nostro dicere poterat, quando pro fidei defensione dimicabat. Hugo Cardinalis circa prædicta verba ait: *Virtute, s. scilicet humilitate, quæ anomasticè virtus dicitur.*

9. *Qui se humiliat, exaltabitur*. Deus potentes & mundi magnates minime æstimat: *Dispersionis superbos mente cordis sui, & exaltavit humiles. Amen dico vobis inquit Christus apud Matthæum, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*. Ubi Origenes inquit: *Quid ait si fratres tui sunt, quomodo minimos appellat? Imò verò idè fratres, quia humiles, quia pauperes quia abjecti, hos enim maxime ad fraternitatem convocat suam, quia despiciabiles sunt*. S. Franciscus in conceptu & æstimatione sua inter omnes Dei levos minimus

Coll. 15.

Hom. 3.
in Matt.Lib. 3a,
moral. 6,
29.

Ps. 17. 40

Matt. 23.
40.Tract. 34
in Matt.Pisã. lib.
3. fr. 8.
p. 2.

mus fuit; ideoque filios suos fratres Minores appellari voluit: præ quovis alio humiliatus est, ideoque præ omnibus aliis à Deo quoque fuit exaltatus; quis enim est qui ad illam sanctitatis suæ eminentiam pervenit, aut qui tot gratiarum donis, thesaurisque cœlestibus locupletari meruit? certè eouſque Filius Dei illum sublimavit, ut pari fere ſecum honore ipſum condecorarit. S. Bernardinus filius ejus ſcribit: *Franciscus dicit: Ad nihilum redactus sum, quia in humiliori loco montis Alvernia data sunt sibi stigmata Christi, ad denotandum quod propter humilitatem suam promeruit habere stigmata sacra De.*

10. *Qui se humiliat exaltabitur* S. Franciscus à Cardinale Leone, ut aliquot diebus domi suæ confisteret, rogatus fuit; cui sanctus Patriarcha dixit: *Frater mei qui in locis pauperulus commorantur, audientes me cum Cardinalibus esse, suspicantur forsitan implicari mundanis, & ferri honoribus, & divitiis abundare. ideo melius judico fugere curias, & humiliter in locis conversari humilibus.* Quoniam præcipuè tempore Moyses tanquam quidam in terris vice Deus, imò ipſomet Deo teste, tanquam Deus Pharaonis, omnibus timori & tremori fuit? *Quando negavit se esse filium filia Pharaonis, eligens affligi cum populo Dei.* Eodem quoque modo Franciscus tunc præcipuè apud summos Pontifices, Reges, imò apud ipſummet Egypti Sultanum in summa veneratione fuit, quando oblatos sibi honores pro viribus declinavit, quando se summè humiliavit & contempſit; quot fuere Reges, qui eodem Religionis ipsius vellem loco purpure induerunt, sceptrum que deponentes ejus se subjecerunt legibus? S. Ambrosius ait: *Et tu se vis uti Moyses tanquam Deus Regibus esse reverentia, ut sanguinem Deo tibi videantur esse*

subjeti, contemne qua sæculi sunt. Quidam Rex Franciæ cervical S. Francisci majoris æstimavit, quam olim æstimari solita fuerint Regum Perlarum cervicalia, qui in iis ad caput lecti multos auri milliones inclusos habebant. *Tantum autem ei præstitam reverentiam scribitur in legenda Gregarii IX. ut ad ejus ingressum in civitates & castella, clerus obvius procederet, pulsarentur campana, exultarent viri, congauderent fœmina, applaudent pueri, & cum ramis, hymnis, & Canticis totus occurreret populus*

11. *Qui se humiliat, exaltabitur.* Deus quondam S. Patriarchæ Abrahamæ progeniem posterorum ejus velut arenam maris & stellas cœli multiplicare promisit; verum enimverò nostisne cur increata illa sapientia hac arenæ & stellarum similitudine usa fuerit? Paulo ante Abraham dixerat: *Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis;* atque ideo ecce mox pulverem & cinerem istum in lucidissimas stellas commutatum Hugo Cardinalis ait: *Boni sunt pulvis per humilitatem, qua se instar pulveris pedum omnibus viliores reputant: ideoque ad stellas usque vehuntur qui ita se abjecerunt sicut pulvis.* Ecce tibi casum hunc in terminis in Francisco expressum, qui se omnium pedibus substravit, ab omnibus conculcari desiderans, veluti vilissimus quidam pulvis, cineremque in suo suorumque habitu referre voluit, & ideo quid mirum si Deus ipſum instar stellæ cujusdam, ut superius diximus in sanctæ Ecclesiæ firmamento splendescere, ejusque postereros, non solum præfulgidos, sed etiam ad instar stellarum numerosos valdeque frequentes esse voluerit?

* *



S. Franciscus Innocentio III. instar palmæ cujusdam præostensus fuit. Quæ de re nonnulla exponuntur mysteria.

DISCURSUS OCTAVVS.

*Statura tua assimilata est Palma. Cant. c. 7.
vers. 7.*

Laudem illam quam sponsus cœlestis in sacris Canticis animæ electæ seu ut verius dicam Ecclesiæ suæ attribuit, nos jure merito Seraphico Patriarchæ adscribere, eique dicere possumus: *Statura tua assimilata est palma.* Sciendum est enim quod quando S. Franciscus se una cum duodecim primis discipulis suis Romam transfulit, ut Religionem, quam Ecclesiæ Dei erigere intendebat, per Bullam Pontificiam confirmari curaret, Pontifex illum tanquam hominem abjectum & vilem rejecerit; at vero sequenti nocte ejusmodi revelatio facta est à Deo ipsi summo Pontifici, ut S. Bonaventura scribit, & debet namque inter pedes suos palmam paulatim succrescere, & in arborem pulcherrimam elevari, & eo mirante quid hæc veller visio ostendere, divina lux impressit menti ipsius Christi vicarii, quod hæc palma illum pauperem, quem in precedenti die repulerat, designabat. Mysteria igitur in hoc discursu examine mus, ob quæ infinita illa sapientia hunc servum suum in hac arbore designare decreverit

2. *Assimilata est palma.* Palma se non solum quoad truncum, sed etiam quoad ramos & folia in sublime erigit. Unde consequens est, quod tanto quoque profundiores in centro terræ radices egerit; *Radix ejus profunda est.* Tristissima enim fuit illa S. Augustini verba: *Cogita magnam fabricam construeres de fundamento prius cogita humilitatis,* atque ideo cum Deus Franciscum elegerit, ut in olem adeo

sublimem, qualis futura erat ejus Religio erigeret, & magis præcipue ut Ecclesiam suam ruinæ proximam sustineret, consequenter eum in humilitate bene fundatum esse voluit. *Radix enim profunda hujus virtutis heroica* in ipso valde fuit admiranda, prout in superioribus latius ostendimus.

3. *Assimilata est palma.* Inter alias palmæ proprietates una est, per quam ipsa ab aliis arboribus singularissimè discernitur, videlicet quod cum firmas reliquis arboribus maximè conducat, hæc e contra eundem vehementer abhorreat; & hoc fortè fuit mysterium, cur Spiritus sanctus Seraphicum Patriarcham per os Psalmistæ huic arbori specialiter assimilet, dicendo: *Iustus ut palma florebit.* siquidem & huic sancto viro proprium est ab omnibus hiis terrenis bonis, quæ ab Apostolo sterora appellantur: *Omnia arbitror ut sterora.* ut *Christum lucer faciam,* alienissimum vivere. Seraphicus igitur Pater manifestum nobis esse voluit, quod *Conversatio sua in caelis erat,* quodque sibi cum rebus terrenis nihil negotii intercederet, utpote qui omnibus quæ terra ei dare poterat, penitus renuntiasset, nudusque existens solum Patrem qui in cœlis est, invocaret, adeo ut nihil unquam quantumvis minimum possidere veller, ponitque ob id ad litteram verè dicere: *Minimundus crucifixus est,* & *ego mundo.* Siquidem ad instar crucifixi cujusdam, mundi hujus patibulo, tale enim mundum verè esse censebat, terga vertit, verè enim propter impressa sibi à Christo crucifixo vulnera & stigmata Crucifixus erat.

Ps. 91. 13.

Phil. 3. 8.

4. *Ass-*

L. 3. c. 4.

4. *Assimilata est palma.* Plinius de palma scribit, quod post mortem instar Phœnicis cuiusdam renascatur à seipsa, ideoque nec germinare nec semine opus habeat. Unde certo quodam modo de palma dici potest, quod suam à virginitate originem & ortum trahat. In qua proprietate mirificè purissimus Francisci virginalis candor repræsentatur, cuius semper vigilantissimus custos extitit. S. Bonaventura ait: *Tempore hyemali in foream glacie plenam plerumque seipsum mergebat, ut & domesticum sibi hostem perfectè subiceret, & candidum vestimentum pudoris à voluptatis incendio præservaret.* Quo in facto hoc nobis documentum, prouti ex eo quod dixit facillimè colligitur, post se relinquere voluit, nimirum *Tolerabilis viro spirituali fore incompara illiter asserbat, magnum suscinere frigus in carne quam ardorem carnalis libidinis vel modicum sentire in mente.*

Lib. 27.

c. 44. lib.

23. c. 4.

5. *Assimilata est palma.* Idem Plinius scribit: *Palma est solis amantissima; & alibi pariter scribit: Nullam palmam esse frugiferam nisi in terra & sole fervida.* Mystica vero hæc palma abundantissimum fructum in terra calida, id est, amore Seraphico inflammata retulit, à radiis namque solis iustitiæ accensus in agro militantis Ecclesiæ mirè fructificavit; Porro hic calor in ejus anima adeo transcendens erat, ut ad corpus quoque ipsius transmitteteretur, adeo ut rusticus ille qui inter Alvernæ prærupta nocte quadam præ gelido frigore quasi obriguerat, huic viro sancto vicinus existens, divini amoris fervore succensus manu illum protensa palcavit; mirabile certè subjungit S. Bonaventura, repente ad illius manus contactum, qui Seraphici calculi gerebat incondium, omni fugato frigore, tantus in virum intus & extra calor advenit, ac si quadam in eum vis flammæ ex fornacis sp. raculo processisset: nam illico mente & corpore confortatus suavis inter saxa & nives usque manere dormivit, quam unquam in proprio lecto passaverat.

Cap. 13.

6. *Assimilata est palma.* Hugo Cardinalis super citatum Davidis versum scribens de hac arbore dicit: *Habet folia similia gladio, quia verba sanctorum acuta, hi sunt gladii ancipites in manibus eorum id est, verba in operibus.* De sancto Francisco scribitur, quod cum quadam die dixisset se ad prædicandum verbum

Dei egredi velle mox eodem fine tanta cum modestia, compositione, humilitate & mortificatione per civitatem transierit, ut omnium eum spectantium corda in sui admirationem raperet; cumque à socio cur non prædicasset interrogaretur, respondit ei quod prædicationis se factæ fructum proinus visurus esset; qui & revera subsecutus fuit, multi enim paulò post coram ipso comparuere compuncti, ut se in illius disciplinam & sequelam totaliter transcriberent.

7. Palma terram balsam incolere amat; quando autem terra natura sua talis non est, super ipsam haud procul à trunco sal feminatur, ut tanto copiosorem fructum referat. Porro Agricola cœlestis Apostolos suos ad spargendum semen Evangelicum in mundum univèrsam disperfurus, eisdem dixit: *Habete in vobis sal.* Et Apostolus monet: *Sermo vesfer cum gratia sit sale conditus.* Enimverò quod palma nostra mystica hoc Evangelico sale confersa & cultivata fructum copiosum reddiderit, ad id comprobandum sufficiat adducere quod Philippus Diez de eo scribit: *In quadam Capitulo tam ferventi spiritu de mundi contemptu concionatus est; ut illo sermone innumeri fuerint conversi, & peracta concione ex illis quingentos no vitios receperit.*

8. *Assimilata est palma.* Palma, ut Hugo Cardinalis ait: *in modè est aspera, gracilis & rugosa, & sancti hic habent vitam asperam, & sunt contemptibiles & rugosi, & graciles, quia non querunt hic nisi strictè necessaria.* ad Thimoth. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus.* Diquiritis velim inter omnes sanctos aliquem, in quo hæc omnia ad litteram perfectius quam in Francisco adimpleantur. Porro idem Hugo eodem in loco dicit: *Rudex palma amara, & fructus aulicissimus, sic in sanctis, secundum illud illebraorum 12. Omnis quidem disciplina in presentibus videtur non esse gaudii, sed meroris, postea autem pacatissimum fructum exercitatis per eam reddit iustitia.* Porro austeritates & rigores sancti Francisci omnibus rigidissimorum Anachoretarum, qui per Thebaidem dispersi vixerunt, rigoribus longè fuerunt superiores; & tamen cum Israëlitis non oberaret per deferta, Deus tamen in ipsius animam manna consolationum & gaudiorum cœlestium copiosissimè deplebat: *Aspera radix*

Ruell de
nat stirp.
l. 1. c. 108.Marci 9.
49.
Coloss. 4.
6.Ser 4. de
B. Franc.

Loc. cit.

In Ps. 91

radix, inquit de Palma S. Augustinus, v. de ur
in terra pulchra. omnia sub celo est. Porro quis
unquam externam sancti hujus apparentiam
cernens, ipsum alicujus æstimasset? incedebat
nudipes, lacer, hirsutus, exanguis, contem-
ptus, & fune quodam super sacco quo indutus
erat, constrictus; spero rad. xv. de ur in terra,
at vero si animam ejus nonnihil penetrare
mus, videremus utique quod pulchra coma
sub cal. est qualia enim & quanta spiritus san-
cti dona & gratiæ in ejus anima recondita
erant, præditi in alio quodam discursu dicturi
sumus. Optimè igitur hic sanctus præ cunctis
aliis in veritate dicere potuit: Omnia mihi tra-
dita sunt a Patre meo

L. 4. in
quæst.
conc. 9. s.

9. Assimilata est Palma. Plutarchus de pal-
ma ita scribit: Ejus indolis est, ut urgentibus op-
primentibusque non cedat, sed fortius assurgat.
Ecce tibi in hac palma congruentissimè deli-
neatam S. Francisci constantiam, quam adver-
sus infernum, omnesque alios qui se illi oppo-
suerunt Hæreticos, Schismaticos, Paganos,
aliosque perditè viventes persèpe probavit, ut-
pote qui adversus eum conjurasse videbantur
ad imitationem illorum impiorum, qui dice-
bant: Venite opprimamus pauperem justum.

C. 2. 10.

Imò ipsimet etiam sancti Patris Capilli tantæ
virtutis fuerunt, prout superius diximus, ut ad
sustentandas domus cujusdam imminentes
ruinas efficaciter prævaluerint, adeo ut illam
haud secus ac solidæ trabes securissimè sufful-
cissent, ac proinde de capillis sancti Patris dici
potest: Coma eius, sicut elata palmarum. Ni-
mirum Deus ostendere voluit, cujus fortitu-
dinis etiam pars corporis ejus debilissima,
quales Capilli erant, existeret, quando hi ædi-
ficio cuidam ruinam proximam minitanti ful-
cri loco serviebant. Optimè igitur Greg. IX,
eum Samsonis nomine appellavit, siquidem
vis & fortitudo capillorum ejus, nomencla-
turam hanc satis aptè confirmant, capilli nam-
que S. Francisci domum Israël, id est Ecclē-
siam Dei adversus Philisthæorum, id est Ecclē-
siam adversantium violentiam validissimè su-
stinent.

Cant. 5.
11.

10 Assimilata est Palma Quo annosior tan-
to fructuosior; neque arboris hujus lignum un-
quam vetustate obsolescit, nec ceditur carie.
Unde veteres gentiles Deorum suorum sta-
tuas ex hoc ligno fabricare solebant; nun-
quam etiam colorem mutat, nec folia, quan-

toque amplius crescit, tanto magis fecunda-
tur. Quis autem est qui in hac proprietate non
videat denotari augmentum virtutum & me-
ritorum S. rancisci, qui altissimum merito-
rum assecutus est gradum, adeo ut ipsis quo-
que Seraphinis longè prævolaret; quis est qui
indefessam ejus perseverantiam, perfectissi-
mam ejus cum divina voluntate conformita-
tem ejus in omnibus virtutibus indifferen-
tiam & uniformitatem non obstupescat? cor-
pus ejus gloriosum, velsaltem ad minus in-
corruptibile conservatur; siquidem in signum
incorruptibilitatis animæ & cordis sui, in pe-
des erectum consistit,

11. Assimilata est palma Phœnix in Palmæ Lor. in
arbore sepulchrum suum fabricare dicitur, Pf. 91.
ibidemque inter cineres suos moriens, de no-
vo iterum reviviscit ad vitam, ut ita dicam im-
mortalem: In hac mystica palma Francisco
videlicet, divina Phœnix humanitatis Christi,
suum fabricavit sepulchrum, id est, suam im-
pressit passionem, in eaque accepta manuum,
pedumque ac lateris stigmata. Ascendam in
palmam, quod oraeculum in eo perfectè adim-
pletum fuit Et ideo ubi vulgata legit: Justus ut
palma florebit, Tertullianus aptè vertit: ut
Phœnix. In Josepho de bello Judaico scribitur,
quod palma acuta quadam petra incisa balsa-
mum copiosè seaturiat, quod equidem an
fabula sit an verè Historia hoc loco nolo de-
cidere, Catholica tamen veritas est, quod
Paulus ait: Petra autem erat Christus, quæ
petra huic palmæ vulnerum suorum incisiones
imprimens pretiosissimum sanguinis ejus bal-
samum eandem seaturire fecit.

Cant. 7. 8

L. dere-
sur. cor.
c. 13.
Lib. 5. c. 60

12. Assimilata est Palma Lyranus ait: In cap. 25
Nemine palma significatur victoria, quod in-
Deus.
tigitus victores n. prelio ramis palme in ca-
pito & manibus ornabantur. Sanctus Vincen-
Ser. 1 in
Assumpt.
B. V. Ma-
ria.
tius Ferrerius causam declarans, cur Ga-
B. V. Ma-
ria.
briel Archangelus ramum quendam palmæ
virgini ex hoc sæculo mortali ad beatam
vitam transituræ detulerit, dicit: Ramus
ille significabat victoriam, quam virgo habuit
de mundo per humilitatem, de Diabolo per
paupertatem, de carne per purissimam Virgi-
nitatem At vero in Francisco omnes præ-
dictæ victoriæ inveniuntur. Similiter S. Tract. 51.
Augustinus rationem reddit, cur populus Je-
in Ioan.
rosolymitanus cum ramis palmarum Chri-
sto in

L. 5.
ant.
Ar.
inp.

sto in occursum processerit & dicit: *Quia erat Dominus mortem moriendo superaturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus.* Meritissimo igitur jure Sanctus Patriarcha noster sub palmæ cujusdam specie nobis ob oculos ponitur, utpotè qui de inferni tyrannide triumphavit, sibi que ipsi mortis, passionis, & triumphalis crucis Christi victoriosum trophæum inseruit: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce; in hoc signo vicie.*

13. *Assimilata est palma.* Sanctus Paulus primus Eremita per multos annos se ex palma vestivit & sustentavit, adedò symbolum est paupertatis, sed bene provixit: *Halentes alimenta, & quibus regamur, his contenti sumus.* *Scatura tua assimilata est palma.* Enimverò quidnam magno huic Patriarchæ, suisque religiosis defuit unquam, tametsi extremam profiteatur paupertatem. Cælius Rhodiginus scribit: *In Babyloniorum literis comperias esse palma arboris trecentam & sexaginta utilitates.* De Palma itidem Indica graves Authores scribunt, quod illa iis populis, penes quos nascitur, omnia illa liberaliter subministrat, quæ illis in eorundem sustentationem, nec non in commercia necessaria sunt, unde à Palma desumptum fuit cujusdam Emblematis corpus sequenti Epigraphæ vivificatum: *Ad omnia utilis.* Eodem prorsus modo in vastissima hac arbore mystica invenitur quidquid desiderare

possimus, siquidem in frondibus, fructibus, ramis, & cortice multa eaque variæ inventuntur substantiæ, è quibus vinum, oleum, acetum, Aqua, Panis, Linum, Lac, Charta, Fructus, calcei &c. copiosè desumuntur, adedò ut Palma sufficiat ad provisionem non tam ubius familiæ, quàm integræ Reipublicæ. Legatis velim instutas à Sancto Francisco Regulas, & invenietis quàm arctam & strictam filius suis paupertatem præscripsit, & tamen palma hæc tot abhinc annis non uni duntaxat familiæ, sed multis earum millibus, omnia quibus ad victum, vestitum suppellectilem sive domesticam sive sacram indigent abundè subministrat. *Ad omnia utilis.* Adhæc quotnam palma hæc utilitates & commoda non attulit Ecclesiæ? In paganorum conversione, in extirpatione hæresum, in bonorum morum reformatione, in sacrorum locorum cultu & decore promovendo, in disciplinæ tam Regularis quàm Ecclesiasticæ restauratione, in Apostolica Evangelii prædicatione, denique in sanæ & solidæ doctrinæ veræ, Catholicæ & Romanæ puritate & integritate, quid non præstitit. *Ad omnia utilis.*



In S. Francisco omnia merita, virtutes, dona & gratiæ, quæ in omnibus aliis Sanctis fuere dispersæ, veluti in quodam compendio conjunctæ effulserunt.

DISCURSUS NONVS.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.
Matthæi cap. 11.

Vix credo inueniri posse verba Seraphici Patris meritis conformia, quàm sunt illa, quæ hodierno Evangelio thematis loco nobis prælecta fuerunt, quia quando totû se Deo conecrans, omnia, quæ in terris sortitus fuerat, Patri suo corporali ultrò cessit & resignavit, simul etiam profectatus, nullum se deinceps aliû Patrem agnoscere velle, quàm Patrem cœlestem; unde jurè dicere potuit: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo; securè dicere possun* (sunt ipsissima Seraphici Patris verba) *Pater noster qui es in cœlis; apud quem*, ut scribit S. Bonaventura, *omnem thesaurum reposituit.* Ex hoc thesauro penes hunc patrem fideliter depositato inexhaustæ horum donorum sunt egressæ diuitiæ. *Omnia mihi tradita sunt.* *Duo* siones *gratiarum sunt*, inquit Apostolus ad Corinthios, *alii datur sermo sapientia, alii sermo scientia, alii fides in eodem Spiritu, alii gratia sanitatum, alii operatio virtutum, alii prophætia, alii discretio Spirituum alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum: hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus.* Sed quoniam id modo facit: *Diridens singulis prout vult.* Ecce tibi igitur mirum in magno Patre nostro prodigium, qui dicit: *Omnia mihi tradita sunt.* In ipso enim velut in breve compendiam redacta sunt omnia dona, omnes gratiæ, omnes thesauri, qui in indeficienti Paradisi ærario asservantur. Ut autem hujusce veritatis

apprehendendæ capaces efficiamur, operæ pretium erit exemplum imitari Cosmographorum, qui in mappa mundi per parvula puncta vastas denotant civitates, amplateque & navigabilia flumina per subtilissimas lineas.

2. *Sermo sapientia*, id est, ut Glossa interlinearis ait: *Dei divinis intelligentia.* Porro intellectus Francisci ad divinarum mysteriorum intelligentiam ad eò sublimatus fuit ut Cherubinarum chororum transcendens, inter Seraphinos usque evolaverit. Glossa autem ordinaria *ly sapientia* interpretatur *contemplatio æternorum.* Sanctus Franciscus assidua quadam altissimaque contemplatione mediante Deo ad eò unitus fuit, ut de eo scribatur, quod fuerit *ambulans & sedens intus & foris, laborans & vacans orationi ad eò intentus; ut illi videretur non solum quicquid in eo erat cordis & corporis, verum etiam operis & temporis dedicasse.* Quando anima ejus separata à corpore visa est veluti stella quadam super candidam quandam nubem deferri. S. Bonaventura visionem illam declarans dicit, portatam fuisse *super aquas multas cœlestis sapientia & gratia ubertate repletas.*

3. *Sermo scientia* Scientia autem hæc consistit in *albione temporalium.* Porro S. Franciscus non solum omni conatu contemplatiuæ deditus fuit, verum etiam activæ, idq; in summo gradu, sine ullo tamen contemplatiuæ vitæ præjudicio, siquidem persæpè maximè ad dua Ecclesiæ negotia tractanda habuit, in quibus experientia comprobata semper exhibuit dexte-

2. Cor. 12.

4.

VVad.
an. 1210.
51.

IP
an
s.

dexteritatem atque prudentiam, eandemque occasionem multis annis in Religionis suae regimine habuit, & maximè in tot contradictionibus obviis, primitus enim ab Innocentio III. repudiatus fuit, quando ab illo Regulæ suæ confirmationem exoptit, Pontifice mirum æstimante humanitus loquendo impossibile esse ejusdem Regulæ observantiam & adimplerionem, nec tamen sanctus Patriarcha desitutus animo fuit, sed de novo admittit ad audientiam, quando eidem Pontifici dictam confirmationem Regulæ ingeniosa quadam parabola efficaciter persuasit.

4. *Fides in eo sem Spiritus* id est, ut ait Interlinearis, *constantia fidei, vel sermo* SS. Ambrosius & Anselmus interpretantur *donum interpreto proferendi & predicandi fidem*. Quantus fuit Apostolici collegii conatus, postquam illud ipsum ab invisibili Spiritu sancti super ipsos de cælo descendens præsentia confortatum fuit, tantumdem conari non dubitavit intrepidus ille & generosissimus Christi Capitaneus Franciscus, suos quoque discipulos per varias mundi partes dividens ad convertendos ad Christum Idololatrias, schismaticos, Hæreticos, Hebræos, Mahumetanos cunctosque alios perditè viventes: *Disso inter consolatus orbe veluti si uni versum Dei excelsi subjugare vellet imperio*. In ipsiusmet Sultani Babyloniarum se intrepidus statuit aulam, atque pro testificanda fidei nostræ veritate ad transeundum illæso corpore per medias flammis spontè se obtulit; & non solum id in hac occasione præstitit, verum etiam in multis aliis occasionibus barbarorum acinacibus cervicem suam præcidendam martyrii avidus obtulit, admirabili cum constantia annuntiando Evangelium.

5. *Gratia sanitatum*, id est, ut Interlinearis exponit, *Gratia curandi infirmos*. Quis unquam pro dignitate recensere poterit, quæ in vita & post mortem patravit stupenda miracula, à lethiferis & desperatis infirmitatibus innumera curando infirmos? Et quidem si pro stupendo sanctitatis Petri prodigio de eo scribitur, quòd integra infirmorum hospitalia evacuando cunctos infirmos certatim in plateas publicas exportarint, ut hac ratione infirmifanarentur, erigerentur claudi, cœci deniq; per Vicarii Christi præsentiam illuminarentur, simile quid Annales Franciscani de suo Patriarcha scribunt: *Efferebant in plateas infir-*

mos, ut sua benedictione donaret, panes proponebant, ut benediceret, quos pro morborum medelis servabant. Accedit quoque, quod dum magnus hic Patriarcha spinis quibusdam, super quibus, ut loci illius habet antiqua traditio, sanctus Benedictus nudo corpore ad suppressendos libidinis ætus volutus fuit, oleculum oris sui infixisset, eadem non solum protunc in rosas fragrantissimas commutata fuerunt, verum etiam rosas deinceps continuo germinarint, easque *mira virtutis que multam ubique infirmitatum medelam attulerunt*.

6. *Operatio virtutum*; id est, ut Interlinearis exponit, *operatio in seculorum contra naturam*. S. Anselmus illa verba: *Omnia mihi tradita sunt*, declarans dicit, *Omni otensum ad miracula*. S. Bonaventura paucis quidem, sed consideratione dignis dicit: *Ad cuius nutum saxum ignis, ut ad rem contemperat* (siquidem super prunis haud secus ac super rosis se sine ulla læsione volutavit, ut tum in seipso, tum in pessima quadam ipsum tentante femina concupiscentiæ incentive reprimeret) *acqua saporem commutat in vinum eam convertendo: Angelica præbet melodia solatium*. Ad ejus libitum canebant Angeli, itemque ad minimum ejus nutum denuò desistebant. Ad quorum imitationem aviculæ etiam ad ejus iustum suavis aëra concentibus replendo inter se concertabant; similiter pisces pariter & aves prædicatum ab eo divinum verbum audiebant; suam coram eo feritatem feræ mansucentes deponebant; silices & petreæ, alpestris durissimæ lymphidos saruiebant aquarum fonticulos; ad ejus preces arida mulierum octogenarum ubera lacte fœcundabantur & exuberabant, ut derelictos à matribus nepotes educare possent; In vitam præiorem non unum duntaxat, sed septem revocavit cadavera, ac demum perpetuo eoque visibili miraculo post multa annorum secula corpus suum in hodiernum usque diem incorruptum, & in pedes erectum, & veluti in actu orandi oculis in cœlum defixis positum conservare novit, & etiamnum conservat.

An. 1222

5.

Capit.

VVad.

an. 1212.

n. 32.

VVad.

an. 1212.

s.

7 *Prophetia* Siquidem multos prædixit futuros exitus, maximè circa prosperos, aut infelices Ecclesiæ casus, prævidit quoque & prophetavit, quicquid in decursu secuturi temporis in Religione sua eventurum erat, multasque alias tam de privatis quàm publicis successibus fecit prædictiones & vaticinia.

8. *Discretio Spirituum*, id est, *orationum & intentionum cordis*, ut declarat interpret quidam modernus. Quis est qui ignoret quàm ei familiare fuerit hoc donum *scrutandi renes & corda*; unicusque suas recenset cogitationes, desideria, imaginationes, quæ in uniuscujusque mente delitescunt; Quod si verò per discretionem Spirituum intelligatur donum quoddam judicii, & certæ discretionis circa aspirationes, etiam Franciscus in hoc singularis profusus fuit in discernendis videlicet vocationibus, an illæ à Deo, aut verò ab iniquo spiritu proficiscerentur.

9 *Genera linguarum* Quia tam in oriente, quàm in occidenti prædicando Evangelium plurimos sagit ad fidem convertere populos barbaros, à nobis non solum climate & moribus, sed etiam idiome profusus differentes. Atque idè dubitandum non est, quin ei hoc quoque donum concessum fuerit, eo vel maximè cum hoc ei attribueretur elogium, quo *vir totus Apostolicus* appellatur, nec tamen confet eum aliquam vanis idiomatibus addiscendis dedisse operam.

10 *Interpretatio sermonum obscuriorum, maximè sacra Scriptura* Nam S. Bonaventura de magno Patriarcha nostro scribit, *quamvis non habuerit sacrarium literarum peritiam per doctrinam; aeterna tamen lucis irradiatus fulgoribus, Scripturarum profunda miro intellectus scrutabatur acumine.*

11. *Omnia mihi tradita sunt.* Neque enim Patriarcha Seraphicus omnibus prædictis donis locupletatus fuit, verùm etiam in veritate dicere potuit: *In plenitudine Sanctorum detentio mea. Qui mercedes congregavit, inquit Spiritus sanctus, misit eas in sacculum pertusum.* Quis mihi hujus Scripturæ sensum explicabit, in qua mentio fit sacculi cujusdam perforati, in quem multæ fuerint mercedes depositæ? Nisi fallar, Scriptura in hoc loco dicere velle videtur, quòd Pater æternus omnes virtutum, gratiarum, donorum & meritum thesauros congregavit, eosque in sacculum

humanitatis filii sui vilem sacculum quinque vulneribus perforatum reposuerit. Unde S. Bonaventura ait: *Sacculus pertusus est humanitas Christi in quinque vulneribus perforatus*; Ad nostrum verò propositum sciendum est Christum hanc suam humanitatem cum Francisco univisse, quando sacra ei stigmata impressit, & consequenter omnes hosc thesauros in sacculum ejus quinque itidem vulneribus perforatum transfudisse, *congregavit mercedes* Ipse namque puritatem æmulatus est Angelorum, ideoque per antonomasiam appellari Seraphicus meruit. Fuit etiam Religionis talis Patriarcha, quæ inter omnes, quæ sunt in Ecclesia, religiones numerosior & exemplarior existit. Similis quoque Prophetis in prædictionibus suis fuit; Apostolorum itidem paupertatem omnesque alias illorum virtutes & progressus ad unguem, ut dicitur, imitatus fuit; Martyr quoque amoris extitit, quem *et si gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen Martyris non amisit.* Quodnam enim sustinere potuisset acerbis martyrium, quàm quòd per duorum annorum curriculum crucifixus vixerit? Adhæc rigidissimorum & solitariorum Anachoretarum merito fuit gavisus, eminentissimorum quoque Confessorum penitentias & virtutes insignes sibi conciliavit. Denique lilium virginum pariter ipsi non defuit, adeoque ipsum simul & temel adornatum videamus omnibus gratiarum divitiis, quæ in cunctis aliis Sanctis seorsim fuere dispersæ.

12. *Omnia mihi tradita sunt* Nam S. Bonaventura de Seraphico hoc viro dicit, quòd fuerit *Paupertatis professor, patientia forma, veritatis praxo, sanctitatis Speculum, & totius Evangelicæ perfectionis exemplar*; ac paulò post subjungit: *Hunc virum mirabilem utpote paupertate praxivitem, humilitate sublimem, mortificatione vividum, simplicitate prudentem.* Æmulatus est prothoparentem nostrum in dominio & imperio, quod habuit in omnes creaturas, *ut sic sanctificatis viri sancti sensibus omnis probetur mundi machina deservire.* Assequi semper & imitari studuit innocentia Abelam, in devotione Enos, in justitia Noemum, in obedientia Abrahamum, in solitudine & labore Jacobum, in mansuetudine Moysen, in zelo Eliam, in fortitudine Josue, in castitate Josephum, in humilitate Davidem, in

Ser. in 1.
dem. Adv.
ventus.

Corn. à
lap.

Aggai. 1
6.

Cap. 15.

contemptu mundi Eliseum, in sapientia Salomonem, in divinarum rerum cognitione Isaiam, in compassione erga proximos Jeremiam, in patientia Jobum, in misericordia Tobiam, in temperantia & austeritate vitæ Daniele.

13. *Omnia mihi tradita sunt.* Quod si Deus etiam in hac vita largus est remunerator in ministrandis honoribus, divitiis, gaudiis, viris illis qui illa meruerunt, certè erga Seraphicum Patriarcham minimè parcus extitit. Noster enim sanctus omnibus populis tam Christianis, quam Idololâtris & Mahumetanis in summa veneratione & pretio fuit: Reges & mundi Monarchæ, imò ipsimet Pontifices ipsi promptè sunt obsecuti. Consolationes quas etiamnum in hac vita gustavit, tantæ fuerunt suavitatis, ut sint cuius intellectui humano omninò imperceptibiles: *Nemo sensit nisi qui accipit*; Non defuerunt ipsi terrenæ divitiæ, sed ipse defuit illis, easdem per generosum quendam contemptum conculcando.

14. *Omnia mihi tradita sunt.* Quantum S. hoc Patriarcha etiamnum vivente ampliata est, quam in Ecclesia fundavit, religiosa sa-

milia, quantumque in sanctitate & doctrina fructificavit? quot plantæ ab eo irrigatæ creverunt usque ad cælos, pretiosissimo gloriæ diademate adornatæ, prouti ex Franciscanæ Religionis catalogo facilè est videre. Verùm enimverò quod si scite desideretis, cur Deus tantos donorum & gratiarum cœlestium, bonorumque pariter temporalium thesauros in sinum ejus effuderit facilis mihi erit responsio per illa Christi verba à S. Joanne relata: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*, subdit autem Evangelista: *Hoc dicebat significans quæ morte esset moriturus*, siquidem nudus in crucem elevatus ad fidem suam totum traxit universum: *Omnia traxit ad seipsum*. Ecce igitur tibi hic expressam rationem, cur Franciscus dicere potuerit: *Omnia mihi tradita sunt*, quia nimirum exaltatus à terra, quicquid boni aut pulchri mundus ei dare potuit, generosè contempsit, seque cum Christo simul in crucem affixit: *Elevatus à terra etiam ipse omnia traxit ad se*, ideoque dicere potuit: *Omnia mihi tradita sunt*, nihil enim aliud præterquam Deum desideravit, unde solida & continua ejus oratio hæc fuit: *Deus meus, & omnia.*

10. 11. 12.
32.

Aliquæ quæ inter Christum & ipsum intercesserunt similitudines exponuntur.

DISCURSUS DECIMVS.

Similis erit Deo in filiis Dei. Psal. 88. v. 7.

1. **P**ropheta Regius, qui à Deo vir secundum cor ejus habitus fuit, in altissima contemplatione persæpè absorptus Deum interrogavit: *Deus qui similis tibi?* Et iterum alibi: *Deus quis similis erit tibi?* Et in Psal. 39. v. 6. conclusit intra se: *Non est qui similis sit tibi.* Denique Psal. 88. interrogat: *Quis equaliter domino, similis erit Deo in filiis Dei?* sed ecce hodie Davidi adæquate respondere possumus Franciscum inter omnes Dei filios eidem simillimum esse,

Psal. 70. 19.
Psal. 82. 2.

2. *Similis Deo.* Ex nonnullis revelationibus, quæ in Franciscanæ Religionis annalibus recensentur deduci posse videtur Sancto huic Patriarchæ attributam esse vacantem luciferi in cælo sedem; Quod si verum est, sequitur quod cum de hoc Angelo scriptum sit: *Exech. 28. Tu signaculum similitudinis*, ipse autem hanc quam cum Deo habebat similitudinem per suam superbiam amiserit, sequitur inquam quod Franciscus eandem per profundissimam humilitatem hæreditavit. Unde sicut Isidorus de Lucifero ait: *Lucifer in exordio creationis sua simillimus fuit Deo in universa multitudine*

De summo bono lib. 1.

E 3

Ange-

T. 4. ser 3.
c. 3.

Angelorum, ita quoque de magno & Seraphico Patre suo Bernardinus testatur dicens: *Gloriosus Franciscus circa terminum vite sue simillimus fuit Christo in tota universitate Sanctorum.*

3. *Similis fuit Deo.* Etenim Deus noster tanquam in stabulo quodam nasci voluit; at verò tanquam Deus eandem nativitatem suam per prodigiolarum cuiusdam stellæ apparitionem tribus illis Orientis Regibus voluit esse manifestam; et similiter quando Franciscus in procinctu fuit ut in huius mortalis vitæ lucem ederetur, mater ejus a cœlesti quodam nuntio eidem in similitudine peregrini viatoris apparente monita fuit, ut si a concepto partu feliciter expediri vellet, in stabulum se reciperet, ibidemque eundem super fœno & palea deponeret, prout etiam felicissimè ab ea factum fuit.

4. *Christus, qui de semetipso ait: Ego sum stella s. lenticula & nativissima in nube quadam ad cœlos ascendit. Et nubes suscepit eum in cœlo.* De hac verò Seraphica anima scribitur: *Sub specie stellæ præfulgidæ a candida subvectam esse nubecula.*

ps. 39. 18.

5. *Salvator noster de se ait: Ego autem mendicus sum & pauper, Dominus s. illius est mei.* quod idem magnus hic Patriarcha de se dicere potuit, cum enim ipse arctissimam maximèque rigidam profectus sit paupertatem, eandemque velut opulentam quandam hæreditatem numerosissimæ familiæ suæ in testamento legando transcripserit, divina quoque providentia erga eandem per indulgentiam benedictionum suarum abundantiam sollicita semper fuit.

6. *Salvator noster duodecim sibi elegit, quos denominavit Apostolos, super quos Ecclesiam suam à se fundatam stabilivit; Porro autem specialiter dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, eandemque per duodecim illorum Apostolorum effusum sanguinem plantavit: Isti sunt qui viventes in carne plantaverunt Ecclesiam sanguine suo.* Sanctus quoque hic Patriarcha duodecim sibi adscivit focios, quos ad prædicandum Evangelium, & ad rebelles Deo sub Evangelicæ legis jugum redigendos per universum terrarum orbem dispersit; Ipse autem fuit qui inter illos omnes in susti-

nenda sublimi Ecclesiæ mole illis temporibus vacillante & ruinæ proximâ Petri partes & locum sustinuit, eandemque per duodecim focios, qui vitam suam pro fide prodegerunt, restauravit.

7. *Adhæc sicuti filius Dei in Collegio Apostolico unum traditorem habuit: Ita Ioannes Capella salutaris consilii tanti Patris oblitus, mandata ejus neglexit, abire in locum suum, & suspensus crepuit medius.*

8. *Quando Seraphicus Pater discipulos suos per omnes mundi partes divisit, iisdem documentis & monitis eosdem instruxit, quæ sapientissimus Magister scholæ suæ discipulos olim edocuit.*

9. *Christus Redemptor noster discipulis suis pro eo tempore, quo pro fidei suæ defensione & dilatazione poscebantur ad supplicia, miram quandam suavitatem & cœlestem consolationem insinuavit, aded quod ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilii quoniam digni habitus sunt pro nomine Iesu contumeliam pati: Ealdem quoque consolationes Seraphicus hic Pater filiis suis impetravit. Unde S. Bonaventura ait: Multa quidem eu in diversis partibus orbis inferebantur convitia, tanquam personis despicabilibus & ignotis: sed amor Evangelii adeo ipsos patientes effecerat, ut quæ erent potius ibi esse, ubi perse utiorem paterentur quam hic. Unde F. Ægidius Seraphico viro die quadam dixit: Pater jam recessit gloria nostra dum hominum gloria afficimur, id quod ex eo præcipuo motivo dixit, quia omnem honorem & gloriam in eo reponerent, quod pro Dei amore opprobrio & contumelia ab aliis afficerentur, quæ verba sanctum Patrem magno effecerunt gaudio, videns suos discipulos, nec iniuriis commoveri, nec honoribus extolli.*

Cap. 4

10. *Incarnata Patris sapientia die quadam Apostolos suos inter se de primatu contendere audiens, hoc illis salutare monitum dedit: Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister: Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Qualiter autem id ipsum Seraphicus Pater circa suos præstiterit, ex ore filii sui S. Bonaventuræ videlicet velim audiatis: Humilitata forma Franciscus voluit fratres suos vocari minores, &*

Matth. 20, 26.

Cap. 6.

res & Prælatos sui ordinis dici Ministros, ut & verbis uteretur Evangelii, quod observare promiserat, & ex ipso nomine discerent discipuli ejus, quod ad descendendam humilitatem ad scholam humilis Christi venissent.

11. Dei filius Collegio suo Apostolico singulari solatii loco promisit, nullam penitus potestatem etiam infernalem adversus Ecclesiam suam prævalituram aliquando esse: *Et porta inferi non prævalebunt adversus eam.* Pari modo hic Patriarcha hanc à Deo promissionem obtinuit: *Quantifunque fuerit impulsibus pauperula hæc concussa religio, salva semper meo munere permanebit.*

12. De Christo scribitur cum auditorum suorum corda sibi rapuisse, amorosam illis inferendo quodammodo violentiam, ut ad ipsum converterentur, aded etiam ut ii qui abierant ut ipsum in horto Gethsemani caperent & ligarent, in cordibus suis ab ipso vinciti & ligati remanserint; unde & alii dicebant: *Nunquam sic locutus est homo.* Simile quid etiam apud D. Bonaventuram de Francisco legitur: *Erunt verbum eius, inquit præfatus Seraphicus Doctor, velut ignis ardens, penetrans intus in corda, omniumque mentes admiratione replebat, cum non humana mentionis ornatum prætenderet, sed divinam revelationis afflaturæ doleret.*

13. Cum Christus ab auditorum suorum divinum eius verbum avidissimè auscultantium multitudine plus nimium premeretur: *Dum turba rruerent in eum, ut audirent verbum Dei, in quandam à litore nonnihil remotam naviculam se subduxit: Et sedens docebat de navicula turbas; Ascendens in unam navim, que erat Simonis, rogavit eum à terra reducere pro se solum.* Simile quid Sancto Patriarchæ nostro Cajetæ accidisse scribitur: *Dum prædicaret in litore maris, turbis præ devotione rruentibus ut eum contingerent, horrens Christi servus tantum populorum applausum, in unam hærentem litori naviculam profilitis solus: illa verò tanquam si rationis particeps motore moveretur intrinseco, sine aliquo remige cernentibus & mirantibus cunctis se longius à terra protraxit.*

14. Similis fuit Deo in filiis Dei Quod si verò in partata ab utroque miracula oculos nostros convertamus, in plerisque

illos symbolizare deprehendemus. Primò enim Salvator noster à tribus Apostolis supra montem Thabor visus est transfigurari, cui etiam actui Elias præsens interfuit. Sanctus quoque Franciscus, *absens in curru igneo fratribus transfiguratus apparuit.* Et quidem tanquam alter quidam Elias ab illis visus est in curru igneo ad cælum rap. Secundò Christus paucis panibus multa hominum millia satiavit: Sanctus noster per unius panis medietatem, illum multiplicando aded etiam ut quantumvis manducatus non ablumeretur, tum sibi, tum aliis per quadraginta dierum spacium abunde prospexit. Tertio Christus aquam in vinum mutavit; idem quoque Franciscus præstitit, insuper faciendo, ut ex vite bottis producendis sterili & infructuosa, tantum nihilominus vini collectum fuerit, quantum magno cuidam vasi adimplendo sufficiens erat. Quarto ad imitationem Domini sui Dæmonibus præcipiendo promptam semper ab illis obedientiam obtinuit. Quintò celebre est illud mulieris per tot annos continuos sanguinis fluxum patientis miraculum quæ f. cuitatibus suis inter Medicos erogatis, tandem in cælestem Prothomedicum confixa inter se dixit: *Sic rigoro tanquam vestimentum, quæ salva ero.*

In annalibus quoque Franciscanæ religionis de serena quadam muliere Episcopatus Sorensis, Rogata nomine, scribitur, quod cum per viginti trium annorum decursum eandem passa infirmitatem, post tentata irrita licet cum effectu omnia humana remedia, tandem post ingens rerum suarum dispendium ad extremam paupertatem redacta, & velut vivum quoddam cadaver facta fuisset, audiretque viri Dei laudes à puero quodam per specialiter conceptam hymnodiam decantari, se licet procul ab illo distantem toto corde illi commendaverit, hoc speciatim addito sanitatis, restituendæ motivo, quod videlicet sanitas quam ab eo sperabat recipere miraculo, ob nimiam utriusque distantiam ingens additura esset gloriæ incrementum. *Hæc dictis sensit se Francisci merito liberatam.* Sextò Filius Dei in gravi erat periculo ne à monte quodam à Judæis præcipitaretur: *Duxerunt illum usque ad supercilium montis, ut præcipitarent eum: nisi miraculosè evasisset:*

Cap. 11.

Matth. 9.
29.
Vvad.
1228. 62.

Luc. 4.29

ipse:

Matth.
6 18.
Cap. 8.Ioan. 7.
46.

Cap. 12.

Luc. 5.1.

An 1219.

Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Septimo inimicus infernalis in Alyerniæ monte Francisco dixit: Mitte te deorsum; imò vim quandam ei intulit, ut eum ex alta quadam rupe prolabi faceret: Sed Saxum aliquo durum, ita se Beato Patri tractabileque præbuit, ut & digitis in eo imprimere, & ejus apprehensione hujusmodi præcipitationem evadere potuerit. Octavo Christum tres mortuos ad vitam resuscitasse constat; de Francisco pariter ex historiis liquet eum septem vita functos denuò revocasse ad vitam. Nondè de Salvatore Lucas scribit: Virtus de illo exibat, & sanabat omnes: De Francisco ejus attestantur annales: Quidquid manu tangebatur, virtutem participasse Dei homines comperiebant in curatione languorum. Decimò sicut natura per potentiam, quam vocant obedientialem, Christo in omnibus quæ contradictionem non invollebant, obsequabatur promptissimè, ita quoque talem se huic ferreo ejus exhibuit, utpote qui absolutum in aves, pisces, feras, plantas, arbores, Elementa, omnesque alias creaturas sive insensibiles sive sentatas Dominium habuit: Cui omnis probatur mundi machina deservire.

15. Similis fuit Deo in filiis Dei. S. Ambrosius id quod Deus Moyse dixit nimirum: Constituit te Deum Pharaonis, recte considerans ait: Nomine Dei vocatus est, ad cujus similitudinem se perfecta ut virtus ubertate formaverat: Idem quoque de S. Francisco dicere possumus: Ad cujus similitudinem se perfecta virtutum ubertate formaverat; prout insequentibus Analogiis liquidè patebit. Primò enim Redemptor noster in deserto rigorosissimam quadraginta dierum prosecutionem est abstinentiam: De hoc autem Magno Patre scribitur: Ab Epiphania festo usque ad continuos quadraginta dies, eo scilicet tempore, quo Christus latuit in deserto, ad solitudinis loca declinans, cellaque reclusus, quantum potuit ardentissime cibi & potus, jejuniis & orationibus, & laudibus Dei sine intermissione vacabat. Secundò Christus noster, de quo Ilaïas ait: Putavimus eum quasi leprosum ex compassionis motivo, leprosus mundare non est dedignatus: Franciscus autem aded heroicum mortificationis actum est assecutus, ut leprosoꝝ ulcera osculari non dubitavit: Erat cum eis, diligentissimè serviens omnibus propter Deum, lavabat ipsorum pedes, ligabat ulcera, educebat plagarum putre-

dinem & saniem abstergebat, osculabatur etiam ex miranda devotione ulcerosas plagas, eorum Ex angelicus Medicus mox futurus: propter quod tantam est à Domino consecutus virtutem ut in Spiritualibus et Corporalibus morbis mirabiliter expurgandis mirabilem efficaciam obtineret. Tertio filius in eam humilitatis abyssum se dimisit, ut in loco infami, ubi publici malefactores supplicio affici consueverant, in medio duorum latronum voluerit crucifigi: S. Franciscus Assisii fure collo innexo ad publicæ justitiæ locum raptari voluit, ibidemque disposuit ut omnibus declararetur, quantum ab omnibus contemni & proculcari meruisset. Quarto Redemptor noster in agonia mortis suæ ab Angelo confortatus fuit: Ad Franciscum quoque gravi infirmitate correptum Angelus quidam expeditus fuit, qui per laxati arcus jactum, infinito animam ejus jubilo implevit. Quintò Christus pridie quam pateretur accepit panem, quem consecratum Apostolis in signum unionis & concordie distribuit. Unde S. August. serm. 83. de diversis ait: Commendat nobis in isto pane unitatem amare Sanctus & Seraphicus Pater noster in hujus exempli imitationem: Pridie antequam moreretur, vocat ad se fratres, denuò benedixit eis, & panis à se crucis signo consecrati fragmenta dedit singulis, ut in signum unitatis & concordie de eodem comederent; de votè id fecerunt omnes contemplantes in sancto viro Christum in suis ultimam cenam peragentem.

16. Similis fuit Deo in filiis Dei. B. Petrus Damianus de S. Andrea fratre S. Petri scribit: Crux parturivit aequalem: ita nos quoque dicere possumus: Crux fecit similem; simili pena servus cum Domino afflictus est, & popularis homo Regi similia passus. Enimverò si Christus in cruce sacco fuisset cinero indutus, nulla futura fuisset Franciscum inter & Christum distinctio, hoc solum discrimine excepto, quod crux Christi lignea fuerit, Crux autem Francisci, fuerit, ut suo loco dicemus, Christus ipse. Quos præservit & prædestinavit conformes fieri imagini filii sui, inquit Apostolus, huic autem viro Seraphico specialis de certissima ejus prædestinatione facta est revelatio, & ideo mirum non est si conformis & similis fuerit imagini filii Dei. Similis fuit Deo in filiis Dei. Verè S. Franciscus sacris stigmatibus hoc modo insignitus dicere potuit: Omnia ossa mea dicès. Domine, quis similis tibi? Christus

An. 1210.
n. 35.

Isai 53.

An. 1226.

Ser. de S.
Andrea
Sap. 18. 11

Rom. 8.
29.

Pf. 34.

Christus in die Veneris nudus est mortuus, deo que pariter nudus mori voluit Franciscus; Imò vulneribus signatus, adeo que crucifixus etiam in die Veneris fuit; Christus crucifixus est in monte Calvaria, Franciscus in monte

quodam condicto Alvernia: Carnifices autem qui Dei filium crucifixerunt, Hebræi fuerunt: Franciscus autem in Crucem actus est ab ipso met Christo.

Stigmata S. Francisci basis & fulcrum quoddam fuerunt Ecclesiæ Dei.

DISCURSUS XI.

Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, cognovit Dominus qui sunt eius.

2. Timoth. 2. v. 19.

1.

Q

Uando in Franciscum vulneribus Christi insignitum, ut Ecclesiam Lateranensem ruinam meditantem sustentat, terræ contemplationis oculum defigo, jure mihi videor dicere me posse,

quòd Apostolus per spiritum propheticum de ipso loqui intenderit, quando Timotheo scribit: *Firmum fundamentum Dei stat.* Et quidem tantò magis mihi veritatem hanc persuasam habeo, quantò fortius ad id credendum à S. Bernardino permoveor; hic enim ita scribit: *Stetit ergo Franciscus in bello tentationis in modum firmissimi fundamenti; nonne ut renovatum fundamentum adificium Ecclesiæ stabilivit? Habens signaculum hoc, Filius Dei est signaculum. Et Franciscus fuit quasi signaculum.* Etenim Christus seipsum super corpus servi sui impressit, dum ei vulnera carnis suæ infixit.

2. S. Bernardinus piè meditatur Christum sibi in Cruce per sanguinem suum desponsasse Ecclesiam, ipsam sibi proprii sanguinis effusione subarrhans; ac proinde cum etiam Franciscus ex amore sui Redemptoris crucifixus fuerit,

Mansi Sanchuarij Tom. IV.

suorumque vulnerum sanguinem non pauculis heris, sed per solidum duorum annorum spatium effuderit, cur nobis ad credendum difficile erit, ipsum Ecclesiam Christi sponsam suffulisse & sustentasse. Dicatur igitur de eo, quòd *Rexit Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo* Quibusnam autem Ecclesia fundamentis innititur? Audite obsecro quinam sint solidiores hujus fundamenti lapides, sanguis nimirum ab Apostolis effusus; isti sunt qui viventes in carne plantaverunt Ecclesiam sanguine suo. De Francisco hoc inter cætera encomium circumfertur quo appellatur: *Vir totus Apostolicus.* Et merito; nam certum est quòd ejus tempore Ecclesia valde vacillaverit, atque idè ad restabilienda & restauranda hæc fundamenta; ecce tibi sanguis Francisci stigmatibus insigniti, utpote qui non solum innumeris filiis suis ad tantam sanguinis effusionem futuram animum addidit, verum etiam omnibus aliis qui omnibus post ipsum futuris sæculis, pro fidei tutamine & dilatazione vitam suam prodègisse leguntur. Apostolus de Christo ut capite Ecclesiæ tractans ait: *Ipse est caput corporis Ecclesiæ, complacuit per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem Crucis ejus, sive qua in terris, sive qua*

Ser. 16.

Añ. A. post. 20. 28.

Coloss. 1. 20.

F

in caelis

Ser. 62.
av. 2. cap.
2.

Ser. 27.
Cap.

in caelis sunt Et S. Bernardinus ait: Qui erexit hominem lassum, dedit stanti Angelo ne laboraret. Quae verba sancto Patriarchae nostro accommodari posse videntur, siquidem ipse non solum erexit Ecclesiam labentem sed etiam dedit stanti ne laboretur. suam in hunc finem instituendo familiam religiosam, ut Ecclesiam Dei in finem usque saeculorum in fide & moribus sanctam rectam conservet, totum id verò sanguini Crucis suae in acceptis referendum est; Per sanguinem Crucis suae pacificavit, si ve qua in terris si ve qua in caelis sunt.

3. Certum est quod diva iustitia in miserabili illo Francisci saeculo in procinctu fuerit, ut fulmina irae suae adversum Christianos vibraret, utpote qui paganorum instar vivebant, ut in Discursu primo superius diximus, neque vel minimum in iis pietatis aut fidei vestigium supererat. Verum enim verò in quemnam hae fulmina tandem evibrata fuerunt? Aliud nihil ad id dicendum occurrit, praeterquam quod Franciscum toto corpore sanguine conspersum & cruentatum esse videam. Christus olim in monte Calvariae vulnera accepit, ut nos ab illis accipiendis tueretur & subtraheret: Propter scelus populi mei percussit eum. Nunc verò ut illam sponsam suam, id est, Ecclesiam suam conservet, vult Redemptor noster ut servus eius Franciscus hae vulnera in se recipiat, ut per ea nos à comminatis suppliciis efficaciter eximat, ut vel sic de novo de Francisco tanquam similitudine Christi gloriarì possimus, dicendo: Cujus livore sanati sumus; vulnera tus est propter iniquitatem nostram. Christi in terra Vicarius Gregorius IX in quadam Bulla sua laudem Francisci ita scribit: *Austuli arma, inquit, us confidebat fortis armatus atrium suum custodire & distribuit spolia, qua tenebat. Quid mirum igitur si in hoc conflictu tamen victor evaserit, vulneratus fuerit? At verò verba sequentia bene velim observetis: Eiusque capti v. tatem captivam reduxit in obsequium Christi.*

Exod. 3.
12.

4. Ponderemus quæso textum quandam Exodi, in quo refertur, quod Deus populum suum à compedibus servitutis liberare volens, Moysis operâ uti voluerit, ei que dixerit: *Ego ero tecum & hoc habebis signum cum eduxeris populum meum de Ægypto immolabis Deo super montem* In miserabili illo Francisci saeculo populus Dei, id est, Christianissimus ferè totus in servitute Pharaonis infernalis ingemiscebat;

Electus igitur fuit S. Franciscus, qui velut alter quidam Moyses ab illius servitutis compedibus & vinculis, quibus populus Christianus tum per hæreses, tum per Imperatorum persecutiones, tum per Ecclesiasticorum pessimam & perditam vitam vinctus erat, eundem liberaret; ut autem id per eum efficaciter obtineret, ab ipso Nativitatis exordio cum Francisco in cunctis operibus illius se ad futurum promissit, *Ego ero tecum* imò veram sui effigiem ei voluit imprimere; *Hoc habebis signum*, utpote habens signaculum; *signasti Domine servum tuum. Immolabis Deo super montem* Scipsum namque in monte Alvernæ, velut in sacrificium Deo obtulit, quando sacra stigmata accepit.

5. Adhæc præter ea quæ in duobus primis Discursibus diximus, in quodam calamitosi illius temporis quo S. Franciscus ad Ecclesiam suffulciendam electus fuit, probato Historico, tempus illud hisce coloribus adumbratum reperio: *Ea ætate qua Christianus populus, non tam spinosis hæresibus, quam decessimis superstitionum atque superbia & avaritiæ sensibus tantoperè squalebat ut Christiana Religio tum penitus languescere, tum titulo ferè tenus colitur videretur, quibus verbis mira illius exulcerati temporis macula insinuat, nec immeritò, nam Fredericus II antecessore suo longè deterior Imperator, implacabilis Honorii III, Gregorii IX & Alexandri IV. persecutor; Favit Saracenis, spoliavit templa, persecutus est Ecclesiasticos & eorum caput Cardinales in vincula conjecit* Vnde facili conjectura, in quonam statu tunc Ecclesia ruinæ haud dubiè proxima substitit, assequi possumus. Quemnam igitur Deus collabescenti huic insigni à Deo fundato ædificio Athlantem elegit? Num fortè gigantem aliquem ferro aut chalybe egregiè munitum. Minimè gentium; quin potius ad sustinendam hanc aded arduam molem virum quandam elegit pauperem, nudipedem, exsanguem, extenuatum, qui è quintuplici corporis sui ore sanguinem copiosè evomeret, & manaret. Itane? Ergone hic aded periclitantis Ecclesiae Athlas erit? hunc in illius ruinarum tuffulentem elegit columnam? Imò verò. *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc* Nec est quod id admiremini, siquidem hætenus ante ipsum sanguis Apostolorum, sanguis & vulnera Martyrum eandem sustinuerant atque plantaverant Ecclesiam.

Bern. Gomas. l. 2. f. 26.

Vvad. in ap.

6. Spiti-

Vvad. in ord. f. 11.

Apo. 2.

Apoc. 3.

6. Spiritus sanctus in Apocalypsi dicit: *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei*; Quisnam autem victor ille fuerit, attestante Cathedra Petri, id est, Gregorio IX. jam antea audivimus, nimirum Seraphicus Franciscus, & consequenter is est quem in columnam templi facere decreverat; Et idem Innocentius III. illum viderat instar columnæ & immobilis fulcri Ecclesiam & templum Lateranense sustentantem. Notandum vero est, quod idem Spiritus sanctus Paulò post adjungit: *Et scribam super eum nomen meum novum*. Quodnam enim est nomen illud novum, quod huic columnæ se inscripturum esse pollicetur? B. Laurentius Justinianus de triumphali Christi agone ait: *Triumphale hoc nomen in carne sua sanguine suo descriptum*; id quod de Christo quidè dicit, nos verò de S. Francisco asserere possumus, nomen illud novum esse stigmata vulnerum passi Redemptoris, quæ veluti trophæa quædam & victorias denotabant, quas de omnibus Ecclesiæ inimicis reportaturus erat; In cujus signum ab ipso Nativitatis suæ exordio

*Vvad. l. Factus fuit principatus super humerum ejus; si-
de script. quidem ut in vitæ ejus historia scribitur: In sta-
ord. min. culo natus. impresso per Angelum Crucis signo in
f. 112. humero dextro, ita facto principatu ejus super
humerum ejus, Christi Domini vitam, mansuetudinem, paupertatem ardenter emulatus; Quæ
virtutes in eum & filios Spirituales illius transfusa, & ab iis imitata, Ecclesiam sustinuerunt.
Verùm enim verò quodnam in eo latet mysterium, quod stigmata illa à Seraphino quodam impressa fuerunt, qui juxta valde probatas & authenticas opiniones nemo fuit alius, quam S. Michaël Archàngelus. Et quidem quis est qui hunc Angelum supremum Ecclesiæ Principem ac defensorem esse ignoret? Meritò igitur idem Archàngelus, qui Ecclesiam ruinæ proximam esse videbat, ex altera verò parte eundem per accepta in sacro corpore suo vulnerum stigmata illa impressit, & nemo alius: *Firmum fundamentum Dei stat. habens signaculum hoc.**

7. Nulli dubium est, quin S. Joannes in Apocalypsi multos revelarit Ecclesiæ eventus atque progressus; Et quidem in illa verba: *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis habentem signum Dei vivi*; communissima est Expositorum interpretatio illa de stigmatibus à Seraphino impressis intelligenda esse. Atque idem, ni fallor, in ipso quoque alia quædam

visio adimpletur, hisce verbis descripta: *Vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clavem abyssi. & catenam magnam in manu sua. Quidnam enim Angelum illum hac catena facere voluisse existimatis? Apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Sathanas, & ligavit eum. Quisnam autem hic alius Angelorum esse potuit, præterquam sæpè dictus Assisinas Angelus? Id quod facilius quisque sibi ex verbis Gregorii IX. & S. Antonini in expositione Cap. 18. Apocalypicos persuadere poterit, quæ sunt sequentia: *Vidi Angelum scilicet Innocentium Papam, descendentem de cælo. id est, de Cathedra Pontificali; condescendentem Sanctis Dominico & Francisco, habentem clavem abyssi, id est, potestatem approbandi licitos ordines, ad reprimendam potestatem Demonum & catenam magnam, id est, fratrum dictorum ordinum multitudinem; Et apprehendit draconem, quia per eorum doctrinam & vitam potestas Diaboli est repressa, & reprimetur usque ad tempora Antichristi.* Quanto igitur Franciscus rationaliùs gloriari poterat, quàm Paulus Apostolus, juxta id quod Chrylostomus de eo scribit: *Non minus plagis suis gaudens, quàm regis triumphis; his? Francisci etenim stigmata vulnera pariter & triumphus fuerunt.**

8. Legatur hujus sancti Patriarchæ vita, & invenietur quòd ex ore ejus visa fuerit egrediens Crux quadam antea, cujus altitudo cælos tangebatur, brachia verò ad usque ultimos terræ fines extendebantur, suaque luce horribilem quandam draconem agebat in fugam; Per quam visionem denotabatur, quòd post impressam Francisco Crucem & patibulum Redemptoris, in toto Christianismo miris incrementis augenda esset sanctitatis ejus æstunatio, magisque solidanda ejus religio, quam eo præcipuè sine fundaratur, ut in Fidei & Ecclesiæ defensionem inexpugnabile esset propugnaculum; quæ etiam ab ipso fundationis momento usque in tempus præsens, ad Medos, Persas, Tartaros, in Armeniam, Asiam, & Indias utralque Occidentalem & Orientalem usque per mira incrementa extenditur.

9. Memini me legisse quòd cum vexillifero cuidam exercitu in acie stante & ad prælium ineundum accincto, hastile, quo vexillum sustinetur, confractum deficeret, Marchio

de Piscara signifero illi præceperit, ut vexillo se toto corpore obvolutum accingeret, ut sic in cohorte sua & hastilis pariter & vexilli loco deserviret. Porro hastile Crucis & vexillum Passionis Redemptoris miserabili Francisci saculo veluti contracta & perdita ab hominum memoria defecerat *Frigeſcente mundo*, inquit Ecclesia, adeoque Christiano illius sæculi iure quis appellare potuisset: *Inimicos Crucis Christi*, siquidem unusquisque Crucem fugiebat, id est, quilibet virtutes abhorrebat Christianas, maxime verò humilitatem, paupertatem, mortificationem & contemptum mundi; Quapropter Christus Franciscus dixisse videtur: *Esto evanido mundo huic hastile pariter & vexillum, id est, Crux simul & crucifixus, explica in corpore tuo victoriosum illud quinque vulnorum meorum vexillum, ut eodem tartareum hostem, qui obstinatum Ecclesie meæ bellum movet, configere possis, siquidem* *Porta inferi jam prævalent adversus eam Alexander IV* in Bulla sua ait: *Extremo jam instante sæculi senescens interitum, ostendit excessus Regis militum regis militum ostendit signum. Moxque subiungit quo sine illum quinque illis militaribus insignis nobilitari, dum inquit: Regis aciem iam latentem, jamque a hostibus fugientem defenderet.*

1. Reg. 17.

14.

10. Die fodes, quonam modo David populum Israël, à quo non procul aberat, quin factus Goliathici mancipium fieret, defendit? *Ulit quinque lapides de torrente.* Porro per torrentem Passio redemptoris exprimitur. *De torrente in via bibet* quinque autem de torrente sublatis lapides sacratissima quinque vulnera præfigurant. Hisce igitur munitus Franciscus Goliathum infernalem, in Christianitatis perniciem armatum generose prostravit. Hinc est quòd nomen illud quo Gregorius IX. inimicos eo tempore ecclesiam infestantes compellavit, quando illos Philistæorum nomine insignivit, mysticum fuerit, dum Franciscum velut alterum quendam Davidem cum illis confidentem repræsentet. S. Bernardinus ad Seraphicum Patrem suum de Christo dicit: *ponendo in illo lapides pretiosos per quos Goliath fuit occisus, misit eos, id est, lapides, in peram pastoralem, quia eisdem velut pretiosum donum quoddam posuit in hominem quendam conditione & natalibus suis vilem & abjectum; Occisus & expulsus à mundo est Diabolus in-*

Tom. 4.
ser 16.

fernalis; Et sciendum, quòd quidam socius S. Francisci habuit revelationem, quòd erant discatenata sexaginta Daemonum millia.

Num. 14.

11. Aresius ritum quendam memorat, cujus in libro Numerorum fit mentio; siquidem Deus ibidem præcipit, ut pro leproso duæ offerantur aviculæ, quarum una occideretur, alia verò libera dimitteretur, sed quinque sanguinis notulis signata. Sunt autem nonnulli qui scribunt, traditionem esse apud Hebræos quinque illa signa ita distributa fuisse, ut duo illorum in alis, duo verò alia in pedibus, & unum in pectore fuerint impressa. Porro avicula quæ ad leprosum mundandum occidebatur, Christi figura erat, qui ut Gregorius scribit est avis illa, de qua Job loquitur, dum ait: *Semiam ignoravit avis.* Hic Christus velut avis quædam in remedium lepræ, qua genus humanum infectum erat, in altari Crucis sacrificatus & occisus fuit; alia verò avicula quinque signis notata, fuit Franciscus quinque stigmatibus insignitus; Ex quo enim in priori parte fidelium memoria Passionis & mortis Redemptoris nostri totaliter oblitterata erat, providentia divina ita disposuit, ut Franciscus hoc modo vulneratus & cruentatus, velut alter quidam adhuc vivens & spirans crucifixus per mundum circumiret ad resuscitandam in animabus fidelium Christi sanguine redemptis, ad eò immensi beneficii memoriam, hæcque ratione in uniuscujusque hominis corde flammam excitaret charitatis & amoris erga Deum, omniisque via detruncaretur abusus, scandalis vitiis, cunctisque aliis excessibus, quibus Ecclesia eo tempore pessumibat; *Ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne Beatissimi Francisci sacra stigmata renovasti.*

12. Exercitus qui tunc civitatem Dei, id est, Ecclesiam ejus, tenebant omni ex parte graviter obfessam, eique interitum minabantur & ruinam, peccata erant fidelium, paganorum & infidelium moribus viventium; Deus autem armatos hosce Dæmonis exercitus per Franciscum sacris vulneribus suis cruentatum dissipari voluit, quod & factum est, siquidem memoriam Passionis Christi in fidelium mentibus renovando, suam de mundo & inferno gloriosam reportavit victoriam; Nam ut Origenes optime scribit: *Certum est, quia ubi mors Christi animo circumfertur, non potest regnare peccatum: est enim tanta vis Crucis Christi ut si illa ante*

la ante oculos ponatur, nulla concupiscentia, nulla libido, nullus furor, nulla superare possit invidia, sed continuo ad ejus presentiam, totus ille peccati & carnis fugatur exercitus Strenue autem Franciscus injunctum sibi implevit officium; Quod si enim Deus ut ostenderet se nullo unquam tempore Ecclesie sue depositurum memoriam, dicit eidem: In manibus meis descripsisti te, cur non idem dicere poterit Franciscus in manibus suis stigmatibus signatus? S. Epiphanius ait: An illa Ecclesia, qua tales habet promissiones, quam Christus appellat totam pulchram, & cognatam sibi, quam Christus scripsit in manibus suis, ab hostili Demonum potestate in praedam rapitur? Audite quid Oleaster in illius laicæ textum: Ecce in manibus meis descripsisti te, muri tui circum me semper, dicit: Id est, inquit, Non timeas o Ecclesia mea oblivionem, quoniam tam tui memor sum, quam si te scul-

ptam lieris in volis meis haberem Eodem prorsus modo igitur Franciscus Ecclesie Christi nunquam non recordari poterat, quando quidem viva ejusdem memoria manibus suis impressa erat. Hugo Cardinalis ad id clarius explicandum similitudinem adfert unius, qui ut rei alicujus magni momenti recordari possit, signum quoddam sibi continuo ob oculos ponit Ita Dominus fecit (possunt autem verba hæc etiam applicari S. Francisco) ipse enim voluit perforari manus suas, & nodosive cicatrices vulnerum in propria corrigia, sive in propria cute suarum manuum & pedum, ut memoriale nostri coram Patre Author quidam qui dicta & facta memorabilia hujus sancti recensuit, ita de eo scribit: O felicem servum, cui tradidit Dominus quinque talenta ut quibus ille perditum reparavit mundum, hic labentem repararet Ecclesiam.

*Marc.
Marulus
lib. 2. c. 4.*

De Cruce in qua S. Franciscus Crucifixus fuit.

DISCURSUS XII.

Christo confixus sum Cruci. Ad Galat. 2. v. 9.

Sanctus Franciscus cum potiori jure, quam Doctor Gentium dicere potuit: *Christo confixus sum Cruci*; siquidem qui illum super montem non Calvarie, sed Alvernæ, per accepta in corpore suo quinque sacratissima Redemptoris vulnera crucifixum esse conspexit, nec tamen Crucem aut truncum, cui sit affixus videri perspicue facis videbit, Crucem illam cui affixus fuit, non esse aliam, quam ipsummet Christum. Enimvero cum securior sacrae Scripturae intelligentia per interpretum expositiones investigari soleat, varios obsecro hujus textus sensus in favorem nostrum examinemus.

2. *Christo confixus sum Cruci* Hugo Cardinalis circa illa verba ait: *Quidam crucifiguntur in Cruce Christi scilicet qui moriuntur in mundo propter Deum. & illi sunt Crucifixi Christo.* Quisquam autem mundo magis mortuus fuit, quam Franciscus, siquidem ad honores, applausus, voluptates, & divitias, omniaque alia

quæ nobis dare potest propitius & favorabilis mundus, omnino insensibilis fuit; veritas igitur est quod Franciscus crucifixus fuit non in Cruce Christi, sed super ipsummet Christum, idque prærogativa quâdam hæctenus per omnia retro sæcula quæcumque inaudita, quia mundo summè mortuus, & Apostolicæ cujusdam paupertatis in gradu heroico ditissimus fuit.

3. Felicissimus quidem fuit Simon ille Cyrenæus, qui dignus judicatus fuit ut suos patibulo Redemptoris humeros supponeret, quando Christus totus exsanguis Crucem suam portans Calvarium montem ascendit. Veruntamen observandum est Crucem eo tempore in tanto pretio nondum fuisse, quo nunc est, eo quod super ipsa nondum exsolutus esset humanæ redemptionis thesaurus, neque etiam nuna per divinorum illorum membrorum contactum, & pretiosissimi sanguinis sui effusionem esset sanctificata, ut nunc est. Unde S. Andreas dicebat: *Decorem & pulchritudinem de membris Domini suscepisti*; tamen hoc non obstante dubitandum non est, quia ingens ille Si-

Luc. 23.
26.

Hom. de
Iud.
Lib. 2. de
Eccl. Ca-
thol.

monis Cyrenæi honor & singularissimum nul-
lique aliorum concessum privilegium fuerit,
Crucem illam sanctissimam una cum Christo
Redemptore nostro portare. Verum dicit for-
tasse nonnemo, cur non potius Nicodemum,
aut Josephum ab Arimathæa, vel quemvis
alium discipulum hoc fuit honore dignatus?
neque enim dubium est, quin unusquisque il-
lorum suos huic Cruci humeros submittere
ambiverit. Vel quid speciale Cyrenæus iste pro-
meruit, ut hoc patibulo honoraretur? obser-
vandam est igitur pro hujus quæstionis resolu-
tione quod Evangelista vocet Simeonem illum,
venientem de villa. Ubi Theophylactus ait: *Ne
possit subditus fieri Iesu & tollere Crucem suam,
qui virtutis operarius est, qui venit à villa. re-
linquens mundum & ea que sunt in mundo.*
Ecce tibi igitur præcipuam rationem, cur Crux
illa Christi, non solum ad imitationem aliorum
sanctorum in anima Seraphici Patris, sed etiam
hactenus in præsens usque tempus inaudito
exemplo in corpus ejusdem impressa fuerit,
quia nimirum Mundum adeo generosè & per-
fectè deseruit, adeoque in persona sua ad un-
guem, ut dici solet, adimplevit, quod olim S.
Maximus scribebat, dum ait: *Christianus qui
mundum non possidet, totum possidet Salvato-
rem.* O quanta cum consolatione Salvianus,
qui tantus felicium progressuum Ecclesiæ, ex-
emplaritatis, & reformationis Ecclesiastico-
rum zelator fuit, quanta inquam eam conso-
latione Franciscum Ecclesiæ columnam & ful-
crum, velut vivam quandam Crucifixi imagi-
nem, spirantemque effigiem veneraturus fuis-
set! Audite enim quid suo tempore scribat: *De
illis qui expediti omnibus, aut pene omnibus
sarcinis Salvatoris viam sequuntur, & Domi-
num Iesum Christum non sanctitate solum, sed
etiam paupertate imitantur, nihil est quod dici
possit, nisi illud tantum, quod etiam Prophetæ
dixit: Mibi autem nimis honorati sunt amici
tui Deus; hos enim ego omnes non aliter quam
imitatores Christi honoro, nõ aliter quam Chri-
sti imagines colo.* Etenim de Francisco duntax-
at, & de nullo alio ad literam verificatur, quod
sit hoc modo incisa & impressa Christi imago.

4. *Christo confixus sum Cruci.* Angelicus
Doctor existimat Apostolum hoc loquendi
modo dicere voluisse, quod in virtute mortis
& Passionis Christi sibi vivaciter impressæ
morruus & extinctus sit fomes peccati, id est,

*concupiscentia seu fomes peccati, & omne hu-
jusmodi mortuum est in me per Crucem Christi,*
id quod in Christo evidenter verum esse con-
vincitur, prouti ex verbis sancti Bonaventuræ
in principio lectionis matutinalis hujus festi
manifeste deduci potest, ubi Seraphicus Pa-
triarcha specioso hoc titulo *Novus homo* con-
decoratur, ad indicandam summam ejus inno-
centiam, siquidem quantum ex probationibus
& testimoniis maximè veridicis, tametsi hu-
manis colligi potest, tanquam certum & indu-
bitatum esse censetur, ipsum nunquam gravi-
ter peccasse, adeo ut sine ullo dubio denumero
illorum censi debeat, qui sanctè gloriari
possunt: *Vetus homo noster simul crucifixus est,*
ut destruat corpus peccati etenim verè in ipso
vetus homo extinctus est, novumque prius in
innocentia hominem tunc vel maximè se esse
probavit, quando coram Episcopo Assisinate,
mundo per illam suam nuditatem renuntiavit,
crucem super se sumendo, historia namque vi-
tæ ejus de eo refert, saccum illum quo fuit in-
dutus in Crucis formam factum fuisse, adeo
ut in veritate de peccato dicere possit: *Mor-
tuum est in me per crucem Christi.*

5. Magnus ille spiritualis vitæ Magister
Tauleras ex una parte Christum in patibulo
crucis nudum pendentem considerans, ex
alia vero parte oculum suum ad veterem ho-
minem, id est Adamum pro eo tempore ex-
tendens quo post transgressionem ad tegan-
dam nuditatem suam accurrit, ait: *Ob amissam
innocentiam tegere se, & vestibus operire festi-
navit: Christus verò nudatus est, eo quod inte-
gram & illam conservaret innocentis puri-
tatem, nec ullo ei alio tegmine opus erat.* Qua
consideratione supposita quærendum venit,
quid in eo mysterii lateat, quod Franciscus
Crucem Christi amplexaturus coram Episco-
po Assisinate nudatus fuerit, nisi ut per hoc im-
maculata ejus puritas & innocentia denota-
retur: *Nudatus est eo quod integram & illam
conservaret innocentia puritatem.* Cum veri-
tate igitur dicat: *Christo confixus sum Cruci,*
idque tanto magis, quod glossa super eundem
textum dicat, id est, *Crux Christi extinguit in
me ardorem peccati.*

6. *Christo confixus sum Cruci.* Id est, ait Dio-
nysius Carthusianus, *clavis amoris & pia com-
passionis, ac cruciformis imitationis;* quibus
verbis sancti Patriarchæ nostri stigmata viva-
cius

Cap. 33.
exerc. vi-
ta Christi.

Ser.

Ser.
4. 2.

cius exprimere non poterat, nam clavi manus pedesque ejus transfixerunt, & lancea quæ ejus penetravit pectus ejus erga Christi mortem & Crucem ardentissimum, seu excessiva erga passionem Christi compassio fuit. Unde S. Bonaventura ait: *Dum Seraphicis desideriorum ardoribus sursum ageretur in Deum.*

Cap. 4.

7. Alter vero Dionysius in lib. de divinis nominibus dicit, quod *Amor est virtus faciens unionem*, & observat quod quando Apostolus dicit: *Christo confixus sum Cruci*, nihil aliud dicere voluerit quam quod fervidus amor ejus ipsum cum Christo confixisset & univisset in Cruce: *Cum divino amore flagraret excessivè, illius virtutis particeps factus, vivit, inquit, jam non ego, vivit in me Christus*. Verè Franciscus dicere potuit, quod non amplius ipse viveret, sed potius Christus crucifixus in ipso, quia post aperta in carne ejus quinque vulnera lethalia, quorum dolore animam naturaliter exhalare debuisset, adhuc tamen duos solidos annos supervixit, adeoque altà quam Christi vitâ vivere non poterat, qui corpori ejus revera impressus erat, *Posuit se ut signaculum super cor suum*, ut hac ratione intelligeretur, quod cum vita hominis in corde consistat, in illud ipsum sese impleverit Christus ad hoc ipsum vitam Franciscus daret, aut vita Francisci esset.

Ser. 108.

8. In Chryologo scriptum reperio, licet ad aliud propositum: *Clav: isti non mihi insigunt altius charitatem: Vulnera hæc non educunt gemitus meos, sed magis vos meis visceribus introducunt*. Hoc autem modo se res in nostro Patriarcha crucifixo minimè habebat, quia tamen vulnera hæc ab amore divino veluti carnifice inflicta fuerint, attamen dolores & spasmos ei acerbissimos conciliabant, adeò ut dici potuerit veraciter: *Pœna interroget, si quis veraciter amet; & in tantum non moriebatur, in quantum verè asserere poterat, vivit in me Christus*, vel etiam quia *fortis est ut mors dilectio*. S. Bernardinus testimonio S. Bonaventuræ utens ait: *Christus Iesus crucifixus intra mentis beati Francisci ubera, ut myrrha fasciculus mirabiliter atque jugiter morabatur, in quem optabat per excessivum amoris incendium totaliter transformari.*

Ser. 60.
a. 2 cap. 1

9. Christo confixus sum Cruci, clavis pia compassionis, per compassionem, ut decla-

rat Lyranus. In hoc autem casu nostro hæc militat differentia, quod in Paulo hæc crucifixio spiritualis fuerit, utpote in animam ejus duntaxat transfusa: at vero in Francisco confixio illa & corpori simul & animæ impressa fuit, & meritò, quia in eminentiori compassionis gradu compassus fuit Christo patienti & tormentis subiecto, quam sibi quisquam imaginare posset. Unde sicut S. Bernardus ait: *Volve & revolve vitam boni Iesu, & non invenies eum, nisi in Cruce*, ita quoque de S. Francisco dicere possum *volve & iterum suscipe deque vitam Francisci revolve*, numerate annos, menses, septimanas, dies, horas, & momenta, ipsum in Cruce semper cum Christo invenietis, In principio conversionis ejus, *apparuit ei Christus Iesus, veluti cruci adfixus, ad ejus conspectum liquefacta est anima ejus, & memoria Passionis Christi: visceribus cordis ipsius adeo impressa medullitus est, ut ab illa hora cum Christi crucifixio veniret in mentem, vix posset à lachrymis, & gemitibus exterius contineri*. Lectiones quoque hodiernæ clarè hac de re loquuntur, dum in iis ita legitur *ut affectus compassivæ teneritudine in eum conformaretur, sui ex charitate nimia crucifigi complacuit.*

Ser. 30
de Pass.

10. Christo confixus sum Cruci, clavis scilicet cruciformis imitationis: Nullus etenim Redemptoris crucifixionem vivacius imitatus est Franciscus. Nonnemo filiorum suorum super hanc Apostoli textum, quamvis de S. Paulo loqui intendat, ita tamen præclare in laudem magni sui Patris locutus est, ut nullus unquam id melius præstiterit. Ita enim textum hunc legit: *Cum Christo sum con-crucifixus, configuratus similitudini mortis ejus*. Seraphicus enim hic Pater per stigmata sua adeo Christo similis fuit, ut forte oculo corporali unum ab alio discernere vix posses. In oratione de sacris stigmatibus hæc verba legitimus: *Domine Iesu Christe, qui in carne Beatissimi Francisci passionis tue sacra stigmata renovasti, adeoque eademmet vulnera & plagas suas in carne & corpore teivi sui renovavit, ideoque ipsum eum crucifixisse dicitur.*

Titelm.

11. Verum enim verò, quænam in sublimi illo Alvernæ monte arbor ad eum usque honorem erecta fuit, ut veluti truncus aut patibulum fieret in quo Franciscus crucifigeretur? quodnam arbustum inter omnia cœlestis ille artifex, qui quondam Josephi, id est, fabri filius reputatus fuit, in finem Franciscum crucifigendi sibi elegit? certum est quod manibus Christi Franciscum sibi velut cruci affigentis lignum fuisse legatur, & tamen S. Bonaventura dicit quod Franciscus descendit de monte secum ferens crucifixi effigiem. Unde aliud concludi nequit, quam quod Christus ipsemet Franciscus truncus & patibulum esse voluerit, in quo crucifigeretur, ut dicere posset: *Christo confixus sum cruci.* Unde S. Bonaventura ait: *Illi apparere debuit veluti cruci affixus, ut aperte innueretur, quod non cœlestis spiritus illa stigmata imprimebat, sed ille qui pro nostra salute crucifixus est.* Christus non tam super sacratissima sua humanitate crucifixus fuit, quæ ipsi jam inde ab utero virginali matris patibulum extitit; unde dicit: *In laboribus à juventute mea vel ut alii legunt, agonizans, moribundus à puero.* S. Paschasius super illa verba: *Nonne hic est faber dicit, illos qui hæc verba dicebant verum dixisse: Fabricator enim est orbis, per quem facta sunt omnia.* At vero alius quidam author verba illa: *Cornua in manibus eius pōderans dicit: sed magis elucet, quo-*

Lorin. lib
7. in Matt
cap. 13.
Iulius
Firm.

niam seipsum crucem fabri arvis. Etenim sapientia & omnipotentia filii Dei non solum in eo eluxit, quod mundum fabricaverit, sed etiam in eo, quod ex semetipso crucem quandam seu patibulum fabricavit. Quæ cum ita se habeat, nunquid S. Bonaventura justam causam habuit cœlum simul & terram invitandi ad obstupescendum, nec non ad intuendum innusitatum hocce spectaculum? *Nov,* inquit, & stupendo miraculo claruit, cum singulari privilegio retro actis seculis non concessio insignitus apparuit. *sacris videlicet stigmatibus decoratus* S. Gregorius responsum quod Christus Petro ab urbe Romana fugienti reddidit, nimirum: *Vado Romam iterum crucifigi, considerans ait: qui in seipso jam pridem crucifixus fuerat, in Petro se iterum crucifigi dicebat.* Nos vero in præsentem ad propositum nostrum dicemus: *Franciscus in Christo crucifigendus erat,* quia enim pro eo tempore quo Seraphicus Pater dicit: *Christo confixus sum cruci, nulla reperitur crux aut lignum in quod configetur, & tamen Christo confixus est, consequens est quod Christus ipsemet truncus crucis fuerit, in quo crucifixus est S. Franciscus.*

In Ps. 4.
Poen.



De nonnullis mysteriis ob quæ Christus stigma sua
S. Francisci impressurus Seraphini cujusdam
similitudinem induit.

DISCURSUS XIII.

Et volavit ad me unus de Seraphim.

Isaia 6. v. 6.

1. **I**saïas Propheta tametsi à longinquo, clarè tamen omnes novæ legis gratiæ eventus prædixit, atque exinde forsitan per antonomasiam Prophetæ Evangelici nomen sortitus est. Unde credibile est novum hoc stigmatum sancti Francisci mysterium ei revelavit tunc præcipuè Deus per os ejus hac de re locutus quando dixit: *Et volavit ad me unus de Seraphim* siquidem in latere montis orans, vidit quasi effigiem unius Seraphim sex alas tam fulgidas quam ignitas habentem à cælorum sublimitate descendere, qui volatus celerrimo ad aeris locum viro Dei propinquum perveniens, non solum alatus, sed & crucifixus apparuit. Porro S. Bernardinus ex iis mysteriis ob quæ Redemptor noster sacra stigmata Francisci impressurus crucifixi Seraphici effigiem assumere voluerit, unum nobis egregiè exponit, dicens: *Quia totus ardor Spiritus sancti in æternum diffundendus in humanam Naturam, de ardore Crucis, & de immensurabili Christi amoris plagis originem habet; ideo inter alas splendidas & ignitas istius Seraphini Christi crucifixio ostensa est.* Etenim totum illud incendium, quod in corde Francisci erga Deum exarsit, vereque immensum fuit, suum à vivacissima erga Domini Passionem compassione augmentum habuit.

Phil. 5. 2. *Apostolus ad Philippenses ait: Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ,*
Mansii Sanctuarii Tom. IV.

configuratum corpori claritatis suæ: quod quidem privilegium S. Francisci à Salvatore anticipatè accepit; siquidem reformavit corpus ejus, quando ei tanto lumine coruscus appropians vulnera impressit; configuratum corpori claritatis suæ, siquidem Christi crucifixi effigiem eidem impressit.

3. Angelicus Doctor illis verbis: *Christo confixus sum Crucis*, explicationem quandam adhibet proposito nostro valde congruam & opportunam, dum ait: *Quia amor Christi quem ostendit mihi in Cruce moriens pro me, fecit ut semper ei configar.* Ac proinde cum terrestris hic noster Seraphim amorem illum semper profundissimè meditatus fuerit, quo Christus permotus fuit ut in Crucem pro ipso configeretur, idemque amor ipsum Christo semper confixum esse fecerit, faciliè conjici poterit, quoties Seraphica charitate accensus in illos S. Ignatii Martyris affectus proruperit, dicendo: *Amor meus crucifixus est.* Nec tantum in specie Seraphica (inquit S. Bernardinus) illi apparere debuit, sed veluti Crucis affixus, ut aperte innueretur quod non cælestis Spiritus illa stigmata imprimebat, sed ille qui pro nostra salute Crucifixus est, atque ex Seraphico ardore cordis ejus Christum in Crucifixi similitudinem transformabat. Hugo de S. Victore ait: *Scio anima mea, ut dum alium diligit, in ejus similitudinem transformaris, quod cum eo consentit, quod S. Augustinus scribit, nimirum: Si terram amas terra es, cælum amas? cælum es, Franciscus om-*

Art. 1. o. 7

Lib. 2. de
ter. anima.

nem amorem suum in Christum amore ipsius crucifixum dirigebat, atque ideo ecce tibi illum in vivum quandam & spirantem crucifixum transformatum. Unde S. Bernardinus ait: *in fornace corporis B. Francisci ille divinus amor ardens vaporavit, recipiendo stigmata conformia sui incendii amoris Christi.* Audite Idiotam de Christo vulnerato ita scribentem: *Præ nimio amore aperuit sibi latus, ut tibi tribueret cor suum; sibi enim voluit manus & pedes perforari, ut cum ad ipsum perveneris sic tua manus intrent in suas, & pedes tui in suos, ut sibi inseparabiliter jungaris.* Enimverò totum hoc in S. Francisco adimpletum fuit, quando divinus ille Seraphinus cum Seraphico Patriarcha nostro sese astringendo cum eo unitus fuit, imprimendo vulnera sua pedum pedibus, manuum manibus, & pectoris pectori. Vide autem quisi nam carnifex eum hoc modo vulneravit, hic enim hinc verbis, *tra nimio amore sufficienter innuitur.* Porro ipse Seraphicus Patet vulnera hæc, quia amoris vulnera sunt, libentissimè & summo cum gaudio recipit, licet dolore suo non caruerint. Sufficiat vobis id quod Chryzologus de Francisco (licet ad aliud propositum loquendo) dicit: *Dilatata viscera, pectus porrigit, offert sinum, gremium pandit,* nimirum quando Seraphicum illum & divinum sagittarium ad eum vulnerandum appropinquare vidit.

4. Christus qui Franciscum amabat, eum sibi similem facere volebat, similitudo autem est effectiva amoris, atque ideo in Seraphini specie illi apparuit. *Primus animi ad divina motus,* inquit Areopagita, *Dei dilectio est, sacratissima proventus & ineffabilis operatio, qua divinus in nobis statim efficitur.* De hoc autem amore dici nequit, qualis flamma ejus fuerit, qui in corde illo Seraphico ardebat. Dum aliquando ne scius qua infirmitate correptus fuisset in oculo; sectionem quandam ignito ferro ab aure ad supercilium oculorum usque producendam à Chyrurgo præscriptam haud gravate admisit, licet ferrum illud carni suæ impressum adeo candens fuerit, ut crepitare videretur, unde S. Bonaventura ait: *In tenera carne, & ab aure usque ad supercilium sectione protrahita, quin potius sectione superata non nihil ad fratres suos conversus dixit: Laudate, laudate altissimum, quia ut verum fatear, nec ignis ardor molestiam intulit, nec carnis me dolor affluxit.* Scitisne hujus mirabilis Apathiæ &

insensibilitatis causam? nimirum quia *Senior fuit ignis qui foris ussit, quam qui intus accendit;* prouti olim de S. Laurentio Leo Papa dixit.

5. Deus opt. Max. in Proverbiis inquit: *Præbè sibi mi cor tuum mihi.* Et in facris Canticis pariter dicit: *Pone me ut signaculum super cor tuum, & super brachium tuum;* quibus verbis demonstrare intendit, quantum à nobis amari, nostraque corda sua in sua manu & potestate habere desideret. Enimverò quod Franciscum attinet, qui in Divino amore vere Seraphicus fuit, certum est, quod cor Dei, qui *charitas est,* intimè se unierit Francisco, siquidem sinu & pectore suo se illi adstrinxit, dum illum in semetipso crucifigendo vulneravit; ideoque non sufficit Deo quod illi dicat: *Pone me ut signaculum super cor tuum, & super brachium tuum;* siquidem amore hujus servi sui totaliter raptus de cælo descendit, ut se instar sigilli non solum cordi, manibus, pedibus, quin etiam toti Francisci corpori imprimat, a capite ad pedes usque se eidem astringendo. Sanctus quidem Augustinus optimè dicit: *Toto nobis fixus est in Cruce;* hic autem fuit in toto corpore Francisci, & fixus in cruce, ideoque in veritate dicere potuit: *Christo confixus sum cruce.*

6. Salvator noster Seraphicum Patriarcham nostrum stigmatibus sacris signaturus de cælis in Alverniæ montem quidem descendit, sed in qua forma, specie, aut habitu id ipsum fecisse existimas? non alio quam Seraphini, Sed dices fortasse nunquid de Christo scribitur, quod omnes Cherubimorum pennas longè transcendat? *Ascendit super Cherubim & volavit, volavit super pennas ventorum.* Respondeo igitur neminem inficiari posse, quin id sit verissimum, pro hac tamen vice, quando se Francisco, qui Seraphinus quidam erat, exhibuit, Seraphini quoque speciem assumere voluit, idque tanto convenientius, quia cum vulnera Francisco imprimenda, vulnera futura Seraphici amoris, ab alio quam à Seraphino corpori Francisci imprimi nequaquam debebant, cum enim vulnera adeo nobilia & super excellentia imprimenda essent, justum erat ut ad id muneris nobilissimum totius Elypyrei Angelus adhiberetur, id est, à Seraphino; nam Seraphim idem est, quod *ardens, incensus amore,*

Tom. 4
ser. 3. c. 3.

De Eccl.
Hierarch.
cap. 5.

Prov. 23.
26.
Cant. 8.6

Ps. 17. 11.

7. Alexan.

An. 1230.
n. 20.

7. Alexander IV. in Bulla ait : *O dilecti filii celebrem illum vernantem Alvernia montem, in quo sublimatum corpus à sublimiori animo non discessit, cum ibi nimius amor interior in mente fervens, incitum Seraphini incallescens, incendii fervore prorupit exterius decorans corpus in Cruce splendidum suis margaritis, S. Bernardinus, ut diximus, fornacis cuiusdam similitudine utitur, qui ignem per varias aperturas evomit. Fecit enim ille (inquit de igne amoris S. Francisci) ignis fenestras violentiæ suæ : quia intra Francisci animam claudi non valebat : ideo penetravit & incendit carnem vicinam, ut denum cuncta mundiclimata inflammaret ; proinde quidam de illo sic ait : sic transformatur cor amantis, in id quod amatur, ut per membra foris virtus prorumpat amoris.*

8. Optimè huic loco servit fornax ille Babylonicus, in quo tres illi pueri visi fuere, & inter ipsos alius quidam similis filio Dei ; per quos nonnulli scriptores quatuor Mendicantium Religionum Patriarchas intellexerunt, qui in igne Babylonico, id est, in tunc, ad ejus conversionem commemorantes, ab illius tamen flammis illæsi semper præservati fuerunt. Quis autem inter omnes illos Patriarchas est, qui similis sit filio Dei, præterquam Franciscus ? *similis fuit Deo in filiis Dei ; & hæc quidem similitudo in acceptis in corpore sacris quinque stigmatibus consistit ; & ideo non est mirum quod S. Augustinus hæc vulnera tantopere ambiverit, dum ait : Scribe Domine vulnera tua in corde meo pretioso sanguine tuo ; sed quo fine id sibi præstari petiit ? Vt legam in eis amorem tuum. ad contemnendum pro te omnem amorem.* Hoc autem Seraphicus Pater noster abundè consecutus fuit ; vulnera namque accepit non solum cordi, sed manibus quoque & pedibus impressa, idque ut duplicato officio incendium istud evomeret ad mundum infidelitatis frigore & Redemptionis & Passionis Christi oblivione gelidum reaccendendum Erigescente mundo, &c.

Lib. I. c.
29. rever-
las.

9. Deus S. Mechthildi aliquando dixit : *Quoties recordaris (de vulneribus suis loquebatur) toties jaculo amoris mei salubriter vulneraris. Quid igitur de Francisco judicandum erit ? qui à primo momento,*

quo coram Episcopo Assisinate sacco in Crucis formam concinnato indutus fuerat à vivacissima vulnerum illorum contemplatione cogitationes suas nunquam divertere ? cum enim illa plusquam duobus solidis annis corpori suo impressa portaret, cogitate an non divini amoris actus ab eo elicti infiniti fuerint, quibus ardentissimum cordis sui ignem quotidie magis magisque accendit. *Hoc sentiebat in se quod & in Christo Iesu.* Apostolus quidem aliis compassionem erga Christi passionem recommendando dicere potuit : *Hoc enim sentie in vobis quod & in Christo Iesu,* ita tamen ut hæc verba quoad ipsos alium sentum non facerent, quam ut idipsum sentirent mediantibus actibus amoris & doloris à potentiis animæ procedentibus : at vero Franciscus solus & unicus fuit, qui eisdem sensus doloris & passionis Christi crucifixi, per ipsos quoque corporis sensus experiretur. S. Ambrosius de bono latrone docet, quod quando hic Christum in cruce suspensum & sanguine ex innumeris corporis vulneribus copiosissimè manantem, & toto corpore truentum conspexit, cor suum ad ardentissimos erga Christum patientem amoris actus eliciendos excitavit ; dicitque : *Scivit quod illa in corpore Christi vulnera, non essent Christi vulnera, sed latronis, & ideo illum amare cepit, postquam in corpore ejus vulnera recognovit.* Veruntamen audite qualiter sententia hæc Ambrosiana ad nostrum propositum adaptari possit, primis duntaxat sententiæ illius verbis nonnihil immutatis ; dicendo : *Scivit quod illa in corpore suo vulnera non essent Christi ; siquidem Christus ipsissima vulnera sua ipsi communicat ex quibus veluti, ex totidem divini amoris sagittis ad eum ardentius amandum vehementius accensus fuit, ut vel sic ardentissimo suo desiderio & devotione erga Christi Passionem adeo eximio sibi præstito favori grata mente responderet ; & ideo illum amare cepit, plusquam, &c.* id est, tunc longè ardentius quam hæcenus unquam ferventissimæ charitatis & amoris actus multiplicare cepit, ut tanto vehementius universum Christianissimum igne devotionis erga Christi passionem accenderet. Unde S. Bernardinus ait : *Quia*

Phil. 2. 51

Ser. 55.

Ser. 16 cit

mundus erat jam Passionis Christi oblitus, voluit transformari suam Passionem in Franciscum in carne humana, ut sua charitas demonstraretur mundo in corpore sancti Francisci renovata. Mundus enim virum quendam inaudito, nec unquam alias à mille centum & amplius annis post Christi in Golphatha crucifixionem viso miraculo, ab ipsiusmet Redemptoris nostris manibus crucifixum, & duobus abundè annis continuis post accepta lethalia hæc vulnera viventem, Deumque toto cordis affectu tenerrimè amantem videns, quomodo ad hoc compassione dignissimum spectaculum ad amorem Christi & condignam erga passionem Christi devotionem non accendi potuit, glacie obstinationis & duritiei in peccatis suis totaliter reholuã

L. 2. c. 15.
70 v.

10 Sanctæ Mechtildi olim mulierem quandam pulcherrimi aspectus visam fuisse in historiis traditur, quæ in manu pretio sum quendam habebat Adamantem, quocum cor Christi per vulnus lateris, Christi sanguine eundem humectando continuè tangebatur. Sanctæ autem huic virgini revelatum fuit Mulierem hanc Dei charitatem esse, cor vero durum & obstinatum peccatoris significari per adamantem; Et sicut Adamas absque sanguine scindi non potest, sic & Adæ culpa sine humilitate & sanguine Christi dissolvi non poterit. S. Benaventura in libro qui dicitur Stimulus divini amoris de Christi vulneribus ait: O vulnera corda vulnerantia, & mentes congelatas inflammantia, & peccata adamantina liquefacientia præ amore. Ad dissolvendam igitur peccatorum illius sæculi glaciem, in quibus abundabat iniquitas, & refrigerabat charitas. Ecce tibi stigmata S. Francisci, siquidem hæc ei vulnera à Christo in-

Cap. 1.

flucta erant Frigescente mundo ad inflammandam, &c. Reverendissimus Episcopus Lucas Fuden. ait: Præ cæteris enim sanctis signis Passionis Dei & hominis antonomasticè sublimatus, velut Sol meridianus torpentia corda hominum, calore fidei inflammavit signo passionis Christi fide sensibili demonstravit, ne stigmata humana redemptionis vetustate de fidelium mentibus deleverentur.

L. 2. c. 15.

11. S. Bernardinus ad idipsum persuadendum illam Jacobi Historiam adducit dicens: Oves quippe Jacob in aspectu virgarum varios fetus parturierunt. Quæ historia congruè sanè S. Francisco adaptatur, fidelibus namque Franciscum crucifixum videntibus, mirum dictu quam copiosa inde animarum ad pœnitentiam conversatum, debitoque mortem & Passionem Redemptoris amore prosequentium messis inde consecuta & collecta fuerit. Et ideo S. Antoninus ait: Quia videbatur extincta memoria Passionis Christi in mentibus hominum præ tepiditate eorum, voluit Dominus excitare & incallescere hanc recordationem, per impressionem manifestam cicatricum in corpore Francisci.

Ser. 60.
c. 1. a. 2.

Ps. hist.
tit. 24. c.
1.

12. Sancto & Seraphico Patri æterna ipsius prædestinatio infallibilis revelata fuisse fertur. Verum inquires quid hæc revelatione opus erat, ex quo S. Leo Papa scribit: Certa atque securæ est expectatio promissæ beatitudinis, ubi est participatio Dominica Passionis. Quis autem inter cunctos mortales Passionis Christi copiosius Francisco particeps fuit



Conferuntur ad invicem vulnera Christi & stigmata Francisci.

DISCURSUS XIV.

Quod sunt plagae istae? Zachar. cap. 13.

V. 6.

1. **D**Um S. Franciscum in manibus, pedibus & latere vulneratum aspicio, intermittere nequeo quin ipsum interrogem: *Quid sunt plagae istae? Num fortè livores sunt ex ciliciis pungentibus relictis, aut excavata per disciplinas ferreas vulnera? aut verò forsitan hi cruenti carnis tuae hiatus a* *ut suere per barbarorum acinaces, quibus tu ipse, actandem per religiosos filios tuos sanctam annuntiaisti fidem? Nequaquam, quin potiùs vulnera haec etiam ab immanissimis fidei persecutoribus in honore & veneratione habita fuerunt, Num igitur ferae quae in salibus & densis Alvernæ sylvis circumvagantur, innocentissimo corpori tuo suos infixerunt dentes ad te devorandum? multò minus, siquidem haec potiùs certatim inter se de obsequiis mihi exhibendis, deque præstanta mihi obedientia contendebant. A quoniam igitur haec tibi vulnera inflicta fuerunt? *Quid sunt plagae istae? Audire mihi videor vossem respondentem mihi: *His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me Septuaginta legunt: *In domo dilecti mei. Et quidem si in qua domo vulneratus fuerit, scire desideratis, à dilecto Christi discipulo idipsum interrogetis, hic etenim dicit: *Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Ecce tibi mansionem seu habitaculum quod incolunt illi, qui ferventi Deum amore prosequuntur. S. Bernardius ait: *Charitas te domum Domini facit. & Dominum domum tibi. Rupertus Abbas Tuiçienfis super illum Zacha-******

1. Ioan. 4.
17.

Ser. in
cana
Domini.

riae textum, seu ad interrogationem istam: *Quid plagae istae? in persona Seraphici Patris respondet: Sunt paterna charitatis monumenta. Verùm enim verò quia tritum & vulgatum proverbium est, quòd amor aut paret faciat, aut inveniat. examinandae sunt similitudines & analogiae, quae intercedunt.*

2. Filius Dei in cruentis illis vulnerum suorum arariis thesauros prorsus inestimabiles inclusos retinet. S. Thomas de Villa Nova de S. Thoma Apostolo manus Christi pervestigante dicit: *In illo grandes thesauros reperis scrutando* id est, in lateris hiulco & profundo vulnere. S. Bernardinus simile quid de Francisci vulneribus dicit: *Thesaurum voluit innovare in corpore B. Francisci. Alexander IV. de illidem vulneribus loquens dicit: *Hac igitur mira & decora nova demonstrationis indicia nova devotionis divitiae sunt Christianis.**

3. S. Bonaventura vulnera redemptionis nostrae nominat *Fundamentum fidei*, & meritò, siquidem ubi vulgata in persona Redemptoris Ecclesiam suam alloquentis legit: *In manibus meis descripsisti alii ex Hebraeo legunt: *Fundamentalem tui constitutionem in manibus meis metatus sum. Enimverò superiùs disertè demonstravimus Franciscum per haec sacra stigmata sua, esse stabile quoddam Ecclesiae & fidei nonnihil vacillantis fulcrum & fundamentum; Et ided ejus tumulo in honorem ipsius incisa fuerunt sequentia verba: *Christiani orbis fulcimentis, Ecclesia reparatoris. Innocentius III. hoc de eo perhibet testimonium: *Qualiter Deus labentem mundum erigere & subnascetem mundum renovare per ipsa decreverit.****

Ser. de S.
Thoma
Apostolo.

To. 4. ser.
16.
VVadin.
ann. 1255
u. 5.

1 p. sim.
c. 6.

Isa. 46. 26
VVad.
1230.

Ann.
1212. n. 38

Ser. 16.

4. S. Bernardinus de vulnere lateris S. Francisci ita scribit: *Illā plagā, scilicet lateris Christi, fuit aperta propter ferventem amorem, quasi inde fieret ignis in illa esca ardentis amoris, qui erat in fornace corporis sancti Francisci.* Hunc ignem S. Franciscus per universum gelidum & præ frigore rigescentem mundum diffusurus erat: *Frigescente mundo ad inflammanda corda.* &c. Seraphicus hic Pater Domini sui æmulus futurus erat, qui de se contestatus fuerat: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?* Franciscus autem dicere poterat: *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in corpore meo:* at verò dicat aliquis, quæ ratione id verum esse poterit? Nunquid enim Christi passio mille mundis redimendis sufficiens erat? cui respondeo verum id esse, at verò ingratum genus humanum passionem Domini oblivioni tradiderat, ideoque nihil ei prodesse poterat, unde dicebat: *Signa nostra non vidimus, jam non est propheta.* Christus enim vulnera sua secum cælo intulerat, & ideo Francisco eadem vulnera imprimendo, passionis suæ fructum in animabus fidelium secundum reddere volebat; siquidem mirum illud Francisci Christi vulneribus insigniti spectaculum videntes, quæ in mundo sunt animæ Christianæ, divini amoris igne exardescere cœperunt.

Colof. 1.
24.

Ps. 53.

5. Quando Christus Apostolos suos ad prædicandum Evangelium per mundum disperferat, *Ostendit eis manus & virtus.* Similiter S. Ludgardi die quadam apparuit, vulneraque sua sanguinem copiosè manantia ei ostendens, ad animarum conversionem procurandam eam est cohortatus, hoc præcipuè motivum tangens: *Ne frustra sanguinem fruderim, & sine causa mortem perpeffus sim.* Porro Franciscus per hæc sanguinem continuè stillantes cicatrices, non tantum unum mundum, sed plures convertit, siquidem Religiosi filii sui ad Antipodas & novum mundum usque penetrarunt, idque ex solo zeli & ardentissimi amoris motivo, qui ex vivis illis in corpore Francisci relicti charitatis fornacibus evaporabatur.

Ser. 4.

6. S. Augustinus de vulneribus Christi ita scribit: *Vt pellem vitiorum deponamus, per foramen stigmatum Christi transeamus.*

Enimverò Franciscus ab illo electus est, qui ait: *Pater meus Agricola ait, ut è tyvescente Ecclesiæ ipsius agro herbas noxias, vitiorum vepreta, & lolia scandalorum eradicaret, quem etiam finem feliciter est assecutus.* Unde Christi in terra Vicarius Gregorius IX. hoc de eo testimonium perhibuit: *In vineam suam mittens, ut ex ipsa spinas & vepres evelleret. Quales autem hæ spinæ fuerint, ex illa seminis jacti parabola perspicuè satis liquet: Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui à sollicitudinibus & divitiis, & voluptatibus vita euntes suffocantur, & non referunt fructum.* Omnes hæ spinæ & sentes sementem Evangelicam suffocabant, quas Franciscus cum suis, per paupertatem, austeritatem, & humilitatem suam suorumque ab hac vinea eradicavit.

7. *Pax vobis,* inquit Christus Apostolis suis; at verò cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus, quasi dicere voluisset, se hanc pacem, quam ipsi annuntiaturi erant, per vulnera sua, caro satis pretio, acquisivisse. Gregorius IX. de corpore Francisci stigmatibus insignito ita scribit: *Recondi debet tam pretiosus. Hæc auris, sanctum videlicet corpus ipsius, qui in tempore iracundiæ factus est reconciliatio, ut pro peccatis populorum fieret intercessor.* Et S. Bonaventura de Seraphico Patre similiter ait: *Signum in se Dominici sacerdotis representans, pacem & salutem evangelizavit.*

8. Vulnera Redemptoris irati Dei fulmina à nobis arceat. Blosius de Sancta quadam refert, quòd postquam instantissimè Deum rogasset, ut sibi manifestum faceret, quidnam pro majori hominum utilitate conciliando mundo annuntiatura esset, responsum ei à Deo fuerit: *Utillissimum fore homines scire, & in memoria semper habere, quòd ego virginis filius pro salute eorum adsto ante Deum Patrem, & cum ex humana fragilitate delinquant, corde offero pro eis cor meum immaculatum & transverberatum, cum offendunt opere exhibeo manus meas perforatas, & Ratim innocentia mea placō Deum.* De Francisco jam in sententia S. Antonini diximus, quòd per vulnera sua idemmet in cælis operetur; quia tamen vulnera illa corpori ejus hæc in terris infixæ remaneant,

An. 1208.

Luc. 3.

An. 1220.
n. 2. VVad

In Prolog.

Mon. spet
c. 1.

non verò eadem secum cum anima in cœlos inxerit, sicut Christus, eo ipso verò quo corpus ejus in pedes erectum, actum refert advocantis & intercedentis pro nobis, vulnera sua ad Christi imitationem æterno Patri suo exhibere videtur.

1203.
C24. in
Inc.

9. *Sunt victoria sua triumphus*, inquit Beda de vulneribus Christi, quia per illa hostem tartareum debellaverat. S. Bonaventura autem ad magnum & Seraphicum Patrem suum, jam stigmatibus factis decoratum conversus, eidem dicit: *Eja nunc strenuissime miles Christi, plius fers arma in victisimi ducis, quibus munitus & insignitus omnes adversarios superabis.*

1220.
VVad
De trium
ph. Chri-
sti agone
6. 9.

10. B. Laurentius de Redemptore nostro ita scribit: *Vno siquidem tempore, & Dei fruebatur y sione, & intolerabili passione gemitat, ut tota divina fruitionis gloria in eo militaret ad pœnam De S. Francisco autem stigmatizato scribit Bernardinus: Sensum de cruce Christi experiebatur doloris & gaudii, juxta quantitatem & proportionem divini amoris: quòd si autem juxta proportionem amoris fuit mensura doloris, sequitur quòd hic in eo immensura & incomprehensibilis fuerit. Pœna interroget, si quis vraciter amet*

11. Verùm enim verò ut ad verba in principio proposita revertamur, considerandum est, quòd de S. Francisco nihil magis propriè dici possit, quàm illa, postquam enim ex monte Alvernæ hoc modo in manibus pedibusque ac latere vulneratus descendit, interrogatus à suis fratribus: *Quid sunt plaga ista?* Respondit: *Hic plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Ex his namque verbis motivum quoddam fumere possumus majorem quandam excellentiam & prerogativam in stigmatibus suis considerandi: Dicit enim in domo eorum, in plurali; *Quasi tota Trinitas*, inquit S. Bernardinus, in hoc mysterio per Jesum àixerat illi Gencl. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, eò quòd imaginem passionis sue, & impressit in ejus corpore, & similitudinem figuravit in ejus mente.* Etenim prædicta Zachariæ verba de Filio Dei difficulter adimpleri possunt; Neque enim Christus dicere poterat, eos qui mortem sibi intulerunt, se amasse, cum certum sit eos implacabili erga eum odio semper exarsisse

1220.
VVad
Ser. 60
art. 3
vers. fin.

Odio habuerunt me. At verò Franciscus optimè dicere potuit: *Hic plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.* Unde in lectionibus officii stigmatum dicitur: *Cui ex charitate nimia crucifigi complacuit*; Christus de suis Crucifixoribus & carnificibus dicit: *Circumdederunt me canes multi*; at verò ad vulnerandum S. Franciscum ipsemet Dei filius in specie Seraphini cujusdam de cœlo descendit; Neque enim Historia crucifixum qui Francisco vulnera sua impressit, Seraphinum fuisse dicit, sed tantùm quòd speciem Seraphini habuerit; *Vidit quasi speciem unius Seraphim* Unde S. Bernardinus ait: *Profectò nec per alium hoc fecit: quia nec alius nec alia creatura potestatem habet transformandi animam in divinum amorem, nec per consequens ipsum corpus; igitur talis transfiguratio facta est non virtute Angeli, sed ipsius Dei.* Franciscus quidem sapiùs ut Sultanum idololatram tyrannum & carnificem suum habere posset, optavit, sed hoc munus vulnerandi & cruciandi ipsum unico sponso animæ suæ reservatum fuit.

Pf. 21. 17.

Ser. 60.

12. Instrumenta Passionis suæ fuere patibula, flagella, clavi, spinæ; at verò quam hæc proportionem habent cum instrumentis vulnerum Francisci, siquidem hæc non fuerunt alia, quàm manus, pedes Salvatoris, cum dilectissimo servo suo per dulcissimum quandam amplexum uniti, eique fortiter adhiecti; Blosius de vulneribus Salvatoris ait: *Hæc quinque vulnera sanctissima, plus pulchritudinis, caroris, & claritatis toti celestis curia conferunt, quàm omnia alia, quæ in vta perenni, excepta Divinitate, habentur.* Ecce tibi igitur instrumenta quibus Seraphici Patris nostri stigmata fabricata fuerunt, quæ dum vulnera hæc corpori sancti Patris imprimunt, ipsum quoque Paradisum in admirationem rapiunt, fueruntque incomparabiliter nobiliora illis quæ Christum vulnerarunt; Etenim crux Francisci, non ut illa, quæ in Calvariæ monte visitur, ex palmæ, olivæ, aut alio ligno confecta fuit, sed ut probavimus supra, Christus ipse crux ejus fuit; clavi quoque ejus, in qua officina aut incude cusi & preparati fuerunt? Nimirum in officina Dei, qui ignis

Ex plan
pass.

VVad.
ann.
1224. 7. 8

consumens est, neque ferrei fuerunt, sed ex ejusdem sancti Patris Seraphica carne confecti: Præminebant clavi non verè ferrei sed ferreis similes, nigri, duri, fortes, solidi, capitati, cuspidati, quorum materia, ut dixit Alexander IV. de subiecto propria carnis excrevit, vel de materia nova creationis accrevit. S. Bernardinus igitur meritò nobis imprimat magnam æstimationem horum clavorum, utpote quos idem ipse faber confecit, qui aliàs fabricavit cœlum empyreum; Nec recolo me legisse vel reperisse aliquid aliud immediatè fabricatum à manibus Iesu Christi, quod ab Ecclesia fuerit approbatum, nisi hos clavos, & stigmata hæc sacra.

Portò carnifices qui Dei filium in ligno suspenderunt, haud dubiè peccata nostra fuerunt: Propter scelus populi mei percussicum. Vulneratus est propter iniquitates nostras Franciscus autem in eminentissimæ sanctitatis & amoris sui erga Christum testimonium vulneratus fuit. Redemptor noster in suo patibulo pauculis tantum horis pependit; at verò Franciscus crucifixus duobus etiam annis supervixit, vulnera sua sanguinem jugiter manantia, semper in corpore suo ferendo Salvator noster in cruce doluit, dicendo: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me Non petit propter tormenta qua patitur, inquit S. Bernardinus, sed propter tormenta qua non patitur. Franciscus illo fuit insigni privilegio donatus, quòd iam evidens sui erga Christum amoris testimo-*

2. ad Timoth. 4.
16.

3er. 60.
Mt. 2. 23

nium crucis suæ dolores per duos annos continuos perpessus fuerit, cùm Christi in cruce perpessa tormenta intra tres horas finita fuerint. Excellentius in Francisco, quàm in ullo alio Christiano verificatum fuit, quod S. Ambrosius scribit, dicens: *Passio Christianis vita est Christus clavos suos cœlo secum non intulit, siquidem eosdem in diversâ Christianismi loca dispersos etiamnum veneramus: at Franciscus clavos suos etiam post mortem in manibus suis retinuit, ut per illa in magnum beneficium nostrum, Divinæ justitiæ peccatis nostris justissimè iratæ, sagittas & fulmina à nobis propellat; Et licet S. Clara eosdem è Seraphici Patris manibus eximere omni conatu tentaverit, non tamen potuit. Increduli illi erga Christum se declarârunt, dicentes: Descendat de cruce & credimus ei: at verò Franciscus crucis suæ aliter confixus manens, majorem sibi tum in cœlo, tum in terra fidem & venerationem conciliavit. Circumstantes Christum crucifixum, in Golgotha prætereuntes blasphemabant. Hic autem Angelicæ Hierarchiæ aspiciendo attonitæ hærent. Ibi filius à Patre derelictus fuit, hic autem Franciscus tanquam filius dulcibus amplexibus stringitur. In monte Calvariæ obscuratus est, Tenebræ factæ sunt, sed hæc Lux accedit, inquit S. Bernardinus, non recedit,*

Hom. 2.
ad Eph.

Hom.
ad I.



Gloria quæ S. Francisco ex stigmatibus obvenit consideratur.

DISCURSUS XV.

*Mibi autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri
Iesu Christi. Ad Gal. 6. v. 14.*

1. **I**ngens Francisci gloria fuit in Cru-
cem Christi suspensum & cruci-
fixum illum esse: ideoque dicere
potest: *Mibi autem absit gloriari
nisi in Cruce Domini nostri Iesu
Christi.* Sanctus Paulus de cicatri-
cibus & percussionum vestigiis, quas
propter Evangelii prædicationem sustinuit
magnopere gloriatur, dum ait: *Ego stigmata
Domini Iesu in corpore meo porto* Ubi Chryso-
stomus ait: *Nihil est illa anima beatius; in qui-
busnam gloriatur? In vinculis afflictionibus, in
catenis, in stigmatibus.* Porò in illa Pauli glo-
riatione præcipuè observandum est verbum
illud, porto; *Tanquam aliquod magnum tro-
phaum.* Quod si igitur Paulus percussionum,
quas à fidei persecutoribus accepit, livores &
cicatrice strophæi loco habuit, quantò igitur
magis Seraphicus Pater magnopere se à Deo
stigmatibus ab ipsomet Deo sibi impressis,
honoratum esse censere poterit. Etenim ipse-
met cuidam Religioso suo declaravit dicens:
*Christus sicut vulnera in cruce suscepit, ita ma-
nibus suis benedictis illa in corpore meo im-
pressit.* Adeoque summus ille Pontifex, de
quo scribitur: *Christus assistens Pontifex fu-
turoorum honorum,* per horum stigmatum im-
pressionem Bullam quandam Canonizatio-
nis servi sui, etiamnum licet viventis edere
voluit Unde S. Bernardinus ait: *Hac sacra stig-
matizatio B. Francisci sanctitatis eius appro-
batio, & authenticatio fuit per bullam cru-
cifixi Dei viventis.*

2. Certè quando Religionis alicujus E-
questris ipsemet magnus Magister Crucem
Mansi S. Bernardini Tom. IV.

alicui Equitum suorum imponere non desi-
gnatur, per hoc velut infallibile signum evi-
denter testificatur, quod subjectum illud in-
genti & excessivo quodam merito præfulgeat,
maximè si eidem ipsissimam illam Crucem in-
serat, quam ex proprio collo suspensam por-
tavit. Ecce igitur eximium Francisci honorem
& gloriam, cui ipsemet Redemptor noster in
propria persona crucem suam propriam &
vulnera impressit, velut S. Bonaventura ait:
*Ad quem venit Rex à celo, signasti Domine ser-
vum tuum* ait Ecclesia. Merito igitur Alexan-
der IV. in quadam Bulla sua ait: *Grande &
singulare miraculum, quo B. Franciscum ipse
splendor sanctorum Dominus Iesus Christus
mirabiliter decoravit.*

3. *Mibi autem absit gloriari, nisi in cruce,*
Christus Dominus noster vulnera sua tan-
to fuit zelo persecutus, ut quamvis impassibi-
lis resurrexerit, illa tamen ne quidem à Mag-
dalena tangi permiserit, sed ei dixerit: *Noli me
tangere.* Etsi illorum contactum Thomæ con-
cessit, id factum est, ut incredulitatem & cor-
dis ejus duriam sanaret, & ut irrefragabile
Resurrectionis suæ testimonium ederet; at
verdò quando de Francisco honorando ageba-
tur, omnia illi communicantur vulnera, & in
sacro sanctis membris ejus ab ipsomet Red-
emptore eadem imprimuntur. Unde quod si
quis Christum in cælos ascendentem vulne-
rum suorum cicatrices retinuisse negare vel-
let, is utique nunc per illam vulnerum suorum
in servum suum factam impressionem eviden-
ter convincitur.

4. Christus Dei filius quondam per Jere-
miam

H

Thren. xi
miag 12.Hom. 8.
ad Eph.VVad.
1224. n.
35.Se. 60 a
2 c. 1.

miam ait, *Attendite & videte, si est dolor si ut dolor meus.* Nunc autem Seraphicus Pater noster inter omnes animas Christi vulneribus redemptas hanc sibi gloriam solus vendicat, quod vulnere & passionis suae dolores praecunctis aliis in corpore suo vivacissimè fuerit expertus, siquidem dolores excessivos, idque per continuum duorum annorum decursum in corpore suo perpessus fuit; Ideoque *virum dolorum* appellare deinceps fas erit.

Hom. 6.
de pan.

5. Eusebius circa Redemptionem Christi passione mediante perfectam notabilem hanc protulit sententiam: *Tam copioso munere ipsa Redemptio agitur, ut Homo Deum valere videatur.* At verò quidnam per hanc Emisleni propositionem innuere volo? nimirum quotiescumque per omnia Christo crucifixo conformem, iisdemque vulneribus, quibus sanguis ejus copiosè funditur, & excessivi dolores in eo causantur, insignitum aspicio, videtur mihi, quod certo quodam modo dicere possim, Christum Seraphicum Patrem sibi similem facere voluisse, *ut homo Deum valere videatur.*

Coloss. 1.
29.

6. Franciscus igitur longè meliùs, quam Paulus Apostolus dicere potuit: *Adimpleo ea, qua desunt passionum Christi in corpore meo;* Id quod dictus Apostolus dicit, non quod Passio Salvatoris in se defectuosa fuerit, siquidem copiosa est apud eo redemptio; sed per ea verba insinuare voluit, hoc solum ei defuisse, quod scilicet nobis communicata & participata non fuerit; unde Philippenses exhortatur dicens:

Corn. à
Lap.

Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, ubi facer quidam interpret ait: Ut scilicet Christus non tantum in se, sed etiam in suis membris; id est Apostolis atque fidelibus similia patiatur. Hoc autem in hoc terrestri Seraphino literaliter adimpletum fuit; verum quidem est, quod hanc Crucis Christi participationem in Petro, Philippo, Andrea, & aliis similiter invenimus, non tamen ad eam uniformem sicut in Francisco, qui ipsinet Christo crucifixo confixus, & iisdem & Redemptoris vulneribus lauciatus fuit. Unde Sanctus Bernardinus ait: *Præterea ne per alium hoc mysterium ebebat fieri, ut si eum redderet similem & conformem; id quod speciali cuidam, superque omnes alios prædilecto filio suo manifestè declaravit.* Unde Cyprianus ita scribit *Hominitus latum est & gloriosum filios habere conformes, & tunc*

Ser. de
celo &
livore

magis generasse delectat, si ad patrem lineamentis paribus soboles successiva resplendat.

7. *Gloriari in Cruce* Beatus Laurentius Justinianus ait: *Quisquis livorem vel plagas pro honore caelestis Regis hinc non susceperit, in futuro iudicio miles gloriosus non apparbit.* Quantum igitur Seraphicus hic Sanctus in Ecclesia triumphante efficietur gloriosus, qui in Ecclesia militante sic post resurrectionem secundum Doctores, remanentibus in corpore suo prædilectis signis, vexillifer erit in Ecclesia triumphante.

De ligno
vita c. 5.

8. In memoriam quaeso revocate quod in libro Esther legitur, scilicet liberalitatem & munificentiam eximiam, quam Afluens erga Mardocheum exhibuit; Rex enim ille potentissimus humilem Mardocheum vestibus regis pretiosissimis indutum, & generoso admodum equo impositum, passim per civitatem circumduci præcepit, præunte præcone, qui solemnem hanc acclamationem in omnibus vicis & plateis insonaret: *sic honorabitur quemcumque Rex voluerit honorare.* Pari quoque munificentia Deus usus est erga B. Franciscum; Et quidem quod in hunc servum suum liberalissima manu, magnifica & opulenta caeli dona prophetiae, miraculorum, extasum, revelationum, sapientiae infusæ, auctoritatis & imperii in omnes creaturas aliaque similia infuderit, eximius quidem Dei favor extitit, singulare tamen privilegium minimè fuit, siquidem & alii servi Dei iisdem prorsus donis à Deo loquplaturis fuisse leguntur: at verò sic honorabitur quemcumque Rex voluerit honorare. Illa enim factorum stigmatum in Corpus Francisci facta impressio, honor quidam fuit & prærogativa singularissima, omni que prorsus carens exemplo, nullus enim unquam iisdem Regis gloriae regis insignibus vestitus fuisse legitur.

Hester. 6.
9.

9. Observastine aliquando diei, qua id accidit, peculiarem circumstantiam? Nimirum *Quodam mane circa festum exaltationis S. Crucis; Decuit enim ut illo die, quo exaltata est crux in Calvaria monte, renovaretur ejus memoria, & vulnera in eadem accepta infligerentur etiam in Alvernia monte, qui eodem ipso die quo Christi impressa sunt, sensit illius dolores, non aliter quam Calvaria mons scissus.*

VVad. 1224. 154

Aut

dum terra motu quateretur. Merito divina illa sapientia, de qua dicitur: *Omnia in sapientia fecisti*, merito inquam illa hunc diem Exaltationi crucis adeo vicinum pro hac vulnerum impressione facienda elegit; ad denotandum videlicet nobis, quantum Crucis & passionis suæ gloria pro hunc servum exaltanda foret in universo mundo; siquidem *Erigescens mundo, ad inflammanda &c.*

Lib. 10 in
Duc.

10. S. Ambrosius de Christi vulneribus ita scribit: *Vulnera suscepta pro nobis caelo inferre maluit, abolere noluit, ut Deo Patri pretia nostra libertatis ostenderet: valem sibi Pater ad dexteram locat, trophæum nostræ salutis amplectens.* Enimverò dum S. Franciscum extensis brachiis suis crucifixum Redemptorem suum amplectentem, ejusque se plagis & vulneribus adstringentem contemplor, dumque confidero quod licet in sepulchro suo reconditus requiescat, nihilominus etiam sic mortuus sollicitus sit humanæ salutis advocatus, utpotè qui velut in erecto corpore actualiter extensis brachiis orans irati Dei fulmina à nobis avertit, merito vulnera ejus *Pretia nostra libertatis* appellare possum, siquidem in deplorando illo Ecclesiæ sæculo, ut diximus, populùm Christianum velut alter quidam Moyses à duræ servitutis compedibus, quibus propter hæreses, schismata, vitia, abusus, scandala, persecutiones, aliaque similia mala, vincitus tenebatur, quæque periclitantem Petri naviculam in profundum mergi cogebant, adstrictus tenebatur, liberavit, adeoque ad imitationem Christi liberavit nos à servitute in libertatem gloriæ filiorum Dei. Et sicut Apostolus de eodem Redemptore scribit: *Christus dilexit Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, ita quoque S. Franciscus, ut in ejus vita legitur, seipsum in crucis brachia coniecit, ut Ecclesiam suam immaculatam & sanctam redderet; siquidem vulneribus suis medianibus, prouti in discursu XI. vidimus, totum Christianismum reformavit; ut exhiberet gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam.*

Rom. 8.
21.
Eph. 5. 27

11. *Gloriari in Cruce.* In lectione officii signatum dicitur; *His insignibus summi in eum Christi amoris maximam habebat omnium admirationem.* In Ascensione Salvatoris supernæ illæ Hierarchiæ acclamabant ei dicentes: *Assollite portas principes vestras, & ele*

vamini porta aternales, & introibit Rex gloria. Circa quæ verba S. Hieronymus, vel quisquis est Author ita scribit: *Pulchre jubentur levare porta, & in sublimi erigi siquidem per victoriam crucis major regreditur ad calos quam ad terras venerat, ideo omnes obstupefacti dicebant ad invicem: Quis est iste Rex gloria? Porro de Francisco Ecclesia non sine mysterio canit: Cælum in es ingreditur; siquidem secum stigmata sua portat, quæ sunt stigmata ipsiusmet Christi, id est expressum sigillum vulnerum suorum, in quibus sunt omnes thesauri absconditi. Magnam habebat omnium admirationem; siquidem per mille & plures annos nunquam visum vel auditum est adeo stupendum prodigium: *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbas mente cordis sui; id est, Luciferum cum asseclis suis, Deposuit potentes de sede & exaltavit humiles; siquidem humilem Franciscum in thronum superbi collocavit (si supradictis revelationibus credimus, quibus auctoritatem & fidem suam relinquimus.)* Notandum tamen est verbum illud: *Fecit potentiam in brachio suo,* quippe honor ille quem sermo suo exhibuit, verè fuit maximus quoad sic omnipotentis suæ. Unde S. Bonaventura ait: *Postquam novus homo Franciscus novo & stupendo miraculo claruit.* Notanda etiam sunt verba illa: *Summi in eum Christi amoris insignibus;* Pro quorum meliori intelligentia, revocandum est in memoriam, quod de Iosepho Ægypti servatore, qui expressa fuit Salvatoris nostri figura, in sacris literis scribitur; *Hic enim calicem suum in saccum Benjamin fratris natu minoris præ omnibus à se tenerimè dilecti reponi iussit, voluitque pariter ut in convivio quod instrui curaverat idem Benjamin quinque ferculis amplius cæteris fratribus suis honoraretur. Enimverò verissimum semper manet illud Apostoli axioma: *Omnia in figura contingebant illis;* quod ut in præfenti proposito nostro tanto fiat evidentius, observate obsecro quot in hac figura & Sancto Francisco analogiæ sese prodant. Etenim Salvator noster passionem suam calicis titulo communiter appellavit: *Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* In quem verò calicem hunc intermones sibi percharos reposuit? In fratrem Minorem, id est Franciscum, qui fratrum**

Ep. 27.

Gen. 44.

Minorum institutor fuit, intra ejus inquam sacco calicem hunc recondidit, siquidem sacco perpetuo indutus fuit: Major pars fuit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet. Ecce enim in quinque hisce partibus designata quinque illa sacra vulnera, quibus supra omnes alios privilegiatus fuit; Hoc autem modo Franciscum affligere ex amoris vehementia quo illum prosequeretur, processit, *Summi in eum Christi amoris insignibus.* Unde de Josepho scribit Spiritus Sanctus: *Commota fuerant viscera ejus super fratre suo, & erumpebant lachryma quod verificatum in Francisco fuit, quando eum quinque illis stigmatibus præclare insignivit, tunc enim de Christo verè dici potuit, quod commota sunt viscera ejus super servum suum.*

12. *Gloriari in cruce.* Hæc gloria etiam ex veneratione illa deduci potest, quam hæc vulnera apud omnes merentur. Porro clavis Christi, quantumvis in Hebraismi officina fabricatis adorationis cultus exhibetur ob sacratissimæ humanitatis verbo unitæ contactum: at verò clavi Francisci non solum designificati fuere ex contactu Christi, sed etiam quia ab illo formati fuere; unde verè dicere possunt

Manus tua Domine fecerunt nos & plasma- versent nos in circuitu. Enimverò quod si imago aliqua lignea honoratur & adoratur, eò quod Christum crucifixum representet, quantum reverentiam Franciscus merebitur, cui se ipsemet Christus crucifixus impressit? Quod si quis penes se non nihil de veste haberet, quæ Salvator noster contactus fuit, quanta devotione illa à nobis honoraretur? quanto igitur honore corpus illud à nobis affici meretur, cui se ipsemet Christus firmiter adstrinxit, & amplexandum præbuit? sacra Syndon adoratur, quia corpus filii Dei mortuum, postquam de cruce depositum erat, in illam involutum fuit, & quia in ea Corpus Christi vulnerum suorum aliqua signa impressa reliquit, & tamen nihil præter telam quandam lineam fuit: Hic autem ipsemet Filius Dei vivi, impassibilis, & gloriosus in caelis regnans, se non telæ cuidam lineæ, sed à vivo Francisci corpori se sueque vulnera indelebiliter impressit; ut jam dicere verè possit: *Ego stigmata Domini in corpore meo*

porta.



De Cruce quam S. Franciscus ad Christi imitationem sibi assumpsit, deque ejus erga Christi Passionem ardenti amore.

DISCURSUS XVI.

Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam & sequatur me.

Matth. cap. 16. v. 24.

Hoc Evangelium in festo quod Ecclesia in honorem stigmatum S. Francisci quotannis solemniter celebrat, communiter legi consuevit, in quo ad suam nos sequelam invitavit simulque hortatur omnes, ut suam quisque sibi crucem imponat & patienter ferat, scire autem hoc loco percuperem, qualenam crucis patibulum illud fuerit, quod Seraphici Francisci humeris imposuit? scio equidem quod Chrysostomus super illa verba: *Mibi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri, scribat: Ut intelligas crucem non ligni esse patibulum sed vita virtutisque propositum.* Hanc crucem Seraphicus Patriarcha noster haud dubie ab eo momento sibi assumpsit, quo omnes sibi ex patrimonio debitas divitias Patri renunciavit, nam ut historia dicit, postquam se veste seculari exuisset, rudi quodam sacco in crucis formam facto contextus fuit: *Gratanter eum suscipiens cum camento quod sibi occurrit ad modum crucis manu propria consignavit, operimentum ex eo formans crucifixi hominis pauperis, seminudi, sic itaque se totum cruce munivit, ut animam suam ligno saluti committens, per illud de mundi naufragio salvus exiret.* Enimverò vitam Francisci continuum quodam fuisse Christianarum virtutum exercitum, evidentius est, quam ut probatione indigeat,

Vad.
app. § 5.
n. 30.

Petrus Blesensis ait: *Omnem revolvite vitam Salvatoris ab utero virginis usque ad patibulum crucis, non invenietis in eo, nisi stigmata paupertatis, quod idem de S. Francisco veridice asserere possumus, & dicere Franciscus pauper stigmata non solum paupertatis, sed etiam stigmata Domini crucifixi in corpore suo portavit.* Porro hujusce impressionis causam S. Bernardinus hujce verbis tetigit: *Mentalem quippe dolorem passionis Christi per compassivam transformationem, antequam stigmata illa susciperet, per biennium, id est, usque ad mortem, tam mente quam carne in continuo martyrio vitam duxit.*

Ser. 9. in
purif.
Virg.

Ser. 60.
art. 2. et 1.

3. Non sine mysterio, factum est, quod omnes memorabiliores Christi apparitiones S. Francisco factæ, regis crucis insignibus honoratæ semper fuerint (estque hæc ipsa ejusdem S. Bernardini consideratio) Inprimis enim postquam sua cum pauperculo quodam milite commutasset vestimenta, pretiosa cum lacernis ejusdem centonibus, nocte sequenti sumptuosum quoddam palatium armis plurimis in cruce signatis plenum exhibitum, simulque ei tanquam magno patibuli Crucis futuro amico prædictum fuit, hæc arma omnia ipsius futura esse propria, si se sub crucis vexillum recipere veller. Alia quadam vice juxta templum Portiunculæ repertus est amarissimè lachrymans, causam verò planctus rogatus edicere, mortem Christi se desere respondit, subjecitque illam ab universo mundo merito amarissimè

marissimè descendam esse. Alias eidem in oratione occupato redemptor noster crucifixus apparuit, ad cuius conspectum *Anima eius liquesfacta est*, ac deinceps passionem Domini inter continuas lachrymas semper est meditatatus. In Ecclesia S. Damiani, quando domum Dei iussus est reparare: *Vade & repara Domum meam*; filius Dei ipsi apparuit, sed in figura & similitudine crucifixi. Frater Sylvester etiamnum secularis existens, crucem quandam totaliter splendidam ex ore eius, egredi vidit, cuius altitudo cœles tangebatur, laetudo autem ejus per totam terram protendebatur, quacum Draconem in turpem fugam convertit. Frater Pacificus duos gladios per transversum positos vidit, quorum unus à capite protendebatur ad pedes, alter verò inter expensa brachia ab una manu ad aliam se extendebat: signum quoque crucis variis distinctum coloribus in fronte ejus visum fuit; Et in capitulo Arelatensi coram religiosis suis miraculosè apparens ab omnibus in formam crucis situatus conspectus est. Unde S. Bernardinus veluti per os sancti Patriarchæ loquens concludit: *Proponebam Dominum / licet crucifixum, in conspectu meo semper, hac octo testimonia credibilia facta sunt vixis, tandemque rationem, cur toties sacris hinc insigniis honoratus fuerit, reddens, dicit: Testimonium præstant huic nove apparitioni, quando ei crucifixus impressit sacra stigmata.*

4. Sanctus Franciscus haud dubiè illud S. Pauli documentum punctualissimè adimplevit, dicentis: *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Idem Apostolus paulò post quam dixisset: Christo confixus sum cruci, profequitur doctrinam dicens: Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus; Hanc Christi vitam, sed Christi in crucem confixi vivebat Franciscus. Angelicus Doctor ait: Homo quantum ad illum dicitur vivere, in quo principaliter firmat suum affectum, & in quo maximè delectatur; unde & homines qui in studiis seu venationibus maximè delectantur, dicunt hoc eorum vitam esse. Porro vita Francisci continua quædam & imprætermissa, seria tamen & vivacissima Passionis Christi meditatio fuit; Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Enimverò nulli dubium est, qui Franciscus carnem suam*
2. Cor. 4.
10.
- Gal. 5. 24

adèd mortificaverit, ut in ipso omnis concupiscentiæ fomes penitus fuerit extinctus, & ideo dignus habitus fuit, qui carnem suam cum carne Christi crucifigeret. Ad hunc verò honorem altissimamque dignitatem quis unquam pertigisse legitur. *Quia Christi fuit, carnem suam cum ipso cum carne Christi; Chryso-stomus super illa verba: Vivit in me Christus, verba quædam scribit, quibus nihil melius aut aptius ad propositum nostrum dici poterat; sic enim scribit: Quoniam seipsum Christo & cruci totum præbuerat, & ad illius voluntate omnia faciebat, non dixit: vivo ego Christo, sed quod longè melius est: vivit verò in me Christus.*

5. In monte Alvernæ in altissima quadam contemplatione ablorpus, ut de ipso S. Bonaventura scribit, *Oratio eorum multa devotione præmissa, sacrum Evangeliorum librum de altari sumptum in sancta Trinitatis nomine aperiri se, it per locum, & rum utique Deo devotum & sanctum; tribus autem distinctis vicibus aperuit, & cum semper Dominus passio occurreret, intellexit per Deo plenus, quod sicut Christum fuerat imitatus in actibus, & sic conformis esse deberet in afflictionibus & doloribus Passionis, antequam ex hoc mundo transiret. Audite obsecro Seraphicum Doctorem perspicuis verbis asserentem, Franciscum hanc crucem, seu ut verius loquar, stigmata hæc etiam ante tulisse, priusquam stigmatibus insigniretur: Et licet propter multam austeritatem vitam præterita, crucisque Dominicæ bajulationem continuam imbecillis jam esset corpore, nequaquam est territus, sed ad Martyrii tolerantiam vigorosius animatus.*

6. Tollat crucem suam; id est, ut Hugo Cardinalis ait: *Martyrium subeat*. Enimverò quoties Franciscus per terras Barbarorum peregrinatus, non solum conversionem ipsorum ad Deum enixè sitivit, verum etiam inter ipsorum acinaces sanguinem minimè assecutus est, quin potius reservatus, ut per ipsissimas Redemptoris nostri manus martyr fieret amoris. Idem S. Bonaventura postquam quid ipsi apud Sultanum Babylonie, à quo se martyrio afficiendum esse sperabat, acciderit, recensuisset, tandem subiungit: *Sic utique factum est, ut ignis ille divinus adhuc perfectus estuaret in corde, ut post potentius evaporaret in carne. Quod verè beatum virum, cuius caro etsi tyrannico ferro non caditur, occisi tamen Agni similitudine non*

Luc 9.

prim.

privatum O inquam plenè ac verè beatum, cuius animam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen Martyrii non amisit.

yVad. an. 7. Alexander IV. postquam stigmata S.

1255. n. 10 Francisci approbasset, multisque præconiis extulisset, dicit: *Ex his syncera fides Christi accipiat, quod illi possint esse Passionis Christi sine extrinseco persecutore consortes, qui pro ejus amore carnem suam cum vitis & concupiscentiis*

P. 3. c. 7. voluntarie crucifigunt S. Bonaventura de

sim. vulneribus Redemptoris nostri tractans, modumque docens per continuam illorum meditationem proficiendi, dicit illa in corpore Christi asservata fuisse, *ad imitandum & comparandum* Porro S. Franciscus ea imitatus est, austerissimam in hoc mundo vitam ducendo, & simul iisdem vulneribus compassus quoque fuit, siquidem illa conjunctim perpeffus fuit cum Christo. A e proinde compassio illius & Christi passio una eademque res fuit; siquidem hæc corporaliter & sensibiliter non solum in ejus mentem, sed & in corpus ipsius transfusa fuisse noscitur; Imò verò revocare verbum meum debeo, nam malè dixi ipsum simul cum Redemptore crucifixo passum fuisse, siquidem Francisci tempore impassibilis & gloriosus ad Dexteram Dei Patris sedebat; & ideo melius & verius dixero omnes dolores, omnesque passiones, à quibus Christus crucifixus pro tunc exemptus erat, in Franciscum fuisse transfusas.

In Luc. 9. 8 Albertus Magnus super illa verba: *Tollat crucem suam & sequatur me*; eadem de S. Francisco in glossa iisdem verbis addita intelligere videtur, dicit enim *sequatur crucifixum ex forma mee crucifixionis*; id quod S. Franciscus adeò exactè executus est, ut Christus crucifixus à Francisco stigmatizato discerni vix potuerit, *Carnem verò crucifixo conformi exteriorius insignivit effigie*. ita in lectionibus de eo legitur. Idem sæpè citatur Bonaventura, postquam stigmatum suorum impressionem recensivisset, tandem dicit: *Intellexit tandem ex hoc, Domino revelante, quod ideo hujusmodi visio suis fuerat presentata conspectibus, ut a-*

Car. 13.
§. 2.

amicus Christi transiret, se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis totum in Christi crucifixi similitudinem transformandum.

9. *Tollat crucem suam.* Non præcipit nobis, ut crucem suam accipiamus, sed crucem potius nostram, *Tollat crucem suam, non meam,* S. Thomas de Villa Nova ait: *Tollat crucem suam, nam meam non poterit; gravissima est enim, quam nullius puri hominis humerus portare sustineat.* Veruntamen hic Francisci prærogativa libenter admittitur, siquidem huic soli Redemptor noster crucem suam communicavit; Et quidem tamen per continuas disciplinas, jejunia, aliasque austeritates totus exanguis fuerit, & per tota alia passionum genera extenuatus, attamen quando de ingenti illa Ecclesiæ coallescentis mole sustinenda agebatur, Gygantem quendam seu Athlantem fortissimum se esse probavit; imò communiter ita accidit, ut quo quis est carne & corpore debilior, tanto sit in portanda & sustinenda cruce fortior & robustior, Apostolus qui de se gloriatur: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce*, alibi dicebat: *Cum infirmor, tunc potens sum.* Verum quidem est, quod crucem Christi nullius puri hominis humerus ferro potest; Veruntamen quod Franciscum attinet, hunc Deus super humanam conditionem elevarat: *Similis Deo in filius Dei.*

10. *Tollat crucem suam.* Albertus Magnus super *ly*, tollat ita scribit: *Crux enim est arbor alta, non deponenda, non in terram trahenda, sed extollenda & sic in altitudinem portanda* O quanta gloria in S. Franciscum ex hisce vulneribus resultavit, imo in universum Christianismum, & quod majus est, in ipsummet Redemptorem stigmata prædicta ei imprimentem: Et ideo merito factum est, quod ut S. Bernardinus scribit: *Christus apparuit cum tanto splendore in stigmatizatione B. Francisci de nocte, quod illuminavit montes & colles amplius quam si Solis claritas affulsisset.*

T. 4. ser.
16.

De stigmatibus S. Pauli juxta varias sacrorum interpretum expositiones Seraphico Francisco adaptatis.

DISCURSUS XVII.

Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

Ad Galat. cap. 6. v. 17.

S. Paulus Apostolus in livores & cicatrices suas ex percussionebus, variisque suppliciis ob Evangelii prædicationem, & sanctæ fidei defensionem acceptas oculum suum dirigens sanctè gloriabatur dicens. *Ego stigmata &c.* Majori tamen cum jure Seraphicus Franciscus eadem de re gloriari potuit, prouti ducibus sacris expositioibus textum hunc exponentibus liquidò apprehendi poterit.

2. S. Augustinus de stigmatibus ita scribit: *Stigmata sunt notæ quædam pœnarum servilium; quando enim servi commissa delicta inter ferra & compedes tenebantur constricti, cicatrices in eorum corporibus impressæ remanentes stigmata appellabantur: Nunc ergo Apostolus stigmata quasi notæ pœnarum ex persecutionibus quas patiebatur: propter culpam enim persecutionis, qua persecutus erat Ecclesiam Christi, hæc sibi retribui cognoverat. Ecce tibi inprimis quandam, qua stigmata Pauli & Francisci à se invicem discrepant, discrepantiam: Etenim Seraphico Patri nostro hæc stigmata non in illatæ Ecclesiæ persecutionis pœnam, sed potius in ejusdem persecutionis patienter admodum toleratæ præmium impressa fuere: aut verò ut per hæc stigmata Ecclesia in magno ruinæ periculo constituta magis stabiliretur, prouti in discursu undecimo prolixius vidimus. Unde S. Bernardinus ait: *Stetit ergo Franciscus in modum firmissimi fundamenti, nonne ut revolutum fundamentum, a discidium Ecclesia stabilivit: At verò Isidorus clarius Apostolum dicere voluisse dicit: *iam quibusdam quasi stigmatibus in se non cor-***

*pus circumfrano more servorum, ut qui vis agnoscat me Christo penitus addictum; olim namque in more positum erat, stigmatate quodam servos inurete, ut tanquam tales passim ab omnibus agnoscerentur. Unde S. Thomas ait: *Stigmata proprie sunt quædam nota impressa alicui cum ferro candenti, sicut cum servus ab aliquo Domino signatur in facie, ut nullus eum sibi vendicet, sed quiete dimittat Domino suo, cujus stigmata portat; hoc etiam modo Apostolus dicit se stigmata Domini portare, quasi insignitus sit ut servus Christi. Enimverò tamen si Franciscus Seraphinorum igne jam dudum accensus fuisset, non tamen cum ferro candenti impressis & inustus fuit bene tamen stigmatibus Dei, qui ignis consumens est, ideoq; Seraphini sibi speciè assumptit, ut apertius apparet eum perfectiones Seraphicas adeptum esse, ac in ordine Seraphico finaliter collocandum.**

3. Stigmata Pauli earum cicatricum signa erant, quas ab Evangelii persecutoribus implacabili Christum odio prosequentibus impressas portabat: at verò hæc Francisci stigmata eidem à Redemptore nostro in defensionis fidei præmium fuere impressa; unde dicere potuit: *His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me; Et quidem ne hoc adeò rarum miraculum, & inauditum hætenus privilegium controverti aliqua ratione posset, voluit Deus ut eadem stigmata integro biennio, cum continuata è vulneribus sanguinis effusione circumferrentur, illudque verificaretur propheticum oraculum: *Dextera Domini fecit virtutem, Non moriar sed vivam &c. narrabo opera Domini: Neq; enim sive per artem sive per naturæ calus aliquis dari poterat, in quo homo aliquis eo modo vulnerat**

Pf. 117. 16

vel

vel unico duntaxat momento vivere posset. Clavi in manibus & pedibus carni erant, sed instat ferri caput & acumen suum habentes ex omni quidem parte movebantur, extrahi tamen minime poterant, vulnus lateris trium digitorum latitudinem habebat, & continuò sanguinem manabat, adeo ut variis pannis contegi, & continuò mutari seu mundari debuerit. Per totum diem veneris nullum apponi remedium permittebat, ut illo die crucifixionis in stigmatibus sentiret crucifixi doleres. Et S. Bonaventura ait: Illud item mirum, quod per integrum biennium immedicata, nec unguentis, aut aromate foras, non computruerint, nec putruerint, neque malum, imò & optimum, & fragrantissimum spirant odorem; nec exigua vulnera, aut parva, sed velut magni per fossa clavis, qualibus rei in Crucem suffigi solent, in medio vulnere clavi infixi, non simpliciter cuspides ellas reflexas, sed tanto spatio, ut inter cuspides & pellem digitus commode potuerit immitti; manus & pedes quamvis vulnerati & clavis confixi, tamen suo munere fungebantur; digiti mobiles, manus agiles ad opus, ad iter pedes.

4. Ego stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Porro S. Petrus Damiani de S. Paulo quidem scribit, non tamen omnia ejus verba S. Francisco ad unguem adaptare possumus; diciturigitur: Signaculum super corpus uerat Iesum, cum alibi gratulabundus agebat: Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo, cuius sane stigmata expressa gererat in corpore, ejus se signaculum habere gloriabatur in mente. Enimvero sciendum est insuper quod Gentiles olim ad contestandum quem falsis Diis suis præstabant cultum varia in corporibus suis signa & stigmata soliti fuerint imprimere. Unde similibus signis notatum inventum est sacrilegi Regis Joachimi cadaver, utpote Idololatricæ dediti. Unde Lyranus super illa verba: Reliqua vero verborum Joachim, & abominationum ejus ita scribit: Reliqua, id est, stigmata & signa, quas fecerat in corpore suo in honorem idolorum, & qua inventa in cada vere ejus projecto. Primasius super illum textum Epistolæ ad Romanos: *Ut contumeliis afficiat corpora sua*, protinus addit: *sibi characteres & ustiones insigunt in consecrationibus idolorum.* *Apostoli Mansi Sanctuaris Tom. IV.*

lus vero hæc signa seu cicatrices se habere gloriabatur quidem, sed in honorem Dei vivi & veri sibi impressas: *stigmata quidem sed Domini Iesu in corpore meo porto.* Quisnam autem inter omnes homines hæc Salvatoris nostri signa & stigmata vivaciter in corpore suo expressa habuit, quam S. Franciscus; siquidem ipsi eadem ab ipsismet vulnerati Salvatoris vulneribus impressa fuerunt? Porro Gentiles sacrilegi per hæc cicatrices mundo palam facere nitebantur, eam quam falsis numinibus suis deferrebant venerationem: Christus autem stigmatizavit Franciscum, ut per vulnera corpori ipsius impressa in mundo verus renovareus cultus veraque fides & orthodoxa religio Catholica, quæ passim per universam terram cum magno amoris sui præjudicio evanuerat: *Erigescere mundo* ait Ecclesia, *ad inflammandum corda nostra tui amoris igne in carne beatissimi Francisci sacra stigmata re-n-est;* nam ut Nazianzenus scribit: *Solam Dei, à quo & in quem creati sumus notam in nobis inustam ferimus, tantum ab eo informati & impressi, ut ab illo solo noscitemur.*

5. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. S. Hieronymus ait: *Is qui macerat corpus suum, & subjicit servituti portat stigmata Domini Iesu in corpore suo.* Ad eundem modum S. Petrus Damianus, postquam docuisset, in quoniam perfecta mortificatio consistat, subjungit: *Vndique te cum Apostolo Christi mortificatione præcinge, undique impressa tibi stigmata Crucis ostende.* Porro S. Franciscus ab illo temporis momento, quo totum se Deo consecravit, mystica hæc stigmata corpori ipsius impressa circumtulit, adeo ut de ipso dici possit, quod Ennodius de S. Epiphanio scribit: *Carnem habere, nisi cum moriturum se esse meminerat, nescibat.* Tunc enim Franciscus se corpus habere, hæcque mortali carne amictum se esse cognovit, quando ex vulneribus illis sanguinem ex omni parte manare conspexit, doloresque vulnerum illorum perferens.

6. S. Bernardinus interrogat: *Quare igitur Serm. 60.* corpus S. Francisci fuit sic signatum specie crucifixi? *signum est quod caro ejus fuit purissima, & anima quasi Descicata;* hæc autem corporis & animæ ipsius puritas, certissimum quidam fuit continue mortificationis suæ effectus. *Notanda verò sunt verba illa: Anima; ejus quasi Descicata, priusquam Paulus stigmatum suo-*

Ad Paulum & Eusebium. Opuſc. 49. c. 11.

To. 2. ser.
4. c. 3^a

rum mentionem faceret, verba hæc præmisit dicens: *Nemo mihi molestus sit.* S. Bernardinus de sancto Patre suo scribit: *Disce nata fuerunt sexaginta millia Damonum deputatorum ad pugnandum cum Francisco; hi autem Demones, ut omnibus constat, sunt veluti totidem Leones: Tanquam Leo rugiens circuit querens, quem devoret, cui resistite fortes: at verò S. Patriarcha, velut alter quidam Daniel, de se gloriari potuit hæc Danielis verbis: *Conclusi ora Leonum, & non nocuerunt mihi: vel ut septuaginta legunt: *Non affecerunt me molestum: Scitisne causam?* Theodoretus ait (vos autem verba ipsius Francisco applicate, *Danieli ad rant leones, qui alioque famelici, accedere tamen ad eum non audebant, eo quod in characteres divinam imaginem præferentes conspicerent; de Francisco autem audistis quod anima ipsius quasi Deificata fuerit, & Caro ejus fuit purissima.***

Cap. 21.

7. B. Laurentius Justinianus, de triumphali Christi agone scribit de Maria: *Clarissimum passionis Christi speculum effectum erat cor virginis S. Bernardinus autem ut nobis Seraphici corporis puritatem ad oculum exprimat, similitudinem quandam adducit, similitudini à Justiniano adductæ valdè conformem; dicit enim: Speculum coinquinatum & fuliginosum, sicut & aqua turbida, imaginem illis impressam nequaquam recipiunt; sed ad hoc ut similitudo in illis perfectè exprimitur, opus est, ut ambo clara, lymphida, & pellucida fiant; imò tunc speculum objectum illi propositum perfectissimè exprimet, quando etiam pars interior specularis vitri, quæ plumbo communiter contegitur eandem cum parte anteriori habuerit claritatem: Vitri similitudinem tenebat anima gloriosa B. Francisci, plumbi autem caro, quantus igitur perfectionis decor fuit, in ejus anima ad reddendam imaginem crucifixi, quando & in ejus Cruce carne sic sculpta resurgebat figura Redemptoris nostri: Quippe inastabile signum perfectionis ejus fuit figuratio talis, hanc similitudinem evaporans in ejus carne; nam ad tantam sinceritatem mentis, & munditiâ carnis deductus est, ut jam videretur statum innocentiam affectus.*

8. Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. S. Gregorius super illa verba à Samuele propheta ad Saulem dicta: *Ecce quod remansit, pone ante te, quia de industria servatum est ti-*

bita scribit: *Remansit quidem; quia non omnia Christus explevit; per Crucem quidem suam omnes redemit, sed remansit, ut qui redimi & regnare cum eo nititur, crucifigatur.* Ac proinde Apostolus dicebat: *Ego stigmata,* &c. Et dicebat: *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce.* Quis autem perfectus se simul cum Christo verè crucifixum dicere potuit, quam S. Franciscus, cujus patibulum crucifixionis Christus ipse fuit?

9. Verùm enim verò hoc loco dubium quoddam ventilandum occurrit; cur videlicet incarnata Patris sapientia Francisco simul cum vulneribus non quoque coronam contulerit spineam; si enim aliquid horum omittendum fuisset, potius omittendum videbatur vulnus lateris, utpote quod sub vestibus reconditum, oculis ad videendum non patet, cum tamen certum sit, quod ad inflammandum corda nostra in carne Francisci Passionis stigmata renovavit. Respondet igitur certum esse quod spinæ quoddam sint peccati supplicium; & hinc est, quod Deus post primorum parentum transgressionem terram propter culpam hominis maledictam spinas germinare fecerit: *Maledicta terra in opere tuo: Spinæ & tribulos germinabit.* Filius autem Dei, qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, spinas peccata nostra figurantes sibi assumpsit, ex iisque coronam omni ex parte pungentem fieri fecit, ut hac ratione peccata deleteret & expiaret: at vero nequaquam conveniebat, ut Franciscus qui innocentiam semper immaculatam in vita sua conservarat spineam in capite suo corona accingeretur: Alii vero dicunt, quod Deus mundum nequaquam exponere voluerit alicui idololatrando periculo, & ideo opus fuisse, ut inter Christum & S. Franciscum signum aliquod distinctivum unius ab altero intercederet, idque omnibus patens & manifestum esset, cum enim ambos eodem modo crucifixos videamus, jamque de S. Francisco à nobis dictum fuerit, quod *Anima ejus fuerit quasi Deificata, similisque Franciscus fuerit Deo in filiis Dei,* omnino congruebat, ut inter ipsum & Christum aliqua esset differentia, per quam unus ab alio distingueretur.

10. Verùm enim verò re bene consideratâ, melius nos facturos existimo, si hac de re sequentem in modum discutamus; nam ut supra vidimus, ex verbis vicarii Christi Gregorii IX.

certum

Bern.
Gom. L. 2
de rebus
& vita
Iacob. 1.
Reg. A.
ragon.

eertum est, quod Deus Franciscum eo præcipue sine elegerit, ut urticas, spinas, & tribulos è sylvescenti Ecclesiæ agro radicibus extirparet atque evelleret. *In vineam suam mittens, ut ex ipsa spinas & vepres evelleret* Quidam illorum temporum Historicus scribit: *Ea etate qua Christianus populus non tam spinosis heresibus, quam densissimis superstitionum atque superbia & avaritia sentibus tantoperè squalibat, cum spinarum quæ caput Redemptoris sanctissimum puncturis suis horrendum in modum transfixerunt oblitterata esset memoria, id est gratitudo quam Christiani erga ejus passionem exhibere debebant, ideo ut eandem mediantibus S. Francisci stigmatibus resuscitaret, hunc finem minimè assecutus fuisset, si præter vulnerum impressionem caput quoque spineâ coronâ redimitum fuisset; cujus hæc est ratio, quia caro hæc erat miraculosa virtute imbuta, ut spinas illas capiti Francisci impositas in rosas protinus transmutatura fuisset, adeoque si spinæ in roseos flores transmutatæ caput Christi cinxissent, idem securum fuisset inconveniens, de quo S. Bernardinus scribit: *Non decet sub capite spinoso membra esse delicata: non enim similibus coronatus rosis Christo Redemptori suo futurus fuisset conformis.**

11. Etenim pro jam dictorum faciliiori intelligentia & efficaciiori persuasione sciendum

est, quod quando S. Franciscus spinas illas, in quibus ut constans habet traditio S. Benedictus corpus suum volutando contuentavit, tetigisset, spinæ eadem in Rosas protinus fuerint commutatæ: *Dumeta atrectans & exosculans, demum signo crucis afficiens in Rosarium pulcherrimum d'vina vertit virtute.*

12. Denique si corona spinea Francisci capiti inserta fragrantissimas cœpisset geminare rosas, aliud quoddam scandalum exinde orturum fuisset; in tali enim casu S. Francisco utpote viro eo præcipue sine à Deo electo, ut omnes voluptatum spinas è mundo eliminaret: *Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui à voluptatibus vita suffocantur, omnino cum illis dissolutis, & licentiosis mundanis hominibus convenisset, qui se invicem certatim invitant dicentes: Coronemus nos rosis.* Id quod nequaquam fieri decuisset; ac proinde illa nunquam errabunda Dei providentia sapientissimè ita disposuit, ut capiti S. Francisci nullam aliud diadema imponeretur, quam illa immentæ, & urita dicam, infinitæ gloriæ corona, quam ipsi in cœlorum regno dudum præparatam asservabat,

VVad an
1222, n. 3



DE
 SANCTIS APOSTOLIS
 SIMONE ET IVDA
 DISCURSVS QVINQVE.

DISCURSVS I. Duos hosce sanctos Apostolos magnam quandam mundi partem, & quidem illos populos, qui maximi sunt Dei inimici, convertisse ostenditur.

DISCURSVS II. De virtutibus & meritis horum Apostolorum sub cœlorum simbolo fusius tractatur.

DISCURSVS III. Christi præceptum adimpleverunt, jubentis annuntiare pacem illis qui eos suscipiunt.

DISCURSVS IV. In adimplerione præcepti, quod Christus Collegio Apostolico de dilectione imposuit, insignes fuerunt.

DISCURSVS V. In ipsorum laudem mysteria aliqua considerantur, propter quæ hoc particulare Evangelium hodiè legitur.

Duos hosce sanctos Apostolos magnam quandam mundi partem, & quidem illos populos, qui maximi sunt Dei inimici, convertisse ostenditur.

DISCURSVS PRIMVS.

In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Pl. 18. v. 5.

P Rodigiōsus ille prædicationis Apostolorum progressus, quo per totum mundum usque ad postremos ejusdem fines penetrare debebant, aptius quam per hoc Psalmistæ oraculum prædici non poterat; & quidem tametsi totus mundus inter duodecim Apostolos divisus fuerit, & unumquemque Provinciæ illæ, quæ eisdem per sortis distributionem obtigerant, solummodo spectarint, attamen qui regnorum illorum, quibus sancti Apostoli nostri Simon & Judas prædicarunt, benè considerat multipliciter & vastitatem
 is uia

is utique illos solos medium quasi mundum convertisse audacter pronuntiaverit. Etenim S. Simon prædicavit in Ægypto, nec non ut Nicephorus scribit in Africa, ac demum in majori Britannia: S. Judas autem frater ejus Evangelium in Judæa, Galilæa, Samaria, Idumæa, Arabia, Syria, & Mesopotamia annuntiavit, ac tandem ambo simul in Persiam transierunt.

2. Verùm observanda est ad nostrum propositum super illam dictionem, *Terram mystica quædam ab Hugone Cardinali, & Alberto Magno adducta interpretatio*, Nam Hugo Cardinalis dicit: *Terram hic vocat peccatores.* Et Albertus Magnus ait: *Nota moraliter, quod terra est peccatorum.* In cujus probationem textum illum Isaïæ adducit, dicens: *Terra, terra, terra, audis sermonem Domini.* Et quidem tamen verum sit, quod omnes quoque alii Apostoli terræ, id est, hominibus impis & peccatoribus horrendis vitiorum, & scelerumque foribus immeris prædicare debuerint, attamen notandum est, quod Ecclesia a Spiritu sancto edocta sanctis Apostolis Simoni & Judæ hanc laudem specialiter attribuat; siquidem de illis in hodiernis lectionibus dicit: *Cum sicut in vastissimis illis regionibus & efferratis gentibus ajgeminaerent.* Ex quibus verbis optime infertur populos illos, quibus hi Apostoli prædicarunt, præ cunctis aliis totius terræ gentibus ad recipiendum Christi Evangelium minimè fuisse dispositos, idque ob eorundem truculentiam, qua fidem recipere, & prædicationi Evangelii pacis & amoris aures porrigere pronas detrectabant. Etenim crudelitas, sævities atque barbaries amoris & chantati opponuntur, quæ basis sunt Evangelii, & pugnant cum observantia, divinorum præceptorum ad impletionem, utpote quæ in reciproca proximorum dilectione fundari noscuntur. Porro inter omnes gentes, quibus lux Solis eo tempore illucescebat, nulla erat, quæ idololatriæ, superstitionibus, & magis magis esset immerita, quàm gens Ægyptiorum, qui inveteratum suum adversus Deum populi Israëlitis, utpote qui ipsorum majores in mari rubro miserabiliter submerferat, etiamnum continuabant odium. Similiter quanta erat in Judæa adversus novæ fidei prædicationem obstinata surditas? *Constanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: sea*

quoniã repellit illud, ecce convertimur ad gentes. Dionysius Carthusianus in sermone quodam de his sanctis Apostolis dicit: *Prædicaverunt ambo in Iudæa tam ante Christi Passionem, quàm post Spiritus sancti missionem, in quibus locis multos ubique converterunt ad fidem & diversis coruscaverunt miraculis.* Denique quis est qui nesciat, quod quando quis exprimere vult communem quandam omnium sacrilegii nidum, vel quandam omnis iniquitatis sentinam, vel asylum omnis malitiæ, tunc trito proverbio locum illum Babyloniam quandam vocet? Spiritus sanctus Babel Deo rebellem appellat, cujus rebellio in turri illa, quam meditantur adversus Deum & cœlum dimicaturi erigere, satis manifestè edita fuit: *Babylon magna met fornicationum, & abominationum terra.* Et tamen hi sancti Apostoli non solum Ægyptum, totque alia vastissima regna ad Christianam religionem perduxerunt, verùm etiam quod magis admirandum est, ipsammet Babyloniam; Et quidem eorum qui conversi fuerunt, non fuit exiguus numerus, nec fuerunt omnes egeni, aut populares & plebei, sed ipsummet Regem cum innumeris gentibus converterunt: *innumerabiles filios Iesu Christo pepererunt.* In illum Psalmi locum: *Et in fines orbis terra* Interpres quidam scribit: *id est, usque ad Reges, qui quasi termini agrorum sua regna custodiunt:* Origenes verò eadem verba ita declarat: *Eruditiores quoque ac sapientiores, & ratio est, quia verba dicuntur in fines terra exivisse, & finis perfectionem importat.* Enimverò quod non solum rudiores idiotas, verùm etiam sapientissimos quosque ad fidem nostram converterint, ex ipsiusmet Regis Babylonicæ conversione facillè deducitur, nam Regis ad exemplum, ut Poëta ille cecinit, *totus componitur orbis.* Id ipsum quoque Carthusianus scribit, dum ait: *Plusquàm sexaginta millia hominum, cum Rege, Duce, atque Principibus acceperunt Baptismum.*

3. *Ex vii sonus eorum* Remigius Antiscodorensis ait: *Benè exivit, quia prius in Iudæa prædicaverunt.* Certum est enim, quod, ut ex pluribus Evangelii locis liquet, Apostoli etiam vivente & jubente Christo in Palæstina prædicarint; mortale verò odium adversus Evangelii ministros, post Redemptoris crucifixionem pridem invalescere cœpit, tunc enim Apostoli ibidem communiter prædicasse minimè leguntur,

Apo. 17.
5.Riccard.
Pampol.L. 8. ad
Rom. c. 10

guntur, nisi solum hi duo sancti Apostoli & Jacobus Minor, qui tamen protinus Martyrium pro laboribus suis reportavit

4. Veruntamen suppositâ veritate historię, cujus Author est S. Antoninus & alii, quæ licet ab aliquibus reputetur apocrypha, non tamen ob id est reprobanda; valde huic nostro proposito aptè convenit Hugonis Cardinalis expositio, qui circa illa verba: *Exiit sonus eorum*, dicit: *id quod loquuntur exterius, intus non mansit per inanem gloriam*. Enimverò omnes populi per ipsos ad fidem conversi, omni cum propitidine & reverentia illis obsequabantur, insignis ille belli dux Baradach, opulentissima illis dona præsentavit; apud Regem & regni primates in magna veneratione habebantur; & tamen aded manserunt humiles, seque ipsos in proprio conceptu contemnentes, ut vix se laceris tritisque vestibus nuda membra sua contexerint; atque ided ii qui à Magis infestabantur, moniti, ut sanctis hæc Apostolis sese recommendarent, id facere sæpè contempserunt, ed quòd ipsos, utpotè in eterno habitu aded abjectè procedentes, nihil facerent. Unde S. Antoninus ait: *Quos cum viderent pannosos, & contemptibiliter indutos, in animo despexerunt; unde liquet, quòd quantum fructus, quos in populi illius conversione faciebant, amplius augebantur, & quanto magis in ipsis donorum & gratiarum cœlestium thesauri abundabant, tanto sibi ipsis vilescerent amplius*.

5. Verùm enimverò idem Cardinalis super illud verbum, *Exiit*, dicit: *Notatur, quòd id exiit ab eis per sermonem, quòd intus fuerat per voluntatem*; quasi diceret: Perfectissimè in ipsis lingua cum corde, voluntate, & operibus consentiebat; Etenim tunc vel maximè facunda, eloquens, & in persuadendo efficax est lingua fermocinantis, quando lingua ejus concordat cum operibus externis. Idem Eminentissimus Interpres, exponens illud à Deo in lib. Numerorum datum præceptum: *Fac tibi duas tulas argenteas* dicit: *Prima tuba est verbum prædicationis, secunda est exemplum boni operis*. Porro Psalmista verbum Dei aptè satis argento comparat, dum ait: *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum*. Hæc duæ tubæ, id est, duo Apostoli, quorum hodie festus est dies, unitim sonabant, quando in omnem terram, id est, in majorem vel potius in mundi

partem, *exiit sonus eorum*. Fama quoque sanctitatis ipsorum in omni loco divulgata, magnam prædicationi eorum fidem conciliabat.

6. Dionysius Carthusianus scribit: *Fidelissimè & infatigabiliter pro humani saluatione generis laboraverunt*. Scio quidem quòd universim de servis Dei scribatur: *Fidelis servus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam*. At verò Dionysio non sufficit, quòd de Apostolis nostris dicat eos erga Dominum suum fuisse fideles, verùm insuper dicit: *sibi sicut & infatigabiliter*.

7. Gregorius Nazianzenus postquam virtutes, quas Salvator Apostolis suis, antequam illos ad dispergendam Evangelii sementem in totum mundum dimiserat, insertas esse voluisset, maturius considerasset, dicit eundem Salvatorem desiderasse in iis, ut omnes & singuli, ut ita dicam, cœlestes evaderent: *Et ut uno verbo dicam: Cœlestes*; simulque quò fine id desiderarit, declarat dicens: *Vt non minus ob eorum vitam & mores, quàm ob sermonem atque doctrinam Evangelium currat*.

8. At verò supradictæ tubæ allusioni insistendo, *Tuba* inquit Hugo, *per quam designatur prædicator, non resonat nisi vacua, & prædicator debet esse vacuus per rerum terrenarum neglectum*. Per has porrò tubas hi Apostoli nostri præfigurati fuerunt: *Exiit sonus eorum in omnem terram*; ed quòd ab omni divitiarum, omniumque aliorum terrenorum bonorum affectu vacui fuerunt & inanes, id quod per oblatores sibi opulentissimorum monerum repudiationem apertè satis demonstrarunt, dum se nihil præter offerentium salutem, utpote quæ unicus ipsorum, quem ambiebant, thesaurus erat, expetere declarabant: *Pro vestra salute advenimus; Non vestra*, dicebat etiamnum Saulus, *sed vos*.

9. De supra nominato belli duce scribitur, quòd cum bona illorum id est, sacerdotum paganorum, illis oblata, recipere nolissent, utpote qui ipsiusmet quoque Ducis oblata dona respuerant, induxit eos ad Regem, dicens: *Isti, ô Rex, sunt Dii latentes in humana effigie*; Etenim eos ab omni rerum terrenarum cupiditate alienos esse videns, omni pariter humana conditione censuit superiores, ideoque eosdem apud Regem, tanquam viros virtuosos, humiles, pacisque amatores commendavit.

Num. 8.

Pf. II. 17.

Ser. cit.

In Apolog.

In Pf. 44

10. *Nolite possidere aurum neque argentum ;*
Matth. 10. 9. ita unive fo Apostolico Collegio Christus
 præcepit, priusquam illius membra, id est, A-
 postolos ad annunciandum verbum suum in
 mundum disperfit. Unde S. Anselmus optimè
 ait: *Quia alios ad contemptum secularium de-*
bet invitare, præcepit, ut neque aurum, neque
argentum, vel nummos in zonis possideant.

11. S. Lucas quoque postquam in Actibus
 Apostolicis neminem primorum Christiano-
 rum quicquam tanquam proprium possedisse
 dixisset, confestim iungit: *Virtute magna*
reddebant Apostoli testimonium Resurrectionis
Iesu Christi Quoniam verò mysterio S. Lucas
 id fecit: cur vix inceptam historiam de renun-
 tiatione bonorum à primis Christianis facta
 abruptit, & subinfert aliam à prima planè di-
 versam? *Quid sibi vult* (inquit Petrus Damia-
 nus,) *hujus sacra scriptor historia, dum de con-*
tinuitia loquitur Apostolica, & communi vi-
ta, repentiè tanquam mutato stylo, profilit di-
cens: Et virtute magna &c. cur unum materia
aliam interpalat, qui ceptam prosequi & con-
tinuare debuerat, nisi ut patenter ostendat,
quia illi duntaxat idonei sunt ad prædicationis
officium qui nullum terrena facultatis possident
lucrum?

12. Ingeniosè Chrysofostomus ad arma se re-
 fectit, quibus Christus milites suos munitos
 voluit, quando illos per mundum disperfit ad
 bellum tenebrarum principi indicandum, qui
 se in falsis simulachris per univèrsam mundum
 adorari faciebat: *Nudi, una indusi tunica, sine*
calceis, atque virga sine cingulo, absque cibo, in
prælia descendebant ; cujus Ildorus Pelusiota
 optimam reddit rationem dicens: *Sermo actio-*
ne destitutus, non ul. ra aurem grassatur, qui
autem ab actione animatus est, ut qui acris &
efficax sit, aliè penetrat, animumque attingit.
 Porro notus est omnibus heroicus ille virtutis
 actus, quem Pater quidam è Societate J. S. u
 exercuit, dum enim hic in Indiis ad idololatrias
 regionis illius prædicaret, perditus quidam vir
 in conspectu totius auditorii in faciem ejus
 turpiter exspuit, ipse verò sordes illas sine ulla
 turbatione, imo cum specialia animi serenitate
 strophio suo abstersgens discursus sui filium
 strenuè est persecutus Quo insignis mansue-
 tudinis actus ita cunctos circumstantes rapuit,
 ut ad illum magis attenderint, quàm ad verbo-
 rum suorum efficaciam, simili modo populi,

quibus Apostoli nostri prædicabant, immanes,
 barbari, & vindictis assueti erant, (idè enim
effertus gentibus prædicasse dicuntur) & tamen
 dum videbant, quòd Apostoli, quantūvis diris
 modis à sacrilegis magis, & ingratis sacerdo-
 tibus idololatrias haberentur, nec deessent illis
 varii se de illis vindicandi, & ab illorum insul-
 tibus se eximèdi modi, siquidem publicæ con-
 tra illos Justitiæ executionem jam pridem de-
 cretam permittere potuissent, nihilominus se
 pro illis à Justitiæ executione eximendis de-
 precando apud Judicem interponerent, hoc
 unicum fuit conversionis ipsorum motivum;
 unde Evangelio quod prædicabant, ultrò ci-
 troque se subjecerunt, rapti non tam ab effica-
 cia veritatis, quàm ab authenticatione ejus-
 dem, quàm Evangelio per mansuetudinem,
 multasque alias in ipsis lucentes virtutes at-
 tribuerunt. *numerabiles filios Iesu Christi pe-*
pererunt. Quidnam obsecro Centurionem
 permovit, ut inter Calvarii montis tenebras,
 tenebra facta sunt, oculos suos in veram illam
 lucem dirigeret, quæ illuminat omnem homi-
 nem, id est, in Christum, eumque confiteretur
 verum Dei filium? *Verè filius Dei erat* S. Mar-
 cus ait: *Videns autem Centurio, qui ex averso*
stabat, quia sic clamans exspirasset, ait: Verè hic
homo filius Dei erat ; Quando enim audivit
 quòd Salvator noster inter acerbissimos cru-
 cis dolores, de nulla alia re sollicitus esset,
 quàm ut pro Crucifixoribus suis Patrem de-
 precaretur, dicens: *Pater ignosce illis,* mox inde
 ipsum verum Dei filium esse conclusit. Supra-
 dictus belli Dux, ut diximus, de sanctis Apo-
 stolis nostris Regi dixi: *Sunt Dii latentes in*
humana effigie ; ipsorumque prædicatio ad eò
 copiosum fructum protulit, ut de illis dicatur,
 quòd *numerabiles filios Iesu Christo pepererunt ;*
 Hanc autem prædicatio ipsorum effica-
 ciam vel maximè à mansuetudine, cunctisque
 aliis virtutum actibus, qui in ipsis ad stuporem
 usque præfulgebant, sibi vendicavit.

13. Enimverò quoniam innumeros ad
 Deum homines converterunt, *innumera-*
biles filios ; idem Deus largus bonorum
 omnium remunerator mirificè eosdem post
 mortem exaltavit. Dionysius Carthusianus
 ait: *Rex corpora Apostolorum ad suam trans-*
tulit urbem, & in eorum honore mira ma-
gnitudinis fabricavit Ecclesiam. Demùm verò
 Deus corpora ipsorum in nobilissima totius

Christia-

Matth. 27.
34.
Marc. 15.
40.

Hom. 34.
in Matth

L. 3. ep. 3.
202.

Christianismi Ecclesia in veneratione haberi voluit, id est, Romæ in augustissima S. Petri Basilica. Et quidem tametsi etiam corpora sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in eadem Ecclesia in summo honore habeantur, illa tamen ibidem nequaquam asservantur integra, sed medietas duntaxat utriusque corporis, cum altera medietas ad Basilicam S. Pauli translata fuisse noscatur, caput verò utriusque Apostoli ad Basilicam S. Joannis in Laterano;

voluit igitur Deus per suam infallibilem providentiam augustum hoc templum S. Petri corporum integrorum Simonis & Judæ Apostolorum pretiosissimis thesauris excellentius locupletare, quam per aurum, argentum, lapidesque pretiosos in eo passim collucentes ditari possit, idque quoniam per mundi conversionem ad eò præclarè de universali Ecclesia sunt meriti.

De virtutibus & meritis horum Apostolorum sub cœlorum symbolo fufius tractatur.

DISCURSVS SECVNDVS.

Cœli enarrant gloriam Dei. Psal. 18. v. 2.

1. **D**Avid quondam per instinctum propheticum gloriam illam, quæ in progressu sæculorum per Apostolorum prædicationem Deo obvenerat, claris verbis prædixit; & quidem eosdem Apostolos in sphaeris cœlestibus præfiguratos agnovit, atque idè glossa interlinearis verba illa: *Cœli enarrant gloriam Dei* ita exponit: *Apostoli exponunt gloriam Christi*: Quapropter in hoc Discursu ostendam conditiones & proprietates cœlorum in SS. Apostolis Simone & Juda accuratissimè verificari, idque varias circa hoc sanctorum Doctrinam expositiones considerando perficiemus.

2. Et quidem imprimis Hugo Cardinalis cœlorum nobis tradit Ethymologiam, dum super textum assumpti thematis nostri scribens ita loquitur: *Cœlum dicitur à celando, quia celat secreta Dei*, in cœlestibus namque Empyrei penetralibus reconditissima Divinitatis arcana absconduntur; unde Paulus *audivit arcana verba raptus in Paradisum*, sed talia, *qua non licet homini loqui*. Neque solùm

divina secreta, sed quicquid beatum illud regnum pulchri intra se habet, ibidem nobis absconditum servatur. Idem quoque in mystico hoc cœlorum regno, id est, in Ecclesia Dei accidi; siquidem hæc etiam præclarissima Apostolorum facta nobis abscondita tenet, cum tamen plurimorum aliorum Sanctorum non solùm facta heroica, verùm etiam nonnullam memorabilia eorundem dicta ad unguem & satis diffusè recenseat: at verò quoniam sine id Ecclesiam facere existimatis? Nimirum ut per hoc nobis tacitè insinuet, quòd ad habendam de Apostolorum meritis, donis, gratiis, virtutibus, aliisque præclaris in vita patris facinoribus aliqualem notitiam, hoc unicum nos scire sufficiat, quòd Apostoli in cœlis exprimentur, vel quòd idem, quòd in se, ut ita dicam, omnium Beatorum, qui in cœlis sunt, gloriam velut in brevi quodam compendio inclusam habeant; Et ideo Chrysostomus Apostolos *araria appellat*, in quo Thesauri recluduntur: *Ora Apostolorum regia araria, in quibus sanctum omnium bonorum Divinorum recondit thesaurum.*

3. In libro Job dicitur: *Cœli non sunt mundi. Job. 15. 15.*

2. Cor. 12.
4.

Hom. de
Pent.

In P.

In P.

In c.
Mat.

Luc.
C. 2.
Can.

in conspectu eius; non quidem absolute cœlos puros & mundos esse negat, sed tantum dicit non esse mundos si Deo comparentur, qui est *eandor lucis æterna*. Porro hi cœli Apostolici verè puri fuerunt & mundi, ipsomet Christo teste, qui de illis dicit: *Iam vos mundi estis*; Et quidem si Apostolorum nostrorum Simonis & Judæ sanctitatem ponere velimus, invenimus ipsos sanctitatem sibi, ut ita dicam, conjugitam à majoribus suis traxisse, adeo ut de illis dici possit: *Potens in terra fuit semen eorum, generatio eorum fuit benedicta*. Etenim mater illorum appellata fuit Maria Alphæi, fuitque sanctissimæ Virginis Mariæ soror consobrina, quæ cum & ipsa sancta esset, quatuor habuit filios, quorum tres ad Apostolatam fuerunt effecti, nimirum hi duo, quorum diem natalitium hodie agimus, & S. Jacobus Episcopus Hierosolymitanus, aliàs dictus Jacobus Minor; quartus verò fuit Barfabas, qui ab universo Collegio Apostolico, unà cum S. Matthia propositus fuit, tanquam illo Apostolorum gradu & munere dignissimus, qui que proinde passim ab omnibus per anthonomasiam vocabatur justus & sanctus,

In Ps. 18.

4. *Cœlum habet in suo situ sublimitatem*, ut notat Carmelita Incognitus, nunc verò famosissimus Pater Michaël de Ayguanis Bononiensis, & significat virtutum sanctitatis Et Albertus Magnus rationem reddens cur Apostoli in cœlis præsignentur, dicit: *Propter vite altitudinem avertuntur cœli; Nostra autem conversatio in cœlis est*. Vultisne videre, quàm aptè cœlorum Epithetum nostris sanctis Apostolis propter ipsorum puritatem & sanctitatem adpetetur? S. Judas, ut notat S. Hieronymus, vel quisquis est Author Commentarii illius, nominatus fuit *Lebbaus; Lebbaum volunt dici à corde, quasi cordis cultorem, qui scilicet cordis puritati, sanctitati, & perfectioni unice incubuerit*; Et quidem quis dubitat, quin is qui vigilans custos est cordis, magnus quoque zelotes sit puritatis? Enim verò Simonem similiter in hac virtute scati suo simillimum fuisse, ex nomine ipsius facillè deducitur, quod Evangelista utique ex singulari Spiritus sancti instinctu ei indidit, nimirum: *Zelotes; Et Simonem qui vocatur Zelotes*. Richardus de S. Victore scribit, illos qui zelum habent salutis & conversionis animarum, sublimes esse in conspectu Dei, & in sanctitate eminentes. *Hi sunt*

Manfii Sanctuarij Tom. IV.

sublimes ante Deum; nihil enim ita placet Deo, sicut zelus & lucrum animarum.

5. *Cœli enarrant gloriam Dei*. Non est imaginabilis major distantia, quàm sit illa, quæ inter cœlum & terram interjicitur: *Sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltata sunt via mea à visis vestris*. Quis autem non admiretur quàm procul hi cœli mystici, Simon videlicet & Judas, à terra distiti fuerint? id est, quantum fuerit cunctorum bonorum terrenorum contemptus, qui in hisce Apostolis nostris in valde heroico gradu resplenduit? S. Antoninus vitam horum Apostolorum recensens, tradit, quòd dum falsi quidam idolorum sacrificuli à quodam belli duce sive Capitano mortis condemnati essent, bona autem illorum confiscata & SS. Apostolis adjudicata fuissent, hi Apostoli latè in præfatos sacrificulos mortis sententiæ sese toto conatu opposuerunt, bonaque ipsorum illis adjudicata, nec non quævis illa opulentissima munera repudiarent; unde *Dux miratus, quòd eos occidi prohibuissent, & bona illorum eis oblata recipere nolissent, duxit eos ad Regem dicens: Isti ò Rex sunt Dei latentes in humana effigi*. Alibi ad aliud propositum memini Emblematis cujusdam, cujus corpus erat cœlum omnibus suis luminosissimis planetis adornatum, cum hac tamen subiecta Epigraphe: *Pulchriora latent; estque hoc verissimum, siquidem ut ab initio diximus, id quod in cœlo pulchrius & venustius est, non conspicimus, id est, pulchritudinem cœli Emphyrei, quod mansio quædam perpetua est Beatorum; Idem quoque Dux ille bellicus de sanctis Apostolis dicere voluit, quando de eis ait: *Sunt Di latentes in humana effigi*. id est, habent in se nescio quid divini, licet id in illis minimè appareat.*

6. Dionysius Areopagita ait: *Omnium divinarum divinissima exat perfectio, Dei cooperatores esse in salute animarum ad suum creatorem*. Quis autem ex hoc capite Deo similior efficiebatur sanctis hisce Apostolis, utpote qui innumerabiles filios Jesu Christo pepererunt? Non tamen Dionysius propositionis, quam protulit, veritatem in eo sensu intellexit, quo per Psalmistam de iisdem Apostolis prophetatum fuit, dum ait Apostolis: *Ego dixi Dii estis*.

7. Sileni Alcibiadis, qui quædam per cœlaturam elaboratæ imagines erant, foris referebant faciem deformem, macilentam, & aspe-

K

ram

1007. 15. 3

1(a. 55. 9.

Par. 1. tit. 8. cap. 14.

In Ps. 8,

In cap. 6. Marc.

Luc. 6. 15 C. 21. in Cant.

Ps. 81. 6.

ram : at verò aperta velut divina quædam numina resplendebant ; unde inter Veteres proverbium erat : *Si Silenum hunc aperies, mira videbis.* Enim verò intra harum Apostolicarum animatum ærario, pretiosi quidam abscondebantur cælestium gratiarum thesauri ; licet quoad speciem externam deformes essent, si quidem sui ipsius contemptui totaliter dediti erant, simulque omnia quæ mundus dare valeret in divitiis, sive in honoribus, sive in aliis quibuscunque, aspernabantur ut stercore : Quos cum vidissent pannosos, & contemptibiles indutos, (inquit S. Antoninus) in animo desperaverunt ; quibus Simon ait : *Sapè contigit, ut intra scrinia aurata & gemmata, vilia habeantur inclusa, & intra vilissimas capsas gemmarum monilia pretiosa sint recondita ; Et cum quis merces emit, non gestatores ejus, sed rei qualitatem attendit.* Nullum unquam ex omnipotentis & increatae sapientiæ manibus egressum est opus, in quo Divinitatis gloria magis reluceat, quam in cælis : Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiant firmamentum. Ita quoque in Apostolis tamenti pauperibus, laceris, nudis, abjectis, atque ad furcas & patibula raptis, eximia & præstantissima divinæ omnipotentis opera ad stuporem usque scintillârunt, qualia sunt ipsorum miracula, coram Tyrannis exhibita heroica & invicta animi constantia, prodigiosa per illos factæ animarum conversiones, ac demum heroicum omnium præstantissimarum virtutum exercitium, quæ in ipsis mirificè resplenderunt. Unde Calixtus Papa in Bibliotheca veterum Patrum citatus dicit : *Iti sunt cæli, in quibus Christus habitat & residet, in quibus miracula fulgurant, gratia rorat.*

*Tom. ult.
ser. in
vig. S.
Iacob.
In Ps. 8.*

8. Cæli enarrant gloriam Dei, id est, ut Albertus Magnus ait : *Per ornatum & decorem, juxta illud Jobi : Spiritus autem Domini ornavit cælos.* S. Bruno Carthusianorum Patriarcha, dicit : *Cælum, ut quibusdam placet, ex eo dicitur quòd calatum, id est, variis calaturis sive sculpturis depictum, & variatum est ; ibi enim Sol & Luna, ibi stella majores & minores posita sunt, quarum splendore & pulchritudine sic decoratum est, ut nihil in creaturis inveniat, quod pulchritudini ejus valeat comparari.* Ecce igitur quam meritò Apostoli in cælis velut in propriissimo quodam ipsorum symbolo expressi sint, siquidem cælum omni-

*Opusc. d
nov. c. 2. e*

genis decoratur stellis, ita ipsi omnigenis virtutibus fuerunt adornati. Unde S. Petrus Damianus ait : *In illis omnium virtutum formam signanter expressit, ut usque ad consummationem sæculi unusquisque ad eos imitationis oculum dirigat.* Enim verò quanti fuerint cælestes thesauri, quos Deus super ipsos effudit, ex eo conjicere & imaginari sibi quis potest, quòd de eis dicatur : *Repleti sunt omnes Spiritu sancto Nihil in sanctis omnibus invenitur,* scribit idem Bruno, quod virtutibus, meritis, & sanctitati eorum valeat comparari. Sic eorum fide & doctrinâ tota Ecclesia illuminata est, in quibus virtutum omnium pulchritudo, quasi stella quadam coruscant. Mystici hi cæli Simonis & Judæ variis & quidem admirandis virtutibus luminosi coram idololatriis illis gentibus resplendebant. Unde Dionysius Carthusianus ait : *Videns Dux præfatus tantam Apostolorum sapientiam, & pietatem, & quòd omnia terrena despicerent, admiratus est valde.*

*L. 1. de S.
And.*

*Ser. 2. de
SS. Apost.
Simon &
Juda.*

9. Cæli enarrant gloriam Dei. Titelmanus circa illa verba dicit : *Terram unquam circumambulant, Deique jussu circumveant ad vivificandam eam, neque est ulla terra plaga quam cæli non perlustrant, & visitent.* Porro de hisce mysticis cælis nostris dicere quasi possumus, quòd totam terram circuirent, beneficia ubique spiritualia spargendo ; nam ut in Discursu primo vidimus, potiorem ferè mundi partem peragrârunt, & per prædicationem, miracula, & sanctissimæ vitæ suæ exemplaritatem ad fidem Christi comparârunt.

10. Cæli enarrant gloriam Dei. Idem Titelmanus loc. cit. dicit : *Cæli à Deo lumen suscipiunt, & miram influendi virtutem, ut eam in subjecta corpora diffundant.* Porro Apostoli lucem doctrinæ & Evangelii quod annuntiârunt, ab illa luce acceperunt, quæ dicit : *Ego sum lux mundi ; Aperiens os suum docebat eos ; per hoc lumen à vero Justitiæ Sole receptum idololatriæ tenebras ubique depulerunt & dissiparunt.* Præ omnibus verò aliis Apostolis sulcipi merentur duo hi nostri Apostoli, eò quòd per benignos influxus suos populis adeo rudibus, barbaris, truculentis, divinique luminis recipiendi præ cunctis aliis incapacibus, benefecerint, siquidem eorum sævitie, barbarie & incapacitate non obstante, omnes Apostolorum nostrorum operâ & industriâ maximè fuere illuminati.

Matt. 5. 2

Matt. 14.
19. n. 14.

1. S. Matthæus de Christo dicit: *Dedit discipulus panes discipulis autem turbis.* Circa quæ verba S. Hilarius ait: *Quia per Apostolos erant divina gratia dona inferioribus hominibus reddenda.* Et quidem in nostro verè adimplentur verba illa, *inferioribus hominibus;* siquidem tametsi de gentibus ad quas Apostoli nostri à Deo missi fuerant, in lectionibus matutinalibus dicatur: *Esseatis gentibus.* omnes tamen ab hæc Apostolis donis & gratiis cœlestibus supra modum fuerunt locupletati; Et idè benignitas influentiarum horum cœlorum, vel maximè ex eo colligi potest, quòd terræ huic omninò sylvestri, stirpibus, spinis, & sentibus plenissimæ, & instar silicis duræ, talem nihilominùs fecunditatem & fertilitatem impresserint, ut in iisdem lectionibus hodie legerimus: *Cum innumerabiles filios Iesu Christo peperissent, fidemque in vastissimis illis regionibus, & esseatis gentibus disseminassent, doctrina & miraculis, ac denique glorioso martyrio simul sanctissimum Iesu Christi nomen illustrarunt.* Quid his ampliùs desi-

deratis? Hi cœli nomen Christi illustrarunt, per innumerabilium hominum ad fidem Christi conversionem.

12. Albertus Magnus aliam quandam rationem tradit, cur Apostoli cœlo assimilentur, nimirum propter motus continuationem, continuo enim operabantur bona, & sine lassitudine sic cœlum movetur continuo Meritò igitur hi Apostoli cœli dicuntur; siquidem tot Provincias & regna peragrandò fuerunt ad instar cœlorum veloces & infatigabiles in motu & operationibus suis; ac proinde Dionysius Carthusianus non sine causa de illis dicit: *Infatigabiliter pro humani generis salvatione laboraverunt.* Cœli quoque sunt inalterabiles & incorruptibiles. Et eodem encomio S. Hilarius Apostolos honorat, dum illos vocat *Rerum cœlestium predicatores, & eternitatis velut favores, immortalitatem in omnibus corporibus, quibus eorum sermo aspersus fuerit, conferentes.*

In cap 46
Matth.



Hi Apostoli Christi præceptum adimplerunt jubentis annuntiare pacem illis, qui eos in domos suas suscipiunt.

DISCURSVS TERTIVS.

*Intrantes autem domum salutate eam dicentes:
Pax huic domui. Matth. 10.*

V. 12.

INter alia quæ sapientissimus Magister Christus discipulis suis ad Evangelium prædicandum paulò post dimitendis reliquit monita, unum quoque hoc fuit, quo eos à quibus hospitio excipiendi essent, per pacis apprecationem humaniter salutarent, ut hac ratione hospites ipsorum ipsos pacis nuntios seu ablegatos esse, & haud secus ac amicos ad illos omni benedictione cumulandos accedere scirent. S. Augustinus super illa verba Psalmi: *Pax multa diligentibus legem tuam*, dicit ita Psalmistam loqui; *Quasi diceret multa bona sub una virtute contineri*. Enimverò sanctos hosce duos Apostolos Simonem & Judam laudaturus, hoc mihi thema vendicavi, eò quòd omninò mihi videatur ipsos monitum hoc præ omnibus aliis ad literam executos fuisse, imò invenio quòd Hugo Cardinalis, dum super hunc textum: *Pax huic domui*, scribit, immediatè subjungat: *Hoc Simon Chananaeus fecit*; Cùmque deinceps Dionysium Carthusianum pervolverem, visurus quem ille verborum illorum sensum ederet, & de qua pace verba illa intelligeret, inveni quòd ipse dicat: *Pax exterior, scilicet quies ab hostium impugnatione, paxque interior, puta tranquillitas mentis*. His præmissis considerate quæso quanta cum proprietate thema istud proposito nostro adaptetur.

Scot. 6.
Co. 4.

Sciendum est igitur, quòd, ut S. Antoninus refert, cùm belli dux Regis Babylonis,

unà cum exercitu egressurus esset ad præliandum adversum Indos, consulto licet Deorum suorum oraculo, nullum tamen à falsis confictisque numinibus suis habere responsum potuerit, ac proinde nonnullos suorum ad proximè vicinam civitatem dimiserit, ut ab aliis quibusdam simulachris silentii hujus causam investigarent? Quibus responsum fuit, simulachra Deorum ideo silere, quòd *propter adventum populorum Dei, non poterat eorum Deus respondere*. Quapropter ubique servos Dei inquirere cœperunt, eosque repertos, tandem in prædicti Ducis adduxere conspectum, qui cùm eos qui & quales essent, & unde, aut quo fine advenissent, interrogasset, responderunt: *Secundum genus Hebræos servos Iesu Christi se esse*. Et de Iudæa illum venisse ob salutem eorum, Quibus præfatus belli Dux se postquam è prælio redux feliciter factus esset, verbis & monitis illorum aures præbiturum esse respondit. Sancti verò protinus subjunxerunt, nequam illam moram expedire, quin potiùs *Modo magis congruum est te illum cognoscere, cuius ope possis videri existere, vel saltem hostes pacatissimos invenire*. Tunc dictus belli Dux ait: *Dii nostri potentiores vos video, finem ergo belli prædicite nobis*. Sancti verò Apostoli replicarunt, quòd priusquam de fide cum ipso loqui inciperent, operæ pretium esse existiment, ut Dii ipsorum instantis prælii exitum prædicarent, an scilicet faustus, an verò funestus futurus sit, ut hac ratione cetera à falsis numinibus

oracula

oracula falsitatis tantò faciliùs arguere possent. Cùm igitur Dii Babylonie bellum instans ex utraque partium cruentum futurum esse prædixissent, sancti fratres subriterunt; quibus proinde Belli Dux ait: *Me timor invadit. & vos rideis? & Apostoli ad eum: Noli timere, quia Pax nobiscum intravit, & die crastina hora tertia legati Indorum nuntios mittent, se tua potestati in pace subdentes.* Et verè ira factum est. Hanc igitur hi Apostoli pacem in Babyloniam secum attulerunt: *Pax huic domui, id est, quies ab hostium impugnatione.* Verùm enim verò pacem istam non solum illis populis annuntiarunt, verum etiam, uti vdebimus, multis aliis modis pacis instrumenta fuerunt omnibus illis, quos ad veram Christi fidem converterunt, quorum innumeri fuere.

3. *Pax huic domui.* Ubi Lyranus ait: *Quia predicator verbi Divini, debet habitantibus domum, quam intrat, pacem optare; & non solum optare, imò & Evangelium Christi predicare, quod est Evangelium vera pacis.* Porro verissimum est axioma illud Spiritus sancti: *Non est pax impiis;* & ideo idololatræ illi vera pace gaudere non poterant, utpote quæ à divino præcepto adimpletione dismembrari nequit. *Pax multa diligentibus legem tuam. & non est illis scandalum.* Dii gentilium Demones erant: *Quoniam omnes Dii gentium Dæmonia* at vero ipsomet Salvatore teste *Sathanas in seipsum divisus.* De Christo vero dicitur: *ipse est pax nostra.* Hostis tartareus aliud nihil seminat, quam zizania odiorum, rixarum, dissensionum, bellorum aliarumque stragum, &c. Quod idem quoque a seclæ ipsius faciunt, qui ut plurimum pace externa non fruuntur, & multo minus interna. *Vnde bella & lites in vobis, inquit S. Jacobus Apostolus: Nonne ex concupiscentiis vestris, quæ militant adversus animas.* Solum Evangelium est, quod veram nobis pacem affert.

4. Nescio an aliquando vos ad id reflexeritis, quod scilicet S. Paulus in sua conversione nomen suum mutaverit? utique mutatio hæc nominis ex necessitate facta non est, licet ex persecutore factus fuerit Apostolus; nam Matthæus publicanus nomen suum perpetuò servavit; retinueruntque illud post conversionem multi alii. Cur igitur nomen suum post conversionem suam mutavit, num fortasse ideo

hoc fecit, quia scilicet humilitatem & abjectionem legis Evangelicæ erubescerebat, utpote quæ tunc omnibus in abominatione erat; *Iudæus scandalum, gentibus stultitia,* ac proinde nomen suum fortè mutavit, ne agnosceretur: minime gentium, siquidem ipsemet expressè protestatur dicens: *Non erubescio Evangelium.* S. Paulus in principio Commentarii in Epistolam ad Romanos veram hujus rationem tangere videtur, dum solidè considerat, quod *Saulus* idem significet, quod *inquietudo*; *Paulus* autem idem quod *quietus*; etenim quibusnam coloribus Saulus à S. Luca depingitur, priusquam clara Evangelii luce esset illustratus? *Saulus adhuc spirans minarum, & cædes in discipulos Domini.* Sed quid mirum est, quod pacem & quietem tunc minime inveniret, siquidem *non est pax impiis;* at verò mox ut *circumsulsi eum Lux de cælo,* ipseque se suavi Evangelii jugo libens subiecit, tunc protinus imperturbabilem quandam in se esse expertus quietem, quia *Pax est fides nostra.* ut concludit Ambrosius. Frater Pacificus, qui ex primis S. Francisci sociis unus fuit, mundi vanitatibus in vita sæculari immerfus fuerat, & ob hæc rationem ut scribit S. Bonaventura Seraphicus Patriarcha nomen ejus immutavit: *Videns ipsum ab inquietudine sæculi ad Christi pacem perfectè conversum, fratrem Pacificum appellavit.* Vide igitur qualis pax illa fuerit, quam SS. Apostoli Simon & Judas tot Barbaris populis, annuntiarunt, *Efferatis gentibus* quod idem est ac si diceretur, hominibus feris, crudelibus, sanguinariis Simon enim in Ægypto prædicavit, ubi tanquam Deos suos Serpentes, Crocodiles, aliaque similia animalia adorabant; prædicavit pariter in Affrica, quæ unica monstrorum mater est; unde proverbium illud suam habet originem, quo dicitur: *Num quid novi fert Affrica?* Discurrete deinde per Syriam, Arabiam, Persiam, Mesopotamiam, ac tandem Babyloniam, & considerate quanto cum jure *Efferatis gentibus* prædicasse dicantur, & qualiter illis antea barbaris & truculentis cordibus ipsorum concordiam, unionem & pacem Evangelicam inseruerint, adeo ut jam deinceps postquam conversi sunt non efferatæ gentes vocentur, sed potius amabiles Salvatoris filii esse dicantur: *Innumerabilis sibi sibi Christo pepererunt.* Notandum vero est verbum illud pepererunt,

Ps 95.

Luc. 11.

quam scilicet sit mysticum, alludit enim ad matris erga viscerum suorum partus amorem, unde S. Paulus Apostolus paganorum conversiones, quas sollicitè procuraverat, considerans gloriabatur, imò fere in seipso colliquecebat, dicens: *Elioli mei quos iterum parturio.*

Gal. 4. 19
5. *Pax huic domui.* Albertus Magnus, verba illa: *Primum dicite Pax.* bene considerans, ita exponit, *hoc est, beneficiis prævenire.* quasi monere eos vellet Dominus noster ut in hoc æternum Patrem suum imitarentur, de quo

Luc. 10.
1. Ioan. 4.
scribitur: *In hoc apparuit charitas Dei, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quòd iam ipse prior dilexit nos.* Sancti Apostoli nostri viam sibi ad infidelium conversionem aperuerunt, per insignia illis præstita beneficia, per miracula & gratias ipsis magno ipsorum commodo præstas; est quoque & aliud quod orationibus & intercessione sua mediantibus effecerunt, nimirum quod imminetia bellorum pericula ab iis averterint, simul illis prædicendo futurum esse, quod inimici ipsorum humiliati, pacem ab iis instantissimè postulaturi essent. *Beneficiis prævenierunt* cum enim Dux belli prophanos Idolorum sacrificulos igne concremare vellet, eo quod sanctos hosce Apostolos contempserint, multisque affecissent injuriis & opprobriis, suisque prestigiis & technis populum seduxissent; *Prohibuerunt Apostoli dicentes; nos non ad occidentum homines, sed ad vivificandum missi sumus,* imò pro eorundem liberatione instantissimè se apud Regem & belli ducem interposuerunt, ut hac ratione eos Deo lucrarentur. *Beneficiis prævenierunt.* quia licet de magis & incantatoribus illis Zaroes & Arphezad severissimum sumere potuissent supplicium ob truculentam adversus ipsos mortem persecutionem, id tamen nequaquam fecerunt; & quidem tamen in eisdem serpentes immiserint, qui eisdem moribus suis invaserunt, hoc tamen factum est ab illis per præceptum limitatum, ut scilicet absque vitæ periculo eisdem infesti essent, quicquid etiam Rex ipse mortis supplicium isdem magis inferendum instantissimè urgeret: *Rex autem cum astantibus rogabat Apostolos, ut à Serpentibus eos occidi permitterent; hi autem responderunt: Nos missi sumus ut mortuos revocemus ad vitam, non ut à vita præcipitemus in mortem.* Benefi-

ciis prævenierunt fraudes detegendo, quibus à tenebratum principe excecari erant. Unde Dionysius Carthusianus ait: *Dæmones per energumenos clamaverunt; quod nobis & vobis Apostoli Dei vivi? Ecce in vestro ingressu flammis incendimur.* Dixerunt Apostoli ad Paganos: *ut sciatis hac idola esse Damonibus plena; ecce præcipimus eis, ut exeant.* & singuli simulachra sua confringant: mox duo Æthiopes nudi cunctis mirantibus exeuntes confrugerunt simulachra. Quodnam vero illis beneficium majus impertiri poterant, quam quod eos ad veri Dei agnitionem inductos, ab inferni tyrannide & servitute liberarent? S. Antoninus ait: *Ad prædicationem eorum miraculis confirmatam plusquam sexaginta milia hominum baptizati sunt, per annum & menses ibi remanentes ad instructionem eorum.*

6. *Pax huic domui, id est, quies ab hostium impugnatione,* uti jam ex sententia Dionysii Carthusiani diximus. Adhæc præter pacem, quam bella ab infidelibus illis removendo annuntiarunt, hanc pacem insuper exponere possumus de pace, unione, & concordia animorum, nec non de lege charitatis & amoris, quam populis illis antea barbaris & sævis, *Esferatibus gentibus* impresserunt, qui hæcenus non solum inimicitias & continuis inter se bellis dediti erant, verum etiam ab inimicis invisibilibus, id est, Dæmonibus, quos adorabant, nec non ab eorundem vitis & abominationibus continuò infestabantur, liberabant, siquidem *non est pax impiis* Author olim incognitus, nunc verò notissimus P. Michaël de Ayguanis Carmelita in proposito de Saule Dæmoniaco, per Davidicæ verò Citharæ sonum seu plectrum liberato, ita scribit: *Spiritus maligni melodiam cantus, maxime spiritualis odiunt, propter concordiam vocum.* S. Cyprianus quoque Martyres adversus infernum armaturus, hoc isdem salutare suggererat monitum: *Inveniat vos munitos, & concordia armatos, quia pax vestra bellum est illi.* Enimverò hisce nostris Apostolis charitas in summo gradu intensa inerat, prout ex hæcenus dictis facillè liquet; per hanc autem debellarunt infernum, & populos illos antea sævos in se invicem, ac barbaros hostes tartaricos superare, falsaque idolorum numina pedibus substrata docuerunt conculcare, legem vide-

L. ad
mart. c. 1.

licet

licet iis annuntiando Evangelicam, quæ pacem, unionem, atque concordiam infallibiter lubinfert; ideoque dicitur *Evangelium pacis*.

7 Sapiens scribit: *Frater, qui adjuvatur à fratre, est quasi civitas firma*. Postquam duo hi fratres separatim adversus Idololatriæ tyrannidem in diversis Provinciis & regnis gloriose pugnassent, tandem ad dissipandum & subvertendum totaliter in Perfide luciferi regnum se simul junxerunt, ubi etiam inexpugnabilem suam fortitudinem egregie contentatam fecerunt, truculentis sacerdotum idololatrantium, magorumque simul in eorum perniciem conjuratorum persecutionibus fortiter & generose resistendo, adeo ut civitas Dei, id est fides orthodoxa à duobus hisce fratribus defensa, adeo gloriose adversus omnes Paganorum infestationes victrix evaserit, ut simul *innumerabiles filios Iesu Christo pepererint*. Idque per pacem & charitatem, quam illis gentibus infinuaverunt.

8. Chrysofomus rationem quandam ad-

fert, cur Deus Elementa inter se concordiam habere noluerit, hanc nimirum: *Elementa sibi invicem sunt infesta, ut omnes sciamus, quod qua bello impetunt, & impetuntur, Dii esse non possint*. Simili quoque ratione ad demonstrandam Deorum gentilium falsitatem, multam hisce Apostolis profuit, quod efficere, & ad oculum demonstrare potuerint, falsa illa Deorum humina magna inter se discordiâ discerepare, Unde scribit Ovidius:

*Iupiter in Trojam, pro Troja stabat Apollo,
Æqua Venus Teucris, Pallas iniqua fuit,*

Non sic se res habet cum Deo nostro, quia *Deus charitas est; ipse est pax nostra*; atque ideo voluit ut Apostoli qui Divinitatis suæ fidem iis, qui Dæmonum cultui dediti erant, annuntiare debebant, pacem primo omnium loco annuntiarent, ut exinde Deum pacis verum Deum esse cognoscerent, non vero ipsorum simulachra, quia *qui bello impetunt & impetuntur, Dii esse non possint*.

In adimpletione præcepti quod Christus Collegio Apostolico de dilectione imposuit, insignes fuerunt.

DISCURSUS QUARTUS.

Hoc est præceptum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Ioan. 15. v. 6.

1. **I**N officio divino, quod Ecclesia in honorem Apostolorum recitandum præscripsit, prima & præcipua antiphona, quæ in eorum laudem dicitur, hæc est: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem*. Charitas enim est regina omnium aliarum virtutum, unde dicitur: *Major autem horum est charitas*. Et S. Jacobus Apostolorum nostrorum frater, nobile hoc ei attribuit epithetum, quo illam vocat *legem regalem*. Hanc Christus Dominus noster Col-

legio Apostolico cum speciali quadam energia commendavit, dicens: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. VI & vos diligatis invicem, in hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem*. Chrysofomus quoque messem quam per tot animarum conversionem Christi horreo, id est, Ecclesiæ intulerunt, unioni & matuæ ipsorum concordie attribuit; siquidem verba illa Psalmi: *Ascendit Deus in jubilatione, & Dominus in voce tubæ*, quibus victoria & triumph-

phi quos ab Evangelii persecutoribus reportaturi erant, deprædicantur, examinans, ait: *Cur non dixit in tuba, sed in voce tubæ? significans eorum concordiam, & animi consensionem: sicut enim extensio atque victoria plus debetur discipulorum consensione, quam concione.* Ideo etiam Filius Dei hanc æterno Patri suo supplicationem porrexit: *Vt omnes unum sint, sicut & tu Pater in me es, & ego in te.* Ubi Cæteranus ait: *Vt intelligamus extensionem fidei, non tam fieri prædicatione, quam virtute unitatis Christianorum.* Quo supposito examine nunc, si placet, in præsentis discursu, quam bene hi duo fratres in hac virtute radicati fuerint, ex quo de illis constat, quod innumerabiles filios Iesu Christo pepererunt. Incarnata namque sapientia nihil adeo fervide & ferè Apostolis imposuisse legitur, sicut hanc eis dilectionem præcepit; cujus causam Glossa interlinearis, in propositi thematis verba: *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem; scribens, insinuat, dum ait: Non aliud, quia in hoc sunt omnia, & dilectio Dei, & fides.*

2. Christus Apostolos suos sæpè fratrum nomine appellasse legitur: *Nuntiate fratribus meis ut eant in Galileam* quia in eis amoris & dilectionis plusquam fraternæ puritatem agnoscebat. Et quidem duo hi nostri Apostoli fratres Christi erant secundum carnem, licet non fratres germani, sed consobriini; *Fratres ejus Iacobus, & Ioseph & Simon, & Iudas*, non tamen eosdem ex hoc carnalis cognationis motivo ad Apostolatam vocit; nam quando Domino dicebatur: *Ecce mater tua & fratres tui foris stant querentes te, extendens manum in discipulos dixit: Ecce mater mea & fratres mei*, quasi diceret, illos matris & fratrum loco habeo, qui plus me diligunt, meræque legis observantiores existunt: *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, ipse meus frater*; adeoque hi duo Apostoli fratres, id est, Apostoli ejus appellati fuerunt, quia cor eorum magno quodam amore exarsit, sanctique fuerunt, non vero quia sanguine cum eo conjuncti erant. Unde S. Fulgentius ait: *Simon ille Chanaanæ qui mutavit nomen gentis, & inseruit storem suum corona virtutis, aptatus manibus Salvatoris fulget de ista corona igneo vigore decoratus Iudas zelotes zelans pro Domino, non commercium querens Christum vendendo pro illo zelabatur, non*

de isto paciferebatur. Notandum quoque quod in iis lapidibus pretiosis, in quibus hi duo Apostoli fuere figurati, hæc quoque dilectio specialiter rutilet. *Decimum Chrysopræsus, undecimum Hyacinthus* inquit Joannes Apostolus in sua Apocalypsi. Per quorum primum S. Judas, persecundum vero S. Simon intelligitur. Porro lapis iste qui S. Judam Thadæum significat, guttulis aureis respersus esse scribitur, per quas charitas symbolizatur, in dicto Apostolo præclare eluxit, qui proinde ab expolitore quodam moderno in ejus Epistolam scribente, in præfatione Commentarii, *Mirè cordialis, benevolus, & amabilis* appellatur. Gemma vero quæ alteri fratri attribuitur, Hyacinthus est, de quo Cornelius scribit, quod antiquus ex naturali sua proprietate durus erat, adamante tamen vincebatur, & scalpebatur; hic autem adamas ardentem in corde ejus Dei amorem figurabat. Præterea si Ethymologiam nominis utriusque Apostoli consideremus, in utriusque nomine patenter amorem & charitatem expressam inveniemus. Nam ut Durandus in Rationali Divinorum officiorum ait: *Simon Zelotes acutus est; zelus autem parvus quidam est ferventis amoris erga objectum amatum, quo omnis ab amato injuria arcetur.* S. Judas autem cognominatur Thadæus, vel in lingua Græca & Syriaca *lebbæus*, quod idem est quod *corculum*. Plinius vero dicit: *Corculum à corde dicebant antiqui*; unde patet cum hoc titulo idèd præcipue appellatum fuisse, quia merum cor, merusque erga Deum & proximos amor erat. Porro cum ea quæ erga proximos habetur dilectio, eo se præcipue extendat, ut omnibus liquet, ut eisdem in necessitatibus tam corporalibus, quam spiritualibus subveniatur, ideo quod spirituales proximorum necessitates attinet, non est dubium quin hi Apostoli ut vidimus in iis sublevandis & curandis, *infatigabiliter*, ut Carthusianus ait, se impenderint; quod vero subsidium corporalibus necessitatibus ab ipsis præstitum attinet, quidnam de ipsis quoad hujus præcepti executionem dicere possumus? Respondere fortasse nonnemo poterit, ipsos ad subsidium temporale præstandum minime obligatos fuisse, siquidem tale ab eis petentibus dicere poterant: *Ecce nos reliquimus omnia; veruntamen nos bono cum fundamèto asserere posse existimo,*

Apo. 21.
29.Corn. 2
Lapide.Lib. 7. 6.
31.

quod priusquam ad Apostolatam assumpti fuerunt, de substantiis & facultatibus suis, quas ad ipsorum instantiam per manus matris sibi distributas possidebant, Apostolos, aliosque Salvatoris discipulos, imò & ipsum Christum sustentarint; Mater namque horum discipulorum una erat illarum, quæ continuò Christum sequebantur, & ministrabat ei de facultatibus suis, prouti ex cap. 27. v. 55. Matthæi, & Lucæ cap. 8. v. 3. clarè colligitur, unde ipsemet Dei filius, omnesque alii Apostoli dicere ipsis potuerunt: *Esurivimus, & dedistis nobis manducare.*

1. Cor. 3.

4.

3. *Vt diligatis invicem.* Porro *charitas non quarit quæ sua sunt*, ut Apostolus ait: Et ideo qui vero & solido amore proximum suum prosequitur, gaudet impensè dum videt, quod bonorum suorum alii quoque fiant participes. Hujus amoris S. Judas pulchrum specimen edidit, quando audiens Christum dicere: *Qui autem diligit me, diligitur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum; Dicit ei Judas, non ille scariothes; Domine quid factum est, quia manifesturus es nobis teipsum, & non mundo?* quasi dicere voluisset; quamobrem bona illa, quæ nobis largiri intendis, non pariter in universum mundum diffundis?

Joan. 14.

24.

4. *Dilectio Dei & fides.* inquit Interlinearis, ut antea vidimus; atque ideo omninò existimo quod causa cur duo hi Apostoli fidem ad eò magnoperè dilatarint, ut sancta mater Ecclesia hanc eis singularem laudem attribuat, quod *innumerabiles filios Iesu Christo pepererunt.* causa inquam hujus fuerit, quia in ipsis plusquam in aliis hæc ardebat dilectio

Prov. 21.

28.

5. *Vir obediens loquetur victorias;* id est, inquit Hugo Cardinalis, *quibus seipsum per virtutem obedientie vicit.* Cum igitur Simon idem significet quod *obediens*, facile cuilibet erit conjicere, quot & quam gloriosas de inimicis fidei nostræ reportarit victorias. Per aliud verò cognomen quo *zelotes* appellatur zelus ipsius ardentissimus perspicuè demonstratur, quem in tot Idolorum subversione abunde probavit.

6. Ad æstimandam quoque S. Judæ Thadæi virtutem, sanctitatem & ardentem charitatem, legatur obsecro ejusdem Epistola, quam tam ad gentiles, quam ad Hebræos per mundum dispersos exaravit, eo præcipuè sine, ut multas in exordio Ecclesiæ subnascen-

Manfii Sanctuarii Tom. IV.

tes hæreses penitus eradicaret. Hanc enim Epistolam dicit Origenes esse *Paucorum verborum, sed plenam efficaciam cælestis gratia verborum.* In hac Epistola Zizania à Simone Maggo, Cherintho, & Nicolaitis super triticum seminata eradicare satagit, præcipua sacra fidei nostræ dogmata, mysteria nimirum sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis verbi, Redemptionis, & separationis bonorum Angelorum à malis stabilire contendit, fidem quoque & finalis judicii metum nos docet, suadens omnibus fugere blasphemias, luxuriam, superbiam, avaritiam, inobedientiam, odia, fraudes & quævis alia vitiorum genera, denique in fide, oratione, charitate, errantium conversione in stabili permanentia & continuatione vocationis propriæ, omnes instruit, Deumque fructuosè laudandi modum aptissimè tradit.

In cap. 12
Matth.

7. *Vt diligatis invicem.* B. Laurentius Justinianus ab hac nostrorum Apostolorum fervida dilectione, intrepidam ipsorum in tormentis fortitudinem arguit his verbis: *Nunquam labores peregrinationis, judicium minas, tormenta carnificum, martyrii supersassent agnem, si non charitatis juga, interioris hominis colla stravissent Dionysius Carthusianus in illa verba: In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem; pulchrè observat, quod Christus non ait: si miracula feceritis: si omnium gentium linguas noveritis; si dona prophetia, sapientia, & scientia sortiti fueritis, vel qualibet alia bona ad gratiam gratis datam spectantia; Et ratio est, quia hæc dona, ut S. Thomas notat, possunt esse communia bonis & malis, sed speciale discipulatus Christi signum est charitas. Enimverò quin SS. Simon & Judas omnibus hisce donis fuerint locupletati, in dubium nequaquam revocari potest; nam ut S. Bonaventura in sermone quodam de hisce sanctis Apostolis habito scribit, ipsorum opera mortui revocati fuere ad vitam, aliaque multa, prodigiosa valdè patrarunt miracula, quale est, quod unius duntaxat diei infantem articulate & intelligibiliter fecerint loqui & respondere ad interrogata; nec tamen propter hæc & similia miracula agniti & in veneratione habiti fuerunt, tanquam servi veri Dei; ac proinde Hugo Cardinalis ait: *Magis edificavit Ecclesiam charitas Apostolorum, quam miracula.* Et Author operis imperfecti ait: *ideo Spiritus sanctus speciem columba suscepit quo-**

Ser. de SS.
Apost. Si-
mon &
Juda.

Hom. 4.
in Matth

L

pit quo-

pit, quoniam præ omnibus animalibus hac cul-
trix est charitatis. Moxque addit: Alias virtu-
tes à Dæmonum cultoribus fingi posse, solam
autem charitatem Spiritus sancti non potest
immundus Spiritus imitari.

8. Idem Cardinalis, super illis verbis: *In hoc
cognoscent omnes &c.* nihil ad propositum no-
stram aptius dicere poterat, quam dum eidem
verbis addit sequentia: *Etiā Ethnicī & gen-
tiles*, id quod exactissimè in sanctis Apostolis
nostris verificatur, siquidem ipsi quoque pa-
gani Babylonie, quibus nulli impientiores in-
veniri poterant, ex hoc charitatis in hisce A-
postolis evidenter notato signaculo, perspicuè
videre & inferre poterant SS. Simonem & Ju-
dam pliusquam homines, omnique humana
conditione superiores esse, quando ab Idolo-
rum sacrificulis per acerbissimas persecutiones
mortem iisdem machinantibus, magnis inju-
riis affecti, cum debitam in illos vindictam ex-
erceri videre possent, permittendo ut in eos
publica exerceretur justitia, nihilominus pro
eorundem liberatione intercedendo sese in-
terposuerunt; Quà de re Dionysius Carthusia-
nus ita scribit: *Hac fuit una Apostolorum vi-
doria, qua Deos falsos & eorum Pontifices su-
peraverunt.* Hæc in eis notata puritas & synce-
ritas charitatis, tantam eis fidem & authori-
tatem conciliavit, ut ipsimet Gentiles, eorum-
que suprema capita dixerint: *Isti sunt Dii in
humana latentes effigie.* Neque hoc eorum de
sanctis Apostolis conceptum iudicium ratio-
nis fundamento carebat, nam juxta auream
illam S. Paulini sententiam: *Vicem injuria red-
dere humana ultio est: at inimicos etiam diu-
gere vindicta cælestis est.*

9. Oportuè hoc loco mihi incidit historia
illa quæ in Genesi de Esau refertur, cui cum
Jacob ad paternam domum rediens, factus
obvius dixit: *Vidi faciem tuam quasi viderim
vultum Dei;* Et tamen hic reprobis apud
Deum erat: *Esau odio habui.* Jacob verò Israël
dicebatur, quod idem est, ac *videns Deum.*
Quà igitur ratione fieri poterat, quod præsci-
tus ille à Jacob videretur quasi Divinam refe-
sens imaginem? Sciendum proinde est, quod
Esau in ea occasione Jacob fratri suo occur-
rens inveteratum quo fratrem suum prosequen-
dum, odium jam deposuerat, utpotè fratri suo
perfectè reconciliatus, Glossa autem dicit: *Pec-
cator cum remiserit, quasi aliter Deus est.* Quod

pariter Chrysostomus confirmat, dum ait: *Ni-
hil ita facit hominem Deo similem, sicut inimi-
cis esse placabilis.* Et ideo mirum non est
quod Dux belli Babylonici Regis per instin-
ctum superiorem Spiritus sancti, in hisce A-
postolis propter charitatem & mansuetudinem
quam in sacrilegos illos sacrificulos exercue-
rant, speciem quandam agnovit omni hu-
mana conditione superiorem, adè ut ipsi vi-
derentur *Dii in humana latentes effigie.* Theo-
phylactus illa verba: *Sicut dilexi vos hoc mo-
do explicat: Nullis bonis operibus vestris præce-
dentibus sed & cum inimica esset humana na-
tura, eam suscepi, sanctificavi que? ita & vos
gratis diligite, etiam si ostenderit te frater, ne
recorderis ejus.* Quà doctrinà supposità legite
& considerate mansuetudinem quam sancti
Apostoli persecutoribus suis exhibuerint, &
invenietis qualiter filium Dei ad vivum fuerint
imitati, qui ut Chrysostomus ait: reconcilia-
tionem fratris, oblationi & sacrificio suo longè
anteponit: *Si offers munus tuum ad altare, &
ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet
aliquid adversum te, relinque munus & vade
prius reconciliari; Honorem suum, inquit Chry-
sostomus, despicit, dum in proximo charitatem
requirit.* Et ideo mirum non est quod hi no-
stri sancti Apostoli non solum vitam suam, ve-
rum etiam honorem & reputationem pro-
prium contempsisse legantur, ut suam erga
persecutores suos evidenter probarent chari-
tatem.

10. S. Paulus aliquando in iis se angustiis
constitutum esse sensit, ut diceret: *Coarctor de
duobus, desiderium habens desolvi.* & esse cum
Christo multò melius: *permanere autem in
carne necessarium propter vos.* Equidem dum
Historiam vitæ horum sanctissimorum A-
postolorum considero, hi mihi in similibus ferè
angustiis animique suspensione positi fuisse
videntur; nam si Carthusiano credimus: *Ap-
paruit eis Angelus dicens, aut horum (id est
Magorum, qui Apostolorum nostrorum me-
ditabantur necem) repentinum interitum, aut
vestrum martyrium eligite;* Quibus verbis li-
bera eis dabatur optio, qua vel eligerent adè
heroicis actibus charitatis & mansuetudinis
erga inimicos exercendæ se privare: aut verò
adè copiosam animarum illarum quas in vi-
ta superstites convertere poterant, negligere
mellem, sibi que viam quo ad Martyrii coro-

Hom. 23.
in Matth

Philip. 23.
13.

Gen 33.
10.

nam

nam perungere possent, omnino præcludere ;
at verò in quamnam propositæ optionis par-
tem se tandem resoluisse existimatis ? *Respon-*
derunt Apostoli; Exoranda est misericordia, ut
& illos convertere, & nos ad martyrii palmam
perducere dignetur.

1. Petri 4 *11. Ut diligatis invicem.* Dicit S. Petrus Apo-
8. stolus : *Charitas operit multitudinem peccato-*
rum. id quod de sanctis Apostolis perfectè ad-
impletum fuisse in eorum historia, per mirum
quoddam ab eis patratum prodigium com-
probatur. Accidit enim quod quidam Apo-
stolorum nostrorum Diaconus à pessima qua-
dam scœmina diffamaretur, quasi per illatam
sibi ab eo violentiam filium ex eo conceptum
enixa esset, unde ingens inter Neophytos ad
fidem ab Apostolis recens conversos orieba-

tur scandalum, nec minus prædicationis Evan-
gelicæ præjudicium. Quid in hoc casu sanctos
Apostolos fecisse existimas ut hujus ministri
sui ruerentur innocentiam ? Nimirum Infanti
qui ante non multas horas natus fuerat, præ-
ceperunt in virtute Dei, ut an accusatus Dia-
conus ejus genitor esset, coram omnibus edi-
ceret; Qui protinus id falsum esse, imò Dia-
conum virginitatem suam in eam usque horam
illibatam conservasse respondit; Quia verò
charitas operit peccata, factum est, ut cum a-
stantes instantissimè urgerent, ut puerum ul-
terius quisaam fornicationis hujus complex
esset, fateri cogent; puer utique ab Apostolis
edoctus respondit, suarum quidem partium
esse innocentiam defendere, nequaquam vero
reum propalare.

In ipsorum laudem mysteria quædam considerantur, ob quæ
hoc Evangelium hodie specialiter legitur.

DISCURSUS QUINTVS.

Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, dili-
geret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi
vos de mundo, propterea odit vos mundus.

Ioann. cap. 15.

S Aluator noster Apostolos suos
ad sufferendas in propagatione
fidei obvias persecutiones ani-
mare volens, eosdem monuit,
ne mirarentur aut trepidarent,
mundum in hi adversarium esse
videntes, siquidem hujus con-
trarietatis & contradictionis nulla alia sit cau-
sa, quam quod à se in discipulos suos electi,
adeoque à mundo sequestrati essent. Meritò
igitur Sancta Mater Ecclesia in hodierna so-
lemnitate in horum Apostolorum honorem

præsenti Evangelio utitur, siquidem hi duo
sanctissimi Apostoli in cunctis operibus suis
palam testati sunt, nihil sibi cum mun-
do negotii intercedere, licet graves ab illo
persecutiones sustineant, seque dignos
esse, qui ad dignitatem eligerentur Apo-
stolicam.

2. Angelicus Doctor in sermone de ho-
dierno festo, notat causam cur Evange-
lium istud in horum Apostolorum hono-
rem legatur, nulla autem illius in aliorum
Apostolorum festis de eo fiat mentio.

causam inquam illius hanc esse: *Quia mundum & omnia quæ in mundo sunt, despexerunt.* Idem Angelicus Aquinas aliam quandam considerationem circa cap. 14. S. Joannis instituit, ubi postquam Salvator toti Collegio Apostolico dixisset: *Qui diligit me diligitur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum,* & Judas non ille Iscariothes dixisset: *Domine quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?* Sciendum est, inquit Angelicus, quod sanctorum & humilium consuetudo est, cum magna de se audiunt, stupeant, & admirentur: audierant autem discipuli Dominum dicentem: *adhuc modicum, & mundus me jam non videt, vos autem videbitis me &c.* ex quo videbatur Apostolos toti mundo præferre; & Judas frater Iacobi in admirationem & stuporem positus dicit: *Domine quid factum est? quasi diceret: Quæ causa erit? Nunquid nos supra totum mundum sumus?* Et verè ita est, nam talem in cordibus suis mundi contemptum conceperant, per quem omnibus terrenis rebus superiores facti fuerant, & verificabatur in illis dictum illud Tertulliani de Christianis sui sæculi loquentis: *Terram suspensopede tenemus.* tamen si enim utroque pede ad Evangelium prædicandum potiorum mundi partem peregrinandum peragrarint, at tamen tanquam viti à terra, terrenisque rebus alienissimi, eandem terram unico tantum pede videbantur contingere.

In Apol.

Ser. de
SS. Apost.

3. B. Laurentius Justinianus heroicum illum mundi contemptum qui in ipsis fuit, ex eo præcipuè arguit, quod se totaliter quoad corpus & animam Deo consecrarint *Saculi blanditias, carnis lenocinia, terrenas facultates quomodo spernere potuissent, nisi corde & corpore accessissent ad Iesum Christum?* Sanctus Bonaventura de Juda scribit, quod mox ut Rex Abagarus illum confluxit, ei dixerit: *Verè discipulus est Christi Iesu filii Dei vivi.* Quibus in verbis notandum est adverbium illud *verè*, per hoc namque virtus quædam eminentior in ipso latens indicabatur, qua cunctos alios Christi discipulos plurimum superavit. Ambo namque Christo toto corde eaque cum vehementia dediti erant, ut S. Judas Thadæus, ut diximus *Lebbæus* denominatus fuerit, quod interpretatur *corculum*, vel ut Dionysius Carthusianus exponit *cordis sui diligens custos*, ne ulla peccati impuritate inquinaretur; Et qui-

In Matib

dem credibile est hanc ipsorum puritatem & innocentiam magnis incrementis auctam fuisse, quando corde & corpore accesserunt ad Christum, qui erat *andor lucis sternæ, & speculum sine macula* Sanctus Basilius ab Eubulo magistro die quadam interrogatus: *Quis est mundus?* respondit: *Qui est supra mundum;* ac proinde duo hi Apostoli mundissimi cordis erant, utpotè qui Angelici Doctoris testimonio, *Mundum, & omnia quæ in mundo sunt, despexerunt;* ideoque verè dicere poterant: *Nos supra mundum sumus.*

4. Incarnato altissimi Patris filio, specialissimè hæc laus attribuitur: *Omnia in sapientia fecisti,* quam utique in eo contestatam fecit, quod non sine altissimo Sacramento, duos in collegio suo Apostolico habere voluerit, qui tum Simonis, tum Judæ nominibus appellarentur, ut tanto magis heroica ipsarum virtutes elucescerent, si abominanda vitia aliorum duorum sceleratissimorum discipulorum, qui eadem cum ipsis fortiti fuerant nomina, è diametro iisdem opponerentur, utpotè qui mundo rebusque terrenis tanto affectu innexi fuere, ut unus illorum scilicet Judas Iscariothes, divitiarum nimia cupiditate seductus, ipsummet Deum & Salvatorem suum triginta denariis, vendiderit: alter verò Simon Magus gratias & dona Spiritus sancti pro temporali pretio vænum exposuerit. Ad majorem namque horum confusionem duos alios in eadem schola Christi esse voluit, qui ab omnib⁹ hujus mundi rebus alienissimi, tanti essent auri, argenti que omnium aliorum ijs oblatoium munerum donorumque terrenorum contemptores, ut vel ipsimet sceleratissima Babylonæ nequissimi cives & incolæ eisdem obstupescerent æstimarentque non homines, sed Deos sub humana effigie latentis.

5. S. Jacobus Minor Apostolus, qui amborum Apostolorum nostrorum frater carnalis extitit, in Epistola sua scribit: *Nescitis, quia amicitia hujus mundi inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit esse amicus saculi hujus, inimicus Dei constituitur.* Ex quibus verbis, quantopere sancti Apostoli ab omni fuerint affectu terreno alieni, facile deducitur, si quidem non solum ab ipsomet Dei filio ad sublimè amicorū suorum gradum erecti fuere: *tam non dicam vos servos, sed amicos:* Verum in super ipsos elegit in suos fratres licet consobriños secundum carnem,

Iac. 4.

& tan-

& tanquam tales ab omnibus agnoscebantur ut S. Marcus cap. 6. testatur. Porro Frater, ut
L 13. c. 10. Aulus Gellius scribit, idem est, quod *vere alter*; ac proinde verisimile est ipsos Christo simillimos fuisse, maximeque conformes, utpote qui duplici Fraternitatis vinculo ipsi conjuncti erant, videlicet nō solum quoad gradum Apostolatus, verum etiam quoad parentelam De Apostolis omnibus quidem constat eos à Christo tanquam fratres fuisse habitos: *Nuntiate fratribus meis*; at de his duobus aliisque ipsorum germanis fratribus S. Marcus specialiter dicit: *Nonne hic frater Iacobi, & Ioseph, & Iuda & Simonis?*

6 Duobus hęc Apostolis eò quod ab omni re terrena tantopere alieni erant, illa S. Maximi sententia optimè adaptari potuit: *Christianus, qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem*; siquidem toti quanti erant Christi fuerant, utpote qui *orde & corpore ad eum accesserunt*. De multis aliis Apostolis nonnullæ scribuntur imperfectiones de Jacobo & Joanne, quod apud Christum primus regni sui sedes ambitiosè proposcerint, de Petro quod Christum negaverit; de S. Thoma quod incredulus & infidelis fuerit; de S. Mattheo quod fuerit avaritiæ deditus; de S. Paulo quod Ecclesiæ persecutor extiterit: at veid hi tres Apostoli, Jacobus Minor, Judas & Simon, fratres à primis annis in summa vixerunt innocentia cordis, & credibile est quod tanquam proximi cognati una cum Christo simul fuerint educati & nutriti; *Non sunt, qui de eis loqueretur verbum malum*.

7. *Mundum & omnia qua in mundo sunt, despexerunt*. Nullus unquam vel minimus pulveris atomus pedibus eorum adhæsit. Cœlestis Magister Christus quondam discipulis suis præcepit dicens: *In quamcumque autem civitatem intraveritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite: Etiam pulverem qui adhæsit nobis de civitate vestra extergimus in vos* Hi autem Apostoli nostri in cunctis Provinciis & regnis, in quibus Evangelium prædicarunt, copiosissimumque collegerunt laborum suorum messem, summis cum honoribus recepti fuerunt, quoniam igitur sensu dicentur hoc illis præscriptum adimplevisse præceptum? In eo nimirum sensu, in quò eadem verba Sanctus Hieronymus interpretatur, dum in cap. 1. Ezechielis ita scribit: *Excutiant*

pulverem suorum; Quod scilicet nihil munerum terrenorum ab eis apud se manere patiantur. Considerabilis utique est circumstantia illa qua ambos pedes à pulvere abstergere jubentur, quia non sufficit quod quis ab hisce temporalibus & terrenis rebus in effectu procul absit, nisi etiam, & longè quidem amplius concurrat affectus; quod ab hisce Apostolis nostris perfectissimè variis in occasionibus adimpletum fuit. Quando enim Abagarus Rex Sancto Judæ Apostolo ob regnum suum ab eodem ad Christi fidem felicissimè conversum, aurum copiosissimum offerebat, illud accipere totaliter renuit, dicens: *Si nostra prorsus dereliquimus, quomodo accipiemus aliena?* Similiter dum ab inclyto belli Duce Regis Babylonie de causa ipsorum in illa Regna adventus interrogarentur, quidnam referente Dionysio Carthufiano responderint, velim audite: *Pro vestra salute aavemus*. adimplendo videlicet non verbis, sed effectu potiùs & re ipsa salutare illud Doctoris gentium documentum: *Non vestra, sed vos*. Ad quod fortassè Sanctus Gregorius Magnus oculum quoque suam direxit, cum ait: *Redemptor noster à sacerdotis officio non quarit aurum, sed animas*. Ducis quoque illius, quem magnis beneficiis cumularant, amplissima munera iis oblata pariter respulerunt, qui proinde admiratus est valde quod omnia terrena despicerent. Sanctus Hieronymus ad Nepotianum scribens, postquam fructum exposuisset qui per viam abnegationis mundi hujus & bonorum illius in conversione animarum passim colligitur, tandem subjungit: *Nunquam petentes, raro accipiamus rogati; nescio enim quomodo qui te precatur ut tribuas, cum acceperis, viliorum te judicet, & mirum in modum, si rogantem contempseris, plus te posterius venerabitur*. Ecce tibi hujus salutatis doctrinæ Hieronymianæ casum in nostris Apostolis in terminis exptessum; nam inclytus ille Dux belli propter magnanimam oblatorum munerum repulsam ab Apostolis heroico animo factam obstupefactus, *Duxit eos ad Regem Babylonie*. Et quidem quanta cum honorificentia de iis locutus fuerit in discursibus præcedentibus exposuimus, siquidem ipsos Deos quosdam in humana effigie de cœlo lapsos esse censuit, & palam edixit. Quid igitur mirum si non solum in Babylonia, sed etiam in cunctis aliis regnis in quibus E-

vangelium annuntiarunt, fructum adeo copiosum collegerint, ut innumerabiles filios Iesu Christo peperisse dicantur. Sanctus Philippus Nerijs, qui nihil ad eum vehementer in votis habebat, quam ut pro fide Christi propaganda in Indias sibi liceret concedere, dicere solitus erat: Date mihi decem viros à terrenis rebus profusus abstractos & alienos, & totum mundum per illos convertere non dubitabo. Verè hi Apostoli integrum quasi mundum aliquem convertisse dici possunt, si Provinciarum & regnorum, quæ duo hi fratres converterunt, vastitas & numerus benè consideretur.

Omnia quæ in mundo sunt despexerunt. Porro infallibile heroici illius terrenorum contemptus signum est ardentissima charitas, quæ in ipsis emicuit; ubicunque enim est amor Dei, languet & deficit amor hujus mundi. Unde Sanctus Bernardus ait: *Sibi adversantur invicem amor mundi, & amor Dei: Si amor mundi in aliquo habitat, non est quo intret amor Dei.* Ex duodecim illis lapidibus pretiosis, de quibus in Apocalypsi fit mentio, quique duodecim præfigurant Apostolos, utpotè cœlestis Hierosolymæ, id est, Ecclesiæ solida fundamenta. Decimus lapis pretiosus nempe Chrysoprasus S. Judam Thadæum præsignificat, & undecimus. scilicet Hyacinthus denotat S. Simonem. Similiter per duodecim illas gemmas, quas Deus in summi sacerdotis veste sacerdo-

tali poni præcepit, intelligendi sunt in sensu allegorico, ut Textulianus scribit, duodecim Apostoli. Enimverò Cornelius à lapide de duabus hisce gemmis ad nos in præsentibus loquens, dicit Hyacinthum eandem esse gemmam cum Sapphyro, per quam S. Simon denotatur, *Cœlestis tam in vita & suavissimis moribus, quam in ardenti prædicatione; Et hoc quidem in Apocalypsi scribens docet. In Commentario Exodi autem de eadem figura & figurato loquens dicit: Significat contemptum terrenorum, & amorem cœlestium: congruit Simoni Chanæano, qui cœlestibus & suavissimis fuit moribus.* De S. Juda autem ita scribit Chrysophrasus est Iudas Thadæus, aurea sapientia acer in hæreticos, ut patet ex tota ejus Epistola, æque ac aureo charitatis, suavitatis, omniumque virtutum fulgore, utpotè aureis guttis inspersus S. Bonaventura in sermone suo hodierno dicit, quod Rex Abagarus vidit in ejus vultu quandam mirum splendorem mirificè radiantem. In Apocalypsi denique idem Cornelius de eadem gemma ita loquitur: *Addunt alii in generare animo opum contemptum, & liberalitatem: dilatat enim Spiritus, eosque exhilarat, ideoque ex arido & avaro facit liberalem & jovialem.*

Exod. 28;
17.

Ser. 9. in
cæna
Dom.

Apoc. 21.
20.



DE FESTIVITATE
OMNIUM
SANCTORUM
DISCURSVS SEPTEM.

DISCURSVS I. De motivis, quæ nos ad festum omnium Sanctorum celebrandum inducere debent; nec non de motivis nos exstimulantibus ad porrigenda defunctorum animabus suffragia.

DISCURSVS II. Varia ad hoc Festum celebrandum motiva considerantur.

DISCURSVS III. De auxiliis, beneficiis, aliisque gratiis, quas à Sanctis recipimus.

DISCURSVS IV. Mirabilia quæ Deus in Sanctis operatur, variè considerantur.

DISCURSVS V. De intercessione Sanctorum, nec non de orationum, quas pronobis ad Deum effundunt, singulari efficacia.

DISCURSVS VI. Ut intercessionem Sanctorum sint efficaces, necessum est ut iis per virtutum & exemplorum suorum imitationem cooperemur.

DISCURSVS VII. In cælo cujusvis status, & vocationis Sanctos esse ostenditur.

De motivis, quæ nos ad Festum omnium Sanctorum celebrandum inducere debent; nec non de motivis nos exstimulantibus ad porrigenda defunctorum animabus suffragia.

DISCURSVS PRIMVS.

Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore Sanctorum omnium

Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei.

Qualisnam est hæc sanctæ matris Ecclesiæ, qua nos ad festivitatem omnium Sanctorum solemnissimè celebrandam excitat invitatio, & qua paulò post eadem prorsus die lamentabiles purgantium animarum voces auribus nostris insanare facit, ut nos ad compassionis affectum exstimulet? *Gaudeamus*, inquit, *omnes in Domino*, & paulò post immediatè subdit: *Miseremini mei, miseremini mei!* Nimirum Ecclesià mater nostrà charitatis erga nos viscera gerens, observat

Re-

Rom. 12.

15.

Regulam quondam ab Apostolo nobis præscriptam, dum vult nos *gaudere cum gaudentibus & flere cum flentibus*. Propter immensam gloriam, quæ filii ejus in triumphanti Empyreo perfriuntur impensè quidem lætatur; simul tamen etiam propter animas, quæ in purgantibus flammis dei nentur, utpotè quæ pariter electæ sunt, & ad cœlestem beatitudinem infallibiliter destinatæ ex motivo charitatis per compassionem intimè affligitur & contristatur, eo quod & hæc in dilectissimarum filiarum numero recensent. Verum instabit forsitan nonnemo ulterius, quamobrem Ecclesia beatorum gaudia, cum harum animarum stridoribus & ejularibus in unum eundemque diem simul conjungat? Nunquid

Eccl. 22. 6

Musica in luctu importuna narratio? Veruntamen conjunctio ista gaudii & luctus potius dicenda est admodum conveniens & oportuna. Per illam namque nos Ecclesia docet, quod ex iisdem motivis quibus ad sanctorum jam de facto securè cum Deo in cœlis regnantium solemnitatem celebrandam excitamur, extimulandi quoque sumus ad porrigenda animabus defunctorum purgantium suffragia nostra, ut & hæc cum cæteris electis ad congregandum admittantur in cœlis.

2. Inprimis igitur gravi debito sanctis obstringimur, ad correspondendum favoribus quos ab ipsis continuè & indefinenter recipimus, dum hi suas pro nobis apud supremam Dei Majestatem intercessionem & patrocinia interponunt, idque non tantum in nostris necessitatibus spiritualibus, sed etiam temporalibus. Ad nostram proinde gratitudinem pertinet, ut immensum hoc beneficium per laudem & gratiarum tributum fidelissimè compensemus, ut ad patrocinii ipsorum continuationem nos dignos reddamus, ac demum ipsorum in cœlesti gloria efficiamur perpetui consortes. Porro eandem profusam utilitatem & emolumentum ab animabus purgantibus sperare & consequi possumus, si iisdem nostris suffragiis hic in terris ex pia compassione subvenierimus; Etenim dum animabus illis benefacimus, opera & merita nostra securissimè pariter & utilissimè collocamus & impendimus; securissimè quidem, quia satisfactionum & pœnalitatum nostrarum vivis impensa applicatio, est periculosa quædam in Indias naviga-

tio, eo quod in mari præsentis vitæ navigantes naufragantur facillimè & frequentissimè; extra hoc autem periculum constituti sumus dum satisfactiones nostras animabus applicamus, quæ licet in amarissimo acerbissimarum pœnarum constitutæ sint carcere, de portu tamen æternæ beatitudinis tandem assequendæ securissimæ sunt; & si tandem illos per nostra opera bona & impensas satisfactiones, quas illis ultro cedimus, debita quibus divinæ justitiæ obstringuntur, aliquando integrè solvere contingat, ipsæ utique veluti benefactoribus & Redemptoribus gratissimæ, postquam opera nostra interveniente ad gloriam pervenerint, per refusam nobis abundantiam, grata semper & memoriam mente beneficiis à nobis acceptis respondebunt. Imò sciendum est, quod juxta opinionem gravissimorum authorum illarum animarum patrocinio gavisuri simus non solum postquam per nos ab ignitis illius carceris compedibus fuerint exsoluta, verum etiam pro eo tempore quo inter flammam loci illius, peccatis suis debitas pœnas suas patiuntur. Ita enim ex S. Athanasio clarè deducitur. Er ratio est, quia tametsi orationes quæ ab animabus illis funduntur ad Deum pro illo statu non sint ipsi satisfactionis, aut meritorie, cum sint extra statum merendi, nihilominus quia sunt in gratia Dei, ipsique summè gratæ & acceptæ, utpotè illius sponsæ, in nostram utilitatem impetratoriæ esse possunt, idque probatur per quotidianam experientiam eorum qui erga animas illas devoti existunt, qui se ab illis animabus multas se recepisse gratias profitentur, id quod per multa etiam in probatis historiis recensita exempla satis attestantur. Adducunt etiam hujus opinionis adeo animabus favorabilis defensores sequentem similitudinem. Est enim Rex qui habet aulicum sibi longè gratissimum & amicissimum, qui ob debita civilia detinetur in publico carcere, è quo non obstante favore Regis, ipsum dimitti nequaquam convenit, priusquam debitum solvat, ne publicæ justitiæ præjudicetur, & ideo etiam ipse Rex vult ut talis det satisfactionem iis quibus debetur, nec tamen ob id è Regis amore aut favore excidit, adeo etiam ut si ad impetrandam cuidam benefactori suo specialem gratiam aulicus ille Regi suo libellum porri-

Q. 34. ad
Antioch.

porrigeret supplicem, Rex perlibenter illum exaudiretur esset, utpote qui nihil aliud æquè desiderat, quàm ut illum pristinæ suæ libertati restitutum videret, gratulaturque ei semper est quisquis illum ei procurat. Eodem prorsus modo animæ purgantes summa gaudere cœlestis Regis benevolentia, amicitia, & favore, quo non obstante donec debita à nobis in præsentia vita contracta salvantur, in purgatorii carcere illis persistendum erit, quamvis Deo gratum sit si nos pro illis satisfactiones offeramus; Dum igitur hæc Dei dilectissimæ sponsæ pro nobis intercedunt, quis negare audebit has illorum interventiones nobis valde favorabiles futuras esse, siquidem in hoc statu magis, quam unquam in præsentia vita in gratia Dei existunt.

3. Præterea cum quo affectu animas beatas in cœlo pro animabus in purgatorio decenter Deum rogare existimatis, ad hoc ut illas in gloria quantocius habere possint confortes? Certum est autem, quòd Sanctorum orationes in cœlis non sint satisfactoriæ aut meritoria pro defunctis, sicut sunt eæ quæ fiunt à nobis, siquidem non sunt amplius viatores, & consequenter non sunt amplius in statu merendi; sed dices quonam igitur modo orationes suas dictis animabus utiles efficiunt? Nimirum Deum orant, utis nobis inspirationes immittat, quibus ad applicandum opera nostra satisfactoria permoveamur: vel etiam dici potest, quòd sancti cœlites, dum pro nobis apud Divinam bonitatem intercedunt, à nobis vicissim debita gratitudinis titulo, quo illis obstricti sumus, nostra suffragia pro illis afflictis animabus, quas consortes in cœlo habere ardentèr desiderant, à nobis expetunt.

4. Enimverò quia verisimile est, quòd sicut Principes in festis solemnioribus in concedendis gratiis solent esse liberales, ita quoque Deus in hac festivitate propensior futurus sit ad favores suos impertiendam; similiter verisimiliter persuadere nobis possumus, quòd omnes cœlites hodie ardentius quam quovis alio tempore Deum orent, ut corda nostra disponat ad conferenda animabus illis hodie potius, quam alias per annum, ut hac ratione quantocius admittantur ad gloriam illam participandam, ad quam juxta uniuscujusque merita destinata esse noscuntur à Deo.

5. Sciendum quoque est, quòd animabus

Mansi Sacerdotii Tom. IV.

glorificatis permagni interfit urgere sollicitam purgantium animarum redemptionem: Omnibus etenim nota est illa S. Augustini propositio dicentis: *Tantum unusquisque gaudet de beatitudine alterius, quantum de suo ineffabili gaudio. & quot socios habebit, tot gaudia habebit.* Nunquid igitur vobis omnes Sancti, qui in cœlis sunt, urgentissimam habere causam videntur sese omni cum studio & fervore interponendi, ut animæ illæ quantocius liberentur ex illo carcere; siquidem gloriam suam per hoc notabiliter augendam norint? Totidem enim novi beatitudinis, licet accidentaliter tantum gradus cuilibet Sancto adjiciuntur, quot animabus beatis aditus in cœlum Empyreum de novo conceduntur; *Quot socios habebit, tot gaudia habebit.* Hinc igitur facile vobis erit nunc cogitare, quænam sint omnibus Sanctis gaudia in hac festivitate, quæ hodie in ipsorum honorem in Ecclesia hic in terris militante celebratur, cuique pariter associatur. Commemoratio seu exhibitio suffragiorum purgatorii animabus applicandorum, siquidem dum per totam hanc octavam innumerabiles animæ à Purgatorio liberantur, gloria Sanctorum Ecclesiæ triumphantis majori accidentaliter gloria cuivis notabiliter adaugetur.

6. Ad præsens quoque propositum, de quo agimus, magnam meretur considerationem textus quidam S. Pauli Epistolæ ad Corinthios, ubi ait: *Si quid patitur unum membrum, 1 Cor. 12. 26. compatiuntur omnia membra.* Etenim brachium tuetur caput, manus brachio medetur, oculi pedes respiciunt, pedes totum corpus portant & sustentant, caput omnium membrorum regimini invigilat. Ita quoque ex hac nobis similitudine observandum est, quòd homines vivi in gratia existentes, sicut & illi, qui tanquam amici Dei ab hac mortali vita ad alteram transferunt, sint præter omnes membra ejusdem corporis, quod est Ecclesia, cujus caput Christus est; sicut igitur unius & ejusdem corporis membra sibi invicem compatiuntur, & in necessitatibus suis mutua sibi ferunt auxilia: ita quoque rationabile est, ut tam nos, qui in Ecclesia hîc in terris militante vivimus, quam illi qui gloriosè triumphant in cœlis, in hoc unanimiter conveniamus, ut animabus illis, quæ seipsas juyare aut eripere non possunt,

L. de Spiritu & anima.

1 Cor. 12. 26.

M

possunt.

possunt, & tamen ejusdem corporis mystici membra existunt, concorditer & sollicitè manus auxiliatrices per suffragia nostra porrigamus; *Pro invicem sollicita sunt membra*; quod quidem nos præstabimus, si animas illas nostrarum reddiderimus satisfactionum participes; sancti verò Cœlites, quia animabus prædictis hoc modo succurrere nequeunt, Deum orixè obtestentur, ut nostras oblationes dignanter acceptet, nosque divinis suis inspirationibus ad id moveat, ut pro debitorum, quibus animæ illæ Deo obstringuntur, exsolutione, non tantum satisfactiones nostras, sed & indulgente sancta matre Ecclesia sanctorum quoque cœlitum satisfactiones in thesauro Ecclesiæ depositas quantociùs impendamus; maximè eum perquam credibile sit, quòd sanctis Martyribus, Confessoribus, Virginitibus, Apostolis, omnibusque aliis cœli iacolis gratissimum sit, si hæc desolatæ animæ meritum suorum in thesauro Ecclesiæ depositatum per modum indulgentiæ, quæ pro his animabus è summis Pontificibus per modum suffragii conferuntur, reddantur participes.

In 4. dist. 45. 3. p. art. 2. q. 1. adjuvari.
Nam ut S. Bonaventura ait: *Digni sunt, qui in charitate decesserunt, ab aliis membris Ecclesiæ adjuvari.*

7. Alia item & quidem valdè præcipua causa ob quam Ecclesia nos ad venerationem & festivitatem omnium Sanctorum invitat, est, ut festivitatem hanc transigendo eorum imitemur virtutes. Unde S. Augustinus ait: *Ab eis sanctorum Martyrum in veritate festiva gaudia celebrantur, qui ipsorum Martyrum exempla sequuntur*; Id quod etiam de aliis Sanctis dici potest, licet Martyres non sint, si quidem mediantibus virtutibus, quas in ipsis imitamur, eorumdem Sanctorum in cœlis augetur accidentalis gloria, quia sicut damnatorum poena augetur per illos qui propter ipsorum mala exempla damnabuntur deinceps: ita quoque gloria accidentalis Sanctorum, quæ novum quoddam gaudium est, quod recipiunt, augetur salvatione illorum, qui ipsorum bonis exemplis extimulati virtuosè operati fuerunt. Verùm inquires, quonam modo Sanctos imitari possumus? S. Bernardus ait: *In mirabilibus ipsis assimilari etsi volumus, non possumus.* Et idè non sunt à nobis imitandi in miraculis, in donis Prophetiæ, extasum & revelationum, sed in veris solidisque virtuti-

S. r. 47. de SS.

De S. Vi-
tore.

bus, maximè verò in charitate, utpote quæ diadema gloriæ capiti eorum imposuit.

8. Verùm enim verò eisdem Sanctos in eorum virtutibus utilius, & cum majori ipsorum beneplacito imitari non possumus, quam si ad suffragia desolatæ animabus in purgatorio existentibus conferenda nos toto conatu applicemus, eo ipso enim virtutem charitatis, compassionis, pietatis, & misericordiæ pariter exercemus. Etenim qui nam vel qualis exerceri potest actus magis heroicus, Dei quæ cœli comprobatione dignior exerceri unquam ab homine poterit, quam si animas defunctorum Christi sponas & futuras Beatorum confortes ab igne eximat, ut easdem ad sublimes beatitudinis thronos transmittere valeat? In illo namque actu se prodit compassio, & charitas insignis relucet, nam ubi major est miseria, ibi quoque major debet esse compassio; miseria autem animarum in igne purgantium tanta est, ut ex nullo capite infernalibus flammis dissimilis existat, quam ex parte durationis.

9. Imò adiuugo insuper, quòd si Sanctos im-
toleratis ab iisdem poenalitibus imitari volumus, siue illæ consistant in vitæ austeritate, siue in Martyriorum persequione, id ipsum melius facere nequeamus, quam per jejunia, disciplinas, orationes, mortificationes, aut similes alios rigores, quos ipsos sustinuisse in ipsorum vita legimus. Enim verò certissimè mihi persuasum habeo, quòd si sancti cœlites apertè pectore suam nobis voluntatem revelaturi essent, ea in hoc præcipuè constituenda foret, quòd scilicet nos enixè rogareat, ut elemosynas nostras, Communiones, peregrinationes, jejunia, omniaque alia opera meritoria, quæ ad conciliandum nobis eorum patrocinium in eorum honorem facturi sumus, in subsidium pauperum, desolataramque animarum Purgatorii perficiamus, cum enim ipsi cœlites talibus animabus talia suffragia directè exhibere aut applicare nequeant, ex alia verò parte permagni illorum quoad earum liberationem interit, certissimum est quòd cum Sancti omnes valde sint solliciti, ut talibus animabus omnia subministrantur subsidia, quæ illis applicari possunt, id à nobis summa cum efficacia & energia postulaturi essent, maximè cum quoad hoc de divinis beneplacito certissimi existant. Porro hanc ipsorum voluntatem quæ ad hoc adimpletes, insignia

nobis luca & emolumenta esse compa-
raturi, videlicet quòd de intercessionibus &
benevolentia eorundem Sanctorum nobis ex-
hibenda tantò nos securiores reddamus. Se-
cundum emolumentum quod inde nobis re-
sultat, est quòd animas illas per nostra suffra-
gia & bona opera ac satisfactiones è flammis
illis acerbissimis ereptas magnò obligationis
debito obstringamus, eo ipso enim quo nostra
opera interveniente ad æternæ beatitudinis
fruitionem admittuntur, obligantur ut tan-
quam Redemptori suo gratæ, nostri apud Deum
advocati efficiantur. Tertiò, quia dum per
ejusmodi bonorum operum, actuumque vir-
tuosorum exercitiù in nobis ipsis proficimus,
Sanctis, quorum virtutes imitamur, similiore
evademus, majusque nobis comparabimus
meritorum augmentum, ad possidendam ali-
quando gloriam.

10. Abs re etiam non erit si in eorundem
Sanctorum honorem, quot & qualia fuerint
ab eisdem tolerata passionum tormenta, ma-
ture consideraverimus. Et quidem de sanctis
Martyribus canit Ecclesia: *Omnes Sancti quan-
ta passi sunt tormenta, ut securi pervenirent
ad palmam Martyrii.* Quot etiam austeritati-
bus corpora sua macerârunt Confessores?
quot mortificationibus tam externis quàm in-
ternis semetipfos Deo in sacrificium obtule-
runt? *Et tamena licet omnia concipiatis tor-*

menta, etiam crudelissima, quæ unquam ha-
ctenus passi sunt omnes Sancti qui sunt in cœ-
lo; & deinceps in finem usque seculorum eò
venturi erunt, eademque simul in unum ho-
minem jungatis, omnia tamen illa nullam
ominò proportionem habitura sunt, cum
unica duntaxat scintilla ignis illius purgantis,
qui animas illas Deo & Sanctis omnibus, cæ-
teroquin ad eò acceptas & gratas, expurgat &
purificat. Justum proinde est ut per seriam ho-
rum omnium considerationem ad pariendum
nos accendamus, in eis videlicet quæ Sancti
omnes passi fuerunt, nosmetipos contem-
plando, & quanta nos quoque pati oporteat,
considerando, ac demum curemus, ut per pœ-
nalitatum nostrarum satisfactiones animabus
illis, ad evadendum ad eò atrox tormentum
applicatas, easdem reapse ab illis acerbissimis
pœnis eripiamus, sic enim infallibiliter fiet,
quòd nos ipsos pro animabus illis affligendo
Sanctos verè imitabimur, sanctasque illas Pur-
gatorii animas ad Paradisum transmittemus,
spemque firmam concipere nobis licebit,
quòd unà cum ipsis ejusdem gloriæ par-
ticipes futuri simus, quia *si iusti-
nobimus. & conregna-
bimus.*



Varia ad hoc festum celebrandum motiva considerantur,

DISCURSUS SECVNDVS.

Gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes, sub honore Sanctorum omnium.

Iure merito hodie invitamur ad collatandum in celebritate omnium sanctorum cœli civium, siquidem bona quæ inde in nos resultant, & motiva quæ nos ad hanc solemnitate[m] celebrandam inducunt, omnia nobis utilia pariter sunt & convenientia, Et quidem si omnino Christianismi loca ad eandem cum júbilo solemnizandam obligentur, obligationem utique præ cunctis locis majorem Roma habebit, quia sumptuosissimum templum Mariæ Rotundæ, quod olim Pantheon dicebatur, eò quòd in honorem omnium sanctorum Deorum erectum fuisset, tandem à Christi Vicario Bonifacio IV. post abolitum omnem cultum idololatricum, cum institutione hujus Festi in honorem omnium sanctorum solemniter fuit dedicatum. Breviter autem in hoc Discursu motiva consideremus, quorum intuitu præsens solemnitas à sancta matre Ecclesia fuerit instituta.

2. Primò igitur, cum numerus earum animarum, quæ æternâ beatitudine perfruuntur, omni proorsus numero careat, idèd cum pro quolibet Sancto dies quædam particularis destinari nequeat, in quo per officium Divinum aliosque ritus sacros suam quisque venerationem haberet, idèd justum omnino erat, ut unus in anno dies deputaretur, in quo hoc benedictionis, laudum, & obsequii spiritualis tributum omnibus & singulis sine ulla exceptione perfolveretur.

3. Secundo: Maxima pars animarum sanctorum quæ in cœlis regnant, quamdiu hîc in terris inter nos vixerunt, omni possibili conatu & studio sanctitatem suam studuerunt abscondere, in solitudinibus aut cellulis suis incluse, & solitariè cum solo Deo conversantes, qui gra-

tiarum suarum donorumque cœlestium thesauros in eorum sinu copiosè, licet nullo adhibito teste, deplebat; atque idèd minima pars eorum quæ per illos gloriosè gesta fuerunt, ad nostram notitiam pervenit, siquidem actus interni mortificationis, amoris Divini, omnesque alii actus excellentes & heroici virtutum, coram oculis nunquam palam facti fuère. Et idèd meritò Deus omnes & singulos per universalem quandam solemnitate[m] honorare voluit.

4. Ad hæc, ut bene ponderat Chrysoströmus, quod *perperam fecerunt omnibus ob oculos ponunt: quod autem ingenuum & exiguum abscondunt, & oblivioni transmittunt.* Etenim S. Paulus de se fatetur: *Blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus.* S. Mattheus se publicanum esse dicit, dona autem & gratias cœlestes ex humilitatis motivo studiosè silentio involvunt. Meritò igitur Ecclesia merita illorum, indeque nascentem ipsorum gloriam sublimare voluit, quàm ipsi, quo ad vixerunt, studuerunt abscondere.

5. Aliud quoque motivum in libro, qui ordo Romanus intitulatur, hæc verbis scripturæ reperio: *Ut quicquid humana fragilitas per ignorantiam, aut negligentiam in solemnitatibus & vigiliis Sanctorum minus plene peragerit, in hac observatione solvatur.*

6. Aliam quoque rationem Durandus in Rationali Divinorum Officiorum nobis insinuat, ad Festum hoc cum majori in nobis excitatâ devotione celebrandum valde efficacem; Dicit enim: *Sancto honorandò rem nostram agimus, nam eorum festivitas nostra est; id quod à S. Bernardo forsitan didicit, qui in sermone 2. de hodierna celebritate ita scribit: Honorum nostrorum Sancti non egent, nec quicquam eis nostra devotio-*

ne præ-

*Hom. 27.
in 2. ad
Eph.*

*1. Tim. 1.
13.*

Lib. 6. c. 2.

ne praestatur: planè quòd eorum memoriam veneramur, nostra interest, non ipsorum. Dum enim nos erga sanctos gratos exhibemus & obsequiosos, Dei nobis intimiorem amicitiam conciliamus, dum ipsi intercessionem suam Deum inter & nos interponunt, ut tanto gratiores & acceptiores Divinae & supremæ bonitati efficiamur. Unde beatis illis animabus ad aptare possumus, quod Chrysoströmus de Deo scribit: *Exigit à nobis Deus gratitudinem, non quod nostrâ celebratione opus habeat, sed ut quidquid est lucri, iterum ad nos redeat, & dignos nos faciamus majoribus subsidiis.* S. Tobias junior Raphaëli Archangelo, quem quidem hominem existimabat dixit: *si me ipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentia tua.* Id ipsum quoque quilibet nostrum dicere poterit sanctis, quorum patrocinium & auxilia quotidie experimur; convenit omnino ut si nos totos & totaliter vestro servitio & obsequio dedicare non possumus, saltem aliquod ad minus laudum & gratitudinis tributum in hoc festo vobis exsolvamus. In oratione vigiliæ heri legimus: *Domine Deus noster multiplica super nos gratiam tuam.* Et in Collecta hodierna dicimus: *Quasumus ut desperatam nobis tua propitiatio abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris.* Unde clarè deducitur, quod sancti cœlites cœlestes super nos benedictiones orationum suarum interventu descendere faciant. Unde Theophridus scribit: *Iam securi de sua solliciti sunt pro nostra salute; unde nec eorum perficitur gaudium, quamdiu nostra peregrinationis cerantur exilium; nec erit illis perfecta beatitudo donec totius Ecclesia intra veris plenitudo.* Unde videmus sanctorum plurimùm de nostra salute interesse, quia quanto ruinæ Angelorum citius restaurantur, tanto velocius sancti sua reasument corpora, ut eadem quatuor gloriæ dotibus supervestiant, perque animarum beatarum multiplicatam, eorum beatitudo licet accidentaliter in immensum usque excrevit. Enimvero quamvis hæc ita se habeant, ut diximus, attamen incomparabiliter majus est interesse nostrum, quod ab illis præstolamur, majorique necessitate eorum patrocinio indigemus, ac proinde nos hoc eorum favore dignos & capaces reddamus, justum profecto est, quantum est ex parte nostra, ut immensa, quæ nobis conferunt beneficia, gratâ mente agnoscamus, laudes & festa eorum omnium cum devotione celebrando, Confugiamus,

inquit S. Petrus Damianus, ad probata suffragia, consiliarii sunt Regi nostri, & ipsius iras sepe resistunt, nec non deserunt in tempore malo: Sciunt enim ubi nos reliquerint, quantis hostium insidiis patiamur. Suspiremus igitur ad illorum memoriam, ut protegant nos sub umbrâ alarum suarum, donec transeat iniquitas.

7. In libro Sapientia scribitur: *Iustorum anima in manu Dei sunt.* Ex quo loquendi modo deducitur clarè satis, quanta in æstimatione apud supremam Dei majestatem hi prædilecti ejus aulici existant, qualique privilegio ab eadem condecorentur. Per manum enim Dei Divina denotatur omnipotentia: in manu tua virtus & potentia; & alibi: *Longitudo dierum in dextera ejus, & in sinistra illius divitiæ & gloria.* In hac quoque Dei manu omnes aliæ benedictiones consistunt: *Aperis tu manum tuam, & implet omne animal benedictione.* Cum igitur sancti in sacra Scriptura veluti in manu Dei constituti nobis represententur, per hoc nobis clarè insinuatur, quod omnibus nos bonis temporalibus & spiritualibus locupletare possint. Chrysoströmus optimè cõsiderat, quod postquam Barbarus ille Rex tres pueros multis vinculis constitos in ignem fornacis ardentis Babylonicæ projecit fecisset, vidissetque ingens illud miraculum, quo intra ignem illæsi penitus servabantur, eos nomine servorum Dei appellatos ad se vocavit: *Servus Dei: verum iniquus, ex quo ligati erant, quia ratione ad ipsum liberè ambulare poterant? Servus Dei omnia possibilia sunt, per instinctum namque superioris facile agnovit, servos Dei facere posse quidquid volunt.* Voluntate timentium se faciet, et deprecatione eorum exaudiet. S. Augustin⁹ ait: *Quis magnitudini timentium Deum æquale se audebit dicere, qui paratū habent Deū voluntate eorum?*

8. Est quoque aliud hoc solemne festum devotè celebrandi motivum, nimirum ut per exemplum & memoriam virtutum, & fervoris, quem sancti in Divino servitio exhibuerunt, nostra somnolentia & pigritia expurgetur & excitetur. Una ex causis & quidem valdè præcipua, cur adeo gelidi & frigidi in amore Dei vivamus, hæc est, quia oculos nostros nunquam vel rarò saltem in vitas sanctorum dirigimus, qui viam nos docuerunt quæ iter ad cœlum. Audite qualiter S. Antonius de Padua illum Jobi textum: *Respicit homines, & dicit: peccavi; interpretetur, dicit enim: Quid est quod nos caeci de-*

M 2 scilicet

Rom. 8. in ep. ad Col.

Job. 9. 2.

De vener sanct.

Sap. 3.

2. Paral. 29. 2. Pr. v. 3. 16 Ps. 144.

Dan. 3.

Ps. 144. 19.

Ser. in Dom. 12. post Pent.

factus nostros non videmus, nisi quia claram sanctorum vitam non perspiciunt dicebat Iob: Respiciet homines, & dicet, Peccavi: Reflectendum nobis est quod & ipsi hac fragili carne vestiti fuerint, & tamen in virtute divinæ gratiæ, quæ etiam nobis non deest, ad tantam pertingere sanctitatem potuerunt. In memoriam vobis velim revocetis orationem quandam, quam sub anni decursu in officio Divino legimus dicendo: Deus qui nos conspicias ex nostra infirmitate desicere, ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. S. Bernardus occasione hodiernæ solemnitatis ita scribit: Nec sanè parum fructuosa invenitur memoria festiva sanctorum, languorem, teporem, erroremque depellens; cum eorum intercessione juvetur infirmitas nostra, consideratione beatitudinis excitetur negligentia nostra, ignorantia quoque nostra ipsorum erudiat exemplis.

Ser. 2 de
fest. omn.
sanct.

9. Nos quidem hodiè Antiphonam illam recitavimus: O quam gloriosum est regnum in quo cum Christo gaudent omnes sancti, nec dubito quin unusquisque Beatum illud regnum sibi comparare desideret; at vero audiendum est prius, quid S. Augustinus nos moneat, dum ait: Tot viri, tot mulieres, tot pueri, & tot delicata puella, flammæ & ignes, gladios & bestias pro Christo æquanimiter pertulerunt: quæ ergo fronts, & quæ conscientia cum omnibus sanctis in æterna beatitudine partem desiderat, quorum exempla nec in minimis non imitatur?

10. Gaudeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore sanctorum omnium. Peculiare nobis jubilandi motivum esse poterit, nosse quod & nos cum divinæ gratiæ auxilio idemmet nobis æternæ beatitudinis diadema comparare valeamus, quod modo tempora ipsorum in superna patria cingit. S. Bruno in lib. 3. Reg. caput 5. ad illa verba scribens: Fecit in oraculo duos Cherubim de lignis Olivarum, dicit: Non dubito quin multi Chr-

stiani sancta quâdam æmulatione hisce lignis Olivarum invidebunt, dum illa adeo honorari conspiciunt, ut in adeo eminentes Angelos, quales sunt qui ad supremam Hierarchiam pertinent commutata sint. Tu quoque, si vis, Cherubim fieri potes; melius enim ex hominibus, quam ex lignis sunt Cherubim; & multi quidem Cherubim ex hominibus facti sunt; vis videre Cherubim? respice Paulum Quot hodiè ex nostro descendentes genere inter Cherubinos sedentes veneramur. Eusebius Emiffenus ait: Hos ergo charissimi ita miremur, ut homines fuisse meminerimus, ut eos nostri signales novimus, & sub eadem, quæ nos sumus, carnis fragilitate vixisse.

In Nat. S. Genesi

11. Gaudeamus omnes, sed in Domino. Nostra lætitia in gloriam Dei, & animarum salutem directa esse debet; Laudate Dominum in sanctis eius; quia jubilus noster sacer non vero prophanus esse debet; ac proinde S. Hieronymus ad Eustochium virginem scribit: Nobis sollicitus providendum est, ut solemnem diem non tam ciborum abundantia quam spiritus exultatione celebremus, quia valde absurdum est nimia saturitate velle honorare martyrem, quem sciat Deo placuisse jejuniis. Ad idem quoque propositum sequens S. Ephrem salutare monitum in medium adducere possumus, dicentis: Celebratis bonæ, & pulchræ, & Deo grata est penitentia cum lachrymis. In libro Judith scribitur: Erat autem populus jucundus secundum faciem sanctorum; ubi Lyranus ait: Hoc additur ad ostendendum, quod hæc jucunditas non erat dissolutio, sed magis devotio. Vatablus ait: Coram sanctuario lætitiæ celebravit, quod est in conspectu sanctorum & sacrorum; hoc enim nomine sanctuarium significatur.

Lib. 1. ep. 35.

De Cruce Domini.

Judith. 16. 27.

De auxiliis, beneficiis, aliisque gratiis quas à Sanctis recipimus.

DISCURSUS TERTIUS.

Salutant vos omnes sancti. 2. Corinth. 13.

V. 12.

IN hodierna festivitate patrocini-
um & subsidium beatarum illa-
rum animarum, omniumque spi-
rituum Angelicorum totius Para-
disi cum speciali devotionis affe-
ctu invocamus, nostrique erga il-
los obsequii pendimus tributum,
adeoque quædam est erga effectuosam illam
charitatem, qua humanissimè nos de cælo sal-
lutant, correspondentia gratitudinis, *Salutant
vos omnes sancti: Quia, ut Angelicus Doctor
ait: omnes sancti sperant & desiderant, ac ora-
tionibus procurant salutem nostram.* Omnes
de nostra salute supra modum solliciti, ean-
dem apud divinam bonitatem omni studio
promovent, siquidem charitas quæ hic in ter-
ris adeo vehementer in eorum pectoribus ar-
debat, in patria potius in iisdem augetur, quam
extinguitur. Unde S. Bernardus ait: *Beata pa-
tria charitatem non immutat, sed augmentat.*
Ac proinde si duæ hic in terris nobiscum com-
morati fuerunt in cooperando profectui, no-
strarumque animarum salvationi aded fuerunt
ardentes & fervidi, quantò magis credendum
est ipsos in Patria futuros esse eodem fine fer-
ventiores, siquidem ibi charitas & amor magis
fervet erga Deum, quem omnis boni & emo-
lumentum nostri cupidissimum esse norunt, ma-
ximè cum necessitates & miseras nostras ab
alto cælorum palatio distinctius videre pos-
sint, majotique autoritate in supremo illo tri-
bunali polleant, coram quo tanquam defen-
sores & advocati nostri continuò assistunt.

2. Hoc in animabus illis beatis præ spiriti-
bus Angelicis eximium nobisque valdè pro-
ficuum inycatio, quod illæ, utpote quæ in hac

lactymarum valle nobiscum vixerunt infir-
mitatum nostrarum experientiam habeant, hi
veto non item. Fuitque hic stimulus unus ex
præcipuis quem S. Ambrosius nobis admovit,
ut nos extimularer ad non verocundandum,
intercessionem ipsorum in auxilium nostræ ad
transgressionem adeo pronæ infirmitatis expo-
scere. Dicit enim: *Non erubescamus eos inter-
cessores nostra infirmitatis agnoscere, quia ipsi
infirmitatem corporis. etiam dum viverent,
cognoverunt.* Devotissimus Bernardus arum-
nas & calamitates nostras, quas hic in terris
patimur, cum singulari spiritus teneritudine
Ecclesie triumphanti hisce verbis repræsen-
tat: *Nostis ipsi periculum nostrum, figmentum
nostrum; nostis ignorantiam nostram, & dolos
adversariorum, nostis eorum impetus & no-
stram fragilitatem: vobis enim loquor, qui in
eadem tentatione fuistis, qui eosdem superastis
conflictus, eosdem laqueos evasistis, qui didicistis
ex his quæ passi estis, compassionem.* Charitas
quoque quæ in animabus illis beatis, Deo, qui
charitas est, & ignis consumens est, conjun-
ctissimus continuò, & nunc magis quam ha-
ctenus exardescit, eandem ad nobis compa-
tiantur & subveniendum extimulat, ideoque
sperant, desiderant, & orationibus procurant
salutem nostram. Experientia quotidiana satis
commonstrat, qualiter unius ejusdemque cor-
poris mēbra sese mutuo suis in necessitatibus
juvent: *Pro invicem sollicita sunt membra. Quo
eodem argumento S. Bernardus efficaciter uti-
tatur, dum ait: Ceterum qui dixit: Si gloriatur
unum membrum, congaudent omnia membra,
hoc quoque nihilominus ait: Quod si patitur
unum membrum, compatiuntur omnia mem-
bra.*

Lib. de
viduis.

Ser. 5 in
festo om-
nium San-
ctorum,

Ser. 18 Vi-
gil. Apost.
Petri &
Pauli.

bra! Hac igitur nostra & eorum coherencia est, ut nos congratulemur eis, ipsi compatiuntur nobis; nos devota meditatione regnemus in eis, ipsi in nobis, & pro nobis militent pia intentione.

1. Cor. 16. 36. Estius super illum Apostoli textum: Si quid patitur unum membrum compatiuntur omnia membra; dicit compatiuntur autem Beati nostris malis, non doloris affectu sed amoris, quatenus ex charitate student à nobis, ut communibus membris (et si longe infra se positis) avertere & propulsare mala, qua patimur. Supra memoratus mellifluus Bernardus, in quodam sermone super Cantica verba illa Psalmi ponderat, quibus dicitur: *Transivimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium*; & ait: *Quid? Ipsi transierunt, & nos in mediis ignibus vel fluctibus derelinquent nec saltem manum porrigere dignabuntur periclitantibus filiis?* S. Cyprianus paternam in animabus illis curam & sollicitudinem in quâdam Epistola recognoscit hisce verbis: *Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, patrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, jam de sua immortalitate securâ, & adhuc de nostra salute sollicitus.* Sollicitudo autem isthæc potius quidam charitas & compassionis fervor est, per quem miseras & nimias anxietates ac turbationes nostras vident, iisque instanter prospiciunt. Eusebius Cæsariensis sanctos Martyres honorificè appellat: *Vera pietatis milites.* Et quidem tamen in cœlis nulli sint hostes quibuscum dimittere quis possit, sed potius in superna illa Hierusalem, quæ à visione pacis nomen habet, omnes quietissimè & in summâ tranquillitate vivant & regnant, accamen eos milites seu militantes vocat, per Epithetum istud insinuare nobis volens, quod sanctissimi cœlorum cives, cum divina iustitia certent, divinæ nimirum iracundiæ in nos directa & evibranda fulmina à nobis avertendo. S. Hieronymus ad Riparium contra Vigilantium scribens, invincibile quoddam adducit argumentum, per quod sanctos in cœlis nostri memores esse, proque nobis ardentem orare convincit: dicit enim quodsi sanctorum orationes pro aliis eo etiam tempore, quo inter nos mortales vivunt, & quo ipsi met pro semet ipsis, ut orent, necessum habent, effusæ, magnam habere efficaciam noscuntur, quanto igitur efficaciores erunt, si fundantur eo tempore quo in conspectu Throni Dei tanquam intimi Dei amici assistunt, non jam amplius

Bib. 13.
prepar.
evang.
c. 7.

pro se sed pro nostra salute solliciti, utpote quæ, ut jam ostendimus, ad majorem tum Dei, tum ipsorum gloriam redundet? unus homo Moyses sexcentis millibus armatorum impetrat à Deo veniam, & Stephanus imitator Domini sui, & primus Martyr in Christo pro persecutoribus veniam deprecatur, & postquam cum Christo esse cœperint, minus valebunt?

3. S. Apostolus Paulus postquam dixisset: *Salutant vos omnes Sancti, immediate subjungit: Gratia Domini nostri Jesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.* Quia ab intercessionibus sanctorum, nec non à ferventi amore, quo nos prosequuntur, & à grato ipsorum animo, quem erga laudes nostras quibus ipsos veneramus nobis demonstrant, derivantur consequenter in nos innumera bona, quæ nobis ex ditissimis cœlorum arariis imperrare fatagunt. Unde Lyranus super præcitato textu dicit: *Quia per eorum desideria communicantur vobis eorum merita* in cuius probationem observat, quod Apostolus mox subjiciat dicens: *Gratia Domini nostri, &c. consequente impetratur eis plenitudinem bonorum spiritualium, &c. non gratia per quam sit peccatorum remissio.* Etenim quot sunt qui per devotiones, quas erga multos sanctorum ipsorum advocatos exhibent, reducuntur ad seriem de peccatis suis penitentiam, in eademque jugiter perseverant? quot inquam sunt, qui in imminentibus urgentissimis periculis, maxima beneficia & gratias singularissimas recipiunt? valde autem considerabilia sunt illa Lyrani verba: *Communicantur vobis eorum merita*; sciendum est enim, quod merita Christi, nec non sanctissimæ Cæsaris martiris, omniumque aliorum sanctorum in Ecclesiæ thesauro depositata sollicitè adserventur, quibus Christi in terris vicarius utitur in fideles indulgentiis, ut per hæc pro nostris debitis, quæ apud divinam iustitiam per nostras transgressiones contraximus plenè, satisfacere valeamus, de quibus proinde Christus loquitur apud Joannem dicens: *Ego misi vos metere, quod vos non laborastis; alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis.* Accuratum velim calculum quendam instituatis eorum tormentorum, laborum & dolorum, quos sancti Apostoli, Martyres, Confessores, Anachoretæ, virgines sine numero percipere fuere, de illis enim verè sentiunt omnes orthodoxi, quod illis in crogatis nobis

Joan. 4.
38.

Ps. 104.
44.

per summum Pontificem indulgentiis verè gaudeamus, in atrocissimorum tormentorum, quæ alias in igne illo purgante toleraturi essent, plenariam satisfactionem; quo etiam sensu intelligi possunt verba illa: *Dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, licet alias Deus illa dicat de populo Dei, in terram promissionis peregrinante ad capiendam agrorum, vinearum, omniumque aliorum bonorum terrenorum ad populum Chanaan spectantium possessionem. Omnes sancti quanta passi sunt tormenta!* inquit Ecclesia; hisce autem tormentis & doloribus sancti non solum pro seipis, sed etiam pro nobis affecti fuerunt, siquidem magna pars meritorum, quæ sancti sibi per effusum sanguinem, pœnissimosque labores pepererunt, in nostram redundat utilitatem & emolumentum. *Nos in labores eorum intramus.*

4 *Salutant vos omnes sancti; quem textum Dion. Carthusianus ita declarat: Beatitudinem optant, & dicunt vobis; sancti enim cœlorum incolæ nos in hac festivitate ad suspirandum & anhelandum ad beatam gloriam, & ad nostram cum ipsis in cœlis intimam conjunctionem extimulant; & hæc causa est, cur hodiè in officio divino hujusce festivitatis commemorationis beati illius regni frequens mentio fiat: O quam gloriosum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes sancti.* Verùm ut S. Bernardus in lectionem Evangelicam de Beatitudinibus ait: *Præsolatur nos Ecclesia illa primitivorum & negligimus, desiderant nos iusti, & dissimulamus.*

5 *Salutant vos omnes sancti.* Minimè profecto convenit, ut ad hanc nobis à sanctis & electis Dei impertitam salutationem ingratos nos & negligentes exhibeamus, quin potius æquam & iustum est, ut per reciprocam obsequiosam salutationem illis gratâ mente respondeamus. Sed qualis, in quibus, erit hæc salutio? nimirum resalutare hoc loco idem est, quod honorem, devotionem, & obsequium illis vicissim referre; licet enim sancti per festorum nostrorum instituta solemnia majorem sibi gloriam essentialiter acquirere nequeant, bene tamen accidentalem ex illis sibi comparare possunt; nam ut supra ex sententia S. Augustini diximus: *Beati quot socios habebunt, tot gaudia habebunt; at vero dum nos salutino-
re comparandæ ita cooperamur, ut nos co-*

Mansi Sanctorij Tom. IV.

rum futuros esse socios sperare possimus, ut eundo nimirum gratiis & auxiliis, quæ ipsi de cœlo impetrant nobis, dum utilia ac proficua nobis facimus eorum exempla, quæ post se nobis reliquerunt in terris, verè eorum lætitiâ & gaudium augemus in cœlis, ac proinde dum in ipsorum honorem festa instituimus, nos illos ejusdem festivitatis participes facimus. De quodam sancto qui unus est ex præclarissimis sanctis in cœlo cum Deo regnantibus, nimirum de Seraphico Francisco sancta mater Ecclesia per verba de præsentis ita canit: *Franciscus pauper & humilis cœlum dives ingreditur; & ratio esse potest, quia per religiosos sui ordinis, qui mediante instituto suo, quod in terris fundavit, & mediantibus auxiliis, quæ illis procurat de cœlis, continuè salvantur, gloria & gaudium accidentale illius semper augetur.* Christus Dominus de Angelis dicit: *Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente; quod si igitur pœnitentia nostra Angelos quotidie magis magisque lætificat, multo magis pœnitentia nostra animarum illarum beatarum augebit lætitiâ, utpote quæ ad nostram spectant progeniem, adeoque pro nostra salute in cœlis solliciti existunt.* Origenes in quodam loco optime declarat, quinam sint dies illi festivi, quibus Deus noster perficitur, & dicit: *Est enim ei magna festivitas humana salus.* Cùm igitur beatissimi cœlitos Deo, qui sanctus sanctorum est, conjunctissimi existant, consequens est, quod quando nos in ipsorum solemnitatibus adeo videbunt esse de nostra salute sollicitos procuratores, vel quod ex auxiliis, quæ ipsi nobis in huic finem assidue procurant, vel quod eorum exempla & virtutes strenuè imitemur, tunc verè nos eorum salutationibus grata mente per resalutationes obsequiosas respondere, id est se à nobis dignè honorari existimabunt. *Ego puto quod per singulos quosque credentium (inquit Origenes) qui convertuntur ad Deum, qui proficiunt in fide, festivitas Domini oritur, & consequenter etiam festivitas sanctorum, utpote qui in gaudiis & gloria sua per animarum nostrarum ad supremam*

*beatitudinem accessionem miris
modis proficiunt.*

Luc. 15. 20

*Hom. 23.
in num.*

N

Mira-

Mirabilia quæ Deus in sanctis operatur, variè considerantur.

DISCURSUS QUARTUS.

Mirabilis Deus in Sanctis suis. Psalm. 67.

V. 36.

1. **S**ancta mater Ecclesia facinora admirabilia, quæ Deus in servis suis operatur contemplans pariter & admirans, cum stupore in hoc admirationis affectus prorumpit: *Mirabilis Deus in Sanctis suis. Gloria & honore coronasti sanctos tuos, & constituisti eos, super opera manuum tuarum.* Ecclesia quoque in quadam Antiphona canit: *Mirificavit Dominus sanctos tuos, id est, pluribus modis eos admirandos effecit.* Porro Cardinalis Bellarminus circa præcitata assumpti Thematidis verba observat, quod ubi vulgata nostra legit: *Mirabilis Deus in Sanctis suis.* in Hebræa lingua legatur: *Mirabilis Deus in Sanctuario suis;* per quam translationem sanctorum gloria multo auctior exprimitur, nam ut idem Eminentissimus interpres dicit: *Ipsi enim sancti viri sunt verissima sanctuaria Dei, & quidem longè præstantiora & diviniora, quam fuerit olim antiquæ legis sanctuarium.* Certum est enim quod olim apud populum summo in honore & veneratione erat, nequaquam gævium fuerit privilegio assistentiæ & præsententiæ corporalis Christi, quam tamen hæc sanctuaria mystica id est, animæ electæ Deo conjunctissima, Eucharistiâ mediante experiuntur quotidie. Deus super vetus sanctuarium non depluebat copiosos illos gratiarum, donorumque Spiritus sancti thesauros, prout in lege gratiæ facit in vivis verisque servorum suorum sanctuariis mysticis. Erideo mirum non est quod ipsemet Dei filius expresse contestetur se una cum æterno Patre suo & Spiritu sancto tantam habere

in hisce sanctuariis complacentiam, ut de cælo in illa descendere, & in corde sanctæ cujusdam animæ delitanti decreverint: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Quibus verbis anima ad cælum possidendum electa, summi- que à Deo amoribus præventa ad vivum delineatur; & quidem si omnes tres divinas personas in ea videre desideratis; ecce tibi Spiritum sanctum in dilectione & amore; ecce tibi verbum, hoc enim est ille ipse qui hanc promissionem facit: *Ad eum veniemus.* Ecce denique Patrem æternum: *Pater meus.* In Levitico quidem Deus olim dixit: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri,* hoc tamen in antiqua lege nequaquam verificatur de assistentiæ & præsententiæ corporali Christi, sicut in sanctuariis legis gratiæ, in qua adeo summe admirabiles legimus præsententiæ Dei in animab⁹ sanctis effectus, siquidem hi teste S. Bernardino: *Tam mirabiliter proesserunt per viam vitæ, ut vix homines eos esse credamus.*

2. *Mirabilis Deus in Sanctis suis,* nimirum ut Albertus Magnus ait: *Eos magnificando: Quis enim crederet pauperem piscatorem futurum orbis rectorem?* hanc sanctorum Evangelicæ legis miram magnificationem regius Propheta in spiritu Prophetico multis antea sæculis prævidit, dicens: *Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.* Et S. Basilius verba illa Pauli: *Quibus dignus non erat mundus,* declarans ait: *Pro quibus dignitas non erat in mundo.* Moyses olim

10, 14, 23.

Lev. 26, 111.

Ser. Can

Alpo 12.

Ser. de m

Ser. in Vig. SS. Petri & Pauli.

Pf. 139, 17

Heb. 11, 38.

olim à tali populo natus, qui duræ Pharaonis
 servituti subiectus, ad lutum continuè in late-
 rum efformatione tractandum condemnatus
 fuerat, ab ineunte ætate eouſque erectus eſt,
 ut filius Regis fieret, cumque eum deinceps
 coronas & ſceptra regia pedibus conculcare
 & aſpernari docuiſſet, data in manu ejus virga
 paſtorali, eum per quadraginta annos ovium
 paſtorem conſtituit, ac tandem eundem ad di-
 vinitatis, ut ita dicam, dignitatem exexit: *Con-
 ſtitui te Deum Pharaonis*, ac tanquam tali am-
 pliſſimum ei in Elementa, cunctaſque alias
 creaturas imperium conceſſit, eumque gene-
 ralem populi ſui ducem conſtituit, ſuaque fa-
 miliaritate adeo intima eum honoravit, quod
 loquebatur cum eo facie ad faciem. Quidnam
 obſecro ad creaturæ alienjuz è terra & luto
 plaſtinatæ magnificationem amplius deſidera-
 ri aut excogitari potuit? quot ſunt Reges,
 mundoque univerſo formidabiles Monarchæ,
 qui hodiè ad fervorù ſitorum ſanctitate vena-
 biliſſimum pedes reverenter proſtraci videntur?
 3 *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis*, ſi videlicet
 prodigioſa conſiderentur miracula, quæ pa-
 trarunt. S. Bernardus ait: *Si qua ſane in ſanctis
 digna laudæ vel admiratione intueor, clara luce
 veritatis diſcutiens proſpecto reperio laudabi-
 lem, ſive admirabilem alium apparere, atque
 alium eſſe; & laudo Deum in ſanctis ejus, ſive
 ſit Eliſeus, ſive ille magnus Elias, mortuorum
 utique ſuſcitatores: ipſi quidem ſuo non imperio,
 ſed in miniſterio foris exhibent nobis nova & in-
 ſuetæ; Deus vero in ipſis manens ipſe facit opera.*
 S. Joannes olim ſupra agni verticem multas
 coronas conſpexit: *In capite ejus diademata
 multa*. S. Bruno rationem illius reddit dicens:
*Quia in ſingulis ſanctis coronatur Chriſtus,
 omnis enim eorum victoria ipſius eſt.* Quod
 omnino cum eo concordat, quod S. Auguſti-
 nus ait: *Deus coronat in nobis ſua dona, non
 noſtra merita.* Deus enim omnium virtutem
 & actionum heroicarum, omniumque, quæ
 in ſanctis relucent, miraculorum principalis
 author exiſtit. *Mirabilis Deus in Sanctis ſuis,
 ipſe dabit virtutem, ſed qualem eis virtutem
 & poteſtatem delegaſſe exiſtimatis?* nimirum
 virtutem reſtituendi infirmis deſperatiſſimis
 priſtinam ſanctatem erigendi claudos, ſurdis
 auditum, ſermonem mutis, lumen cæcis, de-
 nuicque deſunctis vitam reſtituendi. Verùm
 enim verò hoc totum parum eſt, ſiquidem æ-

terna veritas promiſit: *Qui credit in me, opera
 quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum
 faciet.* Quot ſunt ſancti qui portentioſiora, &
 prodigioſiora quam ipſemet Dei filius patra-
 runt miracula. Moyses virga quâdam median-
 te decem valdè prodigioſis flagellis univerſam
 percussit Egyptum; mare rubrum diviſit, è
 duris ſilicibus aquæ limpidiſſimæ flumen ma-
 nare fecit. Joſue unico duntaxat verbo prolato
 velociſſimum ſolis curſum ſuſſistere fecit.
 Ezechias Solem retrogredi juſſit & obtinuit;
 Elias per multos annos cælum clauſit, ut non
 plueret ſuper terram; Petrus ſola corporis ſui
 umbra innumeros morbos curavit, nec non
 uſſico pronuntiato verbo legum tranſgreſſo-
 res in terram mortuos corruiere fecit; Grego-
 rius Neocæſarienſis Episcopos vaſtiſſimos
 montes de uno loco in alium tranſtulit, Fran-
 ciſcus de Paula, Hyacinthus, & Pellegrinus
 Rex Scotiæ liquidum & inſtabile maris ele-
 mentum conſtanter calcant; *Mirabilis Deus
 in Sanctis ſuis.* Quoties Deus noſter in Mar-
 tyribus miracula Danielis renovavit, fame-
 licas ferarum fauces in theatris claudendo,
 quæ inſuper, eorſdem veluti adoraturæ, co-
 ram ipſis ſc̄m in terram reverenter proſtrant?
 quot ſunt qui ad exemplum trium puerorum
 in fornace Babylonica reclusorum, ad ipſos
 uſque capillos in flammis manſerunt illæſi?
*Quis ubi jactati ſunt in fornacem ignis arden-
 tis* (inquit S. Zeno) *hos devotè cupidus ig-
 nis excepit, lambunt roſcidos flamma blan-
 dientes, mira res! opacitas intus, incen-
 dium foris; intus hymnus canitur, foris
 ululatus auditur; ô magna potentia Dei!
 incensores incendio concremati ſunt, & qui
 incenſi ſunt, incendio ſuo (id eſt, incen-
 dio divini amoris) ſuperſtites triumphanter
 de camino procedunt.* In quot historiis ead-
 em aliis Martyribus accidiffe leguntur.
 Eusebius Emiſſenus in quâdam ſua Homi-
 lia prodigioſum iſtud miraculum ſimiliter
 ponderavit dicens: *Dilacerata vario tor-
 mentorum genere membra ſanctificant flam-
 ma, dum paſcere veſiunt; honorant be-
 ſtia, dum ſavire non norunt.* Ubinam er-
 go ſunt, qui debitam ſanctorum reliquiis
 venerationem denegare non dubitant, quan-
 do etiam ipſæ fetæ eaſdem venerantur &
 prone adorant? *Quid honoris ſanctis de-
 beatur agnoſcit, ac ſic ſupplicii miniſterium
 N 2*

10-14. 12.

Ser. 5. de
tribus
puerisHom. de
sanct.Ser. 13. in
Cant.Apoc. 19.
12.Serm. 3.
de mart.

4. 23.

U. 26.

in
SS.
ri &
ali.

138. 17

B. 11.

Hom. 4.
de Epiyb.
& I de
infant.

vel instrumentum miro modo meritorum efficitur testimonium, neque minus est prodigium quod idemmet sanctus Pater alibi confiderat, dicens: *Hic abscisso capite aeterno capiti jungitur; hic dissecta lingua in violabilem fidem melius loquitur, & Christum Deum numquam silentio oris clamore vulneris confitetur.* Paphnutius Eremita, postquam alias sæpius innumeris fuisset suppliciiis dilaniatus, sub Diocletiano Imperatore Martyrium consummaturus in quatuor partes dissectus fuit, quarum singulae ex quatuor altæ cujusdam turris partibus fuerunt suspensæ, juxta quas paulò post Salvator noster medius inter SS. Archangelos Michaëlem & Gabrielem visus, quatuor illas partes inter se denuò perfectè adunavit, martyriq; sanctissimo in vitam revocato serio præcepit, ut Tyrannum quantocius conveniens ob barbariem in ipsum exercitum acriter repræhenderet, Deoque pro cujus fide patiebatur, & invincibili ejus omnipotentia luculentum ederet testimonium.

Epist. ad
Dian.

4. *Mirabilis Deus in sanctis suis*, si nimirum divinorum attributorum suorum communicationem, quâ sanctos sæpè honorat, confideremus. S. Petrus Damianus ait: *In sapientia cui uniti sunt, omnia sciunt, in omnipotente omnia possunt*; prout ex sequentibus exemplis clarius patebit. S. Joannes enim Zebedæi filius, qui non nisi retibus in aquas jaciendis tractandisque remis assueverat, nec ulli alteri rei quam piscium capturæ ediscendæ operam dederat, adeo tamen sublimiter ab increata Sapientia edoctus fuit, ut sublimissimum Evangelium scribere potuerit, illudque hisce verbis exordiri: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, ad cujus perfectam intelligentiam nulli unquam doctissimi Theologi, licet suam in studiis compleissent ætatem, pertingere potuerunt.* Quot virgunculae simplices & idiotæ, ab eadem divina sapientia eum in modum protinus eruditæ fuerunt, ut quælibet earum verba passim ab omnibus assententur velut divina quædam oracula; prout in sancta Theresia, duabus Catharinis Alexandrina & Senensi, Maria Magdalena de Pazzis, plurimisque aliis videre licet.

5. Quod si vero nos reflectere velimus ad Spiritus sancti dona & fructus infusos in electis servis suis sigillatim divisos, in multis vero illorum etiam subindè simul compendiosè

conjunctos, videbimus per hos toti mundo satis manifestum fieri, quod ex æternis cœlorum ærariis ditissimis fuerint thesauris locupletati; cœlumque simul & terram in stuporem rapiant prophetias & oracula edendo, occulta cordium penetrando: extases, revelationes, apparitiones & raptus patiendi, sicut & per abstrusam sacrarum literarum intelligentiam, per miracula, per linguarum varietatem, per scientiam infusam, infinitasque alias super humanas operationes, quæ meritò eadem spectantes ambiguo reddere poterant, an hi servi Dei, à quibus fiebant, Dii essent, an vero homines; unde populi illi in procinctu erant, ut Paulo & Barnabæ sacrificia offerrent Clemens Alexandrinus de Alexandro Magno refert, eum in Indiis constitutum, Gymnosophitarum nonneminem interrogasse modum, per quem homo in Deum verum evadere posset; qui protinus id futurum esse respondit: *Si ea fecerit, quæ fieri non potest, ut homo faciat.* Atque ideo sancti nobis tam admirabiles esse videntur, quia ea quæ faciunt humanam longissimè excedunt conditionem, tametsi aliunde verum sit, quod ipsi directè non sint ii qui eadem operantur, sed Deus in ipsis, & ideo dicitur: *Mirabilis Deus in sanctis suis.*

6. S. Bernardus ait: *Omnia quæ Dei sunt, dici possunt anima existentis, non gratia per charitatem; unde si amicus est alter Deus.* S. Gregorius ad hanc interrogationem, cur scilicet tam Lucifer quam Adam ex eo quod Deo æquari prætenderint, adeo severe à Deo fuerint puniti, eum tamen hoc quod est esse Deo in sanctitate, perfectione & bonitate, perfectione & bonitate similem, non nisi egregia quædam virtus sit; & ideo Christus quoque nos hortetur dicens: *Estote perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est;* ad hanc inquam interrogationem prædictus sanctus Pontifex responderet: *Idcirco uterque cecidit, quia esse Deo similis non per justitiam, sed per potentiam concupivit.* Deus autem noster se quoque ex hoc capite mirabilem in Sanctis exhibuit hactenus, & etiamnum exhibet, quia dum hi ipsi in perfectione & sanctitate similes esse desiderant, non tantum illos in hoc sui facit desiderii compotes, verum etiam insuper illis, divinam suam omnipotentiam, sapientiam, multaque alia attributa communicat, ut potè quæ in plurimis Sanctis divisa manifestè cernuntur.

Lib. 6.
Strom.

To. 2. ser.
24. in
princ.
Lib. 20.
Moral. 1.

5.

7. Mira-

7. *Mirabilis Deus in Sanctis suis*, non solum dum animas illorum inexhaustis gratiarum, donorumque cœlestium thesauris locupletat; verum etiam dum eorundem ossa & cineres sacros, tum per tot populorum illis delatam venerationem, tum per tot insignium miraculorum donum variè honorat, in iisdem nonnunquam etiam post multas annorum centurias, cum totius naturæ stupore, nec non peculiatissima divinæ gratiæ prærogativa omnimodam quoque corporum incorruptibilitatem operando: *Custodit Dominus omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur.* Sic ex aridis S. Nicolai Barenfis cineribus limpidum, pretiosum, & salutiferum manna scaturire facit: sic congelatum post tot evoluta sæcula S. Januarii sanguinem, mox ut capiti ejusdem Sancti proximè admoveatur, vegetat ad bulliendum. Sic brachia S. Nicolai Tolentinatis tempore cladis alicujus toti Christianitati, vel notabili illius parti imminentis vivum manare facit sanguinem, & sic deinceps de omnibus aliis variorum fervorum suorum prodigiis discurrete licet.

8. *Mirabilis Deus in Sanctis suis*, si nimirum consideretur quot modis illos à tyrannorum perfectionibus, ab hostium infernalium insidiis, à gravium peccatorum periculis, à mundi hujus lenociniis atque blanditiis, denique ab omnibus aliis hujus infidi maris naufragiis interrendis, defenderit, tutatusque fuerit.

9. *Mirabilis.* Quia ex quo dum in hac vita etiamnum superstites essent, passim ab omnibus in contemptu & despectu habitus fuerat, idèd illos quoque variis temporibus post mortem, nec non & in hac vita, summè honorari, coli, & exaltari voluit.

10. *Gloriemur itaque in Domino*, inquit S. De S. Leo, *qui est mirabilis in Sanctis suis, in quibus nobis & præsidium constituit & exemplum.* *Laurètio*

Verum dices fortassè quanam in re ipsorum poterimus exempla imitari? Respondeo igitur, si vis Sanctorum exempla sequi, Sanctorum legito vitas, & in eorundem actiones studiosè in historiis ipsorum indagato; Et quidem quod eorum miracula attinet, Dionysium Carthusianum auscultate, qui de S. Stephano loquens ait: *Discamus cum eodem miracula spiritualiter operari, cæcos illuminando, surdos curando, claudos sanando, mortuos suscitando: sic namque cæcum illuminat, qui errantem & vitis obnubilatum ad viam veritatis & salutis reducit, & qui eum qui verba Dei audire auribus mortis non curat, inducit ad hoc, quod libenter audit verba Dei, is curat surdum, sanat quoque & claudum qui injustum & pigrum, verbo, exemplo, oratione, & alio modo ad amorem inducit justitiam, atque divini alacritatem obsequii; qui verò quempiam in mortali culpa sætentem, ad penitentiam revocat, mortuum suscitatur.*



De intercessione Sanctorum, nec non de orationum quas pro nobis effundunt ad Deum, singulari efficacia.

DISCURSUS QUINTVS.

Omnes Sancti & Sancta Dei, intercedite pro nobis.

Ser. 18. de Sanct.

Venerabilis Beda in hodierna omnium Sanctorum solemnitate nos ad eorum laudes & gloriam celebrandam per hæc ferè motiva hortatur: *Quorum societate cœlum exultat, quorum patrociniis terra lætatur, quorum triumphis Ecclesia sancta coronatur.* Ex quibus verbis hoc loco præcipuè sequentia examinemus, scilicet, *quorum patrociniis terra lætatur.* Porro notus est omnibus error ille Calvini & Lutheri, quo Sanctos pro nobis apud Deum intercedere negant, & consequenter nullum eis asserunt à nobis deberi honorem; fundatur autem hic error illorum in illis verbis perperam ab illis expositis & intellectis, scilicet: *Invisibili soli Deo honor & gloria* id quod de adoratione patriæ exponi debet. Cæterum quàm falsus error iste sit, experientia quotidiana demonstrat, siquidem tutelæ & protectionis ipsorum fructus quotidie palpabiliter nimis experimur. *Voca eos, si est qui tibi respondeat & ad aliquem Sanctorum convertere.* Etenim quot Sanctorum tutela & patrocinio populorum gaudet devotio in continuis favoribus & gratiis, quas ab ipsis recipiunt? Nunquid S. Rochus tanquam specialis quidam adversus pestem defensor honoratur? S. Apollonia tanquam advocata doloris dentium, S. Lucia oculorum, S. Blasius gulæ, & sic deinceps per omnes alios Sanctos discurrendo? S. Hieronymus adversus Vigilantium ita arguit: *Si Apostoli & Martyres adhuc*

Epist. 2.

in corpore constituti possunt orare pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse solliciti; quando magis post coronas, victorias & triumphos? In presenti igitur Discursu orationum quas Sancti in cœlum transmittunt, ad Deum iratum placandum nobisque reconciliandum singularem efficaciam nonnihil considerabimus.

2. Chrysostomus singulare divinæ pietatis argumentum in eo positum esse agnoscit, quod ex quo neminem inter nos ejus virtutis & autoritatis esse vidit, qui in ejus tribunali nos defendere possit, ideo nobis de beatis cœli incolis nobis prospexerit, utpote qui haud dubiè efficaces pro nobis oratores futuri essent: *Dum enim nullos reperit in terra Deus, qui ejus sint virtutis, veniam ut delictorum precibus suis obtinere queant, ad eos, qui jam decesserunt se confert, illorumque opera & intercessione peccata se remissurum spondet; uti cum Ezechia Regi ait; Protegam urbem hanc, & salvabo eam propter me, & propter David servum meum.* Nec mirum, quod si enim oratio alicujus servi Dei etiamnum viventis tanta efficacia valuit, quantò majorem habebit oratio jam in cœlo triumphantis perpetui amici Dei.

3. Rex Samariæ matres ob invalescentem ex obsidione famem proprios suos manducasse filios audiens, operam se daturum esse juravit, ut ante diei illius crepusculum serotinum Eliseo caput à busto amputaretur. Verùm inquires quidnam sanctus ille Prophetia infelici illa obsidione, indeque secuta fame culpæ habuit? S. Ambrosius ait: *Eliseo mandavit necem, cujus in potestate fore credidit, ut*

Hom. de Pœn. & Confess.

4. Reg. 6. 30.

Lib. 3. de offic.

obsidio-

obfidionem solveret, propulsaret famem? Sed quid? Ergone vir pauper, qualis Elisæus erat, adversus inimicum exercitus armate, insidias tendere, & stratagemata machinati poterit? Num forcè in potestate ipsius erat granaria frumentorum plena aperire, & quantum pronononæ illius caritate sublevanda satis esse poterat, inde eximere? Lyranus dubium hoc solvit dicens: *Hanc enim afflictionem ei impenebat, eò quòd illam suis precibus non aufferat, tenens eas effiaces apud Deum ad hoc impetrandum.* Jam enim Elisæus de factò aliàs inimicos tanquam cæcos in medium usque civitatis Samariæ conduxerat, cælestes exercitus in suam defensionem in aère comparere fecerat, adeoque apud Deum exercituum poterat quicquid volebat, ideoque Rex eum pro publica illa calamitate avertenda nequaquam orasse credens, & consequenter culpabilem esse existimans, indignatus est ei, eò quòd ærumnas illas per intercessionis suæ efficaciam non arceret. Meritò igitur S. Ambrosius in alio quodam loco ait: *Magnus murus patria vir justus, illius nos fides servat. iustitia ab excidia defendit.* Quod S. Cyrillus Alexandrinus confirmat, dū ait: *Vehementer Sanctis opus est, servant enim urbes & regiones, à clade impendente liberant, iram Dei quantum vis ferventem, vita claritudine. & impetum eius iracundia invertentes.* In libro Numerorum propter eandem causam scribitur: *Locutusque Dominus ad Moysen & Aaron ait: Separamini de medio congregationis huius, ut eos repente disperdam.* Jam igitur de factò Iustitia Dei fulmina iræ suæ adversus rebelles illos in prociectu habebat. Verùm dicet aliquis, nunquid Deus reos ex una parte disperdere, duos verò illos innocentes fratres à decreto supplicio præservare poterat? Oleaster ait: *Ecce quid valeant iusti populo & congregationibus in quibus sunt; videntur enim ligatum habere Deum, ita ut eis præstatis se vivere nolit in malos.* S. Hieronymus ad illa se verba reflectit, quæ Deus olim ad Moysen locutus est, dum ait: *Dimitte me & delebo populum istum; sed addidit: Quando dicit dimitte me, ostendit, se teneri posse, ne faciat quòd minatus est; Dei enim potentiam servitutes impediabant; adeoque quando decreta supplicia inviabiliter inferenda stabiliverat, priusquam illa de factò exferat & executioni mandet, silentium primò servis suis imponit,*

ne pro avertenda castigatione decreta preces suas ad ipsum dirigant. In Psalmo dicitur: *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. & occidit pingues eorum.* Sed dices, qua ratione possibile est, quòd Moyses & alii servi Dei in illo instanti se non interposuerunt ad iram Dei mitigandam? Ecce tibi causam: *Electos Israel impedivit* id est, ut Bruno declarat: *Impedivit orationem electorum.* Et hinc est quòd quando civitatibus & populis severa supplicia immittere decrevit, primò omnes quotquot in illis chariores habet, per mortem inde tollit. Sic S. Hieronymus scribit, quòd priusquam Roma à Gothis caperetur, jam antè sanctum Anastasium Pontificem ex præfenti vita sustulerit: *Idcirco raptus est atque translatus, ne semel latam sententiam precibus sceleris conaretur.*

4. Salvator noster apud S. Joannem ait: *Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut servas eos à malo.* Cajetanus dicit Christum rogasse ne Apostolos nimis citò ad se ex hoc mundo avocaret: *Homines enim tales sunt, quibus mundus indiget.* S. Vincentius Ferrerius in quodam sermone de S. Ambrosio dicit, quòd in ejus morte passim hæ voces insonuerint hominum dicentium: *Lombardia modo est perditæ, quia Deus ex sancta vita Ambrosii dissimulabat peccata nostra.* Similiter de Enoch Moyses scribit: *Ambulavit cum Deo & non apparuit, quia tulit eum Deus.* Scitisne quo fine Deus Enoch ab oculis mundi ad se rapuerit? ne supplicia humano generi imminenda videns per intercessionem suam ad ea removenda & arcenda se interponeret: *Est enim evidentiissimum signum punitionis mundo, iustorum ablatio, neque hoc mundus cogitat, si ducat eos casu esse sublato.* Enimverò dicite sodes, quidnam Deum insinuare voluisse existimatis, quando posterus Abrahamæ terram promissionis pollicitans, eisdem dixit: *Necdum enim completa sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus?* Præterea scitisne causam ob quam Deus posteris magni illius Patriarchæ Abrahamæ, qui populus ejus electus erant, possessionem terræ illius, quæ lacte manabat & melle, indulgere tot sæculis distulerit? Resolutioni dubii hujus Theodoretus optimam viam sternit, dum ait: *Quòd autem illis temporibus essent pii viri constet ex Melchisedech & his, qui incolebant terram Hebron; illi enim magnoperè Patriarcham venera-*

Ps. 77. 71.

Ioan. 17. 15.

Lib. 1. de Abr. c. 6.

Num. 16. 21.

Lib. 2. epist. 26.

Gen. 5. 24.

Gen. 46. 10.

venerati sunt; certum igitur est quòd hi pii viri divinæ justitiæ mucronem in vagina continuerint.

5. Author Operis Imperfecti amicissimis Dei altissimi servis, mysticum hoc imponit epithetum: *Medulla hujus mundi sunt homines sancti*. Sed dices, nunquid aptius & congruentius homines sanctos appellasset oculos, aut pedes, aut manus, vel alios illis speciosiores titulos attribueret potuisset? Respondeo ex prædicto Authore imperfecto: *Sicut enim medulla quamvis in arbore fuerit sana, semper floret: cum autem comesta fuerit, rosa paulatim marcescendo siccatur: sic & quamvis sunt fideles, stat iste mundus, & cum Sancti de isto mundo deficient, casurus est iste mundus.*

6. Josue videns milites suos cæteroquin animosos satis, conspectis Chanæorum viribus, quæ immensæ erant, animis suis non nihil deficere, hanc in modum eosdem reanimavit: *Nolite rebelles esse contra Dominum, neque timeatis populum terra hujus, quia sicut panem, ita eos possimus devorare*. Sed dices, undenam tantam illos dissipandi, & ad nihilum redigendi spem Josue concipiebat? *Recessit ab eis omne præsidium. Dominus nobiscum est, nolite metueret*: Sed quænam aut qualis erat hæc umbra, quæ ab eis evanuerat? Abulensis scribit: *Aliqui dicunt illam umbram fuisse B. Iob, qui fuit in terra Chanæorum, & illum tunc fuisse defunctum, cujus meritis Deus sustinebat Chanæos, idèd perierunt statim*. Origenes dicit, quòd si in infamillâ civitate decem homines iusti fuissent, non solùm civitas, sed & universa Pentapolis salvanda fuisset: *Nunc tamen etiam duo, si tamen inventiantur etiam tales qualis Moyses & Aaron sufficere possunt, ut gens Israelitarum tota salvetur*. Verùm in Jeremia Dominus dicit: *Quarite in plateis ejus, id est, Hierosolymæ, an inveniatis virum facientem iudicium & quarentem fidem, & propitius ero ei*. Ubi S. Hieronymus ita scribit: *Grandis amor justitiæ non pro decem iustis, sicut olim dixerat ad Abraham, liberat civitatem, sed si invenit unum tantum virum in ierusalam, ignoscit toti civitati propter illum*. Chrysostomus quoque circa Dei benignitatem, qua ad unius tantum intercessionem, salutem mortis impertiri pronus est, aliam quandam considerationem habet: *Dicit enim: Multa Domini bonitas est, & sæpè solet etiam*

Hom. 42.
in Gen.

propter paucos multis dare salutem; & quid propter paucos; sæpè quando non inventus est iustus in presenti vita, propter defunctorum virtutem viventium miseretur.

7. Job quondam ait: *Sub quo curvantur qui portant orbem*. Circa quæ verba S. Hieronymus ait: *Portantes orbem Sancti rectè intelliguntur, qui gloriâ meritorum suorum magni, & potentes sunt apud Deum; hi ergo cordis humilitate ad interveniendum pro peccatoribus in conspectu ejus sunt incurvati. Ita Sancti portant mundum, dum eum, ne ruat, ac pereat, orationum suarum fortitudine sustinent.*

8. Dimitte me, dixit quondam Angelus Jacobo Patriarchæ, qui cum eo tota fuerat nocte luctatus; *iam enim ascendit aurora*. Quisnam obsecro Angelum hunc tenendo impediēbat, quòd minùs evoleret ad cælum? Quid opus erat tanta sollicitantis instantiâ ad hanc licentiam obtinendam, *dimitte me*? In aliquibus Scripturæ locis, verbum *Dimittere*, idem significat, quòd aliquem in libertatem afferre. Sic dicitur apud Jobum: *Quis dimisit Onagræ liberum*? Deus igitur qui in hoc Angelo præfigurabatur, se ligatum esse censebat; verùm dic sodes quibusnam vinculis ligari unquam potuit is, qui alius veram filiorum Dei libertatem attribuit? Hugo Cardinalis ait: *Sancti suis orationibus tenent Deum, ne in peccatores suam exerceat justitiam.*

9. Audite quæso quid illis molestis Iobi amicis olim faciendum fuerit, ut spem reconciliationis ipsorum cum Deo securè concipere possent: *Ite ad servum meum Iob, & offerre hoc locustum pro vobis; Iob autem servus meus orabit pro vobis, faciem ejus suscipiam*. Enimverò linguæ servorum Dei non solùm ad impetrandam nobis divinam misericordiam facundæ, & ad suadendum efficaces sunt, quamdiu hic in terris inter nos vivunt, verùm etiam post mortem cineres & ossa eorum loquuntur pro nobis, haud læcùs quàm si spiritu, voce, & lingua prædita essent.

10. Ex omnibus igitur hæcenus dictis, facilè deduci potest, quantarum virium sint orationes Sanctorum qui sunt in cælis, ubi de infallibili & æterna amicitia & gratia Dei sunt securissimi, nec jam amplius de sua, sed solùm de nostra salute sunt solliciti. S. Stephanus etiamnum inter nos vivens, pro suis quidem lapidatoribus Dominum deprec-

Iob. 9. 13.

Gen. 34.

Iob. 39.

Iob. 42. 3

2. P.
23.

deprecatus est; tunc autem hi deprecationis illius nullum experti sunt effectum, sed postquam ad oculos pervenit triumphandus, tunc enim Sauli in Pauli conversionem obrinuit; undè tritum valdè est illud S. Augustini dictum: *Si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet.* Sanctus Petrus se fidelium memoriam etiam post mortem habituram his verbis promisit: *Dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis.*

S. Gregorius quoque dicit: *Quid est quod non vident, dum videntem omnia vident?* Iplis in beata illa patria existentibus manifestæ sunt nostræ necessitates, ubi amor & charitas, sive pro-nitas ipsorum ad subveniendum magis ardescit; siquidem charitas nunquam excidit, sed semper magis magisque perficitur. *Hic est qui multum orat pro populo, & universa sancta civitate,* inquit Onias de Jeremia jam dudum de-

2. Mach. 15

Ut intercessionem Sanctorum sint efficaces, necessum est, ut iis per virtutum & exemplorum suorum imitationem cooperemur.

DISCURSUS SEXTUS.

Et accedentes discipuli ejus rogabant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos.

Matth. 15. v. 23.

Mulier hæc Chananæa quoad filiam suam à demonio oblectæ liberationem, non solum ad Apostolorum instantiam, à Salvatore nostro exaudita fuit; verum insuper fides ejusdem ab eodem Domino nostro magnoperè fuit commendata: *O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis;* admilla etenim est dictæ mulieris supplicatio, sed præter gratiam quam impetravit, insuper magna ejus erga divinam pietatem concepta fiducia, cunctis sæculis celebris futura egregiè eluxit: *Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Ecce igitur quantum potentia Sanctorum intercessionem polleant; siquidem ipsæ etiam apud Christum se interposuerunt Apostoli; *Et accedentes discipuli ejus rogabant eum.* Ubi ad propositum nostrum advertendum

Mansi Sanctorum Tom. IV.

est, non solos Apostolos suas Redemptori porrexisse preces; sed iisdem pariter conjunctam fuisse desolatam illius & afflictæ mulieris fidem, ejusque perseverantem orationem, Undè dicere possumus, quod si preces & orationes, quas Sancti pro nobis effundunt, bonum effectum volumus, operæ pretium futurum sit, quod nostras quoque cum illis jungamus, nostræque preces insuper secum adferant fiduciam & perseverantiam, necnon Christianorum virtutum societatem, ac demum salutarium exemplorum, quæ Sancti post se nobis reliquerunt, fidelem imitationem,

2. Chrysostramus ex illis verbis, quæ Nathan locutus est ad Bersabeam, nimirum: *Adhuc ibi te loquente cum Rege, ego veniam post te,* & 3. Reg. 1. 151 *complebo sermones tuos.* Utilissimum hoc pro nobis eruit documentum: *Illi autem complent sermones Sanctorum, qui operibus humilibus & piis correspondent eorum intercessionibus* Isaac

O

co non

co non sufficiebat solam se audisse Jacob filii sui vocem; sed insuper manus ejus prius tangere voluit, quam illam benedictione sua locupletaret. Eodem quoque modo nos dicere possumus, quod scilicet tunc nos Sanctorum patrocinia & auxilia implorasse iuvabit, si per imitationem virtutum & exemplorum suorum post ipsos sequentes ipsorum legerimus vestigiis. Unde idem Chrysostomus ait: *Habent vim pro nobis & quidem maximam orationes supplicationesque Sanctorum*; mox vero declarat quando precipue sperare possimus preces nostras valituras ad obtinendum id, quod postulamus, dum ait: *Sed tunc profecto, dum nos quoque id ipsum per poenitentiam postulamus.*

*Hom. 5 in
Matth.*

4. Reg. 19.

3. Cum olim civitas sancta Jerusalem a Rege Sennacherib gravi cingeretur obsidione, Rex Ezechias aspero se protinus cilicio induit, cum ecce Isaïas quoque ex parte Dei eadem ipsum de inimico suo triumphatum esse indicavit; quod & re ipsa adimpletum fuit: siquidem Angelus Domini in una eademque nocte centum octoginta quinque millia Assyriorum occidit: regnante vero Sedechia Rege eadem civitas Hierosolymitana diu obsessa, tandem igne totaliter conflagravit, & hostibus in prædam cessit; imo ipsemet Rex a Babylonia Rege captus, & in Babyloniâ abductus perpetuæ servituti addictus fuit. Ex utriusque autem historiæ hujus combinatione dubium quoddam non inutile subnasctur, cur increata illa Sapientia, quæ non minus in Hierosolymæ posteriori obsidione, quam in priori omnipotens fuit, ita disposuerit, ut una eademque civitas sub Ezechia Rege liberata à desolatione & exterminio præservaretur, non vero sub Sedechia à Dicitis fortasse id ex eo præcipue motivo factum esse, quod Deus ipsemet tunc allegavit, nimirum ob præclara Davidis merita; id namque Deus insinuare videtur, dum ait: *Protegam urbem hanc propter David servum meum.* Veruntamè id frustra dicitur; nunquid enim eadem civitas tam in secunda obsidione, quam in prima eodem firmabatur Davidici patrocini propugnaculo? verisimile etenim est, Davidem tam contra Nabuchodonosor, quam antea adversus Sennacherib advocatum Hierosolymæ extitisse. Vultisne igitur scire quanam fuerit in utroque casu concurrentium circumstantiarum differentia? Ea hæc fuit; nam in prima obsidione intercessio Davidis à sancti Eze-

chia Regis orationibus, poenitentis, aliisque austeritatibus roborabatur, quibus non sufficiebatur à Sedechia impio & sacrilego Rege, qui potius enormibus sceleribus suis divinam magis irritabat iustitiam. *Habent vim & quidem maximam, &c.* Quodsi enim Sanctos suas nostris supplicationibus aures arrigere desideramus ut hac ratione in supremo illo tribunali favorabiles nobis per illos procurentur expeditiones, necessum est quod nostras quoque manus isdem porrigamus, id est, quod sanctissima ipsorum imitemur exempla. Id quod Berengosius Abbas in Bibliotheca veterum Patrum citatus pulchre his verbis confirmat: *Sed tunc certius eorum aures nobis acclives readimus, si operis æstimatione ipsorum boni amulatores fuerimus.*

*Serm. de
Dedic. Eccl.*

4. Nunquid recordamini filios Israel diutinâ hac gavisos fuisse experientia, quod quotiescunque Arcam tædens secum in aciem educebant, intallibilem semper de Philisthis reportarent victoriam; & tamen hac non obstante frequenter comprobata divinorum facinorum Arcam semper comitantium experientia, non solum à spe sua magna cum ipsorum confusione exciderunt, non solum per militum Hebræorum totalem stragem & interuersionem; verum etiam & multo amplius per pretiosissimi illius thesauri sui, id est, arcæ iceberis turpem jacturam & amissionem; quidem inestimabilis ille thesaurus in manus inimicorum cum cæteris spoliis redactus fuit. At vero nostisne causam, cur id factum fuerit? In Arca tabulæ legis custodiebantur, quam Deus eo potissimum tunc dedit, ut Hebræi se exactissimos illius executores & observatores esse probarent; hac enim sola ratione se dignos efficiebant, ut supra quasvis alias terræ nationes, populus Dei electus essent, fierentque scopus in quem Deus per beneficia sua cœlestesque favores collimaret; quanam enim aliâ temeritas fuisset, si tutelam & defensionem ab Arca sperare voluissent, quando se ejusdem Arcæ per transgressionem legis, quæ in ea reclusa circumtebatur, contemptores esse probabant? Est hic conceptus Theodoretici dicentis: *Cur enim legem transgredientes arcam ad auxilium traherent, qua legem intus habet firmam?* Eodem prorsus modo in nostro casu discurrere licet; quæ enim temeritate nobis Sanctorum intercessionem & auxilia promittere audebimus, qui eorundem, quos invocamus, virtutibus, bonisque exemplis adeo

*Ser.
Ep.*

Ser.

59.

Ma.

29.

*Ho.
S.J.*

adeo contrarii sumus? vel qui inimici sumus Dei illius, cui ipsi conjunctissime convicunt, adeo ut aliam voluntatem non habeant, præterquam ipsiusmet Dei? ac proinde ad præfens propositum optime sanctus Leo nos hisce verbis admonet: *Per bonam amulationem ipsorum ambite suffragia.*

Serm. s. de
Epiph.

4. Eodem prorsus errore multi laborant, qui se Sanctorum gratiam & protectionem promerituros esse falso sibi persuadent, si illos externis quibusdam demonstrationibus lucident ac honorent, internam interea devotionem penitus negligentes. Ludovicus Granatenfis in quadam concione de S. Joanne Baptista ait: *Cur enim in te fugis quod in illo tantoperè laudas? Quos proinde multis similes esse dicit, qui in domibus alienis justitiam exerceri desiderant, domive propria non item. Ita ergo à nobis ipsis dissidemus, ut quod in aliis probamus, in nobis improbemus.* Proinde S. Petrus Damianus serm. 2, de S. Joanne nos docet dicens: *Notandum tamen, quia nunquam tam dignè, tam reverenter beatos Apostolos colimus, quam cum Apostolica præcepta servamus, cum eos in via Dei præcedentes semper attendimus, cum eorum vestigia sequimur, tum eorum justam & arctam semitam sine offensione tenemus.* Hunc pariter errorem S. Augustinus tetigit, dum eos reprehendit, qui omne studium suum in hoc exteriori Sanctorum cultu & veneratione ponunt; ex alia vero parte virtutum, innocentie, & sanctitatis ipsorum imitationem interea negligunt: *Honorare & non imitari, nihil aliud est, quam mendaciter adulari.*

Ser. 39. &
59.

Matth. 23.
29.

6. Salvator noster quondam Scribas & Phariseos acerrimè his verbis reprehendit: *Va vobis Scribae & Pharisei hypocrita, qui adificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta justorum.* Sed dices: Qua in re hi Scribae & Pharisei hoc loco peccarunt? Num fortè in honoranda seivorum Dei, Prophetarumque ejus memoria? vel in erigendis sepulchris illorum, iidemque convenientibus & debitis inscriptionibus honorando? Hæcine sunt mala illa opera, quæ tam acerbam reprehensionem & comminationem promerabantur? Audite S. Eucherium dicentem: *Stultissimus est, qui dum vidit Prophetas, eos vituperat, post mortem verò eos honoratur, & monumenta eis adificat, neque tales ulterius nasci posse arbitratur.* Errat cer-

Homil. in
S. Petr.

qui nos ad Sanctorum perfectionem & meritum pertingere non posse credit, etenim charitas est, quæ nos gloriâ dignos, & Dei amicos efficit, quanto hæc ferventior fuerit, tanto nos sanctiores erimus. Quis autem ab hac nos separare poterit? nemo profecto, nisi velimus. *Quis nos separabis à charitate Christi?* Certo igitur nobis peritua sum habeamus, quod cultus Sanctis delatus tunc illis acceptus gratulusque futurus sit, quando nos eorum virtutibus, & quæ post se reliquerunt, sanctissimis exemplis ex proposito operam dederimus. Chrysostomus in quodam sermone ait: *Qui Sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse vita sanctitate redditur; nam si propterea justos fidelesq; diligimus, quod in ipsis justitiam fidemq; suspicimus, possumus nos quoq; esse quod sunt, si faciamus ipsi quod faciunt, idque tanto magis, cum nobis non sit difficile ut imitemur eos in actibus, quibus ipsi sine prævio exemplo dediti fuere, id quod de nobis minimè procedit, qui præcedentia ipsorum exempla habuimus: Ve non ipsi aliorum amulire dederentur, sed amulanda virtutis se ipsos nobis præberet exemplum.*

Tom. 3. Ser.
de marty.

7. At vero S. Hilarius, Hieronymus, & Ambrosius considerant prædictos Pharisæos uno eodemque tempore, qui ad venerandum sanctorum Prophetarum corpora sepulchra illis elegantissima edificabant, simul etiam condemnasse illos, qui Prophetis illis mortem intulerant, & tamen consentiebant operibus eorum, id est, per malam illorum viam gradiebantur, nihilque ex exemplis & monitis ab iisdem quos honorabant, acceptis, proficere curabant. Væ autem illis qui tales sunt, id est, qui instar Pharisæorum in externa tantum apparentia Sanctos venerantur, in interiori vero, necnon in vite & moribus eisdem sunt contrarii. S. Dionysius Areopagita adversus tales similitudinem adducit hominis alicujus, qui cum solem videre prætendat, oculos sibi nihilominus eruit; sic ut enim præfens illius arrogans utique & temeraria futura esset: *Sic impossibilem superfluâ spe suspensus est, qui Sanctorum efflagitat preces, & natura ipsorum consentaneas sacras operationes abigit.* Ubi notanda sunt verba illa: *Natura consentaneas;* quia, ut S. Bernardus in sermone quodam de S. Martino optime monet: *Ad mensam divitis sedes hodie, diligenter considera qua apponuntur, discerne inter cibos & vasa ciborum; hos enim*

Cap. 1. Eccl.
cles. Hier.
arch.

enim iuberis tollere, non illa. *Dives est iste Martinus, dives in meritis, dives in miraculis, dives in virtutibus, dives in signis; diligenter ergo considera quæ apponuntur tibi, quadam videlicet ad admirationem, quadam ad imitationem.* Idemmet mellifluus Doctor in aliquo quodam sermone de S. Victore simile nobis monitum præscribit, dicens: *Tutius sanè emulanda solidiora, quàm sublimiora. Et quæ magis virtutem redoleant, gloriam mirius; studeamus proinde moribus conformari, cui in mirabilibus conformari, ei si volumus, non valemus.*

8. S. Gregorius Nyssenus in laudem Basilii Magni scribit, quòd sicut si quispiam amicorum nostrorum, qui cœlaturam sigilli nostri sciendi scire desideraret, hanc illi longè melius in cera expressam demonstramus, quàm si voce eandem declararemus: eodem quoque modo Sanctus aliquis efficacius commendatur, solidioribusque laudibus honorari censebitur, si illum virtuosis operibus tuis, & Sanctorum exemplorum imitatione honorificare studueris, quàm si multis verbis ejus laudes prædicaveris; nam ut benè S. Chrysostomus ait: *Aut imitari debet, si laudat; aut laudare non debet, si imitari detrectat.* Nec despondendum nobis est animo, ex eo, quòd actiones Sanctorum nimis sint heroicæ, omnique humanæ debilitate superiores; audi enim Eusebium Emisenum, qui dicit: *Hos ergò charissimi ita miremur, ut homines fuisse meminerimus.* Etenim in fide prot-

lus cœlestium gratiarum auxiliis communiti sumus, dummodo ei gratà mente cooperemur, qui illa ministravit; & hæc a nobis cogitata ad nos corroborandos & animandos sufficiunt. *Omnia possum in eo qui me confortat.* Idem ille Eusebius optimum nos modum docet, quo Sanctos imitari possimus, dicit enim: *Superaverunt illi corporum dolores, nos superemus morum & cordium passiones; vicerunt illi tormenta, nos vitia; illi sacrificare demoniis horruerunt, nos malitiam invidiam, obtrédationem, contentiones tanquam prophana sacrificia detestemur, ut inter hujus confictionis vitia persecutores virtutis probent esse nos Martyres.* Berengofus Abbas in eodem supra citato sermone modum nos docet, quo gratias & favores sanctorum Cœlitum sperare, usque frui liceat, dum ait: *Quoties festivis Sanctorum natalitiis debito honore ritè celebratis in Domino gloriamur, toties ipsorum meritis & precibus adjuti largà benedictionis gratiâ Creatoris nostri perfundimur;* mox verò quomodo hæc omnia à nobis adimplenda sint, prosequitur. *Notanda verò sunt priora verba, ritè celebratis;* per illa namque nobis insinuat, quòd in cultu Sanctorum cultus externus conscientiæ puræ & mundæ omninò associari debent: *Alioquin magna hujus diei cœlebrata dignis laudibus nequaquam decenter recolimus, nisi per sanctificationem vitæ nosmetipsi laus Deo fuerimus; scriptum namque est: Non est speciosa laus in ore peccatoris.*

Serm. de
Martyr.

De nat. s.
Genesii.



In cœlo

In cœlo cujusvis status & vocationis Sanctos esse ostenditur.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum.

PEr hæc voces laudum, benedictionum, & gratiarum actionis plenissimas beati cœli Cives se erga agnum unimaculatum, Redemptorem nostrum, gratos exhibent: *Redemisti nos Domine Deus, &c.* idque quia illos æterni regni sui consortes effecit: *Fecisti nos Deo nostro regnum.* Hæc autem laudes decantatæ sunt non ab una gente tantum, vel populo, vel ab unius duntaxat conditionis hominibus; sed ab omni tribu, omni populo, omni natione & lingua ac conditione hominum, qui sub cœlo sunt; & consequenter dicendum, quod nullus sit status, professio, seu conditio personarum, e qua non aliqui regnent in cœlesti paradiso; quodque omnes spem habere possint, quod in sua vocatione sancti fieri possint. Et ideo etiam in Epistola Missæ hodie legimus: *Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu agni amicti solis albis.* Hanc autem turbam faciunt animæ Beatorum, quæ candidæ beatitudinis gloriæ aornatæ ante thronum Altissimi assistunt.

Apoc. 7. 14.

2. Vidit quoque idem Joannes Filium Dei, cujus capilli albi erant instar nivis aut lanæ: *Caput autem ejus & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix.* Scitisne quodnam sit canities hujus mysterium? Num forte annorum maturitatem designabat? Audite Glossam id pulchrè & breviter exponentem:

Sicut lana alba apta est ad quoscunque colores suscipiendos, sic Sancti. Enimvero caput Ecclesiæ Christus est; una autem, & quidem major pars capitis adornatur capillis: capilli autem capitis Ecclesiæ, id est, Christi, sunt Sancti ejus, id est, ab eò ad gloriam specialiter electi & prædestinati; hi enim sunt specialissimum Christi Domini nostri ornamentum. Ratio autem, cur Sancti in capillis candidis tanquam lana præfigurentur, non solum est candor puritatis & innocentie ipsorum; verum etiam, ut jam ex expositione Glossæ audivistis, quia omnes Sancti indifferentes fuerunt ad serviendum Deo in quocunque statu & vocatione ipsi placuerit, ut serviant; Deus enim per infallibilem providentiam, altissimamque & imperscrutabilem sapientiam suam ita disposuit, ut aliqui ei in claustris votis substantialibus Religionis astricti fervirent, alii viverent in eremis solitarii, alii obsequerentur in aulis & curiis, ibidemque in virtutibus Christianis se exercerent; alii inter hastas & gladios ac bellorum strepitus sancti fierent; alios quoque sanctitatem sibi acquirere voluit inter chartas & libros, multos martyrio coronare voluit, aliis eandem martyri coronam negavit, tamen aliis ardentem eandem desiderant, ut hac ratione perspicue intelligatur, quod sanctitas non dependeat à vocationibus, neque à statu majoris vel minoris perfectionis in seipso, sed potius ab exacta non tantum præceptorum, sed etiam consiliorum Evangelicorum observantia, & maxi-

mè à fervore dilectionis erga Deum & proximos.

3. In memoriam quæso revocate vobis, qualiter Apostoli olim duplici piscandi modo usi fuerint, scilicet vel per hamum, vel per retia. In hamo piscis deglutendo ferrum moritur, & ideo hic modus piscandi denotat quod prædicatores Apostolici aliquos capiant, qui pro fidei confessione & contestatione inter hastas & gladios aliaque tormenta suam debent profundere vitam & sanguinem. Per retia autem pisces vivi capiuntur, in quibus figurantur illi, qui venturi sunt ad fidem, in eaque sancti & perfecti futuri sunt sine ullo vitæ detrimento, sine ulla sanguinis effusione, aut persecutione toleratâ.

4. In Amos Propheta visio quædam describitur: *Ecce, inquit, Dominus stans super murum. Murus autem ille muros significabat superne Hierusalem: Quæ constructa in caelis vivis ex lapidibus. Sed quales erant lapides, quos in manibus habebant? In manu ejus trulla coementarii, inquit vulgata; Septuaginta autem legunt: In manu ejus adamas. Enimverò dum mente revolvitur, quod in libro Sapientiæ scribitur, scilicet: *Iustorum anima in manu Dei sunt;* dicendum videtur, per hunc adamantem, & per instrumentum coementarii animæ beatæ denotentur, per quas velut lapides civitas Dei ædificatur. Sed dices, quidnam in hoc latet, quod in manu Dei sese exhibentis per modum liberalissimi gloriæ remuneratoris simul & conjunctim teneatur adamas, gemma nimirum tantæ æstimationis & pulchritudinis, ut ipsis quoque Regum diadematis inferi dignus iudicetur; & simul cum eo trulla murarii seu coementarii? Fateor dici quidem posse, per hoc significari quod animæ illæ, quæ in præsentis vita magna cum ædificatione & exemplaritate vixerunt, mundi contemptui, sui que ipsius abnegationi totaliter deditæ, in cælesti patria in splendore & pietio cum adamante decertabunt, ac gloriosissimo diademate coronabuntur: *Consciaisti saccum meum, & circumdediti me latitia;* at verò melius ad præsens propositum asserere possumus, per illam visionem nobis insinuari, quod murarii, agricolæ, aut alii quæcunque artes mechanicas, variasque viles professiones exercentes, nonnunquam quoad ingressum in regnum cælorum futuri sunt primi, aliosque etiam nobilissimos, ditissimos, potentissimosque longè antevertent; de illis namque*

scribitur: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit.*

5. Deus olim in veteri lege populum suum mare rubrum pertransire voluit, priusquam in terram promissionis ingrederentur, ut per hoc fideles in lege gratiæ intelligerent (siquidem omnia in figura contingebant illis) quod priusquàm illis dari possit aditus ad veram terram promissionis, id est, ad cælum, requiratur ab eis, ut prius mare falsum & amarum passionum & ærumnarum vitæ hujus trajiciant. Et quidem tamen hæc expositio satis sit pia & syncretica, attamen quoad hoc aliam quandam, materiæque, de qua tractamus, magis adaptatam considerationem facere possumus. Etenim in mari alii tanquam milites pugnant, alii negotiantur, alii piscationi dant operam; sunt qui ex illo corallum extrahunt, alii salem, alii pisces; ac proinde eodem modo dicere possumus, quod in mari hujus præsentis vitæ, per cujus medium Deus nos navigare voluit, donec appellamus in littore gloriæ, Deus ita disposuit, ut unus quoad vitæ suæ professionem mercator sit, alius miles, alius operarius mechanicus, alius denique piscator; & hæc ratione unusquisque in statu & conditione sua fiat sanctus.

6. *Qui divisit mare rubrū in divisiones.* Multorum fuit opinio, quam apertis verbis sustinet Dionysius Carthusianus, quod in mari rubro ultrò se aperuerint, & aditum concesserint duodecim viæ floridæ, per quas Tribus transibant; cujus mysterium in eo consistit, ut per hoc denotetur, quod nobis per varias vocationum vias, aditus seu ingressus in veram terram promissionis concedatur. Undè Hugo Cardinalis ait: *Hoc dividit Deus in divisiones; quia facit de mundo transire ad cælum diversis & variis modis;* ac proinde Salvator noster, qui se portam cæli esse dixit: *Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur;* idem nos quoque monuit dicens: *Non turbetur cor vestrum, in domo Patris mei mansiones multæ sunt.*

7. Sapiens ait: *Tanquam aurum in fornace proba vit electos Dominus.* Circa quem textum fatendum quidem est, dici posse, electos ob multas analogias & similitudines denotari in igne, quod per ignem purificatur; quæ vero ad præsens nostrum vel maximè servit, hæc est: quod sicut aurum priusquam conjiciatur in ignem, unicum duntaxat formam præ se ferat; at vero postquam in flammis ignis conjectum, in iidemque liquefactum

Pf. 135. 17.

Ioan. 14.

Sap. 3. 6.

factum fuerit, ad omnes pro libitu formas suscipiendas statim disponitur: ita quoque se res habet quoad animas caelo possidendo electas, dum in manu Dei sunt, indifferentes sunt ad omnes status & vocationes, ad quas illas Deus destinare voluerit, & in omnibus statutis & conditionibus, quantumcumque abiectionis, relucet velut aurum, faciuntque ut charitas & amor eorum erga Deum reluceat: ut potest qui veræ perfectionis, solidæque sanctitatis lapis est lydius probatissimus.

8. Nescio an aliquo modo consideraveritis modum, quo hic inter nos formentur imagines & effigies Sanctorum. Etenim eorum nonnullas in chartam exprimimus, alias in tela linea penicillo & coloribus mediantibus efformamus; aliæ elaborantur vel ex ligno, vel ex marmore, vel ex creta, ex quibus fiunt statuae, vel etiam ex metallis mediante igne in varias figuras funduntur: at verò audite quæ in diversis hisce imaginibus reperitur, magnam differentiam. Etenim ligna in sylvis cæduntur, siccantur, siccantur, dolantur, & quot non coguntur pati percussionum ictus & incisiones, priusquam in perfectam quandam statuam efformentur? Metalla quoque prius in ignem conjiciuntur, liquefiunt, & postea fusa instrumentis quibusdam ferreis expoluntur. Marmora quoque patiuntur tunsonum ictus, priusquam perfectionem statuæ allequantur? In hisce autem Sanctis in statutis representatis Martyres agnoscere possumus, qui tot tormentorum transire debuerunt carnificinam: *Omnes Sancti quanta passi sunt tormenta, ut securi pervenirent ad palmam martyrii!* Aliæ verò Sanctorum imagines in tela & charta impressæ aut depictæ illos præfigurant, qui non veluti Martyres passi sunt, maxime quoad passiones corporales; sed potius sanctitatem sibi studuerunt acquirere per exercitium virtutum internarum, mortificationis, obedientiæ, contemptus sui ipsius, resolutionis in divinam voluntatem resignationis, necnon per charitatis & amoris actus continuos.

9. S. Cyprianus de Eleemosyna tractans, duarum coronarum diversarum facit mentionem, & dicit: *Pecunia, anima, & sanguis est mortalibus in pace vincuntibus, coronam candidam pro operibus dabit Deus, & in persecutione purpuream pro passione geminabit.* Enim verò æternæ veritatis est hæc propositio, quod scilicet ad eminentissimum beatitudinis gradum

in caelo ascensurus sit, non qui horridiora deferta incoluerit, vel qui se ciliis aut jejuniis magis affixerit, aut qui plures ad Deum animas converterit, sed qui Deum ardentissimè amaverit; in cuius probationem servit tritus ille Apostoli textus: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem, &c.* Hæc autem charitas omnibus vocationibus accommodatur, suntque illius omnium statuum conditionumque personæ capaces. Et quidem tametsi experientia satis commoestret, coelestem hunc charitatis ignem facilius saccos rudes & ciliis calefacere, quam ferreas militum loricas, aut Regum purpuras; constat tamen Christum ipsum de quodam milite sequens perhibuisse testimonium: *Non inveni tantam fidem in Israel.* Superiori quoque sæculo Deus toti mundo palam fecit sanctissimam illam Caroli Borromæi purpuram, quæ non habuit cur invideret antiquorum Anachoretarum asperrimis ciliis & facis. Quot itidem Imperatores & Pontifices magnæ sanctitatis laude celebres fuere? S. Sebastianus per multos annos hunc à Diocletiano Imperatore est assecutus honorem, quod Dux regis cohortis; & tamen eodem tempore gregem Christi defendebat, eratque strenuus Ecclesiæ Christianæ defensor, Abraham similiter, qui primus pater credentium extitit, uxorem & filios habuit, fuitque à Deo plurimis bonis temporalibus cumulatus; & tamen quis est, qui perfectionem & eminentiam gloriæ ejus est assecutus? *Ambula coram me, & esto perfectus. Ego ero merces tua magna nimis.* Moyses Deo longè charissimus, qui in sanctitatis suæ signum lucis splendentes radios è vultu vibrabat, per quadraginta annos in aula Pharaonis tanquam filius ejus adoptivus in honore fuit, uxorem habuit & filios; Dux item fuit Israëlitiæ exercitus; & tamen eâ sanctitate conspicuus fuit, ut declaratus fuerit à Deo Deus Pharaonis. David primò pastor fuit, postea alicus Saulis, deinde miles; demum conjugatus plures uxores & filios habuit, imensos thesauros possedit, multos ab hostibus suis reportavit triumphos & victorias; & tamen ipsomet Deo teste fuit vir secundum eorum Dei: *Virum secundum cor meum.* Undenam hanc sanctitatem sibi comparavit? Num fortè quia deferta incoluit? Vel quia sanguinem perpassi martyris effudit? aut quia mundo renuntians omnia sua pauperibus in eleemo-

L. de oper.
& elem.

elemosynam distribuit? vel denique quia virgo mansit & castus? Minime gentium; sed potius in adulterium manifestum incidit, licet deinceps resurrexerit ad pœnitentiam. Vultis autem scire quamobrem Deus illum ad tantum sanctitatis & perfectionis culmen evexerit? *Faciet omnes*

voluntates meas. Quotquot enim in Dei voluntate adimplenda exacti sunt, in quocunque demum statu fuerint, sancti erunt, quia juxta mensuram, qua amor noster versus Deum excrevit, juxta eandem quoque augetur gratia & gloria.

D E

S. CAROLO BORROMÆO

DISCURSUS NOVENI.

DISCURSUS I. De Charitate S. Caroli.

DISCURSUS II. De Pastoralis ejus sollicitudine.

DISCURSUS III. Ejus in obsequiis & veneratione totius mundi positi profunda humilitas suspicitur.

DISCURSUS IV. Ex liliis proprietatibus, ejusque spinis variæ S. Caroli virtutes manifestantur.

DISCURSUS V. Quantum ornamenti sacre Purpure attulerit, ostenditur.

DISCURSUS VI. Cardinalitatis dignitatis, & Archiepiscopalis authoritatis magnificentiam, austeritatis, humilitatis, & paupertatis personæ suæ associavit.

DISCURSUS VII. Quod S. Carolus mundum cum omnibus rebus suis, eo præcipue tempore, quo ei vel maximè propitius & favorabilis erat, deseruerit, graviter ponderatur.

DISCURSUS VIII. Bene ponderata dignitate in qua vixit, cum omnibus suis circumstantiis, clarè inde, neminem ei similem fuisse, deducitur.

DISCURSUS IX. S. Carolus emulatus est præcordia Angelorum, Patriarcharum antiquorum, Apostolorum, Martyrum, & Doctorum; omni que statui velut exemplar quoddam sanctitatis præluxit.

De Charitate S. Caroli.

DISCURSUS PRIMVS.

Secundum nomen tuum, sic & laus tua. Psal. 47. v. II.

PElagus excellentiarum sancti Caroli adeò vastum est, ut vitæ ipsius series in amplum quoddam se volumen extendat, singulæque ejus virtutes & opera, quorum innumera sunt, adeo sunt heroica & stupenda, ut singulis quoque panegyricis exponi & exornari mererentur. Quapropter ne in tanta materie amplitudine & vastitate nimium fluctuem, statui hunc primum discursum ad solius nominis ejus Ethymologiam adstringere, siquidem ut optimè Chrysologus scribit: *Sicut Dominum pradiorum limitibus affixi tituli proloquuntur, ita nomina sapè sanctorum merita indicant, testantur insignia.* In primis igitur apud S. Chrystostomum elogium quoddam invenio, ab ipso S. Paulo Apostolo attributum, quod sanctum Carolum nostrum vivacissimè nobis delineat; dicit enim: *Vt enim missum in ignem ferrum, totum profectò ignis efficitur, sic Paulus Charitate succensus totus factus est charitas.* Quibus verbis maximè ultimis pro themate discursus nostri uti possumus, dicendo: *Charitate succensus Carolus, totus factus est charitas; & optimè quidem id dicitur, quia Carolus dicitur à charitate.* Ad excellentiam verò & elogia charitatis & gloriæ S. Caroli explicanda operæ pretium esse duxi, non aliis quam ejusdem Pauli Apostoli verbis uti; audite igitur, quid ad Corinthios scribat: *Charitas, inquit, patiens est, benigna est, charitas non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quarit que sua sunt.*

2. *Charitas patiens est.* In S. Carolo summe admiranda fuit Patientiæ virtus adeò ut *Animales homines non percipientes ea qua sunt Mansii Sanctuarij Tom. IV.*

spiritus, omninò existimaverint hanc ejus patientiam potius apathiam seu insensibilitatem & stupiditatem quandam naturalem in ipso fuisse, quam puram virtutem, nec mirum, quia in immensa & continua gravissimorum Ecclesiæ universalis & suæ particularis negotiorum mole, in quodam tot contradictionum, persecutionum & difficultatum insuperabilium quæ e. occurrerunt inextricabili laberintho, in tot infirmitatum, & pœnosissimarum afflictionum laborioso decursu, ab ore ejus nunquam auditum vel minimum verbum impatientiam aut iracundiam aliquam redolens. Et ideò appellatur, *Mitissimus vir & clementissimus ita ut calumnias, contumelias, gravesque persecutiones patientissimè ferret.* Verùm enim verò ubi vulgata nostra legit, *charitas patiens est.* S. Ambrosius legit: *Charitas magnanima est. Magnanimitas autem est virtus, que versatur circa magna* ut Aristoteles dicit. Et quidem revera charitas Caroli magnanima fuit, quia quocunque per totam vitam oculos vestros deflexeritis, magnificentiam in eo videbitis. Etenim magnanima fuit ipsius charitas in tot Ecclesiarum erectione & restauratione, in fundatione & dotatione, tot Hospitalium, Seminariorum, Collegiorum, Monasteriorum. Quapropter magnanimi titulum meretur ad æmulationem Caroli Magni, cui gloriosum hoc nomen, Magnus, attributum fuit, eò quod variis in occasionibus defendisset & locupletasset Ecclesiam siquidem sanctus Carolus noster per stabilimentum Concilii Tridentini, ab ipso tanto cum labore & industria consummati, per prudentissimum regimen suum, quo sub Pontificatu avunculi sui Ecclesiam gubernavit, & specialiter per

Ser. 144.

Hom. 3. de laud. Pauli.

In Bulla Canon. §. 17.

libri illius, qui Acta Ecclesiæ Mediolanensis intitulatur inæstimabilem thesaurum, denique per vitæ suæ miram sanctitatem & præclara exempla, Ecclesiam ad eò defendit & locupletavit, ut ipsamet in Bulla Canonizationis ejus fateatur, dicens: *Dominus, qui facit mirabilia magna solus, magnificavit novissimè facere nobiscum, ac miro dispensationis suæ opere statuit super Apostolica Petra arcem grande luminare, eligens sibi è gremio sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Carolum. Grande luminare, dicitur non solum propter nobilitatem, sed etiam propter radios & præludia sanctitatis suæ, quæ in ipsomet natalium suorum oriente relucebant; Futura eximia sanctitatis ipsam splendorem præmonstravit Dominus magno & insolito lumine, quia nocte puer nascebatur super maternum cubiculum. Grande etiam luminare fuit in puericia, in eamque poma à se invicem seorsim ponebat, velut totidem Provincias & regna; Grandis fuit in juventute, in qua creatus fuit Cardinalis, & tanquam unicus Papæ nepos in partem regiminis Pontificii adhibitus, ac paulò post Diocesis ejusdem ad eò amplè Archiepiscopus electus fuit; grandis quoque dici meruit in amplissimis divitiis, in statuum temporalium dominio, in sublimissimis functionibus Ecclesiasticis, in Religionum, regnorumque protectionibus. Specialissimè verò *Grande luminare* fuit, in vitæ immaculatæ exemplaritate, in sapientia & doctrina, in prudentia & experientia, in miraculis & omni eo ejus hujus nostræ mortalitatis sphaera capax esse potest.*

3. *Charitas benigna est*; idque ut sanctus Gregorius ait: *Quia pro malis bona largitur sinistra.* Ehem quot hæretici, quot perditissimè viventes peccatores, qui initio quidem videntes zelum, quo illorum salutem promovere satagebat, ingrati contumeliis variis ipsum affecerunt, postea tamen ab ejus benignitate atque elementia confusi & convicti, dum se per viam quandam vindictam loco poenarum, quas promeruerant, honoribus & beneficiis affici viderunt, ad resipiscenciam & bonam frugem fuerunt perducti: cum sanctus Carolus torrentem quandam transiens, à quodam perditæ salutis homine, in eundem torrentem cum manifesto submersionis periculo proturbatus, ac paulò post per Dei

gratiam aliundè illæsus egressus fuisset, quatenam putatis eum de hoc homine sumpsisse supplicium: *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam;* cum enim impius ille vir fuga sibi protinus post commissum facinus consuluisse, ipsum studiosè inquiri fecit, & ad se adductum benignissimè excepit, eique post paternam quandam ei præhabitam admonitionem scuto aureo donavit. Nunquid igitur aptissimè ad præsens propositum quadrare videtur illa Hugonis ponderatio, quam illis verbis: *Non diligamus linguam, sed opere & veritate* adjungit dicens: *Nam talis dilectio inimicum mutat in fratrem!* Ita S. Carolus eos qui Deo rebelles erant, lucratus est, perque suam benignissimam charitatem ad suam disciplinam reduxit.

4. *Charitas non amulatur*, quod idem est, ac si diceret; non est invida. Vitium istud à cupiditate derivatur, qua prosperitatem quam in domibus alienis videmus, ipsi nobis optamus. Dicit autem sanctus Augustinus: *Quanto magis regnum cupiditatis destruitur, tanto magis regnum charitatis augetur.* Porro hoc charitatis regnum, jam inde à primis ætatis annis in sancto Carolo auctum fuit, siquidem licet esset juvenis nobilissima profapia oriundus, omnique virtute & talento ad se prætractanda necessariò dotatus, nihilominus cum avunculus ejus, cui velut unica pupilla ejus charus erat, Papa creatus esset, & consequenter ad aliam urbem expeditissimè itinere se recipiendi variis motivorum calcibus adigi potuisset, ne pedem quidem eo versus movit, imò jam Mediolano nequaquam, nisi Pontificis præcepto adactus, recedere decreverat. *Charitas non amulatur*; circa quæ verba Gregorius ait: *Quia per hoc quod in presenti mundo nihil appetit invidere terrenis successibus nescit.*

5. *Non agit perperam*, id est, non adulat. Quisquis enim vera charitate imbutus est, inimicus est adulationis; & idè vitium istud in aulam sancti Caroli pedem suum inferre nunquam potuit, ad eò etiam ut neminem nunquam in suum servitium admittere voluerit, qui hac esset pice coinquinatus. Cum aliquando unum ministrorum suorum de sua in certo quodam negotio, opinione interrogasset, illeque hac phrasi utendo respon-

§. 2. in
Bulla.

§. 3.

Cant. 8. 7.

Lib. 3. doct.
Christ.
c. 10.

spondisset ; hanc ego liberè edicam ; sub-
iunxit mox Carolus. Non igitur semper ili-
berè loqueris ; neminem unquam inter ami-
cos recensuit , qui minus sincerè loqui con-
sueverat ; atque ideo certos in familia mini-
stros habebat , quibus illa erat imposta ob-
ligatio , ut ipsum cum omni sinceritate de
quovis etiam minimo notato errore mone-
rent. Sciendum est autem , quod ubi nostra
vulgata legit : *Non agit perperam*. Cajetanus
legat : *Non est inconstans*. quasi dicere vellet ,
verè cuiusdam & solidæ charitatis certissi-
mum signum est , si qui illa est imbutus , in
Christianarum virtutum exercitio , divinique
servitii functionibus perseverans & constans
fuerit , id quod in hoc sancto ab infantia us-
que ad ultimum spiritum mirabiliter adim-
pletum fuit , quia nunquam pedem suum ex-
tra orbitam poluit , sed potius in perfectione
& sanctitate magis semper , magisque profes-
cit.

6 *Non inflatur. Quia*, ut sanctus Gregori-
us ait : *cum premium aeterna retributionis an-
xiè desiderat , de bonis se exterioribus non exal-
tat*. Unde verò de ipsoldici potuit , quod Plinius
de Vespasiano in suo Panegyrico scribit : *Nec
quicquam in te mutavit fortuna amplitudo ,
nisi ut prodesse tantum posses , ut velles*. Neque
enim auctoritas , imperium census Ecclesia-
stici , supremæ dignitates , aliaque magnalia
ipsi vanitatis fomentum erant , sed potius in-
strumentum reformationis in Clero & Reli-
giosis ordinibus , auxilio ipsi erant ad dissi-
pandas hæreses , ad abusus & scandala non
tantum à sua particulari , sed etiam ab uni-
versali Ecclesia extirpanda ; divitiarum sua-
rum abundantiam adhibuit ad hoc ut cul-
tum divinum cum decore & maiestate con-
venienti splendescere faceret , ut multa loca
pia fundaret & dotaret , ut pauperum necessi-
tatis subveniret ; dignitates ejus ad hoc ab
ipso ordinabantur , ut magnam Principibus
sui æstimationem imprimeret , pro Ecclesia-
sticæ immunitatis defensione , & pro Eccle-
siasticæ disciplinæ profectu & incremento ; in
reliquo enim talem in sublimi sua dignitate
conservavit modestiam & humilitatem , ut di-
cere solitus fuerit , se malle presbyterum ali-
quem ruralem , aut privatam sacerdotem esse ,
ut cum tanto majori libertate se in benefici-
um animarum posset impendere.

7. *Non est ambitiosa*. Quantum san-
ctus Carolus ab ambitione alienus fuerit , vel
ex hoc sufficienter conjici potest , quod in
Conclavibus Electionis Pontificiæ , nunquam
oculum suum declinarit , ad curandam talis
Pontificis electionem , qui à sua factione de-
penderet , sed potius illius , quem ad guber-
nandum naviculæ Petri clavum utiliorem ma-
gisque idoneum esse censebat. Quando in
humanæ magnificentiæ apice , tanquam æ-
pos Papæ regnantis constitutus erat ; Ro-
mam deseruit , ut à sylvescenti Archidice-
cescos suæ vinea , tot scandalorum & disso-
lutionum urticas & tribulos evelleret ; cum
Pontifex post mortem Frederici Comitis fra-
tris sui , illum per plurium aliorum statuum
investituram , perque contrahendam ex ma-
trimonio cum serenissimis quibusdam fami-
liis seu domibus parentelam in sæculo ma-
gnum & inclytum facere decrevisset , clam &
occultè se voto castitatis obstrinxit , sacros
ordines assumendo. Munia quoque illa , quæ
in aula summi Pontificis tum ob emolumenta
tum ob auctoritatem permaximi æsti-
mantur , quorum benè multa erant , in manus
Papæ liberè resignavit , idque non solum cum
Pontificis , sed etiam futurorum sæculorum in-
genti stupore.

8. *Non quarit quæ sua sunt*. Hugo Car-
dinalis rationem reddit ; quia charitas non
quærit propria : *Quia nihil ei deficit , non qua-
rit , quod habet charitas*. Enimverò quan-
tumvis ea , quæ sanctus Carolus possedit ,
maxima fuerint , illa tamen omnia pro usu &
beneficio proprio nihil æstimavit , sed tan-
tum in aliorum beneficium & utilitatem
impendit. Mutuo fratre suo ex comparata
sibi per divenditam ejus suppellectilem pe-
cunia centum puellas inopes dotavit ; vix
Mediolano pedem intulit , cum ecce post sua
divendita trigiesies millia scuta pauperibus
distribuit ; cum ex divendito principatu
summam quadraginta millium acquisivisset ,
eisdem pariter cessit in paupertatis subsi-
dium , sicut & legatum quoddam aliorum
viginti millium scutorum , quæ sibi ex Te-
stamento D. Virginix de Ruvere legata fue-
rant.

9 Verum enimverò cur non pariter alia
eiusdem Apostoli adaptare poterimus , qui-
bus Romanos hæc verbis alloquitur : *Quis Rom. 8 55*

nos separabit à charitate Christi tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Dicit igitur primo Tribulatio: id est, ut ait Glossa interlineatis, *afflictio corporum*? etenim sanctus Cardinalis noster, ut infra suo loco videbimus, in summo humanæ prosperitatis culmine constitutus, tanta cum austeritate vixit, ut in Bulla Canonizationis dicatur crucifixus mundo maxime blandienti. Vestis illi interior cilicium & crassa asperaque tunica super paleas, aut super asseres paleis pleno pulvino capiti supposito cubabat, interdum super ipsam humum sagulo tantum substrato, accedebant frequentes corporis flagellationes, aliaque id genus complures mortificationes.

Bulla § 9.

10. An angustia? neque enim charitatis suæ fervorem diminuit angustia, in qua pestis tempore constitutus erat; nam quando facultatibus omnibus inter pauperes distributis, pro iis, qui de familia ipsius erant, atque in servitio publico ind. fatigabiliter laboraverant, nec panis nec unicus denarius pro nutrimento præsto erant, postquam oculis in cælum sublati à superis poposcerat auxilium, vir quidam in præliminari camera mille scutis onustus comparuit, quæ pro novis distributionibus faciendis viro sancto adferebat; & alia quædam vice, dum non minori premeretur necessitatis extremæ anxietate, ab insperato & anticipatè eidem ex Hispaniis numerata fuit trium millium scutorum insignis pensio. Sed quid hæc memoria? potuitne periculosiori angustia affici, quam dum etiamnum juvenis in pulcherrimo ætatis flore etque in summo delitiarum apice constitutus ab illecebrosa muliere, quæ ut in carnalis voluptatis retia sanctus juvenis incideret, lenociniorum variorum ei laqueos tetenderat Angelica ejus castitas tentabatur? at verò amor ille lascivus eum à divini amoris fervore & æstu separare non potuit, quin potius in causa fuit, ut Aquinatis Angelici in se victorias renovaret.

11. An fames? quando enim grex fidelium ei commissis, in summa quædam annonæ caritate, nil prorsus unde nutriretur, habebat, ad imitationem Basilii Magni, ut de hoc sancto Patre Nazianzenus scribit:

Corpora pauperum animasque curabat; siquidem in famosissimæ illius contagionis tempore, ab eo per victum quotidianum sustentati & alii fuere plusquam sexaginta aut septuaginta pauperum millia. Sanctus Joannes Chryostomus de sancto Paulo Apostolo egregia elogia refert, quæ nos pariter de hoc amantissimo gregis sui pastore haud immeritò dicere possumus: dicit enim: *Quasi communis totius mundi esset Pater, ita in amore omnium ipsos eorum imitabatur parentes, imo cunctos non carnales solum, sed & spirituales patres sollicitudine ac pietate superabat, & pecunias, & verba, & corpus, & animam pro his quos diligebat impendens.* Sanctus Apostolus ad Corinthios scribens, atque ad nutrimentum spirituale, quo ipsos in principio conversionis ipsorum nutrierat, alludens, ad affectum & amorem suum exprimendum hac phrasi loquendi utitur: *Tanquam parvulus in Christo lac vobis potum dedi, non escam.* Enimverò ardentissima sancti Caroli charitas non solum ipsum impulit, ut gregis sui ovisulas salutari doctrinæ spirituali lacte nutriret, sed etiam eo ipsum adegit, ut obstetricis, matris & nutricis munia inter ipsas obiret; nam in sævissimæ illius pestilentie tempore tenellos infantulos ab uberibus matrum pestis contagio laborantium propriâ manu abstractos caprino lacte nutrirî & lactari curavit, DEUS optimus maximus teneritudinem amoris, erga populum suum contestari volens, dixit: *Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Etsi oblita fuerit, ego autem non obliviscar tui; Ecce in manibus meis descripsi te.* Matres germanæ tempore sancti Caroli metuebant ad filios suos pestiferos propius accedere: vel etiam mortuis matribus desolati filii remanebant orphani, at verò amantissimus Pastor tunc partes obibat matris, inter brachia sua illos ferendo, ut nutriendos elocaret. *Non ad mortuorum cadavera accedere veritus est, ut viventem miserabiliter inter mortuos infantem ab uberibus desunctæ matris eriperet.* Nunquid sanctum Carolum extenuatum videtis & pallidum, quasi vix pane ad famem pellendam usus fuisset? undenam ista macies? Responderi quidem posset cum S. Zenone: *Tibi fames*

Hom. 7. de
land. Pan.
li.

1. Cor. 3. 2.

Isa. 49. 21.

In Bulla
§. 10.Serm. de
sagina- fide.

Iliad. 1.

*Saginat*io est: veruntamen negandum non est, quin sæpè abstinens & famelicus fuerit, idque ut suis jejuniis pauperes impingaret. Homerus de volucre quadam refert, quod stomachum suum defraudando, cibumque jam in stomachum quodammodo trajectum & deglutitum, abundè denud eructando ejiciat, ut cum tanta majori sua satisfactione filios suos pascat; Ecce tibi in hac volucre expressam S. Caroli erga pauperes charitatem & amorem. Plutarchus de amore prolis scribit: *Sua enim ipsius fame pullos alit, cibumque jam veniri appropinquantem abstinet, & ore premit, ne imprudens deglutiat.*

In Bulla § 12.

12. *An nuditas?* vel ut interlineatis ait: *Penuria vestitus?* Num fortè charitatis ejus calorem inter montanas nives & glaciem refrigerasse putatis, quando diœceseos suæ deserta montana pertransiens vestibus aded laceris & tritis contegebatur, ut mendicus aliquis illas elæmolyne loco recipere erubisset? Nequaquam, quin potius divini amoris ignis in corde ipsius ardens tantò magis intendebatur: *Non algore, non praruptis, & asperorum Rhatorum & Helvetiorum montium nive & glacie rigentium, charitas, qua foras pellit timorem, & omnia sustinet, deterreri vel retardari potuit.* Quando innumeri tam viri quàm foeminae è domo pestifera seu Lazareto post convalescentiam egressæ, vestibus carebant, quibus nuditatem suam tegerent, quonam tunc charitativus hic Prælatus utebatur consilio? *Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* Charitas enim, quæ Regina est omnium virtutum, auro dilectionis & amoris erga proximos suos rutilans ad dexteram ejus comparuit, varii coloris habitus subministrans; siquidem palatium suum omnibus aulaeis, aliisque feticis, laneis, aut auro intertextis peristromatibus denudans, omnes hos pauperes induit fecit, unum quidem ex aulaeis, alium ex pretiosis ostii antependiis, hunc ex panno holoserico, alterum ex Damasceno, alium ex panno aureo, illum ex panno laneo, denique alios ex lino, imò non tantùm universæ suppellectilis suæ armarium seu Guardarobbam, ut vocant, sed & paterna viscera pauperulo gregi suo patula esse voluit, quia quicquid habuit, aut corrogare potuit, ex affectu viscerosissimo eidem donavit, aded ut in amplissimo illo Archiepiscopali pala-

tio aliud nihil superesset, quàm tapetis cujusdam linei suffaltura. In sacris Canticis genæ sponse Malo granato assimilantur: *sicut fragmen mali punici, ita gena tua.* Hugo Cardinalis glossans verba illa: *Resplendet facies ejus*, per has sponse genas Ecclesiæ Prælatos intelligendos esse docet. Verùm quodnam mysterium in eo latet, ut hi potius malo punico seu granato, quam aliis fructibus assimilentur? Pro hujus dubii resolutione observandum est, quod pomum punicum proprium quoddam sit charitatis symbolum, quæ Regina est omnium aliarum virtutum, in cujus lignum in sui apice coronulam defert, irradiantibusque Solis radiis aperitur, suaque viscera exhibet. Quàm aptè igitur & opportunè Ecclesiæ Mediolanensi dici poterat: *sicut fragmen mali punici ita gena tua?* ut potè cujus dignissimus Archiepiscopus S. Carolus viscera sua cunctis aperiebat, qui diademate charitatis in capite suo redimitus erat, qui populum Mediolanensem, totiusque Diœceseos suæ subditos in corde suo, & in benignissimis visceribus suis ferebat continud, eousque suæ charitatis igne fovebat, accendebatque, ut uniti inter se & conjunctissimi essent, ad eum modum quo pomum punicum multa grana inter se unita & rutilantia habere conspiciuntur.

13. *An periculum?* Nam S. Carolus ad litteram cum Apostolo de periculis sibi obviis dicere potuit, se fuisse in *periculis fluminum* tempore visitationum, quas per Diœcesin instituebat. In *periculis latronum*, id est tot perditè viventium, qui ab eo reprehendi & puniri metuentes, vitæ ejus insidiabantur ubique in *periculis in civitate*; propter plurimum licentiosorum & dissolutorum virorum insultus, minimè tolerare valentes, quod ludos eis & festa sæcularia atque prophana hilaria prohiberet; *periculis in solitudine*, nocturno tempore per montium rupes oberando; *periculis in falsis fratribus*, id est, in hæreticis, qui ipsum velut flagellum tuum suspiciebant, vel in discipulis, quibus morum reformationem intendebat: *In labore & arumna*, in *vigiliis multis, in frigore & nuditate*; præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. In periculo lævissimæ illius contagionis unufquisque, etiam ii, qui chariores & propinquiores erant, fuga sibi consulebant, maritus uxorem, mater filios,

In Cap. 17 Matth.

frater sororem, Parochi oves sibi commissas, at verò charitas S. Caroli nequaquam ei, ut unquam ab illis separaretur, permittebat, adeo ut illis tanquam pater, nutrix, frater, Parochus, amicus, & promus condus promptissimè & sollicitè infervierit, quia *perfecta charitas foras mittit timorem*. Ipse enim solus erat, qui nihil timeret, quin potius cor leoninum se habere probabar, in persona enim propria ad pestiferorum se recipiebat ruguria, solus Lazaretha seu hospitalia, & cæmeteria frequentabat, ipsemet poenitentium auscultabat confessiones, sacro pestiferos communiebat viatico, ipse medicinas præparabat propinabat, & non nihil convalescentes fovebat & alebat, ipse morientes animabat ad mortem, eos exhortabatur, & consolationibus demulcebat, adeo ut de eo verifictetur, quod Apostolus ait: *Tanquam si nutrix fovet filios suos*; siquidem, ut diximus, visus est intra brachia sua stringere & portare infantulos è mortis periculo subtractos. *Facti sunt parvuli in medio ejus*, ita oviculæ ejus dicere poterant, ipsemet verò de se poterat dicere: *ita desiderantes vos cupiendè volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis*. Enim verò sciendum est, quod ubi vulgata nostra legit: *An periculum?* Interlinearis ita exponat, id est, *apparatus mortis*. Pluries namque in ejus vitam è medio tollendam ministri sathanæ conjurarunt, nec tamen hæc ei imminetia mortis pericula eum ne per umbram quidem ab ardentissima sua charitate separare potuerunt, majoris æstimans unicam ardentis charitatis scintillam, quam vitam suam. Similiter in portu Savonensi alii nonnulli mortem ejus sunt machinati, derectâ autem conjuratione, civitatis illius Episcopus per postam seu veredarium sanctum Carolum de hoc indilèter certiore fecit; Die igitur quodam mane ante diluculum, postquam veredarius velocissimo cursu advolasset, Hieronymus Visconti nobilissimus Eques, & sancti viri nepos, totus anxius, literarum fasciculum ei traditurus, convenit, seriemque seu contentum literarum ei recensuit; Sanctus autem Cardinalis fasciculum sibi traditum accepit quidem, sed nondum apertum minus lectum in igne conflagravit, dicendo se noluisse nomina & personas illorum scire, qui mala ergà se

1. Thef. 2. 7.

voluntate affecti essent, ne fortè alicujus contra quemcunq; concipiendi odii tentationi sese subjiceret. Quis unquam majorem charitatis & mansuetudinis integritatem ac puritatem audivit? Eritne imaginabilis major aliquis proprix vitæ contemptus isto? *Oblata aliquando indicia prodicionis vitæ suæ neglexit, & literas nec resignatas flammis tradidit.*

In Bulla §. 17.

14. *An persecutio?* Tota sancti Cardinalis vita à prima hora, qua pedem suum in Diocæsini Mediolanensem intulit, (de qua pro eo tempore dici poterat, quod S. Leo de Roma pro tempore, quo illam S. Petrus ingressus est, dixit: *Sylvam istam frementium bestiarum*) tota inquam ejus vita abindè nil aliud fuit, quàm continuata quædam, nec unquam cessans persecutio hæreticorum, quos ad fidem orthodoxam convertere studebat; persecutio discolorum Religiosorum, quos reformate satagebat; persecutio ministrorum regionum immunitati Ecclesiasticæ se fortiter opponentium; Denique persecutio impiorum & scandalosorum, quibus zelus, quo cor ejus pro honore Dei & animarum salute flagrabat, velut spina quædam in oculis erat: veruntamen omnibus hisce persecutionibus non obstantibus, ipse flammam charitatis in se semper magis magisque crescere manifestè probabat. Et idèo vivente S. Carolo vulgarum erat illud proverbium qua rochetum vel superpelliceum ejus quavis fortissima armatura ferrea invincibilis esse & impentrabilius dicebatur.

15. *An gladius?* S. Chrysologus scribit: *Amor impenetrabilis est lorica. jacula respuit, mortem videt periculis insultat*. Ecce tibi id ipsum in S. Carolo verificatum ad unguem, qui post explosam in corpus ipsius bombardam globo plumbeo satis potenti onustam, quæ fortissimum quendam leonem prostrernere potuisset, nec quicquam commotus est, sive quoad situm corporis, sive quoad animi compositionem, sed cum summa mentis tranquillitate suam prosequutus est orationem, quod idem aliis quoque facere præcepit, non obstante, quòd hi eum lethaliter vulneratum esse ceaserent, quia *fortis est ut mors dilectio*, potius igitur ab illo ense vulneratus, illoque ferro confusus fuit, de quo S. Ambrosius olim scripserat, dum ait: *Habet clavum suum charitas, habet gladium suum.*

In Ps. 18.

De Pa.

De Pastoralis S. Caroli sollicitudine.

DISCURSUS SECVNDVS.

Ego sum Pastor bonus; bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Ioan. Cap. 10. v. 11.

VNa ex præcipuis laudibus, quæcum sancta Mater Ecclesia gloriæ S. Caroli applaudit, est ingens illa, quam erga gregem suum semper exhibuit sollicitudo pastoralis; unde in oratione hodierna legimus, illum *Pastoralis sollicitudo gloriosum reddidit*; Et in Bulla Canonizationis Cathedra Petri definivit, ipsum fuisse *Formam gregis, & formam Pastorum*; ideoque jure merito pro themate præsentis Discursus uti postumus verbis illis ab initio thematis loco positis.

2. Apud Ezechielem oraculum quoddam expressum reperio, in quo deplorabilis Diocesis Mediolanensis status, priusquam sanctus Carolus ejus administrationem adoriretur, ad unguem exprimitur: *Dispersa sunt oves meæ, eò quòd non esset Pastor; erraverunt greges mei in cunctis montibus. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quòd crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis.* Etenim intra octoginta annorum spatium Archiepiscopi illius Ecclesiæ à sua residentia abfuerant, reditibus & censibus annuis recipendis solum intendentes, gregem interea intra luporum dentes & præcipitiorum pericula penitus deserentes.

3. In prophetia Osæ dicitur quidem, *Sicut populus, sic & sacerdos*; nos verò in præsentem totaliter contrarium dicere possumus, siquidem ut de sæcularium moribus illius temporis aequaliter conjicere possis, hoc unicum sufficiat dicere, quod videlicet illo tempore sacerdotes publici fuerint concubi-

narii, instar equitis alicujus vel militis vestiti inceserint, arma portârunt, publicis mercimoniorum negotiis intenti fuerint, in Parochiis nunquam ferè aut raro resederint, ac ne formam quidem Sacramentorum pronuntiare sciverint, ac denique qui aliorum confessiones auscultando, semetipsos ad pariter confitendum obligatos esse minime credebant. Unde si vera est illa Gregorii Magni præclara sententia: *Cum Pastor per abrupta graditur, consequens est, ut & grex in præcipitium feratur*; imaginemini obsecro vobis in quibus abruptis & præcipitiis infelices Diocesis illius oviculæ periclitatæ fuerint; in dictam namque Diocesi non solum introducti fuerant abusus, sacrilegia, scandala, & omnis generis vitia, & abominations; verùm etiam superstitiones, & certissima hæresum præludia; nihili fiebat Sacramentalis Confessio, & multò minoris communio, ad eò ut multi decem & quindecim solidos annos sacramentaliter Sacerdoti peccata sua confiteri neglexerint, nullam habebant articulorum fidei notitiam; nec multò ampliùs de decem præceptis dicere sciebant; Et quidem quod miseriam notabiliter auget, hæc malitia & ignorantia in majorem usque populi partem invaluerat, de quo proinde dici poterat, quod de Roma gentili sanctus Leo olim scripsit; *Magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuebat falsitatem. Hic conculcanda Philosophia opiniones, hic dissolvenda erant terrena sapientia impietates: hic confutandi Daemonum cultus; hic omnium sacrilegiorum impietas destruenda; ac proinde hujusce Dioceseos reformatio facinus quoddam fuit, quod non*

tantum

82.

Ezech. co
34.

Osæ 4. 9.

Ser. 1. in
nat. Apost.

tantum juveni alicui in delictis enutrito, optimum ætatis florem præferenti, omni præcedentis alicujus regiminis experientia destituito, verum etiam ipsissime Athanasius, Chrysostomus, Basilius, Hilarius, panicum potuisset timorem & metum incurere: veruntamen eandem illi laudem attribuere possumus, quam idemmet Pontifex in S. Petri laudem pronuntiavit, videlicet: *vincebas materiam formidinis vi amoris, nec astimabas terrori cedendum; dum horum saluti consulis, quos susceperas diligendos.*

Luc. 10. 2.

4. Salvator apud S. Joannem ait: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde ille fur est & latro.* Et quidem vel ex hoc capite boni Pastoris titulus S. Carolo aptissime congruit, siquidem verè ingressus est per ostium, id est, ad Archiepiscopatum promotus fuit per urgentem & cogentem summi Pontificis obedientiam. Factorem quidem unumquemque sibi facile persuadere potuisse, Pontificem ad hanc electionem faciendam ex quodam consanguinitatis affectu motum fuisse; siquidem vigesimum secundum ætatis annum nondum multum excesserat. Verum exitus evidenter satis, hoc totum ex impulsu Spiritus sancti factum fuisse ostendit, Pontifex enim avunculus ejus, in eo magnam agnoverat prudentiam, senilem maturitatem, optimorumque morum miram innocentiam; præcipue verò zelum peculiarem agnoverat in censuum Abbatialium, quibus annuè gaudebat inter pauperes factâ distributione, nec non in reformatione quadam dissolutorum quorundam religiosorum, quos in gentilitio suo Aronæ Castro proximos sibi habebat, quam ipse tamen etiamnum juvenculus esset, potissimum procuravit, & instituit. *Nihil puerile gessit in opere, cum esset juvenis. Si in viridi ligno hæc fecit, in arido quid faciet?* Etenim ex his in ætate tenera præmissis præludiis facile est conjicere, qualis spes de iplo concipi potuerit in ætate provectiori.

Tob. 1. 4.
Luc. 23. 31

5. Et quidem memorandum est, quod universalis Ecclesia ante tempus Concilii Tridentini, operâ Caroli præcipue ad finem perducti & consummati in disciplina Cleri, in religiosorum exemplaritate, & in dogmatum suorum integritate magnoperè defecerit; erat enim vinea illa lolis & urticis abusuam & scandalorum plenissima; donec

tandem divinæ providentiæ ita disponere placuit, ut super Vaticani Horizontem magnum hoc laminare in tam eminenti loco positum illucesceret: *Statuit super Apostolæ petræ arcem grande luminare, ut illud ipsum tot errorum tenebras doctrinæ & operum suorum luce dissiparet; siquidem ipsemet Christi in terris Vicario teste, Ecclesiam Mediolanensem præclarum exemplar reddidit Ecclesiasticæ disciplina; Voluit enim Deus, ut per reformationem, quam exorsus est in Diocesi Mediolanensi, eandem pariter per universam Christianissimum propagaret, possetque revera ipsi applicari, quod de S. Basilio Nazianzenus frater ejus per hæc verba scribit: Per unam Casarensem Ecclesiam, (dicamus Mediolanensem) toti præluxit orbi.*

In Bull. §. 9.

6. In Ezechiele scribitur: *Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel.* Etenim DEUS hunc servum suum in eminentem supremæ dignitatis celsitudinem collocare voluit, ut domus suæ defensionis atque custodiæ invigilaret, insidiasque è longinquo prævisas atque detectas præoccuparet & arceret. Porro sæculum illius temporis tale prædolor erat, in quo Episcopi post vindictam vineam, & detonsis seu potius excoriatis ovibus, collectis censibus & redditibus suis in curia Romana gaudebant, procul à residentia sua absentes, nec ulli alteri rei operam dantes, quam ut suam quotidie adaugere spartam possent, ideoque oves iis commissæ intra luporum fauces restrictæ periclitabantur; verum enim verò notatæ hic summæ obstupescendas infinitæ illius sapientiæ periodos, quas pro illorum tantoperè præjudicantium abusuam efficaci abrogatione est profecuta. Etenim urbs Mediolanensis eum sibi loci situm vendicat, ut quotquot Prælati è Francia Romam contendunt, eam communiter urbem ut plurimum pertransire soleant, estque pariter, ut ita dicam, in medio Italiæ situ posita, suamque jurisdictionem usque ad Germaniæ confinia extendit; quoad temporale verò dominium Catholico Hispaniarum Regno, quod potiori ferè mundi plagæ domineatur, subjicitur; In hoc igitur luminare hoc magnum exortiri & promicare voluit, ut admirabili vitæ suæ exemplo, synodorum suorum secundum Ecclesiæ Canones exactissime & frequenter celebratorum directione, Conciliis item Provincialibus multo-

Ezech. 3. 17.

100

25.

In l.

multoties repetitis, & utriusque Cleri, sæcularis nimirum & Regularis optimè institutis reformationibus, necnon heroicarum virtutum suarum imitatione vera Ecclesiastica disciplina, jam antea penitus pessumdata, ne dicam extincta, sese per univèrsium mundum paulatim diffunderet; siquidem *nulla pars Romani orbis ignorabat, quod Roma didicisset.*

ioan. 10. 4.

7. Et quia ad pastoris munus præcipuè spectat, ut gregem suum præcedat, & ad bona pascua ducat impingandum: *Ante eas vadit, & oves illum sequuntur* libenter enim oves pastoris sequuntur vestigia: ideo S. Carolus vitæ suæ vestigia in omnibus locis diocesis suæ, quæ ipsius operâ, prout in voto Cardinalis Pinelli habetur, facta est *Domicilium sanctitatis, devotionis & pietatis*, alioquinè impressa, omnibusque ovis suis sollicitè sectanda reliquit. Hugo Cardinalis verba illa Psalmi: *Infirmati sunt contra eos lingua eorum*, explicans adjungit, quibus ipsi prædicant; cuius rationem protinus subdit dicens: *Quia debilis est lingua, quam manus non adjuvat*; adducitque hanc S. Gregorii sententiam: *Loquentis austeritas perditur, cum vox opere non adjuvatur.* Porro sanctus Archiepiscopus balbus quidem erat in perorando, & tamen prædicatione fructus omnino stupendos inter auditores suos pariebat, eo quòd exemplo magis quàm voce prædicabat; naturæque defectum non solum per donum gratiæ, sed etiam per innocentissimæ vitæ suæ exemplaritatem, ac incredibilem zelum sui efficaciam abundè supplebat. Cleri luxum in vestibus, quibus sæculariter induebatur, reformavit, aspero semetipsum cilicio induendo, necnon per vestes simplices & multoties repetitas, quas sub vestibus Cardinalitij gerebat; scandalosas Clericorum comas & capillaturas reformavit, dum caput suum instar alicujus ad trisemes condemnati mancipii radi faciebat; conviviatorum quoque moderatus est superfluitatem & crapulas, dum ipsemet adeo modico & frugali victu usus fuit, ut sæpè numero integras Quadragesimas in solo pane & aqua tranlegerit: *Seipsum eximia sanctitatis præbuit exemplum.* Avaritiam repressit Ecclesiasticorum, nullas omnino de beneficialibus redditibus suis eleemosynas erogantium, quando ipsemet non solum de Ecclesiasticis, sed etiam de patrimonialibus proventibus adeo in pauperes munificus & liberalis, imo prodigus

2s. 63. 9.

Mansi Sanctuarii Tom. IV.

in lect.

fuit. Frequentiam item introduxit Sacramentorum, eo quòd ipsemet quotidie celebra. et & nonnunquam propria manu cibum Eucharisticum ut decem millibus fidelibus constantissimè pietate erogaret. Exhortabatur populum ad orationem, cui ipsemet integris noctibus sine intermissione deditus erat. Magno quoque mederi voluit abusui, qui in ipsius diocesi in magno cum scandalo irrepserat, nimirum multiplicatè beneficiorum in eodem subjecto concurrentium, residentiam licet ubique postulantium; atque ideo sexaginta millia scutorum redditus annui liberè in manus Papæ resignavit. Volebat insuper, ut qui se Dei servitio dedicaverant, per Ecclesiastici status assumptionem alieni prorsus essent & abstrahi à negotiis & mercimoniis sæcularibus, juxta illud Apostoli: *Nemo militans Deo implicet se negotiis sæcularibus*; & id eò principatum Urinatum ad se legitime pertinentem vendidit, & acceptum inde pretium in eleemosynam distribuit. Denique satagebat timorem Dei, virtutumque Christianarum in aulas Principum, & præcipuè Ecclesiasticorum introducere, ideoque familiam suam propriam ad talem spiritum & vitæ perfectionis statum redegit, ut Panygarola sapè dixerit, hoc unicum exemplum mundo hæcenus defuisse, ut videlicet aulam quandam videret adeo benè regulatam, ut quod virtutem & disciplinam attinet, nullæ etiam reformatissimæ religioni cederet.

7. *Bonus pastor.* Memorandum, quòd quando Deus, licet sciebat quod esset in homine, nihilominus non tantum semel, sed trines S. Petrum quoad virtutem charitatis examinare voluit, id tunc præcipuè fecerit, quando ipsum in Pastorem universalem totius gregis sui constituere decrevit: *Simon Ioannis diligis me plus* *his? Etiam Domine, tu scis quia amo te.* Dicit et: *Pasce agnos meos*; ut per hoc nos doceret, eos, quibus incumbit habere curam animarum, cor quoque caritate accensum habere debeant. Enimvero qualis & quantus amor ille fuerit, qui in hujus affectuosi pastoris corde exarsit, ex aliqua saltem parte in præcedenti Discursu significavimus. Itaque, qui legis Evangelicæ futuros eventus accuratè prædixit, inter cætera Deum hæc verba locutum fuisse scribit: *Ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis.* Isa 66. 12. Ostendatis mihi in toto veteri & novo Testamento, vel in cunctis historiis sacris vel unicum,

ioan. ult.

Isa 66. 12.

Q

si pe.

si potestis, in quo propheticum istud oraculum adeo perfecte adimpletum fuit, sicut in sancto Carolo; amoris namque teneritudo, qua oves suas viscerosissime prosequabatur, ad hoc eum coegit, ut in tempore levissimæ in urbe Mediolanensi, ejusque confinibus, grassantis pestilentiae, domos pernicioso contagio infectas ingrederetur, ut manibus peste vel languentibus, vel de facto mortuis infantulos suos ab uberibus abriperet, quas ad sinum suum paterno affectu astringens, salvabat à periculo, & lactari ab aliis sanis nutricibus curabat. Moyses impetrabili illà lorica armatus, de qua paulo ante ex sententia Chrysologi diximus: *Amor impetrabilis est lorica*; nihilominus die quadam coram Deo hiisce verbis lamentatus fuisse legitur:

Num. 11. 12

*Cur afflixisti servum tuum? quare non invenio gratiam coram te? At verò quodnam erat hujusce afflictionis ejus motivum? Hoc nimirum: Cur posuisti pondus universi populi hujus super me? In tempore levissimæ illius pestilentiae Deus Caroli hujus septuaginta hominum millia impoluit, ut eos medicinis curaret, aleret, foveret, vestiret, & unicuique plenè satisfaceret, nec unquam de hoc sibi imposito onere doluisse legitur; scitissime patientis animi sui veram causam? Sanctus Augustinus ait: *Qui amat, non laborat: solus amor est, qui nomen difficultatis erubescit*. Porro Moyses lamentationem suam prosequitur dicens: *Nunquid ego concepì omnem hanc multitudinem, vel genui eam ut dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum suum? Ecce tibi ergo viscerosissimum S. Caroli erga oves sibi commissas amorem, qui singulos populi diligit sicut filios suos, & velut partus cordi sui eodem in sinu suo portat.**

Ser. 48. de Temp.

8. *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.* Verè id S. Carolus præstitit; siquidem ut pestiferis in quovis eam abjectissimo ministerio serviret, cum evidenti vitæ suæ periculo se exposuit, propriam quidem vitam contemnendo, non tamen vitam aliorum; siquidem unumquemque serio sapè, ne nimis pestiferis appropinquaret, monuit, idque metuens ne contagione alii corripentur. Refert Panigrola, quòd cum die quadam cum S. Carolo de amore, quo Episcopus suam debet prosequi Ecclesiam, dissereret, is ei dixerit, quòd postquam usque ad desiderium moriendi pro ea per-

venit, adhuc intensiores & eminentiores charitatis gradus invenerit, quo verus zelosusque pastor ascendere debeat. Historicus quidam fultus describens quàm deploranda fuerit in tempore pestilentiae Mediolanensium calamitas, tandem subjungit: In hac eadem calamitate datam fuisse sancto Carolo optimam occasionem re ipsa probandi & demonstrandi, suam sanctitatem fictam aut hypocritam nequaquam esse, prouti aliis æmuli ejus calumniabantur; sed potius veram esse & sinceram: similiter se non tam mitram amasse aut purpuram, quàm Petri Ecclesiam; siquidem tamen diversi Theologi valde laborarunt, ut ei persuaderent, quatenus plurium aliorum Episcoporum exemplo se nonnihil ab evidentibus mortis periculis subduceret, illis tamen neutiquam consentire voluit, sed potius vitam pariter & facultates pro ovium suarum salute prodigere elegit; per hoc clarè demonstrando, se de eorum numero esse, quos nobis Salvator noster tanquam veros Pastores delineavit: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis, mercenarius autem fugit*. Quàm obsecro funestum, lugubre & lachrymosum spectaculum fuit illud, quando laqueum ex collo suspensum gerens, cineribusque toto corpore resperlus, per civitatem processionaliter gradiabatur ponderosa quadam cruce manibus onustus, ut se in peccatorum populi sui expiationem Deo placitam offerret victimam; & quando in pede ferrum quoddam præacutum offendens, graviter vulneratus ex accepto vulnere lapides per viam sanguine copioso tingebat? *Dixit ut disperderet eos, si non Moyses electus ejus stetisset in confratatione: stetit Phinees & placavit, & cessavit quassatio*. Rupertus Abbas ad propolitem nostrum aptius loqui non poterat, quàm dum ait: *Ineffabili charitatis vulnere scinditur, cuius sanguinem absque reverentia videre non sustinet Altissimus.*

Ps. 105. 23.

9. In libro Exodi refertur, quòd Moyses ut se ab Amalecitis tueretur, miserit Josue bellicum ducem ad præliandū contra Amalec; sed quod vel quale munus sibi Dominus assumpsit? *Ego stabo in vertice collis*, ait Moyses, *habens virgā Dei in manu mea*. Et hæc eadem virga ipsum contra Amalec gloriosè triumphare fecit. Simili modo quando divinæ justitiæ gladius à Deo adversus Mediolanensium populi peccata strictus

Exod. 17. 9

esset;

effet; mysticus ille Moyses S. Carolus virgam Crucis sacro clavo Dominico onustam seu potius honoratam apprehendit; etenim ut quidam Interpres ait: *Virga illa significabat Crucem Christi factam de ligno.* Et Dionysius Carthusianus ait: *Moses voluit se Deo representare ut Prælatum populi, ut magis exaudiretur pro populo sibi commisso; idèdque tenuit virgam.* Utique sanctus Archiepiscopus noster ad Deum conversus, idem quod quondam David in simili pestilentie occasione dixit, prostratus fuit: *Ego sum qui peccavi, ego iniquè egi; isti qui oves sunt, quid fecerunt?* Fuit autem hæc à sancto Carolo sumptis pro salute in sacrificium facta oblata Deo adeò grata & accepta, ut cum Anno 1524. intra quatuor mensium spatium mortua fuissent, quinquaginta hominum millia, tunc econtrà mortua tantùm fuerint septendecim millia, non obstante quòd populo totius multitudo ad trecenta hominum millia facile ascenderet.

10. *Pastor bonus.* Revocandus est hoc loco vobis in memoriam Pastor, qui nonaginta novem ovibus in deserto relictis, ovis perditæ vestigia cum tot laboribus & molestiis perquisivit, inventam verò humeris suis imposuit, illamque sanam & incolumem ad ovile suum summo cum júbilo deportavit. Porrò S. Carolo tanquam summi Pontificis pro tempore regnantis Nepoti, & in Ecclesie gubernatione coadjutori, universi Christi grex recommendatus erat; at verò charitate succensus & stimulatus relictis nonaginta novem ovibus, id est, dimissis quas hæcenus sollicitè non minùs quàm feliciter gesserat, universalis Ecclesie curis, Româ discessit, se recepit ad acquirenda oviculæ perditæ, id est, languentis Mediolanensis ecclesie vestigia, ideoque tantis cum molestiis & laboribus per prærupta Alpium oberravit, donec tandem inventam in pristinum Ambrosianæ faciei statum salvam reduxit. Quot Synodos, quot Concilia tum Diocesana, tum Provincialia, quot Congregationes instituit, quot denique leges & constitutiones saluberrimas condidit, ut perditam hanc oviculam ad ovile reduceret? *Peccata eorum pertulit in corpore suo, ut iustitiã viverent;* quod idem fuit, ac si oviculam prædictam in humeros suos sibi imposuisset: *Imposuit in humeros suos;* siquidem ipsemet poenitentiam pro peccatis populi sui facere voluit. Quis un-

quam audivit vel legit, quòd pastor, ut insecum gregem suum sanaret, portiones amarissimas ore suo proprio sumpserit, aut venam sibi incidere fecerit, ut gregem sanitati pristinae restitueret? Ecce tibi igitur amorem immensum; ecce, inquam, Pastorem ipsius sollicitudinem: quippè ad expiationem crapulæ populi Mediolanensis, de quo jam diximus, perpetuo semetipsum & rigidissimo jejunio maceravit; ad excutiendam & diluendam somnolentiam & lethargum, cum inter tot abominanda vitia per tot annos Mediolanenses Dei quasi totaliter oblit, insepulti fuerant, integras noctes insomnes in continua oratione traduxit; & ut uno verbo multa absolvam, ex amore quo populum suum prosequeretur, adversus innocentissimum corpus suum mortale quoddam sive perpetuum concepit odium. *Vadit ad illam qua perierat, donec inveniat eam.*

11. Christus Dominus noster non sine ingenti mysterio prælati dixit: *Vos estis sal terra;* quia sicut inter alias salis proprietates una est, quæ intimas ciborum, quas condire debet, partes penetret. in semetipso colliquecens, seque consumens; eodem quoque modo sanctus hic noster Archiepiscopus, inaccessas diocesis suæ alpes pervasit, reconditissima ferarum antra in eis penetrando, semetipsum tot fatigationum, nivium, glaciei, pluviarum, immodicis aestibus, famis, sitis, vigiliarumque molestiis, nec non aliis austerissimis rigoribus totaliter confecit, & viribus omnibus exhaustis; majorem itineris sui partem pedes confecit, & quidem sæpe in ejuscemodi pedestri itinere calceis affixos habebat dentes ferreos acutos, ne è montanis congelatis, & indè natâ lubricitate pedes elisi ipsum præcipitarent; per sæpè etiam in locis acclivioribus magisque arduis rependo progrediebatur; qua in occasione manus ei sæpè præ rigido gelu ruptæ sunt, aliàs etiam ob excessivos & infuetos, quos in similia pedestri itinera adhibebat, labores, ad sudorem usque sanguineum insudabat: *Vadit ad illam qua perierat, donec inveniat eam & imponit in humeros suos gaudens.* Et eo quidem sine gregem suum in propria persona sæpissimè visitando, eidem de idoneis sacerdotibus, verbo Dei prædicando, doctrinâ Christianâ tradendâ, Sacramentorum frequentiâ ultrapandâ abundè providit; hacque ratione speluncam in orationis domum per sæpè convertit, idèdque diocesis Mediolanensis, ut supra

Gen 31.

Lib. 1. ep
136.

vidimus, vocatur *Domicilium sanctitatis, devotionis, & pietatis*. Melius igitur quam alius ille armorum pastor dicere poterat: *Die nocturne est urebar & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis.*

12. Imponit in humeros suos. Porro S. Ildorus Pelusota pallium, quod Archiepiscopi inter cetera sua ornamenta Archiepiscopalia gerunt, declarans, viam nobis aperit intelligendi, quanto cum jure S. Carolus illud in suis humeris portare meritis fuerit. Dicit ergo: *Illud enim amiculum ex lana contextum, quod illi gestant humeris, vis illius, quam Dominus aberrantem qua sivit, inventamque humeris suis sustulit, pellem designat.* Ad munus quoque pastoris valde specialiter spectat, quod oves suas accuratè cognoscat: *Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me mea.* Et hæc est præcipua ratio, cur S. Carolus omnes videre, singulisque providere voluerit. Quolibet mense informationem & relationem requirebat de omnibus ovibus suis, tamen si numerus eorum ad usque nongenta millia ascenderet. Dicere enim solitus erat, quod vel unica tantum anima maximi Pastoris regimen vigilantiamque mereretur. Indè factum est quod nonnulli dice-
si suæ subjecti erga sedem Apostolicam contumaces, hæresisque labe contaminati, necnon

multis aliis vitiis obnoxii populi, per adhibitam ejus operam protinus optimi facti Catholici; qui deinceps interrogati quodnam fuisset conversionis ipsorum motivum, responderunt, se sublati in cælum manibus Deo gratias agere, quod tandem aliquis eos invisset, qui affectu verus pater, tantæque charitate præditus Pastor erat, idque ut in viam salutis eos reduceret, quique nec lanam, nec lac ovium suarum, prouti hæcenus alii fecissent; sed solum & unicè animarum suarum bonum requireret. S. Augustinus de S. Cypriano scribit: *Vicinâ corporis morte non moriebatur in animo Pastoris vigilantia pastoralis, & cura tuendæ gregis.* Enimvero si placet, legite in vita hujus sancti Cardinalis, qualiter sollicitudo Pastoralis non solum in itinere, sed etiam quando ex monte Verallo Mediolanum semivivus rediit, magis quam unquam aliàs eluxerit; dum enim palatii Archiepiscopalis gradus ascenderet, de sua corporis sanitate mimè sollicitus, neque eandem medicorum providentiæ commendans, totam suam sollicitudinem in quendam ostiariorum suorum infirmum, qui in eadem cum ipso societate venerat, directam habebat. Undè satis est, & manet perspicuum, quod *Charitas non quarit que sua sunt. Vicinâ corporis morte non moriebatur, &c.*



Ejus

Ejus in obsequiis & veneratione totius mundi positi profunda humilitas suspicitur.

DISCURSUS TERTIVS.

Sola gaudet humilitate Deus.

1. **Q**uotiescunque assumpti thematis verba, nobilissimam, inquam, illam sententiam in peripheria effigiet S. Caroli per circuitum descriptam, vel etiam in gentilitiis armis ejus, unicam hanc dictionem

Humilitas, ad instar coronæ Regalis incisam seu insculptam esse video, toties de novo dicere posse videor monitum illud salutare Gregorii Magni, qui Archiepiscopo Ravennati scribens, ita ait: *Nihil in Episcopali cervice splendidius fulget, quàm humilitas*. Enimverò quòd rubinus aliquis, vel smaragdus, vel alia quævis auro comparabilis gemma diademati regio inferatur, nihil in se raritatis habet, quia id praticatur continuo; at vero si particula quædam lateris, vel alterius terræ fictilis seu coctæ inter mediâs uniones & margaritas, aliasque inæstimabilis valoris gemmas in corona regia infereretur, id profectò ob rei novitatem sine stupore non fieret. Negari equidem non potest, quin humilitas in multis quoque aliis eminentibus Sanctis valdè conspicua fuerit; veruntamen advertendum, potiorem talium Sanctorum partem annos vitæ suæ in claustris, vel in solitudinibus vitam suam traduxisse, ab hominum oculis sequestratos, ac proinde à mundo vel parum agnitos, vel parum æstimos, quin potiùs miris sæpè modis afflictos & infelatos; at verò in sancto Carolo miraculum meo judicio prodigiosum, insolitum, omnique carens exemplo fuit, quòd contemptus ille & vi-

lis æstimatio, quam in conceptu suo proprio de seipso habuit, eo tempore in ipso eluxerit, quo in tanto respectu & veneratione in universo mundo semper fuit; fuit enim humilimus, non in eremis, sed in gloriosissimo humanæ dignitatis & excellentiæ culmine: heroicum quendam sui ipsius contemptum in corde suo tunc desixum habuit, quando eum Pontifices, Imperatores & Reges summè venerabantur. In Theodosii panegyrico dicitur: *Vix cuiquam contigit, & abundare fortunâ, & indigere arrogantia*. E. clarissimus sanctus Hieronymus dicit: *Plus est animum deponere, quàm cultum; & difficilius arrogantia, quàm auro caremus & gemmis*. Arbor illa, quam in sublime ramos suos extendere, ac suo tempore fructuum multitudine onerari volumus, profundas in terra radices figat, necessum est; quid igitur mirum si hæc arbor, quæ in cælorum sublimia evehi, atque in fertili Ecclesiæ agro copiosissimos fructus edere debebat, adeò profundas in hac humilitatis virtute radices egerit? nam ut sanctus Bernardus ait: *Oportet humiliter sentire de se nitentem ad aliora*. Multi quidem sunt, qui in conceptu & æstimatione propria humiliantur, licet apud alios honorati & sublimes non sint; at verò maximum summèque stupendum humilitatis meritum in eo consistit, ut quis humilis maneat, sibi que ipsi vilescat inter mediâs laudes, & obsequiorum applausus, inter coronas & scepra, & in media thesaurorum affluentia. Audite Albertum Magnum virtutem hanc egregiè describentem; dicit igitur: *Humilitas est oculus ani-*

Latin. Pa-
cat. ep. 300.

Serm. 34.
in Cant.

Serm. in
Dom. 3.
Advent.
m. 3

na, per quam homo conditionem suam & statum suum verissimè recognoscit; humilitas est virtus, qua homo verissimâ sui cognitione sibi ipsi vilescit. Equidem primâ facie impossibile esse videtur, quòd humilitas juxta hanc datam definitionem in sancto Carolo locum habere potuerit; & tamen illum in gradu valdè eminenti cordi suo indelibiliter inferere ac imprimere novit. Ratio autem impossibilitatis est, quia quando oculo veritatis ad seipsum & actiones suas se reflectebat, nullam prorsus invenire poterat sibi ipsi vilescendi occasionem, utpotè ex nobilissima totius Italiæ familia natus, multorum territoriorum ac statuum proprietarius Dominus, serenissimis aliis Principum familiis per parentelam & affinitatem agnatus Cardinalis, & Nepos Papæ regnantis; Ecclesiæ alicujus ex insignioribus Europæ Archiepiscopus, nonaginta millium scutorum annui censûs locuples, ab universa Curia Romana summo in honore habitus, omnibus mundi Potentatibus ob maximè arduorum totius mundi negotiorum dispositionem ejus arbitrio concreditam charus, ob multorum regnorum sibi incumbentem protectionem, propter eminentissimarum dignitatum & munerum, quæ sustinebat, auctoritatem, formidolosus; quoniam igitur modo verissimâ sui cognitione sibi ipsi vilesceret? undeam contemptûs & vilipendii sui ipsius desumere poterat motivum? forsitan exindè, quia non correspondebat dignitati illi, ad quam illum Deus exaltaverat? sed quis unquam fuit, qui majorem ipso sacræ purpuræ splendorem attulit? etenim si penes Ecclesiam nullum haberet aliud meritum, hoc unicum sufficeret, quòd operâ & industria ipsius præcipuè Concilium Tridentinum ad suam perfectionem & consummationem perductum fuerit. Pius V. Pontifex adeo sanctus, & in omni actione sua circumspectus, ipsum etiam num viventem omnibus Episcopis & Cardinalibus, tanquam verum sanctitatis speculum proponere solebat. Quomodo verissimâ sui cognitione sibi ipsi vilesceret? quippè qui conscius sibi erat verè se possidere heroicas sequentes virtutes, scilicet pudicitia, etiam, ut creditur, virginalis; charitatis, quam facultates suas in pauperes distribuendo probabat, austeritatum corporalium, quas exercebat, cilicio se vestiendo, in pane & aqua jejunan-

do, in platea non verò in plumis dormiendo; &c. Et sic deinceps de aliis virtutibus, adeò ut in Bulla Canonizationis ipse dicatur, ipsum fuisse *Terrena calcantem, cœlestia jugiter negotiantem, & sicut officio in Angelum substitutum, ita etiam mente & opere vitam Angelorum in terris amulantem*. Quo igitur modo sibi ipsi vilescere poterat? Abhinc igitur facile cognoscere possumus, ad quam sublimem pertigerit sanctitatis gradum; siquidem, ut sanctus Gregorius scribit: *Sancti quanto magis divinitatis interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse conspiciunt*; id quod non nisi experientia propria edoctus scripsit, utpotè qui in suprema Papatus dignitate constitutus, humillimus semper remansit. Sanctis Apostolis, de quibus Ecclesia ita canit; *Vera mundi lumina*; quique industria suâ converfuri erant mundum, Salvator noster ait: *Cùm hæc omnia feceritis, dicite: Servi inutilis sumus*. Ideam quoque sibi dictum fuisse arbitrabatur sanctus Carolus; quia tametsi cuncta ejus opera heroica essent, omniumque oculos per stuporem ad se raperet, ipse tamen illas tanquam tales minimè censebat, quin potius se in servitio Dei inutilem se, nulliusque frugis operarium esse arbitrabatur.

2. Isidorus Pelusiotâ ait: *Qui virtutes suas magnas reddere cupit, ne eas magnas esse existimet, & tunc magna erunt*. Paulò antè audivimus, qualiter Bulla Canonizationis Carolum *cœlestia jugiter negotiantem*, esse dicat, & quidem ut in hac negotiatione tantò majus sibi lucrum compararet, curabat ut activa vita in seipso contemplativæ perpetuò unita perseveraret; neque enim unquam quoad se Martham à Magdalenâ passus est sequestrari; & tamen quia sibi videbatur se in operibus externis interiorem dissipare & perdere spiritum, ideo particulare sibi tempus designaverat, quo vel montem Verallum, vel Camaldulas, vel sanctam domum Lauretanam inviteret; seque ibidem per solitudinem nonnihil subducendo magis intervallesceret, artiusque Deo uniret. Porro de omni eo, quicquid in excessibus suæ reformatione præstiterat, adeò humiliter apud se sentiebat, ut visitorem quandam Apostolicum postulârit, qui, ut ipse in supplicatione agebat, commissos censuraret errores, & emendaret. Dum Româ abiturus Gregorio XIII.

(qui

Lib. 18.
Mor. c. 27.Lib. 3.
ep. 375.

(qui quondam illi in qualitate & munere Auditoris inferviebat, & in cujus assumptione curanda meliorem habuerat partem) valediceret, qualem ab eo petitionem sollicitasse existimatis eum, qui de Ecclesia Dei adeo benè meritus, dignusque omnino erat, cujus precibus Pontifex per omnia annueret? Plinius in Panegyrico Trajani ita scribit; *Cui nihil ad augendum fastigium supererat*; quod idem de magno hoc Cardinali dici poterat; neque enim dignitatem majoris excellentiæ, majorisque venerationis & sanctitatis habere poterat; quænam igitur crescendi, & fastigium suum augendi modus illi superesse poterat? Is tantùm unicus erat, nimirum *Hoc uno modo crescere potest, si se submittat*; & quidem ut hoc modo augere se possit, hanc sibi gratiam à sua Sanctitate indulgeri instanter postulat, nimirum ut titulum Cardinalitum sanctiæ Prædixi tanquam sibi hæreditarium vendicare liceret, cum potestate nomen simul & arma sive insignia familiæ Borromææ totaliter quoad se abolendi, utendo deinceps in sigillo suo effigiebatur S. Ambrosii, & S. Martyrum Gervasii & Prothasii; qua potestate à summo Pontifice pro voto impetratâ, omnia domus seu familiæ suæ passim per universum palatium Archiepiscopale, necnon in omni supellectile sua, sive sacra illa esset, sive familiaris & domestica, aboleri fecit, nec unquam deinceps memoriam aliquam sui nominis in ædificiis, quæ aliàs vel de novo erexerat, vel saltem restaurarat, vel censu annuo locupletarat, qualia sunt Ecclesiæ, Seminaria, Collegia, Xenodochia, superesse permisit. *Hæc dicimus* (inquit S. Hieronymus de S. Paula) *quod habentibus grandia sint, sed quod contemptibus mirabilia*; licet igitur dignitas, qua præfulgebat, ob sui eminentiam incrementa capere non posset, in ea tantum mirabiliter ad auctus fuit per altissimam humilitatem tuam. *Crescere potuit, quia se submittit*. In laboriosissimis visitationum suarum itineribus per sæpè pedes ambulabat, imo tunc ex compassione & humilitate fervos suos à sarcinarum portandarum oneribus per sæpè sublevarat, humeris suis easdem imponendo & portando; totum capitis sui verticem haud secus ac si mancipium aliquod ad trirèmes condemnatum fuisset, radi fecit, licet id sine sumptibus derisus & contemptu nunquam faceret, ne pedem quidem extra provinciam ponere audebat, nisi petita prius à

seniori Episcopo licentiâ; eundemque styllum semper observavit, quoties verbum Dei extra provinciam prædicandi occasionem aliquam nactus fuerat; tantam Patri suo spirituali semper & ubique detulit reverentiam, ut nunquam nisi cum profunda ipsi exhibita capitis inclinatione ipsum transierit; duobus specialiter deputatis hoc munus imposuit, ut eum, licubi erraret, liberè corrigerent, imo si casus aliquis ita postularat, ipsum omni cum libertate & severitate acriter reprehenderent, ipsorum super hoc munere conscientiam specialiter gravando.

3. Cùm die quadam ei à nonneme relato esset, Prælatus quendam, qui per ipsum ad altiora subvectus fuerat, summo Pontifici efficaciter dissuasisse, ne ipsum ut potè balbutientem arduæ cuidam imminente legationi adhiberet; protinus illum vera locutum fuisse respondit; imo hanc tuam imperfectionem ultro citroque agnoscens, dicere solitus erat, se mereri, ut Dei dispositione in pulpito consistens, subreptè obmutesceret, eo quod munus hoc abique dato ei ad hoc divinitus talento obire præsumeret, gratumque sibi futurum, si eam ob rem aliquam tubere cogeretur contusionem.

4. Hugo Cardinalis textum illum: *Lepræ sculus plebs invalida*, de Prælati exponendum esse dicit, qui ex humilitate se muneribus suis obeundis arbitrantur esse insufficientes; *Hi sunt boni Prælati, qui se invalidos ad onera prælationis affirmant*. Hi etenim à Sapiente leporibus assimilantur: *quia semper labia habent in motu, ita Prælati nunquam debent cessare à prædicatione*. Enimvero vigilantissimus hic Pastor nosse id ipsum in se perfectissimè & indefessè adimplevit; nam ut Bulla Canonizationis de eo loquitur: *In prædicatione verbi Dei ita frequens erat, ut planè in omni patientia & doctrina impleret ministerium suum, vigilando, laborando labore plane incredibili, ita ut quadraginta horarum solemnibus precibus continuò assistens in jejuniis & vigiliis, singulis horis ad populum admirabili patientiâ sermonem haberet*.

5. Verùm dices fortasse, quem fructum producere, aut quam satisfactionem dare prædicando poterat, qui balbus erat? Bahlius Seleucus ait: *Moses habito cum Deo colloquio honoratior seipsum ut vilem abiecit, impeditoris &*

Provi. 30.
26.

In Bulla 17

cardio-

tardioris lingua sum; at verò qualemnam hæc ejus excusatio exitum habuit? *Quandò factum comprimit, tantò gratiam attrahit*. Quia enim sanctus Carolus sese humiliando imperfectio nem suam in se liben. agnoscebat, & tamen in ministerio verbi Dei constanter perseverat, non quidem propter applausum, quàm ut Pastoralium muneris suo corresponderet; ideo Deus *diffudit gratiam in labiis suis*, ut pari cum gustu & frequentia audiretur, quàm si facundissimus quidam & eloquentissimus fuisset Chryso- stomus.

In cap 14. Exod. 6. Abulensis Episcopus præceptum Moy- si hæc verbis: *Loquere filiis Israel*, imposi- tum considerans, ita scribit: *Antequam Moy- ses in magna auctoritate haberetur, dicebat, ut alius loqueretur pro eo, ne verba Dei, qua dicebat, ineptitudine lingua sua negligeren- tur; postquam fuit habitus in magna aucto- ritate, quantumcumque balbutiens esset, au- ditur. Efficacissimi cum facundia non tam lin- guâ, quàm innocentia, & irreprensibilis vi- tæ suæ exemplaritate loquebatur, zelus salu- tis animarum, necnon æstimatio & veneratio auctoritatis, quam sibi penes mundum concili- arat.*

Epist. 120. 7. Dices nihilominus, quonam igitur modo respondere poterimus, si quis adversus hu- militatem objiceret, ipsam nequaquam acce- ptare renuisse mitras, nec purpuras, nec quas- vis alias dignitates humanas, ut omnibus pas- sim constat? ad hoc ipsummet sanctum Cardi- nalem verbis sancti Augustini respondere sinamus, dicentis: *Ecclesia utilitatibus servo, cui non tam præesse, quàm prodesse desidero*. Compertum namque est, ipsum nunquam ambivisse, nec prætendisse, aut quævisse hono- res; siquidem avunculo suo in dignitatem Pa- palem assumpto, Mediolano nec pedem effer- re voluit, nisi speciali ejus præcepto eum ad id per obedientiam cogente. Frater quidem ipse tametsi secularis, avunculi sublimissimâ ele- ctione perceptâ, Romam subito per postam ad- volavit non tamen ipse, qui jam Ecclesiastico in statu positus erat.

8. Considerandum est igitur, tribus potissi- mum contemni aut detrectari honores: vel dum acceptantur nunquam procurati, nec per ambi- tionem extorti aut quæsti, vel dum renuntian- tur honores sponte oblatis; vel in dignitate ac-

cepta summa cum modestia & humilitate sese habendo; & omnibus hæc tribus modis hu- militas in ipso egregiè resplendit. Porro san- ctus Gregorius de Saulæ, qui ne in Regem eli- geretur, sese abscondit, ita scribit: *Sancti viri pralationis officium, quantum possunt fu- giunt*; (Idque Sanctus noster accurate executus fuit, quando, ne Papa crearetur, fugâ se sub- duxit) *sed si à Domino provisi sunt, delitescere nequaquam possunt*. Enimverò qua fronte sanctus Carolus avunculo se opponere poterat, cujus in Ecclesiæ universalis regimine brachium dexterum futurus erat? ceterum quando in sua relinquebatur libertate, dignitate tales, quæ in Curia Romana maximi ætillantur, summo- que in pretio habentur, renuntiavit, quales suat supremi penitentiarii, Camerari sanctæ Ro- manæ Ecclesiæ, & aliarum multarum similes, quæ octuaginta millium scutorum annuum censum se- cum subinferebant, retinendo Archiepiscopa- tum Mediolanensem, utpotè qui præter grave onus nihil habebat, ut in sylvescentis illius vi- neæ cultura laborandi occasionem sibi acquire- ret; & quia mundani homines oculum non ha- bent satis perspicacem, quâ veram humilita- tem ab animi dejectione & pusillanimitate dis- cernere possint, ideo Romam ad Papam ip- sum detulerunt, quasi qui Cardinalitiam digni- tatem in contemptu degenerare faceret, non in- telligentes, quod ut à principio diximus, *nihil in Episcopali cervice splendidius fulgeat quàm humilitas*.

9. Ceterum quantum in hac virtute san- ctus noster Cardinalis profecerit, magna cum confusione sui ipsius fateri coactus fuit ipsemet malignus superbiæ spiritus, qui eandem sæpè obstupefcebat; nam ut sanctus Bernardus ait: *Serm. 45. Rara avis in terris, aut sanctitatem non per- dere, aut humilitatem sanctitate non exclu- di*. Et enim dum sanctus Archiepiscopus die quadam Ecclesiam ingrediens, peniculamen- tum aut syrma purpuræ suæ pro more dignita- tis Cardinalitæ per terram fluens post se tra- hendo, superbus ille spiritus è quadam energu- mena (quam eo temporis momento coactus est deserere) eidem hæc verbis exclamavit: *O si huic purpuræ tuæ sirmati non nihil super- biæ inspergere possem! quasi dicere vellet: se utriusque promittere sibi audere, quòd sublime il- lud ædificium, quod in anima sancti Caroli ædi- fica-*

Colla

Ser. dom. post

Dial

ficatum cernebatur, susque deque inversurus esset, dummodo profundo humilitatis fundamento aliquem superbiam flatum aut ventum subijcere prævaleret; nam ut sanctus Bernardus ait: *si amittitur humilitas virtutum aggregatio nisi ruina est*; subverso enim fundamento, aulas quoque, Cameras, conclavia, peryptilia, hospitia, picturas, statuas, apparatus, & quicquam demum elegantiam aut ornamentorum intus est, pariter subverti & dissipari necessum est. At vero ut Cassianus ait: *Humilitas est cælestis ædificii firmissimum fundamentum*.

Collat. 15.

Ser. 5. in
dom. 2.
post Epip.

10. Humilitas, ut S. Antonius Paduanus ait: *procreatrix est virtutum caterarum*. Et idem si certò humilitatem in ipso summo in gradu eluxisse convincere & persuadere volumus, id melius aut efficacius non obtinebimus, quam si cum cunctis heroicis virtutibus conspicuum præfulsisse, liquidè demonstramus. Et quidem charitatem ejus hic non memorabo, si quidem de ea in discursibus præcedentibus abundè diximus; at verò *Humilitas est præcipua nutritrix charitatis*, ut S. Catharina Senensis ait. Paupertas in ipso major fuit, omnique exemplo caret; pro quo sufficiat adducere illud ei ab Ecclesia attributum elogium, quod scilicet *Pastoralis sollicitudo eum gloriosum reddiderit*. Animi sui generositatem & invictum robur in eo probavit, quod non obstantibus ministrorum regionum, omniumque aliorum violentis oppositionibus, immunitatem Ecclesiasticam solus ipse intrepidè sustinuerit. ejus à cognato sanguine alienatio tanta fuit, ut vere dicere potuerit: *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filius matris meæ*. Cujuscunque humani respectus constantissimus contemptus, nec non incorruptæ cujusdam justitiæ integritas, pari in ipso gradu resplenduerunt; in præmiandis bonis & benè meritis magnanimus, in castigandis verò obstinatis severus & rigidus fuit. Virtutem Religionis demonstravit in eo, quod ut cultus divinus convenienti cum decore celebraretur, strenuè procuraverit. Zelum salutis animarum in eo maximè emicuit, quod tanti æstimavit, tantumque curavit in particulari & seorsim singulas, quanti & quantum æstimavit & curavit omnes collectivè sumptas. Sinceritatem quoque & ingenuitatem suam cum singulari industria & prudentia Christiana conjunxit. Pariter in eo rigorosa quædam sensuum suo-

Manfisi Sanduaris, Tom. IV.

rum custodia, & continua mortificatio interior & exterior per asperrimas corpori adhibitas austeritates & rigores, sese prodidit; Denique invicta quædam in tot sibi obviis contradictionibus, & illatis injuriis patientia in eo emicuit: siquidem *quis piè voluit vivere in Christo persecutionem patientur*; Et præter ac inter has omnes virtutes submissionis & humilitatis virtutem specialissimè exercuit; nam ut S. Gregorius scribit: *Non enim grande est iis nos esse humiles à quibus honoramur; quia hoc secularis quilibet facit, sed illis maxime humiles esse debemus, à quibus aliqua partimur*; Nam *Psalmista dicit: vide humilitatem meam de inimicis meis*.

Lib 2 ind.

10.

11. Verùm enim verò fortassè persuasum vobis erit, quod ex quo S. Carolus totus in eo fuit, ut in proprio suo conceptu vilesceret, & contemneretur, idem penes mundum in minori respectu & æstimatione fuerit? Fallimini profectò, si verè ita factum esse existimatis, Rupertus Abbas circa illa Baptistæ à Christo dicta verba: *Non surrexit inter natos mulierum major Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, major est illi*, ingeniosam quandam observationem instituit, & dicit, Christum posteriora illius sententiæ verba de semetipso intellexisse; at verò quod apud dictum Abbatem ad nostrum propositum vel maximè servit, est quod paulò post sequitur: *Dicit enim idem Cardinalis de Christo; Minor vel minimus omnium nostrorum, miro modo ministrans, ut minimus regnat ut maximus*. Sanctus Carolus pariter *Ministravit ut minimus*. & tamen eodem profus tempore regnavit ut maximus, siquidem Pontifices summi & Reges ipsum etiamnum viventem, velut oraculum, & tanquam quoddam sanctitatis prodigium submissè venerabantur. Et quis unquam inventus est, qui in decore & magnificentia functionum Cardinalitiarum & Episcopaliū majori cum veneratione & majestate in throno resedit ac ipse?

12. At verò ex quo veram humilitatem per necessariam consequentiam confectatur exaltatio; siquidem *qui se humiliat, exaltabitur*, ad ipsam quoque suscipiendam nos accingamus. Enim verò ad ultimum usque spiritum dicere potuit: *Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis*, non solum ob perpetuam suipsius contemptum, sed etiam quia in extremo vitæ cinere conspergi voluit. Severus

Gen. 18.

27.

R

Sulpi.

Epist. 3.

Sulpitius de S. Martino dicit (nos autem ipsam quoque de nostro sancto Prælo dicitur posse) Cum jam per aliquot dies febrium teneretur, non tamen à Dei opere cessabat pœnere in oratione & vigilijs fatiscens artus servare spiritui coquebat, nobili illo stratu suo in cinere & cilicio recubans Beatus verò Laurentius Justinianus de eodem S. Martino ait: *Quanta humilitatis, quantaque perfectionis exultavit in exitu illius hora percipitur, in qua non in ornato cubili, nec in molli stratu, sed in cilicio decubuit & cinere* Ecce tibi hic delineatam mortis S. Caroli vivam effigiem; utporè qui cilicio contextus, & conspersus cinere mori quoque voluit, ut appareret & esset pœnitens, qui innocens semper & perpetuo vixerat, sub illis cineribus sanctitatis suæ lucem abscondere voluit: at verò Deus bonorum remunerator liberalis & munificus, innocentiam & sanctitatem ejus, tanto amplius non solum Christianismo, sed & coram toto mundo publicavit, aded ut ipsissimè fidei nostræ hostibus stuporem incusserit. Dum adhuc viveret sanctus Carolus eum corpori suo sepeliendo locum destinavit, qui vel maxime ab ingredientis & exeuntis populi frequentia calcaretur pedibus, ut se hæc ratione illius se orationibus commendaret, prouti in sepulchri inscriptione clarè videtur: Deus autem locum illum non calcandum pedibus, se potius gemmis & unionibus, nec non auro argentoque copiosissimo exornandum esse decrevit, aded ut jam quilibet felicissimum se factum esse arbitretur, si loco illi, quem hominum pedibus calcari Carolus voluit; oris sui osculum reverenter insigere possit, frequentetur jam deininceps locus ille ab omnibus terræ provinciis & regnis, sitque in pari cum sepulchris Apostolorum suorum Petri & Pauli Romæ, vel S. Jacobi Apostoli Compostellæ veneratione.

13. Ante S. Caroli beatificationem, non jam dico ceræ, sed illius consumptæ reliquiæ ad summam centum & amplius scutorum quolibet mense ascendeabant (ita enim scribit Author) qui de admirandis ipsius eventibus scripsit, similiter unius tantum diei eleëmolya ascendebat supra summam ducentorum scutorum; Præterea intra quatuor mortem ipsius immediate subsequentes annos illata fuerunt 8019 vota argentea, tabellæ verò argenteæ 1441. & alia dona quæ ascendeabant ad triginta octo scutorum millia.

14. Ex quo etiam Beatorum corporibus hæc ab Apostolo facta fuit promissio, quod scilicet Deus reformabit corpus humiliatis nostræ configuratum corpori charitatis suæ, id quod de gloriosorum corporum dotibus intelligitur: sciendum est, quod idem ille Deus, de quo jure merito dici debet: *Omnia in sapientia fecisti*, paternè disposuerit, ut in alpihus illis montiumque præruptis, in quibus sibi ipsi aded viluerat, & in quibus corpus ejus ex laboribus plus nimium aded mirificè humiliatum erat, quando super nuda terra & arborum foliis pro nocturna quiete captanda fuit extensum, & castaneis crudis ad petendam famem pastum, ubi etiam vigiliis, famem, sitim, nuditatem, frigoraque rigorosissima perpessum fuerat; disposuerit inquam, ut in iisdem alpihus frustra quædam crystalli concreverent stupendæ magnitudinis, quæ dum Civitas Mediolanensis velut inestimabile quoddam donum, Hispaniarum Regi, tanquam supremo territorii illius Monarchæ & Principi transmittere decrevisset, idem ille Augustissimus Rex Catholicus rescripto suo protinus mandavit, ut ex illa preciosissima crystallo pro recondendo sancti Archiepiscopi nostri cadavere locus quidam seu Hierothea crystallina conficeretur, quæ tandem post multos annos multis gemmis lapidibusque preciosissimis præter adhibitam in eadem auri argenti que insignem quantitatem, artificiosissimè exornata sacrosanctum hunc thesaurum sinu suo excepit, qui hæcenus tot annis intra propriæ suæ humiliationis, proptique vilipendiæ terram & cineres absconditus fuerat, quæ deinum per solemnissimam quandam Processionem cum apparatu verè regio, cum ingenti populi Mediolanensis omniumque vicinorum Diœcesanorum applausu & jubilo circumlata fuit.

16. S. Hieronymus de S. Paula ita scribit: *Qua unius urbis contempsit gloriam, totius orbis opinione celebratur.* Id quod de sancto hoc Cardinali verissimè dici potest; hic enim multas actiones heroicæ ex humilitatis motivo ab humanis oculis abscondit, præcipue verò hic Romæ, ubi ad occultandam devotionem suam infra intempestæ noctis tenebras montem seu colliculum S. Mariæ majoris, in sanctæ illius à S. Luca depictæ imaginis honorem, nudis genibus adgeniculando ascendit: Deus autem hæc ejus pietatem in ejusdeam

Phil. 3.

P/

C. 2.

ejusdem sanctissimæ imaginis ad Capellam pontificiam Pauli V. translatione honorare voluit, disposuit enim, ut una cum eadem sanctissima imagine in una eademque solemni processione, insignis quædam, ejus reliquia deferretur, erigereturque pro securis deinceps temporibus pro hac sanctissima reliquia asservanda in ejus honorem & gloriam altare perpetuum. Porro funis, quem ex collo suspensum tempore sævissimæ illius pestilentia ad templum detulit. DEUS in sumptuosissima quadam in ejus honorem erecta Ecclesia, quæ S. Caroli de Catenari appellatur hic Romæ asservari voluit unionibus, gemmis, lapidibusque pretiosis sumptuosissimè distinctum; unde dicere potest: *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Adhæc quia se nobilissimo illustriamæ familiæ Borromææ

agnonime privavit, ita Deus eandem familiam in toto universo celeberrimam deinceps fieri voluit; & non obstante quod non sicut alii sancti hujus nominis participes, vel admodum pauci, nihilominus communiter nomini ejus illustrissima ejus familia Borromææ adjungitur, ut dicatur, S. Carolus Borromæus: Refertque idem ille author supradictorum admirandorum eventuum, qui circa S. Carolum acciderunt, quod pro solo tempore suæ canonizationis, habitus fuit computus vel numerus medaliorum, quæ hic cum nomine & cognomine sancti expressa fuerunt, qui inventus est ascendisse ad centum quinquaginta millicones, qui passim per mundum ad ipsas usque Antipodas dispersi fuerunt, adeoque qui suam conatus est celare nobilitatem, ejus Deus illustres natales toti mundo manifestos reddidit.

Ps. 15. 6.

Ex liliæ proprietatibus, ejusque spinis variæ S. Caroli virtutes manifestantur.

DISCURSUS QVARTVS.

Sicut Lilium inter spinas. Cant. 2. v. 2.

1. **P**rima quidem facie candidum lilium ineptum nonnisi videri posset symbolum ad describendam alicujus purpurati, & veluti rutilis rosis vestiti sancti gloriam. Veruntamen advertendum, quod ubi nostra vulgata legit, *lilium* alii, ut Titelmanus scribit, vertant *Rosam*. In ejus itaque laudem & honorem liliæ proprietates & encomia accuratius nonnihil examinemus.

2. *Sicut lilium.* Candidum lilium, prout cuius notum est, specialissimum est virginitatibus insignis; Unde Thomas Cantiprænsis ait: *Beata virginitas lilio comparatur propter candorem niveum.* Et verò quod S. Carolum attinet, fuit is tantus honestatis zelotes, ut gloriosas illas tum Doctoris Angelici Thomæ Aquinatis, tum S. Bernardini, tum denique

sancti Casimiri victorias in seipso sæpius renovavit. Bulla canonizationis postquam longum texuisset virtutum Carolinarum, quæ certatim in ipso resplenduerunt, catalogum, tandem subjungit: *Has omnes & sequentes virtutes exornavit mirum in modum castitate & pudicitia, quam in florenti etate, quam non leviter tentatus, illam fortiter defendit, ac diligentissimè semper custodivit.* Et enim sæpius ipsi per lenocinantia & præsentia objecta structæ fuerunt insidiæ, attamen semper in fugam eadem convertit impiger hic S. Philippi Neri æmulus, qui dicere solitus erat, quod in certamine seu prælio carnis soli ignavi semper vincantur; *Impudicus etiam mulieres ad libefaciendam ejus pudicitiam pluries immisus in vultu constantia fugavit.*

3. Sanctus Hieronymus licet rudi quodam asperrimoque cilicio amictus, à continuis

C. 29 n. 4.

ipsum ustulantibus Solis ardoribus exustus, à jeuniis continuis omnino extenuatus, in vasta solitudine Scorpionis & ferarum socius, ideoque intra eandem latibula reconditus esset, duroque silice pectus suum percuteret, atramen sola Choræarum quas Romæ quondam ante multos annos agitari conspexit, memoria periculosum ei fornicationis bellum indixit, prouti ipsemet ad Eustochium virginem scribit: at verò quod sanctus nollet in jucundissimo juveniliu annorum suorum flore, supremoque deliciarum & voluptatum apice, nec non inter lenocinantium syrenarum earumque præsentium incentiva veluti in media fornace Babylo-nica posrus nec ustulatus, nec à fumo ignis illius carnalis denigratus aut obfuscatus fuerit, hoc certè ingens, omniq[ue] exemplo carens prodigium est.

Epist. 12.

Epist. 2.

4. *Purpura non propulsat libidinem*, inquit sanctus Bernardus, quibus verbis dicere vult, quod tinea carnalis concupiscentiæ facilis in purpura, quam in saccis cilicinis generetur, faciliusque luxuria inter gaudia, voluptates, delicias, divitias, honores aliasque prosperitates contrahatur, quam inter aratri stivam & ligones. Franciscus quidem Assisinas carnales vicit tentationes, suæque puritatis nives intactas quidem conservat, sed non alio medio, quam nudo se corpore intra gelidas nives volutando. Sanctus Benedictus similiter per intactam castitatem verum quidem *lilium* fuit, sed *inter spinas*, quia ut illam illæsam conservaret, in densum quoddam se spinetum conjecit: Major autem gloria & singularis prerogativa Caroli fuit, quod non in medio nivium ut Franciscus, sed inter flammam sensualitatis; non se *inter spinas* volvendo sed vivendo inter rosas, id est, inter carnalis amoris incentiva & lubricitatis allicientes occasiones, juvenis etiamnum & nepos pro tempore regnantis Papæ, in curia Romana, omnia sua gaudens libertate, ab aliorum pessimo exemplo, pravaque consuetudine stimulatus, quod inquam inter omnes hæc circumstantias nihilominus se pudicum, & prout multorum est satis authentica opinio etiamnum virginem conservavit. Verissimum quidem est, quod S. Hieronymus scribit, nimirum: *In serico & in pannis eadem libido dominatur, nec*

Epist. 9.

Regum purpuras timet, nec mendicantium spernit squalorem; at verò veritas isthæc suam in candidissimo hoc lilio pauper exceptionem, siquidem vitium istud ad hæc purpuram propius accedere formidavit.

5. Hugo Cardinalis circa verba Thematis è sacris Canticis proposita: *Sicut lilium &c.* ait: *Lilium sex folia candida habet; quia sex sunt quæ incorruptam præcipuè servant castitatem.* Omnia autem hæc folia in mystico hoc lilio nostro germinant, nimirum: *Sobrietas, operatio, cunctis asperitas custodia sensuum, varitas sermonum, vitatio oportunitatis peccandi, id est, loci, temporis & persona.* Et quidem si primum folium, scilicet sobrietatem vicius consideremus, quod hæc pro eo tempore aded in ipso rigida fuerit, quo Mediosani actualiter Archiepiscopus erat, non est equidem aded admirandum, sicut pro tempore præcedenti, quando nimirum Romæ degens, Ne-pos erat Papæ regnantis, quando ratione maximæ hujusce dignitatis, sæpè status ratio postulabat, ut lautiores assidentibus convivis suis epulas apponeret, quod enim tunc nihilominus aded se intra sobrietatis & temperantiæ limites continere sciverit, ut famelicus semper & cum aliqua appetitus continuante pruriginè à mensa surrexerit, hoc verè est prodigium quoddam longè maximum. Philo Carpathius quidem ait: *Sola illa anima liliij candorem habet, quæ necessariis tantum vita contenta est* at verò purissima illa S. Caroli anima ad eam temperantiæ perfectionem pervenit, ut ne quidem famem pane totaliter sedaret: Audite Pontificem in Bulla Canonizationis hisce verbis de eo loquentem: *Quotidiano non contentus jejunio, carni, ovium, ac piscium esu sibi interdixit: deinde ter qualibet hebdomada & post hæc tota quadragesima, pane tantum & aqua jejunavit; ac demum ut in corde ipsius disposuerat Dominus ascensionis, quadragesimale jejunium magna ex parte solis sicut passus, ac solis dactylis, veterum eremitarum more peregit; denique postremo vitæ tempore hebdomada majore solis lupinis aqua mollitis, languentem animam sustentavit.*

In cant. 6.

1.

§. 28. in Bulla canon.

6. Pienus in sacris Hieroglyphicis scribit, quod lilium vino rigatum suum perdat candorem, quasi per hoc nos erudire volens, unicum esse sensualitatis incentivum atque fomentum, consequens igitur est, hoc

hoc liliū nostrum mysticum fragrantissimum sparsisse odorem, siquidem certum est, quod aridas sitientesque fauces suas non vino sed aqua rigarit: *Jejunabat sapissimè pane tantum & aqua.*

In lect.

7. Secundum hujus liliū folium est, operatio & labor continuus. Profectò quisquis ad ea, quæ paucorum annorum decursum operatus fuit, sese reflectit, obstupescat necessum est. Legatur quæso amplum illud volumen, quod Acta Ecclesiæ Mediolanensis intitulatur, ibi namque Sole clarius videbitur, quæ & quanta in Archiepiscopatu suo laboraverit: Etenim dum etiamnum viginti duorum annorum juvenis esset, quando aliqui etiam recreatione licita securè uti posse videbatur, somnum sibi nocturno tempore denegavit, ut sacræ Theologiæ studio vacare posset, siquidem Concilio Tridentino consummando & ad finem perducendo operam dedit: *Non vigiliis, non incommodis, aut laboribus ullis pepercit.*

In Bull.
§ 8.

8. *Cultus asperitas* Est tertium hujus candidissimi floris folium. Porro ex ciliis ipsis, quæ tanquam sacræ reliquiæ, in summo honore habentur, factis manifestè colligitur, quales illæ puncturæ fuerint, quibus innocentissimum corpus transigebat, mollior lecti sui coopertura ex canabe confecta erat, eaque non plumis sed stramine & palea facta.

9. *Custodia sensuum* est quartum folium. Porro S. Carolus quoad hoc punctum adeo fuit circumspectus, ut major circumspectio & cautela non jam dico ore exprimi aut reapse dari, sed nec ullo modo imaginari à quopiam posset, ab omni semper tactu se continuit etiam honesto, sive quoad se, sive quoad alios, quando nulla illum postulabat necessitas; in oculorum custodia valdè accuratus fuit. Accidit, quod dum religiosus aliquis forsitan incautus, peccatum aliquod carnis in confessione auditum verbo quodam non planè inhonesto expressisset, illum S. Archiepiscopus acriter reprehenderit atque à suo superiore corrigi iusserit, ac demum potestate Confessiones deinceps audiendi privaverit.

10. Est & aliud virginalis hujus liliū folium, *Raritas sermonum*, quæ etiam in ipso singulariter enituit: *Æminas sine arbitrio non alloquebatur, omnemque occasionem vitæ labefaciendi candorem accuratè præcavebat*; imò tamen mulieres illæ cognatæ, aut ætatis pro-

In Bull.
§ 23.

vectæ vel etiam spirituales & devotæ essent, illas tamen nec audire nec videre cupiebat; Quando verò ad colloquendum cum illis astringebatur, eas semper in publico in præsentia duorum gravium virorum auscultabat, idque etiam cum quadam amita sua, maturæ ætatis muliere, nec non cum Anna Columna forore sua observavit. Ecce tibi ultimum folium, scilicet *variationem oportunitatis loci, temporis & persona.*

11. *Sicut liliū.* Habet hic flos singularem hanc proprietatem, quod dum aperitur, collum suum versus terram inclinat; *Qua* in proprietate honestas ejus cum humilitate conjuncta nobis insinuat. Habet insuper liliū virgam rectam, sursum extensam, intus verò in flore, velut in argentea vase, rorem, qui ab aère stillatus decidit, exceptum reservat, & in hac proprietate rectitudo intentionis suæ, unio cum DEO, contemplatione mediante incessanter continuata, cœlestium gratiarum & donorum, nec non totis suavitas & consolationum interna, quas DEUS in animam ejus depluebat participatio copiosa exprimitur. Omnia opera sua per orationem ordiebatur, eademque per eandem prosequebatur feliciter, & felicissimè terminabat, maxime illa, quæ magis ardua erant; Huic eidem orationi adedè profundè deditus erat, ut etiam itinera sive pedestria, sive equestria faciens, eidem quasi in extasim raptus, continuatè sisteret, adedè etiam, ut dum quadam vice una cum mula, cui ipse infederat, in foveam quandam prolapsus fuisset, in eadem longo satis tempore hæserit, priusquam adverteret. Ecce tibi virgam hujus liliū sursum ad cœlum elevatam, quippè oratio nihil est aliud, quam *mentis in Deum elevatio*

12. *Sicut liliū.* Hugo Cardinalis ait: *Liliū in medio floris habet grana aurea, quæ septem hastulis supportantur, in quo septiformis gratia designatur* qui idem Cardinalis in hoc folio Christum symbolizatum esse dicit. Porro in hoc nostro mystico lilio non solum septem dona Spiritus sancti ad stuporem eluxerunt, verum etiam ejusdem sancti Spiritus fructus ab Apostolo ad Galatas hisce verbis enumerati: *Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, Pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.* Ad hæc alias quoque ejusdem Spiritus gratias in magna hac anima agnoscere possu-

Gal 5. 22.

possimus, quæ licet in aliis dispersæ sunt, in ipso tamen velut in brevi compendio epiloga-
tæ existunt, ad eum ipse omnibus illis conjun-
ctim sumptis locupletatus dici possit; S. Paulus
E Cor. 12. ad Corinthios ita enumerat: *Gratia sanitati-
um, operatio virtutum, prophetia, discretio
spirituum, interpretatio sermonum.*

13. *Sicut lilium.* Exhalat quoque lilium mi-
rum quandam valdèque vehementem odoris
fragrantiam, ad se nos allicientem, seu rapien-
tem potius. Ad quam lilii proprietatem S. Gre-
gorius utique respexit, dum ait: *ola illa anima
in lilium dignitate computatur, que à mortali-
tatis radice ad caelestem pulchritudinem as-
furgit. & munditia candorem corde & corpore
sibi ipsi custodit; & proximos quosque bona opi-
nionis odore reficit.* Enimverò quousque sancti-
tatis Caroli etiamnum viventis opinio, inde
confurgens pii odoris fragrantia excreverit,
vel ex eo solo sufficienter arguitur, quod videli-
cet, si vera sunt ea, quorum vitæ ejus meminit
historia ipsemet Romanus Pontifex, qui eo
tempore erat Gregorius XIII. magna affectus
fuerit devotione erga apparatus, quibuscum S.
Archiepiscopus Missæ sacrificium celebrave-
rat, quando apud ipsum extra urbem Roma-
nam aliquamdiu commoratus fuit: Similiter
Hispaniarum Rex Catholicus Philippus se-
cundus, non obstante quod ministri ipsius
Regii, Prælatum nostrum ob quendam juris-
dictionis conflictum durè satis & inurbane
tractassent, de eximia tamen ejus perfectione
eum sibi conceptum impressit, ut veram ipsi-
us effigiem in lectetioribus conclavium suo-
rum penetralibus inter alios sanctos canoni-
zatos positam asservavit, eo quod illum sem-
per verè & indubitatè sanctum esse credide-
rit. Cardinalis quoque Paleottus Mediolano
Bononiam reversus dixit; se quidem Bononia
abiisse, ut sanctorum jam pridem mortuorum
sacras veneraretur reliquias, interea verò in-
cidisse in animatam quandam reliquiam, S.
Carolus videlicet in corpore etiamnum spi-
rantem eum demississimè fuisse veneratum;
Quinimò ipsos quoque hæreticos S. Carolus
in summam sui æstimationem & veneratio-
nem rapuit. Unde Princeps quidam hæresi
pertinaciter addictus, postquam multas à di-
versis Catholicis Episcopis & Prælati pro
excarcerando Religioso accepisset commen-
datitias literas, mox ut eam, quam illi S. Ca-
rolus quoque in eadem causa scripserat ape-

ruit, & ab ejusdem sancti manu subscriptam
esse vidit, deposito pileo, capiti suo eandem
superimpofuit, ipsamque magna cum devo-
tione exosculans dixit; propter hunc Præla-
tum vinclo exhibebo gratiam, quia hic præ
cæteris eam meretur, moxque vinclo dimittit
præcepit.

14. *Sicut lilium.* Considerate lilia agri,
inquit Salvator, *quomodo crescunt, non labo-
rant, neque nent;* unde lilium aptissimum est
Divinæ providentiæ symbolum, ac proinde ap-
tissimè huic sancto nostro hunc florem adap-
tavimus; sapius enim ipsum totaliter desola-
tum inter divinæ providentiæ amplexus sine
ulla vel minima diffidentia umbra positum
fuisse in vitæ ipsius historia legimus. Dum
Anno Sano Romam cum multis suorum
accedens, nocturno tempore intra alpes à via
aberrasset, nec ullum ei occurreret hospitium
in quo tum nocturnæ quieti, tum corporis
refectioni sibi suisque prospicere posset, men-
tem suam ad providentissimum Patrem no-
strum, qui est in cælis, qui dat panem quotidia-
num protinus erexit, & subito gallum quen-
dam è propinquo cantantem audivit, qua-
propter gallicantium illud prosequens, tan-
dem in pauperulum quoddam incidit tugu-
rium, sed omnibus ad corporis necessitatem
pertinentibus totaliter denudatum, quod non
nisi corpori ab aëris injuriis tuendo servire po-
terat; cum verò omnes jejuni adeoque fameli-
ci essent, ex improvise quatuor Afelli adpro-
perarunt variis rebus comestibilibus onulti,
quibus non solum ad sufficientiam sed etiam
ad plenam satietatem pasti fuerunt.

15. *Sicut lilium.* Hugo Cardinalis scribit:
*Intra florem lily sunt sex grana aurea, que si-
gnificant charitatem, quia tribus modis dili-
gitur Deus, & tribus de causis. Diligitur dulciter,
sapienter & fortiter &c.* Et verò sanctus no-
ster in primis in amore Dei hanc suavitatem
atque dulcedinem exhibuit, siquidem cor ejus
semper & ubique serenum, tranquillum cœ-
lestibusque consolationibus plenum fuisse, in
ipso sæpè notatum fuit, Dilexit sapienter quia
charitas & sanctitas ipsius scientiæ & doctri-
næ conjuncta fuit, ad eum ut de eo dici po-
tuerit: *Labia eius infudubant scientiam.* For-
titer denique dilexit, quia intrepidum se sem-
per & generosum esse probavit in omnibus
occurrentibus contradictionibus, quas per-
diti aliqui homines, qui reformationes ipsius
tolc-

tolerate non poterant, continuò moverunt. Præterea Tribus de causis diligitur Deus, propter temporalia qua tribuit: propter spiritualia qua infundit; propter cœlestia qua promittit. Eadem quoque grana aurea in hoc mystico lilio reperimus: siquidem frequenter DEO gratias agere solebat, eò quod ipsum ad divinum suum servitium vocare dignatus fuisset, non eò modo quo alios, scilicet median- tibus ærumnis & adversitatibus, de quibus proinde dicitur: *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*, sed mundi prosperitate & dignitatibus median- tibus. Propter spiritualia qua infundit: *Quis autem ardentius ipso Deum amavit*, aut pro acceptis donis gratiusque cœlestibus Deo gratior fuit, ut potè qui eadem dona & gratias ad ejusdem gloriam adhibuit, qui illi eandem infudit: *propter cœlestia qua promittit*, quia omnem spem suam non in hoc, sed in altero regno collocatam habuit, scētra pariter & mundi hujus diademata contemendo.

16. Advertendum est autem, quod Spiritus sanctus non solum animam sanctam lilio similem esse dicat simpliciter, sed lilio inter spinas: *sicut liliū inter spinas*. Ut autem quid per spinas intelligendum sit intel- ligamus, non est opus ad expositorum glos- las recurrere, siquidem ipsissima æterna veritas id ipsum nobis in parabola seminis suf- ficienter declaravit, dicens: *Quod autem in spinas cecidit, hæ sunt, qui à sollicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vita euntes suffocantur, & non referunt fructum*. Porro quod liliū hoc nostrum mysticum attinet, cer- tum est, quod tamen spiritualibus illis spi- nis in maxima copia quaquavertum circum- datum fuerit, se tamen ab illis pungi aut transadigi minimè permiserit. Verum qui- dem est, quod sub dumetis & spinis ut pluri- mum, quotidiana experientia teste, serpentes aliaque animalia venenosa sua habent lati- bula; regna enim est, quæ rarissimè fallit: *Si fueris arbor, non eris immunitus à delicto*; Et tamen ô mirum, inauditum, & stupendum prodigium! Sanctus Carolus tot terrenarum divitiarum, lenocinantium volupta- rum, sollicitudinumque temporalium spinis circumdatus innocentiam suam auxit po- tius, quam dimiavit, idque ut vicarius Christi attestatur, *Mundo maxime blandi-*

ente; cum hoc tamen fiat, quod aliis spi- nis, illis quas Redemptor noster passus est, simillimis verissimè transfixus fuerit ut- potè crucifixus mundo Apertissimè igitur de ipso cani potuit: *Beatus vir qui inventus est sine macula, qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia thesauris; quis est hic, & laudabimus eum; Fecit enim mirabilia in vita sua*.

17. Sed dices fortasse, quomodo is, qui immensos possidebat thesauros, qui cen- tum & aliquod insuper millia scutorum an- nui census habebat, qui multorum Statuum & Principatum Dominus proprietarius erat, quomodo inquam talis à divitiarum spinis nequaquam transfixus & punctus fuisse dici potest *In tam sublimi dignitatis gradu consti- tutus divitiarum, potentia, atatis, aliisque non paucis, nec levibus delinimentis circumdatus, tantum abest ut post carnalia desideria abierit, ut superno assistente presidio, tunc ceperit Christo magis adhaerere, & spiritualia ar- dentius amulari*. Porro spinæ si manu arctè teneantur aut comprimantur, manum trans- figunt & vulnerant, sanguinemque inde eliciunt: in manu verò aperta nequic- quam pungunt; Scire igitur desideratis, cur sanctus Carolus ab hæc spinis nequa- quam punctus fuerit, id est, cur nihil de sua innocentia, aut de amplitudine the- saurorum suorum perdiderit? Nimirum id factum est, quia illas spinas manu aperta, liberali, prodigia, in pauperum utilitatem & beneficium portabat, nimirum ut cultum divinum cum debito & convenienti decore effulgere faceret, ut Ecclesias, Collegia, Seminaria, Monasteria, Xenodochia erigeret, daret & locupletaret: *Nec quicquam muta- vit in te fortuna amplitudo* (ut supra dixi- mus) *nisi ut prodesse tantundem posses, ut velles*.

18. Dum industrius aliquis agricola ani- madvertit, quod per spinas ager ille, è quo nascuntur, prorsus sterilecat, & in sylvam degeneret, quodque in ignem & conjectæ con- tinuum quendam & intolerabilem strepitum edant, adeoque ad nihilum utiles existant, quid facit? aut quem in finem aut usum eandem ap- plicat? Amputat eandem & in fasciculos colli- git, atque ex iisdem pro vineæ, agri, vel alterius cujuscunque terræ fertilis custodia solidam

In Bull.
§. 8.

Luc. 8, 15.

Ecc. 11, 16.

sibi sepem construit. Eodem modo industrius hic agricola noster sylvescentem antea & sterilem Ecclesiam Mediolanensis agrum cultuaturus, satis probè agnovit, quod spinæ divitiarum & prosperitarum temporalium, magnum allaturæ essent virtutum suarum fecunditati præjudicium, sciens quod hæc ar cere soleant de cælo deciduum rorem, quominus super bonam sementem cadere possit; quoniam, putas, usus fuit consilio? Honores, divitias, delicias, nobilitatem, aliaque omnia bona temporalia ab animo suo amputavit, affectum & cor suum ab illis totaliter alienando, ut sese tanto arctius mediante extrema quadam Spiritus paupertate & nuditate, nec non rigorosa quadam corporis maceratione & austeritate, Deo adstringeret, factus, ut uno verbo dicam, & suo loco visuri sumus *crucifixus mundo maxime blandienti*, nec tamen illas inutiles omninò manere voluit, quin potius ex spinis istis fortissimam quandam lepem condidit pro innocentia suæ nec non Ecclesiæ sibi commissæ tuta & secunda custodia; voluitque ut deinceps non pungerent, sed potius calcaria adderent ad tantò expeditiùs in via mandatorum DEI, ejusdemque servitio ambulandum & progrediendum, ceterum in semetipso extremam quandam profitendo paupertatem, seque in profundissima quadam humilitate, nec non perpetua & rigorosissima corporis sui mortificatione incessanter exercendo.

19. *Sicut lilium inter spinas.* Sanctus Bernardus spinas hæcæ spirituali oculo considerans ait: *Spina culpa est, spina pena est, spina falsus frater, spina vicinus est malus.* Porro S. Carolus omnibus hisce spinarum generibus immoratus fuit, sed illæ us semper & immaculatus; In primis namque moratus est in curia Romana per multos annos in supremæ dignitatis, Nepotis scilicet Papæ regnantis, apice, in medio adulatorum, Statistarum, & politicorum, secundum humanam rationem statum vitam suam instituentium. Fuit quoque inter spinas id est, inter tot hæreticos Catholicæ Ecclesiæ inimicos, inter Rhætos sive Grifones & Helvetos, inter ipsosmet suos Diocæsanos, implacabiles ejus priusquam magnam illam Ecclesiæ suæ reformationem ad optatum finem perduxisset, persecutores. Audite verba Bullæ: *Agrum illum* (loquitur hic de ipsius Diocæsi) *malitia*

temporum vepribus turpiter deformem ac sylvescentem. Qualis autem facies hujus Diocæsis fuerit, priusquam sanctus Carolus ei præficeretur, in libro sapientia videri poterit, ibi namque populi illius voluptatibus totaliter illo tempore dediti, Deique omninò oblii licentiosus ac distributus status ad vivum delineatur; antequam hic ipsorum sanctissimus Archiepiscopus electus fuisset, una hæc totius populi vox fuisse videri poterat: *Eruamur bonus, coronemus nos rosas; non pertranscat nos flos temporis, nullum pratum sit, quod non pertranscat luxuria nostra; ubique relinquamus signa lætitiæ.* Præterea audiat velim, quales post hæc rosas successerint spinæ, quibus cum candidum hoc & immaculatum lilium conati sunt transfigere: *Circumveniamus justum, quoniam contrarius est operibus nostris, & improprietat nobis peccata legi; Etenim sine numero fuerunt injuriæ & persecutiones, quibus eum continuò infestantur & laceverunt: verum ut optimè sanctus Bernardus ait: Non mediocrius titulus profecto virtutis inter pravos vivere bonum, & inter malignantes innocentia retinere candorem; Neque enim solum Sanctus hic se ab hisce vepribus pungi permisit, verum etiam eosdem in Rosas, flores & lilia transmutavit, siquidem Diocæsis illa Mediolanensis facta est deinceps opera sancti Caroli Domicilium devotionis, sanctitatis, & pietatis, ut supra ex quodam canonizationis suo voto diximus; ideoque cum sancto Bernardo meritò dicere de ipso possumus: ipsas utique pungentes se spinas candore proprio illustrare & venustare non cessavit, nimirum flagitiosè viventium cordibus exercitium inferendi veræ pietatis, & Christianarum virtutum. Hugo Cardinalis ait: *Sicut lilium suum candorem retinet inter spinas, & quanto magis ab ipsis pungitur, majorem reddit odorem, sic sponsa inter hæreticos conversans, vel malos Christianos, candorem suæ innocentia non amittit, sed quanto magis ab eis dilaceratur & pungitur, tantò majorem odorem bonæ opinionis latius emittit.* Nunquid eminentissimus ille Cardinalis per superioris cujusdam Spiritus instinctum mysticum hoc lilium nostrum vobis videtur describere; Ipe enim vetum quoddam fuit illorum Prælatorum prototypum, de quibus olim Apostolus his verbis scribebat: *Et sitis sine querela, simplices filij Dei.* Phil. 2. 15.*

sine

si ne reprehensione, in medio nationis prava & perversa, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.

20. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Beda in hunc textum ita scribit: *Non solum adversa pati habes ab his, qui à te sunt, & monte & professione omnimodo extranei; sed illarum quoque animarum sapius improbitate acriter compungeris, quas per fontem regenerationis, per que fidem ac perceptionem Sacramentorum celestium in filiarum te numero accepisse gaudebas.* Porro diuturniores & truculentiores, quas zelosissimus hic Pastor passus est persecutiones & difficultates, nequaquam ei intentatæ fuerunt ab hæreticis, utpotè qui in summa eum veneratione habebant; sed potius à propriis suis Dicecesanis, qui reformationibus ejus se subicere nequaquam poterant, de quibus proinde jure merito dicere poterat: *Filios enuirivi & exaltavi ipsi autem spreverunt me.* Etenim Mediolanenses Romam versus legatos ad eum calumniandum expedierunt, tametsi idem non solum sine fructu, sed & cum omnium sapientiorum derisu & explosione ad proprios denuo lares redierint; simili modo ex quo sanctus Archiepiscopus disciplinam regularem in Humiliatorum Religione totaliter collapsam restaurare satagebat, ideo pulvere nitro & globulis plumbeis benè onusta bomba in ipsum explosa & laxata fuit, à qua tamen horrenda licet explosione totaliter remansit illæsus.

21. *Sicut lilium inter spinas.* Per has quoque spinas intelligi possunt illæ, quæ in ferto spineo Salvatoris consistentes, benedictum illius caput immaniter transfixerunt. Fuit etenim S. Carolus erga Passionem Redemptoris nostri devotissimus, utpotè cujus memoriam multis columnis impressam reliquit, quas in variis Mediolanensis urbis plateis & compitis erigi curavit, quibus

Crucem cum Crucifixo imponi, orationibusque horis orationem ante illas fieri voluit. Quovis Veneris die exercitia quædam pietatis in honorem sanctissimi Clavi Dominici fieri instituit, sub quibus ipsemet sanctissimus Pastor de passione Domini ad auditores perorare in propria persona semper voluit. De hac ejus erga hoc Passionis Dominicæ mysterium singulari teneritudine iteratæ ejus peregrinationes testimonium perhibent, quas Taurinum versus ad sanctâ Tyndonem pedestri itinere confecit, quæ adeo vivaciter cordi ejus impressa fuit, ut non solum ab oculis, verum etiam è venis sanguinem extorserit, quem ferreis se catenulis disciplinando foras manare fecit; necnon longæ moræ, quas variis temporibus in monte Verallo traxit, ubi in variis oratoriolis accuratissimè & sigillatim depicta sunt omnia passionis mysteria, erga quam quantum fuerit compassione permotus, in eo satè liquidò monstravit, quod cum pastorali suâ sollicitudine ad actus ibidem non posset diutiùs subsistere, omnes hæc picturas passionem Domini representantes in unum quendam librum per ordinem depingi fecit, ut eas penes se semper habere posset, quas postea in tempore mortis suæ instar devoti cujusdam peristromatis lectum suum circumdare voluit. *Demùm in solitudinem Verralli montis, ubi sculptis imaginibus Dominicæ Passionis mysteria ad vitæ repræsentantur, secessit, ibique diebus aliquot voluntariâ castigatione asperam, sed Christi dolorum meditationibus suam vitam duens, in febrem incidit. Mediolanum reversus ingravescente morbo, cinere ac cilicio coopertus, & oculis in Crucifixi imaginem defixis, migravit in cælum.* Ecce tibi igitur mysticum hoc lilium ad ultimum usque spiritum inter spinas Christi crucifixi positum, ac tandem ex hoc mortali & tristi solo in viridarium paradisi felicissimè transplantatum.

15a, 21.

Quantum ornamenti sacrae Purpuræ contulerit, ostenditur.

DISCURSUS QUINTVS.

Coma capitis tui sicut purpura. Cant. cap. 7.

vers. 5.

1. **P**ER nomen Sponsæ in sacris Canticis sancta Ecclesia præfiguratur, ad quam proinde verba hæc diriguntur, in quibus hæc ei laus attribuitur, quod coma capitis ejus sint velut purpura quædam: *Coma capitis tui sicut purpura.* Porro caput Ecclesiæ visibile in terris est summus Pontifex; coma sive capilli, qui præcipuum sunt capitis ornamentum, Purpurati Patres dici possunt; ita namque modernus quidam Scriptor declaravit, dum ait: *Non incongruè per ejus comas intelligere fas est Cardinales illi proximè adhaerentes, eundem non modicum exornantes; de quibus bene quoque dicitur, quod sint sicut purpura Regis vineta canalicibus: tum quia externo purpura colore, quo amicti sunt, regiam capiti sui tueri se fatentur dignitatem; tum quia eodem purpura colore, quales et interni sunt, vel esse debeant, protestantur.* Idem quoque Titelmannus docendo confirmat. Veruntamen, ut verum fatear, inter omnes comas, quæ aliquod huic capiti ornamentum attulerunt, nullam inveniri posse existimo, quæ omnes purpuræ qualitates vivaciùs expriment, quam coma illa, cujus hodie præconia & merita veneramur, prouti ex præfenti Discursu liquidò patebit.

Ghisler.

Orat. 3.

2. *Sicut purpura.* S. Gregorius Nazianzenus primam purpuræ inventionem sequenti modo factam fuisse tradit; refert enim de cane quodam, qui juxta insulam Tyri ad littora ejus ad gregis custodia destinatus fuerat, quod hic lingua & os

suum sanguine piscis cujusdam, qui purpura appellatur, quæ devorarat, adeò enormiter tinxerit, ut pastor gregis eum vulneratum esse credens, os ejus adhibitâ oviculæ lanâ absterferit, quæ mox absterfo sanguine totaliter imbuta, colorem quandam adeo pulchrum retulit, ut coloris novitas in stuporem rapuerit omnes illam aspicientes; pastor autem liquorem hunc, quo os canis madebat, piscis cujusdam à cane devorati sanguinem esse conjiciens, piscem hunc diu multumque explorans, tandem invenit, quem exenterando magnam naetus est sanguinis illius copiam, ejusque prærogativas, præcipuè verò colorem omnibus eoque manifestavit, ut mox ab omnibus mundi Magnatibus, etiam Regibus, ad vestes eorum colorandas avidè expeteretur. Quo supposito dicite sodes, quisnam unquam ex omnibus aliis, eam quæ sacrae Purpuræ debetur, æstimationem & reverentiam toti mundo manifestavit evidentiùs Carolo Borromæo? Quis majorem dignitati Cardinalitiæ venerationem attulit magno hoc & vigilantissimo Pastore, quem Pastoralis sollicitudo gloriosum reddidit? quem summus Pontifex Grande luminare appellat? Item formam gregis, formam Pastorum, qui multiplici fulgore sanctorum operum universam decorando Ecclesiam sacerdotibus & populo præluceat. Porro Purpura isthæc adeo in Ecclesia Dei resplenduit, ut ipsamet Petri Cathedra, dum eum canonizat, ita de eo loquatur: *Hanc diem mundo dilucere his temporibus ante sæcula præordinavit Altissimus, in qua per ministerium humilitatis nostræ Carolo S. R. E.*

cui

In Bull. §. 2.

Or.

cui auctore Domino praesidemus, Presbytero Cardinali, sacris decernendis honoribus, unica sponsa sua nova imponeretur corona, ornata omni lapide pretioso.

3. Sicut purpura. Concha, è qua sanguis iste purpureus elicitur, inter salvas aquas & tempestates maris nascitur & enutritur, continuoque maris fluxui & refluxui, necnon ventorum ludibrio perpetuo subjicitur. Undè S. Ambrosius ait: *Quid purpuram memorem, qua Regum amicis imbuitur? aquarum est igitur, quod in Regibus adoratur, aquarum est species illa qua fulget.* Enimvero quod S. Carolus attinet, poterat hic in humanarum prosperitatum aquis dulcibus navigare, quia ventum magis propitium in puppam navigii sui spirantem habere non poterat; at verò quia iates opulenti mercibus onustas facilius in aquis fluminum, quam in salis maris undis periclitari probe sciebat, ideo sibi ex purpura non solum tot voluntariarum afflictionum amaritudinem assumpsit; verum etiam propter Diocesis reformationem, ob disciplinae monasticae collapsae restorationem, propter haeresium extirpationem, denique ob immunitatis Ecclesiasticae generosam defensionem millenis aliis tempestatibus se subiecit, omnibus aperta fronte se etiam usque ad laxatas in illum balistas opponendo.

4. Venerabilis Beda propositi Thematici verba glossate suo illustrans ait: *Perfectam purpura tincturam nullo unquam sole, nullà aquarum aspersione palescere;* quod in sensu mystico idem est, ac si diceret: Praelatis incumbere, ut toti mundo palam faciant, se pro sponsae suae defensione nullis unquam terrae vel inferni contradictionibus vinci aut superari posse, ita ut constet eos nullis adversitatum pressuris posse superari. Quis unquam in cunctis adversitatibus S. Carolo Constantior & magis intrepidus fuit? Nazianzenus scribit: *Purpureus color veros Imperatores admonet, ut promptis animis sanguinem suum fundant pro subditorum salute;* ita namque Commentator ejus exponit, quod nullus perfectiùs adimplevit purpurato Carolo nostro, utpotè qui pro gregis & Ecclesiae suae defensione ipsimet morti se frequenter exposuit.

5. Sicut purpura. A quonam Hierarchia Ecclesiastica purpuram aliàs, quam à fuso Martyrum sanguine accepit? Undè Dionysius Car-

thusianus ait: *Purpura, qua rubei est coloris, martyrium signat.* Ad magnificentum quoque Salomonis thronum, per quem juxta Hugonem Cardinalem Ecclesia denotatur, per viam quandam purpurâ stratam ascendebatur. *Ascensum purpureum;* ubi Glossa addit: *Purpurei ad martyrium prompti;* per quod Spiritus sanctus innuere voluit, Ecclesiae Cardinales idèò maxime purpurâ amictos & adornatos esse, quòd pro religionis & fidei defensione ad sanguinem suum fundendum prompti & parati esse debeant. Equidem tametsi gloriosissimo Purpurato martyrium defuerit, ipse tamen nunquam in praeparatione animi defuit martyrio, prouti in excerpta illa balistae & globi indè vibrati explosione, aliisque diversis in occasionibus manifestè satis patuit, in quibus pro immunitate Ecclesiastica sumenda manifesto se vitæ periculo exposuit: quavis juxta D. Bernardi mellis suam ponderationem dici possit, ipsum divinâ providentiâ specialiter reservatum esse ad longum quoddam, pœnosum, valdèque meritorium martyrium experiendum.

Quodnam verò illud fuit? *Quod martyrium gravius est, quam inter epulas esurire, inter vestes multas & pretiosas algere, paupertate premi inter divitias?* Ipse quidem lautam quotidie mensam adornari faciebat, non tamen sibi, sed pauperibus quos excipiebat, & peregrinis qui ex universa diocesi, cunctisque aliis mundi partibus ad eum confluebant, quibus domi suae magna cum hospitalitate liberae praebat hospitium, ipse verò famem suam vix pane, seu siccis ficibus, & nonnunquam lupinis sedabat: vestium suarum, caeteraque suppellectilis armarium omnibus quidem rebus abundabat, sed ad pauperes vestiendos, non verò pro seipso, qui vestes adeo laceras lubtus purpura deferebat, ut ne mendicus quidem illas in eleemosynam acceptare sustinisset; similiter tametsi praefrigore totus rigidus toto corpore contremisceret, ad igrè tamen nunquam accessit, adeoque in summa divitiarum abundantia pauper fuit, quia cuncta quae habebat, in eleemosynas aliaque opera pia distribuit.

6. Venerabilis Beda autem in propositi thematici verba scribens, de illis animabus, quae purpuræ similes Ecclesiae sunt ornamento, dicit: *Purpuratae existunt ad moriendum pro Christo, quam videlicet purpuram prolatum in canalibus in summi Regis faciunt ornatum,*

Lib 5.

Exam. c. 2.

Cant. 3. 10.

Serm. 1 in fest. omnium Sanctorum.

Orat. 3.

In cap. 25.

Eod.

cum data occasione patiendi, quid in eo corde gesserint, ostendunt fortiter ob gloriam sui Redemptoris, & adversa quaque saculi, ipsam quoque, si contigerit, mortem subire parati. Legite oblecto vitam ejus, atque in his Bedæ verbis mysticæ hujus purpuræ præcœnia ad vivum expressa invenietis.

Prov. 31.

7. *Sicut purpura.* S. Hieronymus de forti illa muliere tractans, perquam Ecclesia præfigurata fuit, quæque pro ornatu & decore suo purpurâ vestiebatur: Purpura indumentum ejus, ita scribit: *Purpura in effusione pretiosi sanguinis.* Quam aptè igitur purpura hæc sanctissimo Cardinali nostro quadrat, utpotè qui mediantibus disciplinis ferreis, ciliciorumque puncturis sanguinem suum quotidie ex innocentissimo corpore suo copiosè fundebat. Porro S. Bernardus de Christo patiente verba aliqua scribit, quæ nos sanctissimo huic Dei servo facili negotio applicare possumus. Circa illa igitur verba: *Chlamydem coccineam circumdederunt ei, ita scribit: Quamvis ipse vestem corporis sui, sanguinisque sui pretiosissimi effusione multo nobilius purpuravit.* Quando in hyberni frigoris rigoribus per medias nives & glacies circuibat ad visitandas Alpes, manus ejus sæpè vitæ sunt stillare sanguinem, ipsulque camisæ humore quodam sanguinis colorem referente madefacta sæpius repertæ fuerunt.

De Pass.
Domini
cap. 4.

8. *Sicut purpura.* Celebre est illud à Basilio Imperatore filio suo Constantino traditum documentum: *Purpurâ benè vestieris, si temperantia in omnibus & dictis & factis tuis efflorescit.* Porro non solùm virtus illa in S. Carolo in gradu heroico resplenduit; verùm etiam tres aliæ virtutes Cardinales. Etenim Prudentia in ipso talis ac tanta fuit, ut ab ipsius Decretis, Regalis & Constitutionibus universus mundus Christianus vivendi normam acceperit, & etiam num accipiat, quippè qui ætatis suæ oraculum quoddam erat, quemque Deus eo præcipuè fine Ecclesiæ dedit, ut veluti speculum quoddam omnibus deinceps ferviret sæculis futuris; undè & Pontificis Maximi in difficillimis maximèque arduis negotiis ejus utebantur dexteritate atque consilio. Justitiam, quæ unicuique quod suum est, distribuit, quæque pro scopo suo unico bonum utile publicum habet, benè meritos remunerando, & castigando delinquentes, cum summa semper integritate in praxi exercuit;

undè ipse tempore videre erat vitium depresso, exaltatam verò econtra virtutem, tribunalia incorrupta, protectos pupillos, omnes verò humanos respectus, despectus & suspiciones, quæ justitiæ libram obliquam reddunt, penitentiæ pestum datas atque remotas, nihilque aliud ejus tempore, quàm virtus, meritam, & veritas locum habebat. *Tribunalia sua, ut non solùm quavis labe iniquitatis, sed etiam suspitione vacarent, omni studio, præsertim sæpè illa visitando præstitit.* Fortitudo in ipso mirabilis profusè extitit in omnibus motibus, quos maxime in magnæ illius reformationis exordio frequentes valde habuit, à populo, à Clero, à Regularibus, à ministris regis, ab hereticis, aliisque omnibus perditæ vitæ hominibus, & tamen per constantiam & heroicam ipsius fortitudinem adversus omnes sibi obvias contradictiones superior evasit. Undè ab Ecclesiâ præclaro hoc epitheto decoratur, quo audit *acerimus propugnator.* Quodsi verò oculus in Temperantiam ejus deflectamus, hæc maximum in eo præ cunctis aliis virtutibus meretur stuporem; quippè qui amphorem in hac virtute, quàm in aliis campum habebat efficiendi, ut hæc in toto vitæ suæ decursu quàm maxime in eo splenderet, utpotè quem continua prosperitas velut individua comes semper & ubique sequebatur. Glossa in ultimum Proverbiorum capitula ita scribit: *Purpurâ induit Ecclesia, dum continentiam non amore laudis, sed regni perennis exercet.* Vana gloria, ut ex ipsomet maligni spiritus ore habetur in Cardinalitiæ purpuræ ejus firmate, nec per umbram quidem edificare potuit. Sed quid de ejus Temperantia & Continentia dicemus? De Divite illo, qui *induebatur purpurâ, ipsamet æterna Veritas dicit: Sepultus est in inferno.* Sed dices: Quidnam mali in eo latet, quod purpurâ quis vestitur? *Coma capitis tui sicut purpura?* Aut quid mali fecit ille, ut ad illum ignem condemnaretur? Audite Abrahamum dicentem: *Recordare quia recepisti bona in vita tua.* At verò quis in hac vita in thesauris, delictis, honoribus omnique alio, quod datoris omni boni larga manus dare potuit, sancto Carolo prosperior aut felicior fuit? Totum hoc verum quidem est, verum tamen differentiam intelligere oportet, quæ inter unam alteramque purpuram intercedit. Etenim dives ille *induebatur purpurâ, hucusque*

In Bull.
S. 22.

nihil

nihil mali adest ; at verò Evangelista ulterius progreditur dicendo : *Epulabatur quotidie splendide* ; quasi diceret , nesciebat in felicitatum temporalium abundantia continenter & temperanter vivere , sed epulabatur quotidie , adeoque avaritiæ in prædam cesserat , ut pauperculus ille Lazarus ne modicâ quidem panis micâ , quæ de lauta ipsius mensa fortuito deciderat , fame n suam exsatiare posset : at vero licet de S. Carolo in veritate dici possit : *Erat dives , induebatur purpurâ & bysso* ; non tamen progrediendum est ulterius ; quia tamen etiam verè dici possit , quod *epulabatur quotidie splendide* ; id tamen de pauperibus , non vero de ipso intelligendum venit : imo vero sanctus hic Cardinalis ad satietatem & ubertatem usque comedere potuisset , si sibi ita indulgens fuisset , ut de reliquiis , quæ ex benè instructis & conditis pauperum mensis superflites rem inferant , sive de micis , quæ cadebant de mensis pauperum , famem suam sedare potuisset. Sanctus Gregorius Nazianzenus in eadem oratione , in qua de purpura tractat , ita scribit : *Pannum luctuosum & superbium porrexit. Quo loquendi modus satis quidem obcurus primâ facie esse videtur , donec major illi lux ministretur ab Elia ejus Commentatore , qui verba hæc , & discursum inde à se formatum ad Imperatores dirigit , dicens : Siquidem ob superviam vestram incensis pauperes , in luctu ac morore versantur , atras vestes gerentes , atque hic purpura flos vobis quidem malis Imperatoribus superbiam , miseris autem pauperibus luctum conciliare invenitur. Nunquid igitur vobis purpura hujus sanctissimi Cardinalis , cum talium Imperatorum & Principum purpura miraculosa esse videtur , utpotè quæ contra usum & naturam suam effectus operata est omnino contrarios , imprimendo nimirum in corde ipsius sensus intimos profundissima humilitatis , prout in Discursu tertio prolixè vidimus , seque totum pauperibus locupletandis , sublevandæque mendicitati alienæ consecrando ? Miseris & pauperibus latitiam concilia vit.*

9, *Sicut purpura.* Plinius quandam tradit purpuræ qualitatem , quam ipsamet quotidiana experientia veram esse satis comprobat ; dicit enim : *Nullum vestimenti genus , quod tinctorum injuriis magis sentiat , quàm purpura. Quæ quidem proprietas ad eorum alludit sollicitudi-*

nes & anxietates , qui eâ vestiuntur ; nam ut Antigonus quondam filio suo dixit : *An nescis regnum nostrum splendide esse servitutem ?* Hæc autem purpuræ puncturas sanctus Cardinalis noster minimè sentit , aut expertus est ; quia omnibus humanis ærumnis superior fuit , utpotè penitus imperturbabilis : *Non contristabit justum , quicquid acciderit ei.* Benè tamen suas quoque puncturas in ciliatorum rigoribus , necnon in continuis , quos exercebat , mortificationis actibus , ut diximus , sustinuit. Alcuinus Caroli Magni præceptor , dum vestium sacerdotalium mysteria declarat , tandem quoque ad purpuram descendens dicit : *Purpura , quæ sanguinis imitatur colorem , ut per duo genera martyrii noverint se exercendos electi , id est , si necesse sit , non dubitent mori pro Christo , & pacis tempore in seipsis appetitus occidant , mortificantes membra sua cum vitii & concupiscentiis.* Porro quàm extrema fuerit austeritas illa , quæ corpus suum continuo afflixit , ex zelo , quem omnes ejus Episcopi Provinciales de ejus corporali salute & incolumitate habuerunt , facili negotio potest deduci ; hi enim omnes simul congregati , pro illius influenda moderatione aliqua , per efficacem quandam supplicationem scripto ei traditam , enixè eum rogârunt , ne in magnum boni communis præjudicium vitam sibi abbreviaret.

10. *Sicut purpura.* S. Gregorius super illa ex sacris Canticis desumpta verba : *Ascensum purpureum* , ita scribit : *Ascensum purpureum non cognoscimus , quia voluptatibus vacantes , labores & persecutiones pro aterna beatitudine ferre recusamus.* Id quod de nostro in laboribus indefesso , atque pro gregis sui defensione tot persecutionibus infestato dici nequam potest : *Nullam temporis animi relaxationem dabat , sed opus Dei & proximi contemne amenti negotium negotio succedebat ; curam cura excipiebat , non quietis tempus vacabat ab opere , non refectiois ; bonam enim noctem partem lectione , tum scriptione , tum oratione absumebat. In purpura dignitate versantur , (sunt verba sancti Thomæ , dum verba thematis à nobis allumpti exponens , de comis purpureis loquitur) id est , laborantes pro Christo mereantur regnare cum ipso Semper Carolus divinis officiis assidere videbatur , con-*

Lib. de a-
vin. off.
c 38.

§. 22.
In Bull.

tinuò & indefessus erat in dandis audientiis; ab altari veniens procedebat ad sacrum pulpitum verbum Dei declamaturus ad populum; ab hoc ad congregationes pergebat, postea ad faciendas visitationes; à visitationibus ad orationem & studium; denique uno die matutino tempore undecim millia hominum communicavit; consecrabat ecclesias, Confirmationis sacramentum ministrabat, Synodos celebrabat & Concilia, idque non perfunctione, obiter, & per transeuntem, ut dicitur; sed summa cum sollicitudine atque industria, multisque aliis sacris functionibus sine numero deditus erat: *Instar refectiois existimabat mutationem laboris.* In Bulla Canonizationis suae de eo dicitur: *In actis inter caetera consignatum. Cum aliquando Roma in Catacumbis noctem, quam jejunium praecesserat, orando in somnem egisset, manè non solum de corporis refectioe aut quiete non cogitavit; sed valde longam peregrinatione susceptam, ad B. Agnetis ecclesiam pedibus processit, ubi Missam agendo & orando tantum temporis posuit, ut ante vigesimam secundam horam cibum non caperet, re ipsam planè ostendens, quam omnia posset in eo, qui illum confortabat.*

11. *Sicut purpura.* Titelmannus ait: *Coma peculiariter intelligimus Ecclesiam Pralatos: dicuntur esse coma sicut purpura, propter charitatis ardorem, & resplendentiam vera dilectionis.* Dionyhus Carthusianus pariter dicit: *Per purpuram amor divinus intelligitur.* De hoc autem amore in primo & secundo Discursu prolixè egimus. S. Thomas ait: *Tincta autem hac purpura esse dicitur, quia Sanctorum praecordia fixa sunt & stabilita in timore & amore Redemptoris sui, nec unquam à charitate ejus separari possunt; id quod de ipso probavimus, sequentia Apostoli verba eidem adaptando: Quis nos separabit à charitate Christi?* S. Ambrosius de divite Epulone, qui purpuram vestiebatur, tradens, rationem reddit, cur ad infernum condemnatus fuerit, dicens: *Post purpuram flamma, totum de spe praesentis temporis, nihil tamen de futuro tractantis.* Ait quidem etiam purpura S. Caroli flammis, sed flammis caelestibus & divinis, & ideo ornamentum fuit Ecclesiae non solum militantis, sed etiam triumphantis; quia nihil de spe praesentis temporis, totum de futuro tractabat; unde & Bulla eum

appellat, *terrena calcantem, caelestia jugiter negotiantem.*

12. *Sicut purpura.* Glossa interlinearis in sequentia Canticorum verba: *Iuncta canalibus, ita scribit: Posita in canalibus humilitatis, ut intingat sanguine Christi.* Hanc autem S. Caroli profundissimam humilitatem, ardentissimamque ipsius erga passionem Redemptoris devotionem jam pridem admirati sumus *Cochlea maris, inquit Glossa ordinaria, ferre circumcisa lachrymas purpurei coloris emittunt.* Eodem quoque modo catenae terrae, quibus sacrae hujus Purpurae concha quotidie acerbissimè quatiebatur, vivum ejus sanguinem faciebant erumpere, quo toto corpore purpuram referebat: *Canales, qui purpuram Regis suspiciunt, sicut praecordia fidelium; Lana qua intingitur, ut indumentum Regis efficiatur, est humilitas in patiendo; qua juncta est canalibus, quando constanti corde virtus humilitatis, & continua dominici cruoris memoria ad tolerantiam animatur, semper purpuram veri Regis, id est, passionem in memoria habentes, & ad imitandum parati.* Quisquis igitur in hoc sanctissimo Cardinale patientiam, generosam constantiam, pectus heroicum, sui que ipsius contemptum suspicit & admiratur, is situm illum corporis ejus, in quo communiter depingitur, id est, eundem oculis, & multò amplius corde in Christi crucifixi purpuram defixum consideret.

13. *Sicut purpura.* Agapetus Diaconus in laudem Justiniani Imperatoris ait: *Te reverè Imperatorem asserimus; quippè qui & imperare ac dominari voluptatibus vales, & tum coronam castitatis revinctus, tum purpuram justitiae indutus incedis.* S. Auxentius quoque, ut Metaphrastes in ejus vita refert, virginibus purpurae titulum attribuit, dum ait: *Virgo purpura est, quam nulli alii licet induere, quam Regi & Domino uni versorum.* Porro S. Carolus tantus fuit virginum honestatis zelotes, ut tametsi in Bulla ipsum dono virginitatis praedictum fuisse non dicatur, sed de sola castitate mentio fiat, nihilominus qui vitam ejus historicè recensent, efficacibus valde argumentis virginitatem ipsius convincunt. *Lana ad excipiendam purpuram tinturam, ob vestimenti excellentiam rigidè admodum prius adstringuntur, inquit Isidorus P. Lib. 1. ep. 246. lufiota; & ideo virginalis haec purpura ad hunc colo.*

Bull. § 2.

In cap. 3.
Pro v.

In Bull.
§ 2.

In
Ex

§ 2
Bu

In cap.
Parent.

Lib. 1.
ep. 246.

colorem recipiendum asperrimis se ciliciis, ac aliis victus & vestitus austerissimis rigoribus adstrinxit.

In §. 26.
Exod.

14. *Sicut purpura.* Glossa ait: *Purpura sanguinei coloris, & de conchiliorum sanguine tincta, de vota Deo corda figurat, & pro Deo morti parata.* Porro quàm avidum cor S. Caroli fuerit offerendi se ad mortem pro Dei gloria, & proximorum salute sustinendam, id ipsum sufficienti fide per hoc testatum fecit, quòd levissimæ pestis tempore continuo se mortis periculo exposuerit; quòdque literam, quàm machinata in vitam ejus tollendam crudelis conjuratio significabatur, legere noluit; ac demum quòd ad explosam in ipsum occidendum balistam immotus corde & corpore permanerit: *Omnibus percussis, ac de ejus salute trepidantibus, ipse solus mente immotus illos in oratione progredi mandavit.*

§. 26. in
Bull.

15. *Sicut purpura.* S. Bernardus in sententiis suis, tres potissimum ad cælum obtinendum,

vias inire posse his verbis docet: *Est alia sanguinea, alia purpurea, alia lactea; Sanguinea in Martyribus, qui in sanguine agni suorum corporum indumenta laverunt. Purpurea in Confessoribus, qui in sua carne vestigia Dominica passionis per abstinenciam expresserunt, & in suis corporibus vulnerum Christi stigmata portaverunt; Lactea in Virginibus, qui in seipsis puritatis Angelica candorem & virtutis sanctimonia consecraverunt.* Porro ex iis, quæ hæcenus recensuimus, de S. Carolo dici posse videtur, quòd per omnes hæc vias ad cælum properanter contenderit; & quidem cum de duabus ultimis id negari non possit, primam quoque ipsum ingressum fuisse pariter neminem dubitare posse videtur; siquidem quod ipsius personam attinet, martyrio sustinendo nunquam defuit,



Cardinalitiæ dignitatis, & Archiepiscopalis authoritatis magnificentiam simul cum austeritate, humilitate & paupertate conjunxit.

DISCURSUS SEXTUS.

Tabernaculum ita facies, cortinas de bysso & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto; facies & saga cilicina ad operiendum tectum tabernaculi.

Exod. cap. 26.

Tabernaculum, quod increata Sapientia Moyſi adeo accuratè & diſtinctè in deſerto delineâſſe legitur, expreſſam Eccleſiæ figuram fuiſſe nemo dubitat; *Tabernaculum aediſcium Eccleſiæ*, inquit Gloſſa. Sciendum eſt autem, Deum pro hoc tabernaculo debite exornando multas præſcripiſſe cortinas, eaſque non ſolum pretioſas & nobiles ex purpura & hyacintho confectas, verum etiam aliaſ ſimplices, rudes & abjectas cilicio intertextas: *Cortinas de byſſo & hyacintho, ac purpura; facies & saga cilicina.* Per hæc operimenta, inquit Lyranus, ſignificantur defenſores Eccleſiæ; præcipue vero cortina honoratiores, magisque conſpicua; hæ enim Prælatos, Episcopos & Cardinales ſignificant, qui per dignitatis ſuæ, ad quam electi ſunt, authoritatem & eminentiam æccleſiaſticam regunt hierarchiâ; per cortinâs vero ſimplices, rudes & aſperas præſentantur, qui per vitæ cuiuſdam pœnitentis austeritatem, perque orationes, ſtudia, pauperum voluntariam, humilitatem, omniumque aliarum Chriſtianarum virtutum exercitium utiliſſimum eidem Eccleſiæ exhibent ſervitium; & id eò Beda ait: *Cilicium pœnitentium eſt.* Angelicus Doctôr S. Thomas rationem reddit, cur Deus noſter in cultu externo templorum & miniſtrorum ſacrorum, magnificentiam & ſplendo-

rem apparatus & ſupelleſtilis, necnon Prælatorum ſuperioritatem requirat: *Ut homines Deum in reverentia habeant; & inde hominum conſuetudo inolevit ut Reges & Principes, quos oportet in reverentia à ſubditis haberi, & pretioſioribus veſtibus ornentur, & etiam ampliores & pulchriores habitationes habeant.* Ita ſanctus Doctôr de hiſce Tabernaculi cortinis ſcribit.

2. Hiſce omnibus præſuppoſitis aſſerendum eſſe videtur, quòd in decurlu ſæculorum Deus in ſublimis ædificiæ Eccleſiæ, quod divina ſua omnipotentia nunquam invertendum ſupra petram fundaverat, defenſionem & fulcrum duopataverit ſtupenda miracula. Quorum primum eſt, quod ædificium hoc à principio ſuper viles & abjectos piſcatores erexit: *Suſcitavit de pulvere egenos, & de ſtercore erexit pauperes, ut ſederent cum principibus, & ſolum gloriæ tenerent.* Eadem vero ſublimi mole in ſeculo duodecimo vacillante, idem Deus ab Innocentio III. viſus fuit eandem ædificiæ Eccleſiaſtici molem humeris cuiuſdam hominis imponere, qui quoad natales & ſtatum, quem profitebatur, viſis quoque & abjectus ipſe erat, ut eam ſuffulceret & ſuſtineret, id quod mediante nuditate, paupertate, omniumque bonorum terrenorum in ſe ſeriquæ Religioſis, quos inſtituit, contemptu abundè præſtitit. Secundum vero miraculum, quod non mi-

Cit. in cap. Exod.

noſem

morem in iis, qui pro dignitate illud ponderant, excitat admirationem est, quod videlicet cum disciplina cleri, catholicorum dogmatum integritas, canonum, denique legum sacrarum observantia penitus ferè collapsa esset, e contra verò abusu, scandalorum, perditorumque morum spinæ in Christianis increbuisse, aultæq; indes hæreses in diversis mundi partibus pullulantes propagarentur: eadem nunquam errans divina providentia, juvenem quandam viginti duorum annorum, nobilissima prosapia ortum, multorum territoriorum & principatum hæreditarium Dominum, atque in delitiis nutritum elegerit, eundemque una cum Pontifice avunculo suo fluctuantis naviculæ suæ clavo gubernando admoverit, ipsumque in sublimissimum honorum, thesaurorum, Dominiorum & autoritatis culmen sublimatum, inque totius mundi veneratione & æstimatione positum, eodemmet tempore sanctum, immaculatum, omnisque innocentie & perfectionis speculum esse voluerit, ideoque eum in Tabernaculi sui elegerit defensorem & restauratorem, qui munus cortinarum tabernaculum hoc ab injuriis protegentium & contegentium perfectè impleret. Hoc enim sine eum purpurâ & hyacintho conspicuum, id est, magnatam in sæculo esse voluit, ita tamen ut simul magnus esset apud DEUM, purpureas, hyacinthinasque cortinas conjungendo cum cilicio, id est, cum rigoribus, paupertate, humilitate & austeritate associando purpuram, id est, majestatem dignitatisque suæ magnificentiam.

3. Non sine singulari mysterio sancto Carolo à D Petri Cathedra hoc attributum fuit epithetum, dum in Bullâ Canonizationis de eo dicitur: *Cum illum steterit nobis Dominus tanquam fulgentem stellam in hac nocte peccatorum.* Etenim sub eodem stellæ matutinæ symbolo Deus pariter videndam præbuit S. & Seraphici Francisci Assisinas animam, qui ut superius de ipso diximus, fulcrum quoddam & sustentaculum ruinam minitantis Ecclesiæ fuit. Unde ex quo DEUS utrumque hunc gloriosum sanctum Carolum videlicet & Franciscum sub ejusdem stellæ symbolo præsignificare voluit, per hoc nobis innuere velle videtur, quod sanctus Ca-

Mansi Sæcularii, Tom. IV.

rolus non minus Ecclesiæ profuerit per thesauros suos sanctè dispensatos, nec non per suas dignitates, quibus cum summa modestia & humilitate præfulsit, heroicamque sui ipsius abnegationem quam in summis honoribus nunquam non præ se tulit, quam magnus ille Patriarcha utilis Ecclesiæ fuit, per suam suorumque nuditatem & paupertatem; Per illam namque dignitatum cum humilitate & vitæ rigoribus in Carolo factam conjunctionem toti mundo manifestum efficitur, quod miræ, pæda pastoralia, sceptræ, & ingentes Ecclesiastici redditus, iis qui rectè & legitime illis utuntur, nullum adferant innocentie & exemplaritati præjudicium, sed potius ingens illis subsidium adferant; Item per hoc ostendit, quod nequaquam impossibile sit, aut dedecet sub purpuris cilicia gerere.

4. *Per hæc operimenta* (id est, per hæc tabernaculi cortinas) *significantur defensores Ecclesiæ.* Sanctus Gregorius Nyssenus de laudibus Basilii Magni fratris sui tractans pulchrè observat, DEUM quovis sæculo naviculæ Ecclesiæ suæ, potentes procurasse defensores; & quidem postquam in hanc veritatem confirmandam aliquot adduxisset veteris testamenti exempla, descendendo ad novum, considerat, quod adversus Arii hæresin dederit Basilium, &c. Eodem modo quodsi ad viciniore nobis sæcula velimus reflectere, videbimus, quod adversus hæresin Albigensium suscitaverit Sanctum Dominicum, ad restaurandam, quam Ecclesia à perversis Christianorum moribus patitur persecutionem, quæ, ut S. Bernardus ait, *Amavissima est in moribus domesticorum*; in medium prodire fecit sanctum Franciscum; ad refutandas errorum Calvinii & Lutheri falsitates, Ecclesiæ donavit sanctum Ignatium; denique ad restaurandam cleri disciplinam totaliter collapsam, ad procurandam animarum curam à propriis Pastoribus prorsus neglectam, ad instituendam malorum morum reformationem inter Catholicos, qui ab infidelibus internosci vix poterant; demum ad introducendam in fidei dogmatibus uniformitatem & veritatem revocandam, Deus quidem multis Pontificibus saluberrimam illam inspiravit mentem generale quoddam Concilium, Tridentinum videlicet, congregandi, prout & reipsa

T congreg-

In Bull.
Cano. §. 8.

congregatum fuit: at vero sanctum Carolum specialissimè elegit, ut prædicto Concilio salubriter consummando & perficiendo ultimam & supremam manum admoveret, Pii IV. avunculi sui supremæ auctoritati: *Disponente Domino* (ita Bulla Canonizationis sancti Caroli loquitur) Pio IV. ad Apostolatus apicem evecto, Romam evocatur. (id est, S. Carolus dum esset viginti duorum annorum juvenis) & in sacrum S. R. E. Cardinalium collegium ascribitur; deinde Mediolanensis Ecclesiæ præfinitur, gravissimæque universalis ecclesiæ negotia, & sedis Apostolica munera illi creduntur; hic verò caput Dominus ostendere in Carolo mirabilia sua; cum enim nondum vigesimum tertium explevisset annum, administrabat omnia diligenter in sapientia & justitia, summo cum zelo honoris DEI, & studio Catholica Ecclesiæ utilitatis, qua omnia in negotiis fidei Catholica, & universa Ecclesiæ, qua in Concilio Tridentino tunc agitabantur, maximè enituerunt; non vigiliis, non incommodis, aut laboribus ullis percipit, ut ne quid retardaret sanctæ Synodi absolutionem, quam ipse sollicitè & cum spiritus ardore promovit semper, donec à Domino impetraret. Hanc igitur basim, hoc Ecclesiæ paulò ante vacillantis fulcrum, id est, sacrosanctum concilium Tridentinum laboribus & summæ industriæ sancti Caroli inceptis referre debemus. Similiter Reformatio, quam in suam Dioccesin introduxit Ecclesiastica Hierarchiæ speculuum semper erit. Unde in Bulla dicitur: *Ecclesiam Mediolanensem præclarum exemplar reddidit Ecclesiastica disciplina.* Pari quoque modo summus Pontifex Paulus V. magnum illud volumen, quod intitulatur: Acta Ecclesiæ Mediolanensis, thesaurum appellavit Ecclesiasticæ disciplinæ, simulque omnibus Episcopis præcepit, ut eodem veluti exemplari prototypo uterentur in Ecclesiarum suarum gubernatione.

In Bull.
§. 9.

5. *Cortinas de bysso, & Hyacintho, ac purpura, facies & saga cilicina.* Ingens quoddam in sancto hoc Archiepiscopo prodigium fuit, quod quamvis ad se rapit humanum intellectum, quod scilicet in unum veluti nexum redigere & conjungere potuerit cilicium & purpuram, delicatam lini seu byssi mollietiam, & grossitiam lanæ. Ipsæmet supremus

artifex DEUS Moyfi veluti tabernaculi sui (per quod Ecclesiæ figurabatur) architecto præcepit, ut à populo sibi subjecto pro tabernaculi illius fabrica erigendo variorum munerum exposceret oblationem; verum obtestor vos ut audiaris, qualia hæc esse debebant oblata: *Aurum, argentum & as, hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, & pilos caprarum, pelloque arietum, lapides onychinos, & gemmas ad ornatum superhumeralis.* Verum iniquies quam cum proportione viles arietum pedes, asperique & hispidi pili caprarum, è quibus cilicia contextuntur in medio purpuræ, hyacinthi, auri, argenti & gemmarum deferre potuerint? nimirum Ecclesiæ suæ pro tabernaculi sui erectione facienda utilissimum quoddam suggerere voluit documentum, hoc videlicet, quod illi censendi sint ædificium mystici illius tabernaculi erigere, id est fidem, & religionem orthodoxam propagare & sustentare, qui in muneribus & prælaturis magnis constituti studium suum non in id præcipuè collimant, ut sibi per auctoritatem, dignitatem, & divitias æstimationem & promptam apud subditos obedientiam procurent, sed potius ut populi affectum & propensionem sibi per bona exempla sua concilient, vitam scilicet ducendo immaculatam, pœnitentem & austeram, purpuramque indissolubili nexu cum cilicis connectant. Contrarium facientium errorem zelosissimus pariter & mellissimus Bernardus suo tempore gravibus hisce verbis reprehendit dicendo: *In omnibus exemplo Apostolorum honorabitur ministerium vestrum: honorabitur autem non cultu vestium, non fastu equorum, non amplis ædificiis, sed moribus ornatis, studiis spiritualibus & bonis operibus.* Id perfectè sanctus Carolus præstitit, siquidem de eo scribitur: *Multipli fulgore sanctorum operum, universam decoravit Ecclesiam.*

Exod. 35.

Epist. 41.
ad Henricum Sen.
Episc.

In Bull.
§. 2.

6. Verum quidem est, quod Majestas ejus respicuerit in aulæ suæ ministris, eorumque obsequiis, in palatii amplitudine, in aulæorum & peristromatum varietate & præstantia, nec non in omni eo, quod magni æstimare solet mundus; veruntamen cum hac exceptione, quod minimè hæc omnia æstimavit, solum admittebat & per-

per-

Lib. 4.
Hist. c. 26. *cifixus mundo.* Scribit Theodoretus, quod cum quidam Imperatorum sanctum Abrahamum Eremitam visitaret, *Agresse illud cilicium sua purpura existimavit præstantius.* Etenim nihil de sancto Carolo aptius dici poterat, utpotè cui cilicium longè charius purpura visum semper fuit, hac enim humeros quidem adornabat, cilicium verò sinui, pectori, & cordi fortiter adstringebat. Pulchrum est illud Poëtæ dictum:

Habent eheu & purpura spinas suas.

Nam foris quidem videntur, & odore percipiuntur in purpuris rosæ, intus verò spinæ eandem transadigunt. Ecce tibi igitur prædictos pilos caprarum, ecce tibi in medio purpuræ, lini subtilissimi, auri, argenti, & gemmarum intertextum in cortinis cilicium; ecce tibi census prædivites, dignitates &] dominia amplissima, sed in quem finem possessa? non ad erigendas in familia sua primogenituras, non ad acquirendas Dominiorum & Principatum opulentas possessiones, non ad conciliandos ad promovendum interesse suum factionis suæ complices, non ad comparandas sibi Magnatum & Principum amicitias, sed ad ædificandum & perficiendum tabernaculum, illiusque ruinam avertendam, ad defendendum à lupis Christi gregem, ad profligandas Principibus opem ferentibus hæreses, ad voluntates eorum in obsequium divi Petri magis inclinandas, ad restaurandam in sua Diocæsi & aliis fidei], morumque bonorum integritatem, ad propugnandam immunitatem Ecclesiasticam.

7. Enimverò DEUS specialiter voluit, ut hæc purpura in conspectu omnium reluceret obsequiis ministrorum, thesaurorum potentia, & dignitatis incredibili autoritate adornata, ut cilicii sui asperitas tanto amplius in ipso per novum exemplum prodere-
tur, ut austerissima ejus vita manifestaretur, quam etiam in humanæ fœlicitatis & dignitatis culmine constitutus ducere non dubitabat, jamque se nemo deinceps excusare posset, quo minus etiam inter ostræ & pur-

puras sanctas esse possit. Commodissimè hoc loco in mentem mihi venit, quod Cardinalis Baronius de sancto Ephrem Syro scribit: huic enim DEUS occultè inspiraverat, ut se Cæsaream ad sanctum Basilium reciperet, ab eoque in via DEI instrueretur, ad hoc autem ut Basilium in eo erudiendo tanto magis proficeret, DEUS huic novo discipulo excessivum quendam de insigni Basilii sanctitate conceptum, seu existimationem ingessit. Postquam autem Cæsareæ appulisset, invenit hunc sanctum Prælatum in throno majestatis suæ in templo residentem, pontificaliter veluti actualiter sacrificaturum vestitum, numerosa quâdam cleri, primatum, aliorumque dignissimorum virorum turba seu corona circumdatum: *Vidi in sanctis sanctorum vas electionis vestibisque majestate plenius exornatum, omnium oculos in illum defixos: vidi Ecclesiam ab eo spiritu vegetatam: ipsum Pastorem pennis spiritus sursum pro nobis preces extollentem: Vidi ab ipso Ecclesiam ornatam & dilectam aptissime compositam: Prospexi ab ipso manare doctrinam Pauli: Prospexi ibi ut-lem & salutarem sermonem, ad ipsum usque caelum fideliter tollentem, sicut que ut rem paucis complectar, universum illum cœtum splendorebus gratia venientem.* Ecce tibi in hisce verbis comprehensam vivam Caroli Borromæi effigiem, pro eo tempore præcipue, quo functiones Episcopales in Ecclesia exercebatur, in quibus (ipso procurante) conveniens divini cultus decor resplendebat; videbantur in illum chorum, ubi Divino officio assistebat, omnes Hierarchiarum Angelicarum chori simul descendisse, tanta erat devotio, majestas, reverentia, & spiritus Cleri.

8. Verum enimverò quemnam sibi sanctus Ephrem, qui in eremo lacer maleque vestitus, ac sui ipsius contemptui totaliter deditus erat, de sancto Basilio in tantæ magnificentæ conditione posito formavit opinionis conceptum? S. Ephrem Ecclesiam ingrediente S. Basilius columbam quandam eremitam hunc circumvolitantem vidit, unde concione finita ex columbæ hujus revelatione S. Ephrem præsentem esse intelligens ad eum amplectendum properanter accurrit, familiarique ipsius conversatione aliquamdiu usus fuit; ex quo mutuo convictu S. Ephrem dicit, quod sub atralica Basilii veste, sub

rochetto seu vestelinea è bysso candida confecta, lacer esset asperoque cilicio indutus, tantoque cum rigore jejunaret, ut de ipso legatur: *Tantum spiritu vivens præter ossa & pellem nulla præterea corporis parte constare videbatur. Quis est, qui in magno hoc Ecclesiæ Doctore sanctum Cardinalem nostrum vivaciter delineatum esse non videt? utpotè crucifixum mundo, viventem spiritu, ut in Bulla Canonizationis ipsius dicitur. De ejus igitur corpore jejunii, disciplinis, ciliciis, laboribus indefessis, vigiliis, cunctisque aliis rigoribus adedò extenuato & gracili dici potest, quod de S. Joanne Baptista Author operis imperfecti scribit: *Nihil carnis erat in eo; nisi visio sola.**

9. Surius in vita sancti Severini Episcopi Colonienſis refert, Magnatem quandam in die nuptiarum suarum ab Angelo, ut eum protinus sequeretur, jussum fuisse, qui eidem relicta sponsa & sæculo protinus consensit, ac demum in eremum quandam ab Angelo ductus vitam in ea per multos annos austerissimam duxit. Tandem verò dum in desiderio esset sciendi qualem sibi per toleratos vitæ rigores in cælo præmium comparasset, ipsi in visione quadam dictum fuit eum parem esse quoad præmii expectationem illi, qui ad Episcopatum Ecclesiæ Colonienſis de facto designatus esset, ac proindè ut præmii sui qualitatem & præstantiam experiretur Coloniam se ad videndum sanctum Severinum contulit? ubi Episcopum in simili majestate, qualem sancti Basilii fuisse descripsimus in throno Pontificali confidentem invenit. Finita autem Missa Episcopum usque in Palatium prosecutus, illum in medio multorum Principum lautissimæ mensæ accumbentem mox ut vidit Eremita, austeritatem suam DEO parum gratam esse, suspicari cœpit, eo quod eum alicui in humanæ felicitatis & prosperitatis culmine posito in merito similem esse dixisset, verum hunc Eremitæ errorem apprensus ei Angelus confectum detexit dicens: ipsum majorem cum affectus tenacitate vasculo cuidam, quod è cingulo vel corrigia pendulum habebat, affixum esse, quam Severinus delictis, conviviis omnibusque status sui splendoribus, aut aliis quæ mundus dare posset, adhærescat. Porro quantum sanctus Carolus omne id, quod in terris in pretio haberi so-

let, contempserit, animoque suo ab iisdem alienus fuerit in sequenti Discursu videbimus; equidem quodsi Annales ex testimonio Gregorii Nazianzeni de sancto Petro referunt, ipsum ex pauculis lupinis, quot scilicet uno obulo comparari possunt, vitam suam sustentasse, sciendum est, quod tamen sanctus Archiepiscopus noster lautas mensas convivis suis instaurari fecerit, ipse tamen in persona sua, ut plurimum ex solo pane & aqua, & frequenter solis lupinis vitam suam traduxerit, & tamen quoad exteriora in vestibus Cardinalitibus & Episcopaiibus conspicuus & venerabilis appareret, subtus tamen adedò tritis & laceris vestimentis indutus erat, ut ipsimet, qui eleemosynas ostiatim requirebant, aliquam ex vestibus ejus eleemosynæ loco acceptare fuerint dedignati.

10. *Cortinas de bysso.* Enimverò quodsi sub sacrorum interpretum ductatu de omnibus hisce Tabernaculis discurrere velimus, principales sancti Caroli virtutes pulchrè in eis effigiatas esse deprehendemus. Et quidem Glossa ait: *Bysso quoddam genus est lini candidissimi, & ex illo Rochetta sive superpellicea Prælatorum contextuntur; subdit autem Glossa ibidem: in bysso caro castitate veniens significatur.* Etenim ad hoc ut Prælati Tabernaculum, id est, Ecclesiam defendere & restaurare valeant, opus profectò est, ut zelo quodam singulari prosequantur honestatem, quæ individuum cum caractere sacerdotali conjunctionem habet; ac proindè ô quam digne Rocchettum sive superpellicem istud byssinum ab hoc nostro sanctissimo Archiepiscopo portabatur?

11. *Et Hyacintho.* Porro Gemma ista cœlestem solet colorem referre, & alludit ad cogitationes quas habere deberent, qui factis sunt ministeriis dedicati, omninò namque ad cœlestia intenti esse debent. De S. Carolo autem ipsemet Christi in terris Vicarius testatur, dum illum appellat: *Terrena calcantem, cœlestia iugiter negotiantem.* S. Prosper autem aliud mysterium insinuat, dum ait: *in Hyacinthino colore pallor quidam est cum splendore concordans jejunijs eleemosynisque conveniens, in jejunijs pallor, in Eleemosynis splendor.* Etenim de solo S. Caroli jejunio factum quoddam recensere prorsus admirandum. In modo Verallo, quo eo præcipuè sine se receperat: ut

In Bull.
§. 2.

In Bull.
§. 2. citatus in gl.

ut Redemptoris nostri amarissimam Passio-
nem in diversis Sacellis ibidem valdè viva-
citer in sculptis imaginibus representatam
tantò vivacius cordi suo imprimere posset,
febri quadam acutissima correptus, qua &
mortuus est, à Confessario per præceptum
formale excessivam suam abstinenceam non-
nihil jussus est moderari; cui prompte qui-
dem obedivit, sed audite qualem refocilla-
tionem admittendo id fecerit; nimirum ac-
quievit, ut panis quem alias siccum comedere
consueverat, in aqua mera coqueretur,
nullo tamen ne falsis quidem adhibito con-
dimento. *Pallor in jejuniis*. nunc videamus,
qualis *in eleemosynis splendor* ejus emicuerit.
Cum enim quadraginta millia scutorum,
quæ sibi ex divendito Principatu compara-
verat, inter pauperes protinus distribuere-
ntur, idque Reverendissimus Dominus Spe-
cianus in uno eodemque die executus qui-
dem fuisset, ita tamen ut habito factæ di-
stributionis bono & accurato calculo error
commissus derederetur per supernume-
raria duo scutorum millia, quibus dictum
quadraginta millia scutorum numeram di-
ctus Prælati in distributione facta superex-
cesserat, quem errorem sanctus Archiepiscopus
intelligens continud approbavit, & ratum
gratumque habuit, subdendo optimè hunc er-
rorem in pauperum majus beneficium acci-
disse. Et hi soli sunt errores, quos facilè gratan-
ter approbando ratificavit

12. *Purpura*. Per quam, ut Lyranus ait:
*significatur desiderium Martyrij, vel medita-
tio Christi passi*. De hac autem purpura in Dis-
cursu præcedenti fusiùs egimus. Quod verò
Martyrium cruentum sive in sanguine con-
summatum atinet, sanctus Carolus præter de-
siderium quod in ejus corde continud flagra-
bat, aliud quoque expertus fuit, de quo sanctus
Chrysostomus scribit: *Quid enim si igne
corpus non combusseris? sed potes alio igne, ut
puta voluntaria paupertatis, igne afflictionis;
licere enim delicate, lautèque vitam agere, la-
boriosam autem & acerbam eligere, an non est
oblatio holocausti?*

13. *Cocco bis tincto*. Est hic alius quidam
cortinarum tabernaculi ornatus. Per quem
significatur gemina charitas, inquit Lyranus,
scilicet Dei & proximi. B. Petrus Damianus
scribit: *Tunc ad alta charitas mirabiliter sur-
git, cum ad ima proximorum se misericoiter*

atrahit Quàm aptè hæc in personam S. Ca-
roli quadranti: cujus Charitas in Helvetorum
montanis etiam ad simplices, abjectissimos
malèque olentes Pastores, qui in pecorum
stabulis continud morabantur, sese extende-
bat, quos eadem cum benignitate, & pari
cum sollicitudine de animabus illorum vi-
sitabat, & amplexabatur, ac si omnes de nu-
mero fuissent primariæ nobilitatis: *Purpu-
ram, bryssum, aurum, argentum, & gemmas*,
quibuscum pari in honore habebat arietum
pellibus indutos montanorum incolas, qui
intelliguntur per *pilos caprarum, pelleque arie-
tum*; at verò de charitate ipsius ad longum in
primo Discursu tractavimus.

14. *Saga cilicina ad operiendum tectum ta-
bernaculi*. Glossa ait: *Saga quibus operitur ta-
bernaculum, rectores sunt, quorum industria
& labore decus Ecclesie protegitur, & munitur*.
Ehem quot labores, quantam industriam
& studium sanctus Archiepiscopus noster
ad restituendum Ecclesie suæ particulari
Mediolanensi antiquum splendorem adhi-
buit? ut potè quæ simul à DEO electa fuerat,
ut esset norma & exemplar omnibus aliis
Ecclesiis totius Christianitatis, & idè verè
de ipso dicitur, quod *universam Ecclesiam
accoravit*. Porò quod Severus Sulpitius suo
in schola sua erudierat, dixit, nimirum: *Qua
enim esset civitas, aut Ecclesia, qua non se de
Martini monasterio cuperet habere sacerdotus?*
id ipsum quoque tempore S. Caroli de Sacer-
dotibus ad ejus Dicesin spectantibus dici
potest, nimirum quemlibet ipsorum ad eò exa-
ctè in disciplina Ecclesiastica instructum, adeo-
que exemplarem fuisse, ut ad quamvis bo-
nam reformationem in quacunque alia Dicesi
instituendam atque plantandam abundè
sufficeret.

15. At verò Dionysius Carthusianus ait:
*Sagum vestis est facta de pilis caprarum, de
quibus & cilicia fiunt*. Ejustmodi autem sunt
vestes religiosorum, qui sacco & cilicio ve-
stiti, atque temporum injuriis expositi ab-
stinentes, nudi, pauperes, & abjecti vivunt,
quique Tabernaculum Dei egregiè reparant
& restaurant, ad eò etiam ut unicus & solus
Seraphicus Franciscus universam visus sit
sustinere & fulcire collapsentem & rui-
nè proximam Ecclesiam. Etenim mollis &
delitiosa vita, divitiæ, dignitates, pompa

& fastus humanus, ædificium Petri potius dis-
sipant, & in terram funditus prosternunt, econ-
tra verò sustentatur & conservatur ab orationi-
bus, jejuniis, studiis, & rigoribus bonorum re-
ligiosorum, omniumque aliorum Ecclesiasti-
corum atque fidelium in omni virtute Christia-
naque perfectione viventium. Enimverò qua-
les rigores illi fuerint, quibus S. Carolus sese
continuò exercebat, ex visu seu facie ejus sem-
per pallida ex corpore ejus extenuato & ema-
ciato, denique ex prominentibus ipsius ossibus
ex frequenti disciplinarum sanguine purpuratis
abundè fati conjicitur: *Sagina cilicina, corti-*

*nas de bysso, hyacinto, purpura, coccoque bis
tincto*; Cum hisce tamen ciliciis conjuncti in
ipsius persona fuerunt thesauri, Dignitates su-
premæ, Dominia, Magnatum de ipso conce-
ptæ opiniones, mundi totius obsequia, imò
quicquid dare potest universus mundus, quo-
rum tamen omnium quantus fuerit contem-
ptor, imò hostis, vel ex eo conjici cere possumus,
siquidem rosis, quibus eum mundus coronare
nitebatur, ad nullos alios utebatur fines, quam
ut inde magis auferentur & exacerentur pu-
cturæ & spinæ asperissimi cilicii sui.

Quod S. Carolus mundum cum omnibus rebus suis, eo præci-
pue tempore, quo mundus ei vel maximè propitius & favorabi-
lis erat, deseruerit, graviter ponderatur.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Galat. 6. v. 14.

L Andem gloriam, quam sibi
quondam sanctus Paulus Apo-
stolus attribuit, sancta Dei Ec-
clesia spiritu veritatis illu-
strata, sancto Carolo adscri-
bit, dum eum hunc in modum
nobis depingit: *Hominem*

mundo maximè blandiente, crucifixum mundo.
Enimverò quod S. Paulus in terram usque
cælum evehctus, oculos suos, seu potius divi-
nitus confortatum & illustratum intellectum
suum in bona immortalia & æterna desig-
nans, omnia hæc inferiora bona nihil æsti-
maverit: *Omnia arbitror ut stercora* quid mi-
rum? Id verò quod immensum nobis con-
ciliat stuporem, est, quod terra sancto Carolo
Borromæo conversa fuerit, ut ita dicam, in
cælum, siquidem mundus in eum congesse-
rat omnes felicitates atque fortunas tempo-
rales, quas prodiga etiam manu dispensare
unquam potuit, & tamen (ut sub ducatu
sacrorum Interpretum Epistolam ad Gala-

tas exponentium deinceps videbimus,) Ec-
clesia nobis illum proponit, tanquam *mundo
maximè blandiente, terrena calcantem*. Meri-
tò igitur dicere potuit: *Mihi mundus crucifixus*
est.

2. S. Augustinus ait: *Nec Paulus mundum
cupit, nec mundus eum*. Ac proinde inter se
mutuò reciprocabant mundus & Paulus, si-
quidem ipse mundum contemnebat, & vi-
cissim mundus Paulum nequicquam æstima-
bat; ac proinde ait: *Facti sumus omnium
peripsam*. Paulus à mundo infestabatur per-
secutionibus, incarcerabatur, cædebatur
flagell: *Nec Paulus mundi gloriam quarebat,
nec à mundi gloria ipse quarebatur; ideo & se
mundo, & mundum sibi crucifixum gloria-
tur*. Contrarium verò sancto Archiepiscopo
nostro accidit, quia etsi eum mundum odio
habuisse constet, utpotè *terrena calcantem*,
attamen mundus eum suis lenociniis prose-
quebatur, ei aridebat, ac per omnia illi fa-
vorabilis erat: *Mundo maximè blandiente.*

3. Martyr

In Bull.
Canō § 2.

Phil 3. 8.

In Bull.
§ 2.

1. Cor. 4.
10.

3 Martyrologium Romanum hanc sancto Alexio egregiam laudem attribuit, quod scilicet *Novam mundum arte deliserit*, quasi diceret: Ipse omnibus mundi & sæculi lenociniis ac blandimentis superior fuit, quia in medio deliciarum paternæ domus vivens, ita tamen se gessit, ac si planè extra mundum positus fuisset, siquidem in ipsa paterna domo in conspectu sponsæ suæ, inter paternæ domus commoditates atque delicias, in medio divitiarum & dominantium suorum commoratus quidem fuit, sed pauper & profusus toti domui ignotus, adè ut ne per umbram quidem aliquo illius commodo gavissus fuerit; mundus enim fugiendo vincitur. Pari ratione sanctus Carolus *novam mundum arte delusi*; siquidem vicit illum, eum non fugiendo, sed cum ipso permanendo, ita tamen, ut mundo, qui adè ipsi amicus erat, non alio modo usus fuerit, quam ut se hostem & inimicum illius esse jugiter profiteretur.

De triump
Christi
agone.

4 Beatus Laurentius Justinianus de agone Christi scribens ait: *Vno siquidem tempore & DEI fruebatur visione, & intolerabili passione gaudebat, ut tota divina fruitionis gloria militaret ad pœnam.* Ita quoque de felicitatibus terrenis, quæ in hoc servo DEI abundarunt, dici posse videretur, quod scilicet afflictionem, mortificationem & dolores in ipso auxerint potius quam diminuerint: *Tota in eo fruitionis gloria militabat ad pœnam quia quantum glorificatus & in deliciis fuit, tantum sibi dedit tormentorum.* Qua mensura thesauri in ipso crescebant, ipse sibi semper fiebat pauperior, & quanto magis proficiebat in æstimatione & veneratione hominum, tanto amplius humiliabatur, sibi que ipsi vilescerent: *Quidni periclitetur castitas in deliciis, humilitas in divitiis, pietas in negotiis?* *Fugite de medio Babylonis, & salvate animas vestras,* inquit sanctus Bernardus. Quam igitur inauditum prodigium erat videre portentum hoc sanctitatis in summo deliciarum culmine in innocentia sua proficere, ejus humilitatem magis demitti inter divitias & honores, pietatem, quæ antea proscripta, ut ita dicam, exultabat, nunc cum tanto incremento videre restitutam, idque indefatigabili opera & industria ejus mediantem, qua *terrena calcabat, caelestia jugiter negotiatur?*

Ser. 30. de
convers.
ad Cler.

In Bull.
S. 1.

5. S. Petrus Damianus de sancto Alexio ita scribit: *Novum martyris genus, novum præbet in admiratione spectaculum!* Martyribus enim *carcer erat pœna, catena pressura ipsi verò propria domus curatus decorata tricliniis erat materia tentationis.* Nunquid idem de sancto hoc nostro Archiepiscopo dicere possumus? Quid enim est aliud habere divitem & pretiosam valde vestimentorum suppellectilem, & tamen sibi non vestes attalicas usurpare, sed pilos caprarum studiosè vendicare, non vestes sericas & molles, sed asperissimas fetas ad cilicia contexenda aptissimas, vel habere in amplissimo illo Archiepiscopali palatio lectus molliusciosos, strata delicatissima, & tamen super nudis tabulis recubare, sacco canabino palea referto instratis; quid inquam hoc est aliud, quam id, quod mundus ei ad delitiandum dedit, in pœnam sibi & tormentum convertere? Dum Nepos esset Papæ regnantis, cui unusquisque applaudit, nec ullus contradicere audeat, quales non excogitavit inventiones, ut semetipsum vinceret, efficeretque ne commoda illius dignitatis degustaret? nulli alteri rei adè studuit, quam ut sibi ipsi cunctisque appetitibus suis contradiceret, quod adè studiosè præstitit, ut cum nullum ei à negotiis publicis tempus superesset, in quo pro suo beneplacito sibi ipsi vim inferre concederetur, naturali somno suo necessarium tempus ademit, in quo lectioni quotidianæ Theologicæ vacaret.

6. Poëtæ de Aralanta fabulantur, quod cum hæc in currendo velocissima esset, idè ut eam in currendo retardarent, poma quædam aurea per publicam plateam sparsim dissecerint, quæ ad eam è terra colligenda cursum suum hinc inde non nihil sistens, nec non à pomorum pulchritudine & virtute tracta perdidit victoriam. Sanctus Carolus à teneris unguiculis in via divini servitii magnis profecto passibus currebat: *Viam mansuetorum tuorum cucurri,* cum ecce mundus, ut velocissimos illius in currendo gressus sifteret, non unum sed sex poma seu globos aureos, per stadium sive curriculum projecit, idque per exaltationem Pii IV. è familia Medicæ ad summum Pontificatum: at verò tantum abest, quod gressum ejus siftere posset, ut potius fateri totus mundus debuerit, quod quanto plus illum bonis temporalibus

accu-

accumulaverat, quantoque majores dignitates illæ erant, ad quas illum exererat, tantò illum DEUS in suo divino servitio ferventiorē esse fecerit. Quando Pius IV. præfatus Pontifex avunculus Caroli, mortuo Comite Frederico fratre ejus, & Ducis Urbinatis genero mortuo, illum tanquam unicum suum nepotem superstitem donare voluit multis Dominiis, ipsumque quantum Papa aliquis facere prævalet, ad maximas evehere dignitates & præcellentias constituit, tunc ille vel maximè mundo tergum obvertit, ipsumque deseruit. Hildebertus ait: *Animi libertatem plures inter tormenta servarunt, inter opes autem pauci*. Sed quid de sancto Carolo dicemus, suamne libertatem ipse in hac thesaurorum sibi facta oblatione perdidit, an verò conservavit eandem? perdidit utique. Quamobrem ut mundum tanto magis derideret, clam sibi per sacros ordines susceptos, indeque contractum vorum castitatis, vincula injecit, ne deinceps in sua libertate positum esset sese alteri sponsæ, quam sponsæ Christi, id est, Ecclesiæ suæ adstringere.

7. *Mihi mundus crucifixus est.* Chrysostomus ait: *Mundum hic appellat, non cælum, neque terram, sed res temporarias, laudem ex hominibus, famulitium, gloriam, opes: hæc igitur omnia, quæ vulgo videntur esse magnifica, mihi facta sunt mortua.* Sanctus Carolus quoque ad laudes, adulationes, & applausus hominum surdus, humanæque gloriæ juratus inimicus erat. Unde superbus ille Lucifer quadam vice, dum omnes se versus ipsum pronissimo capite inclinarent, è corpore energumænæ cujusdam exclamavit, utinam non nihil fastus & superbiæ in syrma sive caudam, ut vocant, purpuræ tuæ inspergere possem. Quod famulitium ejus atinet, verum quidem est nullum inter omnes Cardinales fuisse, qui aulam haberet nobilitibus domesticis decoratam: at verò hisce aulicis suis ipse non ad suum servitium utebatur, sed ad Ecclesiæ publicum beneficium, eisdem in religioso illo cum illis mutuo convictu cum tanto spiritu, disciplina, sapientia, & exemplaritate erudiendo, ut aula ipsius facta fuisse videatur quoddam Episcoporum Seminarium; siquidem è servis suis duodecim ad insignes fuerunt Episcopatus erecti, duodecim item facti sunt Nuntii, & nonnulli Cardinales. *Gloria* quoque sive venerationi

& existimationi hujus mundi mortuus fuit; quia tametsi etiam è serenissimis familiis nati Principes, cujusmodi Carolus Emanuel Dux Sabaudia cum filiis suis erant, reverenter coram eo in genua procerint, tametsi Reges, Imperatores, imò & summi Pontifices in magna cum reverentia & veneratione habuerint, attamen in corde suo semper sui ipsius contemptum & vilescitiam sibi magis magisque impressit, prouti in Discursu tertio vidimus. *Opes* etiam, id est, aurum & argentum pedibus veluti substatum conculcavit, prouti manifestè liquet in illa sexaginta millia scutorum annui census, & amplius liberrimè & promptissimè facta renuntiatione, reservato sibi solo Archiepiscopatu, idque, prouti existimo, ut mundum, quomodo bona Ecclesiæ administranda & impendenda sint, edoceret.

8. Apostolus ait: *Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus*: at verò sanctus Carolus ad talem quoque victus & vestitus etiam necessarii contemptum venit, ut sub habitu suo Cardinalitio vestibus indutus fuerit magis laceris, tritius, & repetiatis, quam ullus mendicorum induere posset aut vellet; Longè frugalius in cibo & potu, quam facere posset, quilibet maximè derelictus & desolatus pauper mendicus, vix enim famem sufficienti pane nudo & fico, sitim autem aqua mera & frigida sedari permittebat, stratum ejus palea, folia arborum, nudaque humus subministrabat. Idem præcitus Chrysostomus circa illa verba: *Et ego mundo*, ait: *Dupl. cominuens mortificationem, ac dicens: Et illa mihi mortua sunt, & ego vicissim illis.* Considerandum est enim, quod divitiæ, honores, voluptates, mundi que lenocinia postquam ab illo derisa & contempta, ac veluti stercore æstimata fuerunt, ipsum deinceps amplius ad illicita sollicitare nequaquam præsumperit: *Nec illa mihi capere possunt*, inquit Chrysostomus, *neque manibus injectis captivum in ere, neque ego illorum cupidine teneri quippe qui mortuus illis*: ac tandem concludit: *Nihil hæc mortificatione feliciter cujus rationem mox subdit, dicens: hæc est enim beata vita fundamentum.* Etenim hic adeò heroicus mundi contemptus sanctitatis ipsius fundamentum extitit, tandem verò ad tantam eminentem hujus terreni contemptus gradum pervenit, ut cum S. Bernardo dicere potuerit:

1. Tim. 6. 8

Serm. 7. in
Quadrage.
potuerit : *Omnia qua mundus amat, crux mihi sunt, puta dilectio carnis, honores, divitia, vana hominum laudes : qua verò mundus reputat crucem, illis affixus sum, illis adhaero illa solo amplector affectu.* Caroli maximæ recreationes & gaudia, quibus in & de hoc mundo fruebatur, hæc erant : ad mortem usque persecutionibus infestari, eò quòd jurisdictionem Ecclesiasticam constanter & impertentitè offenderet, aut quia extirpare vitia, virtutes plantare videretur : à politicis Statistis tanquam hominem emote mentis derideri, eò quòd pro humani interesse exigentia factionibus ad hoc requisitis minimè uteretur : à multis perditè viventibus, regisque ministris varias devorare receptas injurias & contumelias ; impertentito animo & corpore balistarum excipere explosiones : vitam devivere laboriosissimam : corpus suum quotidie per excessivos rigores castigare : etiam si præ frigore rigescens toto corpore contremisecat, ad ignem tamen nunquam propius accedere : hortos etiam delitiosissimos ne quidem unico oculorum obtutu dignari, ut quem inde capere posset, se gustu privaret ; hæc, inquam, recreationes & solatia ipsius erant. Aliquando ab Archiepiscopo Valentino ex valdè paterno affectu monitus, ut curaret, ne vitam suam per austeritates adeo excessivas sibi abbreviaret ; respondit : *Nimis delicati hominis est, ne dum Episcopi, à muneris sui cura, aut valetudinis studio retardari, aut mortis formidine deterreri.*

9. *Mihi mundus crucifixus est.* Valdè notandum est tanquam quid summâ admiratione dignum, quod priùs in Bulla Canonizationis dicitur : *Mundo maximè blandiente Carolum mundum contempnissè.* Potiorem namque Sanctorum partem invenietis mundum quidem deseruisse, perpetuumque ab eo fecissè divortium ; vix tamen est aliquis, aut certè valdè pauci, qui intra medios mundi laqueos, illecebrosasque illius insidias vitam suam traduxerint : at vero sanctus Carolus (ut Eusebius Emisenus ait) *diu in hoc mundo positus extra mundum fuit.* Plutarchus refert Archimede se jactasse, quod si unum pedem in aliquo stabili loco foris extra mundum firmare posset, alterius pedis calcaneum universæ terra impingendo, eandem susque deque invertere & demoliri posset, adeoque agnoscebat quod utriusque plantis in terra positus, nihil adversus ipsam moliri aut facere *Manf. Sanctuarii Tom. IV.*

posset : at verò sanctus Carolus licet utroque pede in terra constitutus esset, *Mundo maximè blandiente ; diu in hoc mundo positus, eundem tamen calcibus pedum suorum impetere & conculcare noverat ; terrena calcantem crucifixum mundo ; nisi fortè dicere malimus, quod uno pede, id est, affectu suo in stabilitate bonorum aeternorum alterius vitæ firmato, altero mundo calcem impingendo eundem calcavit : Mihi mundus crucifixus est, nobisque in infestum esse fecit se artem quandam divinitus edoctum esse, qua ex purpura cilicia, ex dominiis liberis submissionem, ex divitiis paupertatem, ex supremis honoribus elicere nosset.* S. Thomas circa illa verba : *Mundo crucifixus sum,* ita scribit : *Manifestum est autem quòd mundus, & omnia qua in mundo sunt, mortua erant in corde Pauli :* nos vero ad propositum nostrum dicamus : *in corde Caroli.* Omnia, nimirum affectus consanguinitatis multis etiam Ecclesiasticis adhærescens, in ipso mortuus & totaliter extinctus fuit ; siquidem xenodochium Mediolanense hæredem suum esse voluit ; imò si ei licuisset, omnia utique familiae suæ fidei commissa in pauperum subventionem fuisset alienaturus. *Omnia : quia etiam amor propriae vite in corde ipsius mortuus erat ; siquidem factam bombardæ explosionem non majorem fecit, quàm minimi cuiusdam venti flatum, undè ne situm quidem corporis sui movit ; quod idem fecit quando inter pestiferos Mediolani per tot menses expositus, in conspectum mortis intrepido animo obviam veluti processit.* *Omnia qua in mundo sunt, mortua erant in corde Caroli ;* omnes etiam respectus humani, & interesse politica ; siquidem quando benè multi ipsum precibus suis fatigabât, ut Cardinalem Alexandrinum à Pontificatu arceret, ipsa merita electi, & servitium bono publico debitum cuius humanæ politiae anteponebat, adeoque electionem Pii V. Pontificis Maximi tam eminente sanctitate conspicui, necnon de Christianitate tam præclare meriti magna ex parte opera & industria ipsius in acceptis referre debemus. *Omnia, omnia qua in mundo sunt, mortua erant in corde Caroli ;* ideoque jure merito ori ipsius inserere possumus illa verba Chrylostomi dicentis : *Quicquid terrenis habet mundus, contemno : quicquid delictabile habet rideo ; divitiis non curio, paupertatem non horreo, mortem non timeo.*

V

10. *Mihi*

Homil. de
S. Maximo

Homil. de
expuls. sui

Serm 7. in
Quadr.

10. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Optimum nos modum S. Bernardus docet, quo quis mundo crucifigi possit, dum ait: *Se gerat tanquam mortuum.* Sed quomodo id quis executioni mandare poterit? *Qui non sentit, sed sic vituperantes, ut laudantes; sic adulantur audit, ut detrahentes.* Optime id S. Carolus executus fuit; quippe non alias adulationibus, quam quas detractionibus & maledictionibus propriis præbebat aures, cui indiscretæ reprehensiones, & factæ adversus ipsum à passionatis aliisque perditis hominibus murmurationes æquè libenti animo, quam quo laudes & applausus sibi factos audire consueverat, excipiebat. *Imò verò nec audit,* subjungit S. Bernardus, *quia mortuus est omnino; felix mors, qua sic immaculatum servat, imò penitus alienum facit ab hoc saculo.* Et ideo hanc ei laudè Pius V. adferunt: *Vir innocens, & egregia animi puritatis & sinceritatis.* A Sixto V. appellatur *vir eximia, dum vixit, religionis, sapientia & vita sanctissima.*

11. *Crucifixus mundo.* S. Dorotheus querit: *Quo pacto mundus crucifigatur homini?* Et respondet: *Cum homo abrenuntiat mundo, mundum deserit & eximè solitarius fit relictis parentibus, possessionibus, agris, negotiationibus, rerum copiâ.* Porro sapor, quo crucifixus Carolus noster mentes omnium imbuit, in eo præcipue consistit, quòd is sæculo minimè renun-

tiando, sed in medio impetuossissimi torrentis mundi, hujus constitutus, ad verlo semper flumine, seu contra aquarum impetum processerit, quòdque veterum Anachoretarum rigores, solitudines, abstinentias, paupertatem, &c. longè transcendit, tamen nunquam se intra deserti abdita subduxerit. Panigarola, qui diuturnâ cum ipso usus est familiaritate, in oratione, quam in exequiis ipsius recitavit, ita dicit: S. Carolus primitus in ipso aquarum cursu natabat, postea in medio cursu aquarum firmabatur, denique ulterius ascendit etiam adverso flumine natando; id est, divitias suas sanctè erogabat, postea eadem contemnebat, nec quicquam curabat; deum verò eousque pervenit, ut in supremo divitiarum fastigio mendicitatem inveniret. Fateor quidem fuisse nonnullos, qui adeò à divitiis fugere alieni, ut illas nec procurarint, nec desiderarint; vel si illas possederunt, possessas tamen optimè dispensarunt, vel etiam qui illas totaliter deseruerint; at verò quis mihi illum inveniat, qui per tot annorum longissimum decursum in abundantia summa divitiarum tantam semper profusus fuit paupertatem. Celebre est illud de sancto Carolo vulgatum proverbium, nimirum sanctum Carolum ex hoc mundo nihil sibi amplius usurpasse, quam quod à Domino suo canis aliquis accipere solet, nimirum aquam, panem, & paleam.



Bene ponderatâ dignitate, in qua vixit, cum omnibus
suis circumstantiis clarè indè, neminem
ei similem fuisse, deducitur.

DISCURSUS OCTAVVS.

Non est inventus similis illi.

PRæteritorum sæculorum expe-
rentiâ abundè comprobatum
est, quod hæc nostrâ deprava
& corrupta natura nun-
quam assequatur in gradu emi-
nenti omnes virtutes; hinc est,
quod tam in veteri, quàm in no-
vo Testamento multi quidem sacri Heroës tan-
quam admiranda vitæ specula ob oculos po-
nantur, sed non nisi in unica tantùm speciali
virtute: sic exempli causâ, Abel nobis tanquam
prototypum innocentiae proponitur, Enoch
tanquam exemplum puritatis, Jacob laboris
patienter tolerati, Moyses mansuetudinis, E-
lias zeli honoris divini, Hieronymus austeri-
tatis, Martinus humilitatis, Gregorius vigi-
lantiae, Ambrosius libertatis Ecclesiasticae ze-
lotæ, Paulinus charitatis: at vero specialissi-
ma sancti Caroli Borromæi prærogativa hæc
fuit, quod omnes omnino virtutes in persona
sua in gradu prorsus heroico simul conjunxe-
rit; siquidem Vicarius Christi in Bulla, quæ
de ejus Canonizatione emanavit, ita de ipso
definit: *Quasi Abel in innocentia quasi E-
noch in munditia, quasi Iacob in laborum to-
lerantia, quasi Moyses in mansuetudine, qua-
si Elias in ardenti zelo.* Et paulo post de eo-
dem prosequitur dicens: *Quique imitandam
exhiberet inter affluentes delicias Hieronymi
corporis castigationem, Martini in sublimio-
ribus gradibus humilitatem, Gregorii pasto-
ralem sollicitudinem, libertatem Ambrosii,*

Paulini charitatem. Porro Panegyrista Theo-
dosi ita scribit: *Dixisse sufficiat, unum il-
lum divinitus extitisse, in quo virtutes simul
omnes vigerent, quæ singula in omnibus præ-
dicantur.* Nos autem hisce verbis addamus,
quod Nazianzenus de Basilio Magno scribit: *Hic autem (id est, sanctus Carolus) in omni-
bus pariter summus; adeoque nos jure de ipso
asserere posse existimo, quod non sit inven-
tus, &c.*

Latin. pag.

2. *Non est inventus similis illi.* Quod si
virtutem charitatis, quæ Regina est omnium
aliarum virtutum, consideremus, certum est
ex historiis sanctum Paulinum Episcopum No-
lanum in hac virtute eoque progressum fuis-
se, ut postquam cuncta quæ habebat, inter pau-
peres erogasset, semetipsum veluti mancipium
quoddam vendiderit, ut filium miseræ illius vi-
duæ servitute, sub qua diu ingemuerat, redi-
meret. Hanc autem S. Paulini charitatem san-
ctus Carolus perfecte amulatus est, nisi forte
melius dixerò, quod longè superavit hanc S. Pau-
lini charitatem; quando scilicet multo tempo-
re veluti servus & mancipium vitam suam tra-
duxit & servivit, non uni duntaxat Regi barba-
ro, sed tot barbaris, quot in diocesi discoli, dis-
soluti, perversi & perditii homines erant, quo-
rum se contumeliis, injuriis & vilipendiis liben-
ter & patienter subjecit; undè jure merito cum
Apostolo dicere potuit: *Cum liber essem ex
omnibus, omnium me servum feci, ut plures
lucrificarem.* Vitam quoque tuam hæretico-

1. Cor. 7. 29

rum insultibus & persecutionibus exposuit, ut eos fidei Orthodoxæ compararet. Verùm enimvero dicitur, num vobis persuadere potestis, eum, qui pro salute gregis sui adeo prodigius fuit in erogandis facultatibus suis, vitæque sua manifesto mortis periculo exponenda, avarum futurum fuisse, in casu quo libertatem suam pro alterius recuperanda libertate oppignorare ipsa postulasset necessitas. Sanctus quidem Paulinus personam suam servituti, carcerisque catenis atque compedibus vincendum exposuit; at vero sanctus Carolus aliis se non minus duris compedibus constringi & vinciri permisit. Quoribus enim vitam suam manifesto mortis periculo subiecit? Nunquid sanctissimus Cardinalis noster mancipium quoddam factum fuisse videbitur, dum illum veluti quoddam ad tritremes condemnatum mancipium toto ferè capite rasum, super paleis extensum, à semetipso ad durum ac mucidum panem & meram aquam condemnatum, seminudum, & veluti mancipii alicujus centonibus contextum, incessanter, imò durè quàm mancipium laborantem, quotidie se propriâ manu ad sanguinem copiosum usque flagellantem, & subtus purpura cilicio vestitum esse videtis. Verùm enimvero ut quid ego illum in comparationem cum omnibus insignioribus cœlestis paradisi Sanctis deducere contendo, cum Ecclesia hodie de illo canat: *Similem fecit illum in gloria Sanctorum*, id quod sequentis Discursus Thema futurum erit, adeoque nullum sit dubium, quin verum sit quod paulò antè asserui, nimirum *illum divinitus extitisse, in quo virtutes simul omnes vigerent*. Quibus verbis consonat quod sancta Ecclesia de ipso dicit in Bulla, scilicet: *Omnia ad sacrorum & sanctorum Patrum exempla composuit*.

In Bull.
§. 10.

3. *Non est inventus similis illi*, si considerentur sæcula antiqua, in quibus adeo eminentes & eximii Sancti passim floruerunt, & sæculi præcedentis summa malitia & iniquitas e contra ponderetur. Neque enim perfectionem, sapientiam, & facta heroica tot Prælatorum veterum, qui superioribus sæculis Ecclesiam Dei sustentaverunt, obstupesco; siquidem plerique ipsorum tale devixerunt sæculum, in quo verisimile est laudabile quoddam inter ipsos viguisse certamen, & sanctam quandam æmula-

tionem, ut ex mutuis exemplis egregiè proficerent; id quod in illa ætate factum esse existimo, in qua simul cum sancto Augustino floruerunt sancti Maximus, Paulinus, Cyrillus Alexandrinus, Eucherius, Proclus, Chrysologus, Xilus, Leo Magnus, Damasus Papa, Prosper, Simeon Stylita, duo Gregorii Nyssenus & Nazianzenus, Ambrosius, & sanctus Joannes Chrysostomus, qui velut luminaria magna eo tempore in firmamento Apostolico relucebant: at vero noster sanctissimus Prælatus quænam obsecro in ætate sua viva exemplaria habuit, quæ ad faciendos in ardua perfectionis via magnos progressus calcar ipsi addere potuissent? Certè neminem; & tamen in Bulla canonizationis ejus vocatur grande luminare inter tenebras. Hoc unicum scire sufficiat, eum adeo corrupto sæculo vixisse, ut ad restaurandam, & postliminio revocandam disciplinam Ecclesiasticam opus fuerit universale quoddam & œcumenicum congregare Concilium, Tridentinum videlicet. Suos quoque natales, quod valdè considerabile est, in tali Diocesi habuit, quæ tunc inter quasvis alias dissolutior, majorique licentiæ dedita erat. In prospera tandem humana felicitate erat constitutus, adeoque inter mera vanissimi mundi præcipitia & scopulos processit, qui eo tempore præcipue periculosissimi erant; in veritate namque tunc dici poterat: *Mundus totus in maligno positus est*. Quod verò in istis temporibus sui circumstantiis positus, non solum ipse pro se sanctitatis studio se totum dedicaverit; verùm etiam omnibus aliis ad idem studium capeffendum dux & author fuerit, hoc mihi tale videtur esse prodigium, quod cogit me liberrimè dicere, quòd non sit inventus similis illi, *Sicut lilium inter spinas*.

10 an 9. 19.

4. Et quidem in hac concepta opinione confirmabimur, si nos reflexerimus ad locum, qui theatrum quoddam erat, in quo *spectaculum fuit mundo, & Angelis, & hominibus*, in omni rarissimarum virtutum exercitio. Alii celeberrimi Ecclesiæ Sancti, prout ex historicis factis liquidè satis colligitur, vixerunt vel in eremis, vel in claustris, & ut plurimum è claustris & laccis suis evocabantur ad mitras, fueruntque diu antè per longum tempus in disciplina monastica exercitati, priusquam ad Prælatu-

laturas promoverentur : at verò Sanctus noster in aula semper commoratus fuit in magna thesaurorum abundantia, in auctoritate scripturarum, in affluentia omnium vitæ commoditatum, deliciarumque desiderabilissimarum; & tamen claustra in aulas, eremos in basilicas regias transplantandi modum perfectissimè novit; ideoque rigidissimorum Anachoretarum austeritates in serenissimo humanæ felicitatis fastigio practicavit : *Antra deserti teneris sub annis, civium turmas fugiens peristi; ne levi saltem maculare vitam fame posses*, ita de sancto Joanne Baptista in gratia confirmato, & in utero materno sanctificato scribitur; at verò quid de nostro Sancto dicitur electis, si videretis quod ipse instar columbæ cujusdam innocens & candidus, jam non in solitudine, sed in Babylonia quadam eandem in sanctam quandam Hierosolymam commutando vixerit, & *nec levi saltem maculare vitam fame voluerit*; undè eminens ejus perfectio perspicue satis argui potest : *Si quis in verbo non offendis, hic perfectus est vir*; ipse autem in directione difficillimorum negotiorum totius Christianitatis per multorum annorum decursum, in occasionibus curialium complementorum, audientiarum continuarum exercitio, rudissimos & inexpertissimos homines in doctrina Christiana erudiendo, negotia quoque domestica & publica continuo tractando, linguam suam ad eò perfectè & integre moderare & dirigere novit, ut Panigrola, qui vitam ipsius perfectissimè & ad unguem, ut dici solet, sibi perspectam habuit, attelleter, quod ex ore ipsius nunquam prodierint verba iracundiam, murmuraciones, injuriam, juramentum, adulationem, maledicentiam redolentia; imò ne vel minimum verbum otiosum, nec ullum unquam verbum protulerit, quod non vel ad utile quoddam negotium, vel ad alium bonum finem ordinaretur. Porro Chrysostrami, Hilarii, Ambrosii, Augustini Dicesum suarum reformationem aggredientes, easdemque ad optimum optatumque finem perducentes, jam non minus atate, quam judicio, prudentiâ, & multâ experientiâ maturi erant, jamque in publicis muneribus diu satis sese exercuerant : at vero sanctus Carolus etiam juvenis vigin-

Jacob. 3. 2.

n. 9. 19.

ti duorum annorum, absque ulla pravâ experientia, talem quandam exorsus est Ecclesiasticæ disciplinæ reformationem, quæ etiam Ambrosiorum, Basiliorum, Athanasiorum, generosa pectora haud immerito potuisset perterrefacere, eandemque ad eam usque perfectionem perduxit, ut toti Christianitati per omnia deinceps seculorum seculorum exemplaris loco esse possit. Legite, obsecro, & iterum iterumque relegite superiorum seculorum historias, & dicite an aliquem ex omnibus quiveritis invenire, qui in vinea antea totaliter sylvestri, omnique culturâ destituta, postea vero fertilissima Ecclesia plus ipso non solum sudaverit, verum etiam fructum copiosorem protulerit? Etenim undecim celebravit Synodos Dicesanas, sex Concilia Provincialia; Literæ autem Pastorales, Memorialia, Constitutiones, Decreta, quæ promulgavit, omni prorsus numero carent. Consecrationes ecclesiarum, sanctorum Corporum translationes, visitationes, congregationes, quadraginta horarum preces, aliæque devotiones plurimæ, quibus semper præsens ipsemet intererat, ipsum planè indefessum fuisse commonstrant. Seminaria quoque, Collegia, Hospitalia, Monasteria, Religiones quas vel introduxit, aut fundavit, vel quibus eximia beneficia contulit, pastoralis sollicitudinis suæ amplissimum & irrefragabile perhibent testimonium. Legatur amplum illud volumen, quod Acta Ecclesiæ Mediolanensis intitulatur, & clarè satis videbitur, an non ipse solus, ut ita dicam, plus laboraverit, quam omnes alii Episcopi temporum superiorum. In relatione in Consistorio Canonizationis ipsius facta, hæc ei laus attributa fuit : *Extant ejus opera duobus tomis comprehensa, quæ omnes divitias & thesauros Catholica doctrina facile comprehendunt.*

5. *Non est inventus similis illi.* Conchylia, quæ veluti matres sunt unionum, aquis maris quidem supernant, nec tamen falsi illius elementi vel minimam stillam imbunt, sed potius rorem cœlestem aperto sinu quotidie hauriunt, illasque proinde animas præfigurant, quæ in medio mari mundi hujus cœsum soli divinæ gratiæ aperiunt, aliis verò re-

bus ad Deum minimè spectantibus idipsum pertinacissimè obtuzant & claudunt. Et verò ex hoc quoque capite *Non est inventus similis illi*, qui huic mundano mari magis ipso immerfus, nec tamen submersus, vel intus illius humore perfusus fuerit: *Hoc mare magnum & spatiosum*; siquidem licèt unicuique esse Papæ regnantis Nepos, manuce suâ, ut ita dicam, unum cum Pio IV. avunculo suo Apostolicæ Monarchiæ sceptrum conjunctum moderaretur, necnon difficillima, maximèque ardua mundi negotia tractaret, ponderaret, componeret, dirigeret; attamen ne vel minima stilla aquæ illius maris cor ipsius subingressa penetravit: *Crucifixum mundo, viventem spiritu*. Ecce tibi rorem cœlestem: *Terræna calcantem, cœlestia jugiter negotiantem*. Et hoc quidem unicum erat, quod tantam ipsi apud Principes venerationem existimationemque pariebat. Undè Philippus II. ut diximus, vivam ipsius effigiem in secretiori conclavi inter alias aliorum Sanctorum imagines devotissimè asservabat; stupebant enim innocentiam & sanctitatem ipsius, utpotè per experientiam propriam probe scientes, quàm sit difficilè inter Imperia, coronas & sceptrâ non jam dico acquirere, licèt & hoc suâ difficultate non careat; sed & constanter, prout ipse fecit, eam conservare. Quis unquam ad eam usque dexteritatem pervenit, ut res adeo inter se disparatas inter se nosset simul unire, prout ipse easdem in semetipso univit & conjunxit? quales sunt, verbi gratiâ, Inimicus personæ suæ contemptus, & dignitatis suæ in æstimatione & veneratione perpetua conservatio; Abundantia thesaurorum, & paupertas extrema; Generositas & magnanimitas animi, & profundus de semetipso humilitatis sensus; Delitiæ & austeritas; Sceptrâ & disciplinæ; Cilicium & purpura; Prudentia & simplicitas; Gravitas & affabilitas; Justitia & pietas; Vita activa & contemplativa.

6. *Non est inventus similis illi*. Multi quidem Sancti bonis se temporalibus spoliantes, pauperibus illa distribuerunt, ac demum vitam ceperunt ducere pauperem & religiosam, aurum, argentum, omnemque aliam pompam mundanam arbitrantes ut stercorea: at verò sanctus Carolus divitias tum patrimoniales, tum Ecclesiasticas sub proprio dominio refer-

vans, easdem pauperibus perfectè dispensare novit, vivendo deinceps juxta reservatas divitias ipsimet pauperibus pauperior atque egenior. Sanctus Ambrosius, cujus sanctus Cardinalis noster fuit dignissimus successor, partem honorum suorum in elemosynam erogavit, aliam verò partem Ecclesiæ cessit, ita tamen ut sorori suæ domûs suæ utumfructum quoad usque viveret, reliquerit: at verò sanctus Carolus parentibus aut cognatis suis nec quicquam reliquit aut dedit: imò à senatu licentiam sibi dari efflagitavit, quatenus familiæ suæ fideicommissa & feuda in beneficium & utilitatem divendere & alienare posset. Alii elemosynas erogârunt ex eo, quod propriis necessitatibus sublevandis supererat: *Quod superest, date pauperibus*; ipse verò ut elemosynam jugiter dispenseret, familiam suam panis defectu laborare permisit, licèt Deus illam abundè suppleverit. Non deerit in Sanctorum catalogo, qui cuncta quæ habuit, ad unicum usque teruncium inter pauperes divisit, non tamen id tanta cum profusione fecit, sicut ipse; siquidem Cardinalis noster uno eodemque die quadraginta duo scutorum millia pauperibus erogavit: quid amplius dicam? Imò eis id quoque donavit, quod non habebat. Neque enim contentus quod amplissimum palatium Archiepiscopale omni suâ pretiosâ supellestiale quoad aulicâ, peristomata, laquearia, aliaque ornamenta denuclasset & penitus extirpâisset, adeo ut nihil reliquum manserit, præter linream quandam tæpetis cujusdam suffukuram, & ne lectio quidem proprio, tametsi ex nudis tabulis constante, pepercerit; insuper pro elemosynis distribuendis multo se ære alieno gravavit, suos quoque ad quæstum elemosynarum emisit; & ut paucis rem totam complectar, quicquid mundus divitiarum, dignitatum, deliciarum, auctoritatis, existimationis, magnificentiæ, &c. ad eum locupletandum & evahendum congregare potuit, hoc totum ipse ad pauperes ditandos, se verò depauperandum impendit. Numerus pauperum, quibus ipse tempore pestilentiæ quotidie alimenta, vestes, cunctaque alia necessaria abundè providit, ad numerum septuaginta millium facilè ascendit. Audite quàm aptè cum Apostolo de ipso ad populum suâ paternâ curâ multis beneficiis auctum dici potue-

potuerit : Propter vos egenus factus est , ut illius inopiã vos divites essetis. Præsto quidem est sancti Cœlestini exemplum , qui regnum Pontificium seu summum Pontificatum à se abdicavit ; sed quo sine illum id fecisse putatis ? ut deinceps vitam quietam & tranquillam , atque ab omnibus negotiis publicis , quibus titulus Pontificalis tantum non obruitur , planè expeditam ducere posset , seque vitam contemplativã totaliter manciparet. Similiter si alii pariter censibus ecclesiasticis cesserunt , id utique fecerunt tanquam anxie quærentes & zelantes fidelem sanguinis JESU Christi & patrimonii pauperum distributionem : at verò sanctus Carolus sponte propriã omnes illas dignitates , censibusque opulentos , qui nullum ab eis onus , laborem aut molestiam requirebant , quique ei annuè censum septuaginta millium annui censûs facile parare poterant , in manus Pontificis deposuit , sibi verò non nisi os quoddam durissimum ad rodendum , qualis erat Archiepiscopus Mediolanensis , reservavit , ut in cultura diocesis illius per frequentes visitationes , per vigilantiam & assiduitiam continuam , per ærumnas & labores indefessos sudare , seque fatigare , & omnibus exhaurire posset. Nec tantum ipsum hujusce à se factæ renuntiationis unquam penituit ; verum etiam cum tempore pestilentie aliarumque occurrentium necessitatum diceretur , quòd si de facto resignatos à se censûs annuos etiamnum possideret , illi utique tunc ad pauperum sublevamen opportunum uui futuri essent , respondit , quòd nisi illis cessisset , id ipsum etiam de facto adhuc faceret de novo , hancque subjunxit similitudinem , ejus qui non solum fructus ab arbore productos , sed & ipsam arborem eos parientem Deo consecrãrat.

7. *Non est inventus similis illi.* In Collecta de sancto Casimiro legimus : *Deus qui inter regales delicias intactum à mundi illecebris spiritum sancti Casimiri conservãsti.* Item de sancto Henrico Imperatore legitur , quòd *virginitatem raro exemplo matrimonio junxit.* Veruntamen quòd sanctum Casimirum attinet , is mortuus est juvenis , in jucundissimo nimirum annorum suorum flore ; neque constat , quòd vel dicti Casimiri , vel sancti Henrici pudicitie tensi fuerint laquei vel insidie , prouti in sancto Carolo accidit , ut in aliquam præci-

pitarentur impuritatis labem , quamvis sanctus Carolus in omnibus hisce luctis & insultibus , quibus tum Papæ in primis juvenutis annis , tum pariter hic Romæ Nepos Papæ existens infestatus fuerit , victor gloriosus evaserit ; unde eandem illi laudem tribuere possumus , quam sanctus Hieronymus Nebridio pudicitiam in aula Imperiali intractam & illasam conservanti adscribit , dum ait : *Quorum mensa ministrat , orbis terra & maria serviunt ; inter rerum abundantiam in primo ætatis flore tanta verecundia fuit , ut virginalem pudorem vince- rat.* Ad hæc verum quidem est , quòd in simili quoque lucta sancti Bernardus , Thomas Aquinas , & Philippus Neriis victores permanserunt ; atque ut verum fatear , nullus eorum in statu & conditione adeo delitiosa , lubrica & proclivi suo tempore vixit , in quali sanctus Carolus vivebat , utpotè qui bullente etiamnum in ipso sanguine in juvenili ætate , & publicorum studiorum consuetis licentiis , omni suã potiebatur libertate , maximè verò quando Nepos Papæ existens facere poterat quicquid volebat.

8. *Non est inventus similis illi.* A multis quidem magnis Sanctis religiosissimas usurpatae fuisse austeritates corporales legimus , veluti à sancto Basilio Magno , sancto Martino , & sancto Athanasio , & aliis ; sed id nequaquam mirum fuit , quia in monasteriis inter fratres vivebant , vel in solitudinibus vitam contemplativã dediti erant , aut certè primitus Religiosi fuerant : at verò sanctus noster Cardinalis in aula semper & maximè Romæ commoratus & Mediolani tanquam Archiepiscopus , & tum ob natales , tum ob varia quæ possidebat dominia & status , maximæ dignitatis Princeps adoratus fuerat , & tamen licet nunquam claustralem vitam duxerit , vitam duxit quovis austero Anachoretã rigidiorẽ.

9. *Non est inventus similis illi ;* maximè si quis omnium asperitatum , quibuscum se vel lantane & incessanter affligebat , circumstantias ritè ponderaverit. Etenim de sancto Bernardo , qui aliàs adeo rigidus sui ipsius censor erat , in vita ejus legimus , quòd nonnunquam honestam aliquam recreatiunculam admiserit : at verò de sancto Carolo scribitur : *Nullum tempus animi relaxationis dabat , sed opus Dei & proximi consensuè agens , negotium negotio succedebat . cu-*
tam

ram curâ excipiebat, non quietis tempus vacabat ab opere, non refectiois. Quodsi illi, qui in eremis habitabant, corpora sua macerârint & castigârint acriter, id ideo mirandum non est, quia soli vitæ contemplativæ dediti erant: at vero S. Carolus ob continuos labores, quibus se incessanter defatigabat, nonnunquam indigebat aliquâ refocillatione animique relaxatione, ne forte continuo se fatigando deficeret; & tamen *super paleas, aut super asseres paleis plenos pulvino capiti supposito cubabat*, interdû super ipsam humum. Penuriam ejus nulla alia re abundabat, quàm exsiccatissimis, duro pane, lupinis, & aqua insipida, imo malè dixi, quia nonnunquam etiam dictorum ferculorum patiebatur penuriam, vel iis se non cibabat ad sufficientiam. Pauperum lectuli sui tegumentum ex canabe factum, & paleis factum erat; subtilior quoque ejus camisia, qua pectus ejus stringebatur, hispidum quoddam erat cilicium; ad sanguinem usque quotidie se flagellabat, integras noctes in oratione insomnes transigebat. Mensulam habebat, quæ sæpè ei loco scriptorii, aut mensæ, frequenter etiam lecti loco serviebat: verum enim vero id quod vel maximè considerandum venit, hoc est, quod prædicti extremi rigores tali corpori adhibebantur, quod à primis infantis annis delicatissimè nutritum & educatum fuerat; imo tali corpori, quod per itinerum molestias, necnon longas peregrinationes, cum tot incommodis pedestriut plurimum itinere inter præcipia & inaccessibleis dicesis suæ alpes factas valdè exhaustum & debilitatum fuerat. Præterea fudè nonnulli inter Sanctos, qui corpora sua longo tempore jejunii, disciplinis, cilicis, aliisque mortificationibus macerarunt, ab iis tamen rigoribus, postquam ad proveciorem devenère ætatem, nihil remiserunt, imo aliquantulum eidem indulserunt quietem, ne mortem sibi accelerare viderentur: at vero omnes prædicti rigores in sancto Carolo non solum ad ultimum usque vitæ spiritum continuârunt, verum etiam cum provecioribus annis sua quoque sumplerunt incrementa. Etenim solitus erat dicere, quod cum multi ex nimia ingluvie ciborum ante tempus moriantur, sibi nequaquam vitio verti posse, si mortem sibi e contra per nimiam abstinentiam acceleret. Porro de sancto Petro legimus, quod in Herodianò carcere adeo profundum

sonnum dormierit, ut ad eum excitandum vox Angeli minimè suffecerit; quin etiam valida lateris percussione opus fuerit: *Percussitque latere Petri excitavit eum, dicens: surge*, imo ex sacro textu satis perspicuè colligere possumus, quod exutus & spoliatus vestibus somno se commiserit: *Calcea te caligas tuas, circumda tibi vestimentum tuum*; at vero S. Carolus vestitus dormierat, somnulque ejus adeo pertenuis erat, ut musca eum circumvolitans excitare potuisset. Sanctus Petrus igni appropinquabat, ut se calefaceret: *Stans autem Petrus & calefaciens se*, Similiter sanctus Paulus *accensa pyra reficiebat se*; hic quidem Melitæ, ille vero Hierosolymis, climate nimirum utrobique valdè temperato, nec immodice frigido: nos ter autem Anachoreta in Lombardia inter nives & glacies rigidissimas, etiam inter frigora alpèstria, tametsi manus ejus ob frigus excessivum sanguinem stillarent, vel etiam ex sudore & pluvia maduissent, nunquam tamen visus est ad ignem accedere.

10. *Non est inventus similis illi*, quo ad propriam vitæ contemptum. In cujus probationem dicere sufficit, quod sanctus Elias, qui mortuos resuscitando sibi supra mortem imperium concessum esse ostendit, ad comminationem mortis sibi à Jezabele intentatam adeo expavescens fuerit, ut omnino formidolosus & timore plenus, quadraginta continuos dies ab ea per densas sylvas & præcipitia fugerit. Similiter si è Martyribus permulti in suppliciorum carnificina hærentes præ nimio gaudio riserint, id adeo mirum non est; siquidem sciebant causam ob quam moriebantur, nimirum ad fidem sanguine suo contestandam, vel ad stabilendâ religionem, vel ad aliam quampiam virtutem defendendam; at Carolus ab explosa in illum bombardâ, ad mortem, ut credebatur, tactus, cum nesciret quamobrem, aut à quo id factum esset: *Omnibus percussis, ac de ejus salute trepidantibus, ipse solus mente immotus, illos in oratione progredi mandavit, & tunc ipsum Domini monitum illud: Non turberur cor vestrum, neque formidet; cantari, non sine divina voluntate contigerat*. Noluit, imo vetuit ut quisquam se moveret, eo nimirum fine, uti existimo, ut malefactor interea sibi per fugam consulere posset. Ipsemet Dei Filius morte instante timuit, ac

Acta A. post. 22.

Acta A. post. 22.

toto corpore anxius sanguinem sudavit, quia Et sanctus Gregorius ait: *Nostra mortis in se certamen expressit* Alii quidem semel & iterum se mortis periculo obiecterunt; at verò quis est, qui animo magis intrepido morti non iam per integros dies, septimanas, aut menses, sed per annos, nimirum sævissimæ illius contagionis pestilentialis tempore expositus fuit, idque semper impavidus: alios quidem sanctos invenietis, qui in similibus calamitatibus suo quidem gregi præsens attulerunt auxilium & subsidium; at verò solum in ordine ad salutem animæ, simulque illis aliquantulam elemosynam subministrando: at vero sollicitus & providus Pastor noster suam erga gregem sibi commissum in ea calamitate contulit opem & operam, exerceado in illos pariter munus Episcopi, Parochi, Medici, Parris, servi, imo & Vespillonis: *spiritualia & temporalia ministrabat; defunctos sepeliri, infantes, orphanos nutrire, ac sua quemque onera publicè demandare diligenter ac fideliter administrare curabat, non pauperum valetudinaria, non humiles causas in visis dimisit, non ad mortuorum cadavera accedere veritus est, ut viventem miserabiliter inter mortuos infantem ab uberibus defunctæ matris eriperet.*

In Bull.
Suo.

Episc. Ar. ad Henric. Sen. Episc.
11. *Non est inventus similis illi* Prælati & Episcopi, prout zelosissimus Bernardus magna cum energia exaggerat, per pompam & fastum ipsorum exteriorem magnoperè Ecclesiam damnificavit, existimantes se hac ratione & medio sibi magnam penes populum conciliaturos esse existimationem & reverentiam; at vero quis alius damna hæc Ecclesie illata magis reparavit, quam sanctus Carolus, utpotè qui aptissimo inter se vinculo inter se cilicia cum purpuris, humilitatem cum imperiis, paupertatem cum thesauris, sceptrum cum disciplinis ferreis novit conjungere? Sanctus Hieronymus de sancto Paulo primo Eremita sic ait: *Ille vestem Christi, licet nudus servavit* (cum clericis loquitur, & in hac Christi veste designat Ecclesiam, utpote quæ sub hoc symbolo, tanquam lacerata ab Arrio, S. Petro Alexandrino monstrata fuit.) *Vos vestiti sericis indumentum Christi perdidistis*; at verò sanctus

Carolus, quem in præfenti materia tanquam Achilantem venerari possumus, utpote qui solus quasi sedem sancti Petri tanquam stabile fulcrum sustentavit, *Sp nudus vestem Christi & sericus indutus servavit.* Neque enim minus ei ornamentum aut emolumentum per rursutam attulit, quam ei contulerat per suum cilicium, siquidem per utriusque conjunctionem mundo & omnibus Prælati, Cardinalibus, summisque Pontificibus præclarum exemplum reliquit, è quo manifestè colligere possint, quod ingentes census annui, summæ & præcellæ dignitates, obsequia, aulicorum familiaria, quæ enim penes sæculariter viventes in æstimatione sunt, innocentie & integritati bonorum morum, bonoque Ecclesiasticæ Hierarchiæ regimini, nec quicquam præjudicare possint, dummodo census prædicti fideliter & juxta exemplum ipsius administrantur, parique modo & ordine succineantur dignitates.

12. *Non est inventus similis illi* Alii etenim sancti longius & prolixius vitæ spatium sunt consecuti, & consequenter evidentem occasionem plus boni faciendi & laborandi in vinea Dei, nam sanctus Antonius Magnus, S. Paulus primus Eremita, & S. Romualdus centesimum vitæ annum superarunt, sanctus Martinus moriens octoginta & unum annos habuit, S. Philippus Neri octoginta, S. Ignatius ad septuagesimum usque pervenit At verò sanctus Carolus quadragesimum septimum nondum superarat Unde an de ipso dici possit: *Consummatus in brevi explevit tempora multa*, vestro id iudicio decidendum relinquo; ad hæc quemnam invenietis, cujus sanctitas adeo velociter in universum mundum divulgata fuerit, quam hujus nostri sancti, vel etiam qui adeo citò per ritus & cæremonias solemnes, quibuscum aliquot ab hinc sæculis utuntur Pontifices sanctorum Canonizatorum Catalogo fuerit adscriptus? etenim Clemens VIII. Pontifex Maximus de ipso testatur, nullam suo tempore fuisse regionem super terram, *qua non esset plena fama sanctitatis tanti Prasulis.*

S. Carolus æmulatus est præconia Angelorum, Patriarcharum veterum, Apostolorum, Martyrum, & Doctorum; omnique statui velut exemplar quoddam sanctitatis præluxit.

DISCURSVS NONVS.

Similem fecit illum in gloria Sanctorum.

Ecclesiastici cap. 45. v. 2.

Sup. 11. 21.

Aterna illa sapientia, de qua merito scribitur: *Omnia in mensura & numero, & pondere disposuisti*, non sine ingenti mysterio disposuit, ut beatissima Caroli Borromæi anima à vinculis mortalitatis nostræ exsoluta, sursum ad Ecclesiam triumphantem in hac octava evolare, in qua celebratur omnium Sanctorum solemnitas, quodque illius hic in terris Vicarius à Spiritu sancto utique inspiratus eum hic in Ecclesia militante sanctorum catalogo per solemnissimam Canonizationem, in ipsomet die omnium Sanctorum Commemorationi specialiter dedicato inseruerit, per hoc namque, uti ego quidem existimo, declarare nobis voluit, ipsum in miraculosa vita sua imitatum fuisse, & in se veluti in brevi quâdam Epitome compendiasse præconia, virtutes & prærogativas partim in omnibus Beatis divitas. Unde merito ei dignissimum hoc Ecclesiastici encomium adscribere possumus dicendo: *similem fecit illum in gloria sanctorum.*

2. Quodsi primo loco intellectus nostri oculos in Angelorum spirituum hierarchias conjiciamus, inveniemus utique sanctum Archiepiscopum nostrum magnum & sollicitum fuisse sancti Michaelis Archangeli, cælestis militiæ Principis æmulum, rebellium Deoque contumacium saltum reprimendo, zelando cultum Divinum, fidei integritatem protegendo, hæreseos draconem conculcando, Ecclesiasticorum merita om-

niumque aliorum, in beneficiorum aliorumque munerum distributione in æquitatis libra justè ponderando. Theodoretus de Angelis ita scribit: *Omnis forma expertes à Deo formantur, ut usus hominum postulat*, quasi diceret, variis sese speciebus induunt, quas juxta proportionem ministerii quod in nostram utilitatem exercent, sibi assumunt. Alati quoque depinguntur, ad denotandum ipsos in ministerio nobis exhibendo velocissimos esse: *Alis signatur celeritas* inquit Arcopagita. Hoc igitur supposito constat ex Apocalypsi, Episcopos quoque Angelos appellari: *angelo Ephesi Ecclesie scribe*, ac proinde mirum non est, quod sanctum hunc nostrum Archiepiscopum, dignitatis suæ majestate & magnificentia deposita, videas summa cum celeritate ac pastoralis sollicitudine ad gregis sui utilitatem nunc omnibus etiam servis suis, humiliter inservientem; nunc tanquam privatum quendam presbyterum, eos qui in doctrina Christiana rudiores erant, catechizantem, nunc in hospitalibus infirmis ministrantem; nunc in summitate inaccessibleium alpium Episcopales visitationes suas perficientem, nunc in tribunalibus expeditionibus & justitiæ causarum invigilantem; nunc in audientiis dandis, mox in carceribus apud captivos, ac demum in Oratoriis occupatum; undè invocatum (hoc Plinii dicto tantisper mihi uti liceat) *statim velut nomen adesse & assistere.*

3. Est & alia quædam Angeli proprietas, quod scilicet indefatigabiles sint, nec unquam quiescant, sed semper operentur. Unde S. Bernardus eos in scala Jacobi ascendentes

De cælesti Hierarchia,

Plin. in Pan. Trajani.

Ser. 9. in Cant.

tes &

res & descendentes considerans ait : Nullum quiescentem. Pari quoque modo tempore sancti Caroli commune Proverbium erat) quo dicere homines solebant : Cardinalis Borromæus non quiescit , neque alios sive vivos sive mortuos requiescere sinit , ad continuas nimirum suorum occupationes , sanctarumque reliquiarum translationes alludentes Unde aptè de eo dici potest, quod Severus Sulpicius de sancto Martino scribit : Nullum vacuum ab opere Dei tempus, quo vel otio indulserit vel negotio sed nec cibo, nec somno quidem, nisi in quantum necessitas natura coegit. Imò verò plus de sancto Carolo dici potest, siquidem se etiam eo cibo & somno, qui ad naturæ sustentationem necessarius erat, privavit, ac proinde vitam quoque sibi notabiliter abbreviavit, cum alias validæ saties esset completionis.

Proh. de operibus Christi Cardin. Heb. 1. 14.

4. Vocantur etiam superni spiritus à sancto Cypriano : *Salutis nostræ ministræ*, juxta id, quod Apostolus scribit : *In ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis*. Enimverò quali & quanto salutis animarum zelo sanctus Carolus exarserit, ex eo quod in Discursu secundo, de pastorali ejus sollicitudine diximus sufficienter colligitur.

Exod. 23. 21. Hom. 23. in Num.

5. Præterea Angelinos non deserunt, etsi gratia & amicitia Dei exciderimus: *Non dimittet te, cum peccaveris*; Et Origenes ait: *Et si gaudent pro converso, necesse est, ut lugeant pro peccante* Sic quoque noster Angelus, Carolus inquam, pro peccatis populi sui per rigorosissimam sese penitentiam macerabat; Romam, ubi tanquam Papæ regnantis unicus Nepos regnabat, relinquere pro nihilo duxit ad hoc, ut perditum illum & moribundum sibi commissum gregem, Mediolanum concedendo, ad ovile suum revocare & reducere posset. In Zacharia ita scribitur : *Angelus Domini dixit : Domine exercituum, usquequo non miseraberis Ierusalem, & urbium Iudæ, quibus iratus es?* quoties se Carolus in calamitatibus publicis ad iram DEI placandam interposuit?

Zach. 1. 12

6. Angeli quoque ad Provinciarum regionumque tutelam deputantur : pari quoque modo multæ Religiones, varique Regna ipsius fuerunt custodiæ & protectio-

ni recommendatæ : verum enimverò cur ut ipsum Angelo persimilem fuisse ostendam, me multum faugo, quando ipsemet sancti Petri successor in Bulla Canonizationis ejus idipsum perspicuè satis testatur, dum ait : *Sicut officio in Angelum substitutum, ita etiam mente & opere vitam Angelorum in terris æmulantem.*

7. *Simil. illum fecit in gloria sanctorum.*

Similis quoque fuit sanctus Carolus antiqui Testamenti Patriarchis & Prophetis, prout perspicuè satis videri potest, si celebriores leges Naturæ & Mosaicæ considerandas non nihil industriè consideremus. Ac proinde in primis Abraham, Jacobo, & Josepho simillimus fuit : Etenim in Abraham æmulatus est carnis & sanguinis abnegationem, utpote qui cognomini Illustrissimæ familiæ Borromæ, ejusdemque armis & sigillis omnino renuntiavit, hospitale quoque Mediolanense hæredem suum declaravit, bonaque patrimonialia, quoad potuit dispersit, non tamen quomodocumque, sed dispersit & dedit pauperibus; quod pro sustinenda & defendenda immunitate ecclesiastica proximitate cognati illius causa ipsius ministrorum regionum sibi odium conciliarint, nihil profusus curavit. Similiter imitatus est Jacobi in persecutionibus tolerandis invictam patientiam, quales adversus eum ab illis moræ fuerunt, quos non tollere sed dare benedictiones docuerat, siquidem ab illis contradictiones, injurias & calumnias sine numero ideo solum sustinuit, quia ut illos in viam salutis reduceret, omnibus nervis contendit. Josephi quoque prudentiam æmulatus est, dum ubique abundantiam reflorescere fecit, atque in maxima annonæ caritate subvenit, ex quibus sævæ illius pestilentie tempore ad usque septuagies millenos quotidie aluit, cum hac tamen præ Josepho præcellentia, quod cum ille in frumentorum solutionem possessiones ementium Ægyptiis & cameræ regis oppignorari fecerit, hic sanctus noster res proprias vendidit, sequè tanto ære alieno obstrinxit, quantum credito habere potuit. Moysen quoque imitatus est in contemptu dignitatum, imperiorum, Romam, dum nepos Papæ regnantis esset, deserendo, ut ad suam se

Mib. R. 14

Dioecesi recipere, ibique tantis cum ærumnis & molestiis laborare & sudare posset: *Grandis factus, noxavit se esse filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo DEI, quam temporalis peccati habere jucunditatem.* quæ ultima verba Theodoretus de regia Pharaonis aula declaravit: *Majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improprium Christi, siquidem percellentissimum illud Nepotis Papæ dignitatis fastigium, indeque consequentia emolumenta posthabuit injuriis & impropriis discolorum & perditorum hominum reformationes suas tolerare nolentium.* In Davide imitatus est ejus in humanarum prosperitatum culmine modestiam & temperantiam; siquidem juxta regium ejusdem Davidis exemplum, sub purpura cilicio accinctus erat, atque in ipsismet mensis, quas etiam lautissimas in aula sua, non quidem sibi, sed aliis instaurabat, suus quoque abstinentiæ locus erat, illud quoque sancti illius Regis dictum: *Divitias si affluant, nolite cor apponere,* perfectè affectus fuit, ad eò ut quantum ipse affectu & corde ab omnibus terrenis bonis fuerit alienus, totus mundus satis admirari non potuerit. Denique ardentem pariter Elæ zelum æmulatus fuit, opponendo se obstinatus, omnibusque aliis, qui ad instar luporum gregem suum disperdere satagebant, nec non Ecclesiasticam immunitatem ad sanguinem usque tuendo & defendendo; solitus namque erat dicere, se purpureo habitu vestitum incedere, ad contestandum se paratum esse suum pro bono utili Ecclesiæ suæ effundere sanguinem. Quam frequenter cum Jezabele, id est, cum hæresi congressus est docendo & disputando, quando illa aliqualem in Dioeceseos suæ confinibus pedem figere incipiebat? quantum tum cominus, tum eminus, id est, tam in locis vicinis, quam remotis Baalim, seu errores & falsa tot hæreticorum dogmata inter Helvetos & Rhætos, nec non & alibi in Germania, Flanidia, & Anglia conatus est prosternere & penitus profigare?

8. *Smilem illum fecit in gloria Sanctorum* Apostolis potissimum fidei & religionis Christianæ per omnes mundi partes dila-

tio & propagatio attribuitur, utpotè quam prædicatione sua Evangelica mediante exoristi sunt, & per miracula frequenter confirmarunt. Quod donum etiam sancto Archiepiscopo nostro in vita non defuit, & multo minus post mortem: At verò ex quo sanctus Bernardus de Ecclesiæ persecutionibus ita scribit: *Amara prius in nece Martyrum, Serm. 35. amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum.* Quis est, qui n. sciat, reformationem quam ipse in sua Dioecesi exorsus est, omnem proliis dissipasse calliginem omnium quoque aliorum abusuum, scandalorum, pessimorumque morum aliorum Christianorum in omnibus aliis Christianismi locis perditè viventium, ut proinde in veritate dici possit: *Per unam Mediolanensem Ecclesiam toti præluxisse orbis;* idque vel maximè idèd, quia opera & industria ipsius conclusum fuit Concilium Tridentinum, atque ab ipso omnium primum id sua Dioecesi executioni punctualissimè mandarum. Quod opus tanti momenti tamque præclarum fuit, ut propter hoc dici mereatur Ecclesiæ paulò ante vacillans columna forteque fulcrum, siquidem ante ipsum quatuor diversi summi Pontifices in eodem consummando sudarunt. Innumeriquoque fuerunt hæretici, quos ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ gremium reduxit, inter quos præcipuè recensendi sunt illi, qui vel maximè formidari poterant, utpotè qui venenum quoddam cordi vicinissimum erant, siquidem in primis Italiæ confinibus morabantur. Per linguam suam quantumvis balbutientem, verbum DEI indefessè annuntiando, rudes & imperitos in doctrina Christiana erudiendo, paternis quoque correctionibus admonendo dissolutos, plures DEO lucratus est animas, quam omnes alii prædicatores Evangelici. Et sicut sanctus Gregorius ait: *De piscatore lucratus est im-* Lib. 33.
peratorem, per pisces subjecit oratores, Moral.
id quod vel maximè miraculis per fidem c. 22.
operatis adscribendum venit: *Mira potentia sua;* ita quoque fidei prodigio attribuendum est, quod non mediante Piscatore, sed Principe ex natalibus, autoritate, divitiis, & dignitatibus valdè conspicuo,
ICROVA-

renovatae in Ecclesia Dei conspiciantur virtutes piscatorum Apostolicorum, scilicet extremam quandam paupertatem, profundissimum sui ipsius contemptum, ardentem zelum, & rigorosissimam austeritatem, cum copiosissima animarum Deo comparatarum melite conjunctam.

9. *Similem illum fecit in gloria Sanctorum.* Etenim æmulatus quoque fuit laudes & merita Martyrum. Nam ut appositè docet Chrysoströmus: *bonus Pastor, & talis, qualem Christus vult, cum innumeris componi potest Martyribus;* cujus rationem reddens, subjungit: *Siquidem Martyres semel propter ipsum moriuntur, hic vero milies propter gregem.* Quoties enim hic Pastor, qui de illorum Pastorum numero erat, quales vult Christus, sese pro grege suo mortis evidenti periculo prostituit? Porro opinio peculiaris est sancti Cypriani, quod licet tres pueri Babylonici ab igne præservido fornacis, & Daniel à leonibus præservati fuerint, non tamen ideo fuerint Martyrii corona defraudati, utpotè qui miraculosè manserant intacti & illæsi; ac proinde idem quodammodo de sancto Carolo affirmari posse existimo, utpotè qui in balistræ illius in ipsum facta expositione, per manifestum miraculum è morte præservatus fuit. Nazianzenus Basilio Magno gloriosum Martyris titulum attribuit, eò quod se Tyranno & hæreticis Ariani intrepidè opposuerit, variasque ab illis gravissimas injurias fuerit perpeffus: at verò quot injurias sanctus Carolus devorare debuit, quando immunitati Ecclesiæ suæ defendendæ totus erat deditus; siquidem ministri regi nimium fervidi, nimium ad falsas malignorum imposturas creduli ex omnibus viribus, omnibusque possibili conatu se illi opposuerunt; Et ideo vulgare proverbium erat, rochetum sive superpellicem Caroli quavis esse chalybe impenetrabilis. Quondam sanctus Chrysoströmus Hom. 33. ad Populum Antioch. hanc quæstionem proposuit: *Quomodo enim sanguinem suum profundet, qui pecunias suas pro Christo effundere timet?* Hæc autem Quæstio sanctum Carolum minimè attingebat, siquidem is tanta siti sanguinem suum pro Christo effundendi exarsit, quanta fuit ejus in pecuniis erogandis effusa prodigalitas, quas velut secundum sanguinem (ita

enim pecuniæ à nonneminè appellantur,) ejusdem Christi amore in beneficium pauperum quotidie copiosissimas erogavit.

10. *Similem illum fecit in gloria Sanctorum.* Quod si Confessores consideraverimus, ipsorum quoque virtutes & merita ipsi imitatum fuisse deprehendemus, siquidem viva quædam Basilio Magni, Chrysoströmii, Nazianzeni aut Athanasii effigies fuit, Pius V. tantæ scientiæ, sanctitatis, & prudentiæ Pontifex, Episcopus alioque Prælatos ad virtutem & perfectionem animare volens, sanctum Carolum nostrum iis proponere solebat tanquam verum & perfectum veræ sanctitatis prototypon, idque pro eo tempore, quo nondum plures quam triginta ætatis suæ numerabat annos Paulus IV. qui ipsum canonizavit, omnes quotquot ad munia Episcopalia promoti fuerant, amplum illud sibi volumen ut compararent, iussit, cujus mentionem superius fecimus, quod intituletur: *Asta Ecclesiæ Mediolanensis, utpotè eximium laborum & sudorum suorum partum, quem Christi in terris Vicarius hoc titulo honoravit, quo dicitur disciplinæ Ecclesiasticæ thesaurus.* Potuit etiam cum Zacharia nominari: *Volumen volans* ubi Septuaginta legunt: *Falcem volantem;* siquidem liber ille est instar ferri limati falces secantis seu præscindens, per quem proinde S. Carolus agri Ecclesiæ suæ per totius dissolutiones & scandala in spinetum quoddam horridum redacti spinas & tribulos præscidit.

11. Quod si verò ipsi etiam sacrorum Doctorum merita velimus adscribere; appositè ad id nobis Authoris cujusdam sancto Carolo particulariter devoti consideratio deservire poterit. Hic enim dicit, quod cum sint duo floridissimi Doctores in Theologia Scholastica, videlicet sanctus Thomas de Aquino, & sanctus Bonaventura; quatuor item in Theologia positiva, nimirum sanctus Hieronymus, S. Augustinus, S. Gregorius, & S. Ambrosius, congruentissimè sanctum Carolum septimo inter sacros Doctores loco numerare valeamus; utpotè Doctorem Ecclesiæ in Theologia practica Ecclesiastica; Ipse namque, ut diximus, Conclusionum Concilii Tridentini præcipuum instrumentum fuit. Ipse Congregationem Concilii, ingens Pastorum animarum adjumentum crexit; Ipse Catechismum

Hom. 29.
in Epist.
ad Rom.

Epist. 48.

Hom. 33.
ad pop.

Zach. 10

Romanum composuit, reformavit Missalia & Breviaria; Ipse sanctorum Patrum libros ab Hæreticis vitiatos, corruptos, & adulteratos, pristino suo candori & integritati restituit; Ad conservandam disciplinæ Cleri in suam Diœcesin introductæ observantiam multa erexit & dotavit Seminaria & Collegia ad rectam juventutis floridæ educationem, curando eandem in scientia, bonis moribus & pietate egregiè instrui, ut hac ratione annis aliquot illis pietatis & scientiæ præceptis, bonisque moribus imbuti, fructuosi & digni in vinea cultores & operarii evaderent.

12. *Similem fecit illum in gloria Sanctorum.* Quod si insuper sanctorum Sacerdotum virtutes consideremus, quis illas sancto Carolo perfectiùs imitatus fuit? Ac proinde idem de ipso asserere possumus, quod Nazianzenus de Basilio Magno inquit: *Sacerdos inter Christianos etiam ante sacerdotium Vicarius Christi postquam compassionem & benignitatem ejus commendasset, subjungit: Deverus tamen arbiter erat in expendendis meritis personarum, cum de Ecclesiasticis beneficiis & officiis conferendis ageretur; beneficia enim nisi magis idoneis non dabat; neque in illis dispensandis ullatenus à sacrorum Canonum voluntate recedebat.* Quantam obsecro ipsius ætate decus & ornamentum in cultu altarium, templorum, & in cunctis aliis functionibus sacris resplendebat? quot de novo erexit, vel restauravit, aut locupletavit, vel etiam consecravit Ecclesias? Summam curam in promovenda Cleri modestia, vestitus decentia, elegantia morum & honestate in accuratissima rituum, caeremoniarumque sacrarum observantia, sacrificiorum frequentia, & Sacramentorum administratione adhibuit; instituit congregationis, Oratoria, quotidianas quadraginta horarum orationes, multaque alia exercitia spiritualia & devotiones pro conservatione spiritus DEI in illam hætenus adedò dissolutam & relaxatam Diœcesin introducti.

13. *Similem illum fecit in gloria Sanctorum.* Præterea Monachorum, Religiosorumque in cælis beatificatorum merita sibi comparavit; siquidem ipsamet quoque ejus familia per talem observantiam, Christianarumque virtutum exercitium coarctata, & in bonam

disciplinam redacta fuit, ut Panigarola dicat eam cum quavis alia religione valdè stricta & reformata comparatam potuisse subsistere; Ac proinde licet nonnemo apud Lucanum dicat: *Exeat aula, qui vult esse pius*; in aula tamen Caroli veritas contrarium obtinuit, quia ex Germania aliisque regionibus viri prodierunt præstantissimi, dignique à quibus pietas, Religio, spiritus & virtus practicè edisceretur, idque ex eo solùm capite, quia tales S. Carolus intra aulicorum suorum catalogum recensere non fuit dignatus.

14. *Similem illum fecit in gloria Sanctorum.* Virginum quoque merita habuit; siquidem ipsum ut verè Virginem vixisse, in processibus Canonizationis ejus sufficienter probatum fuit; Et ided ipsum sicut lilium inter spinas, verè fuisse supra in discursu quæto vidimus. Verum id quod mihi ad assumpti nostri probationem considerandum venit, est quædam beati Laurentii Justiniani sententia, in qua omnes virtutes & merita, quas sanctus Carolus sibi, licet in omnibus aliis sanctis divisæ reperiantur, comparavit, ad unguem explicare videtur; Dicit igitur de Sanctis in universali: *Sua laudabili conversatione nobis suadent mundum spernere, contemnere divitias, carnis petulantiam declinare, jejunijs macerare corpus, frequentare vigiliis, orationi incumbere, fraternitatem diligere, miserorum calamitatibus compati, docere infidos, errantes revocare, cibare famelicos, vestire nudos, visitare agros;* Et hæc quidem virtutes in suprema Sanctorum turba divisas reperietis, an verò illas in alio quopiam, quam in sancto Carolo simul adunatas deprehensuri sitis, valdè dubito. Et verò inter recensita à beato Laurentio Justiniano virtutum exercitia primum est *Mundum spernere*, quod qua ratione sanctus Carolus præstiterit, sub septimi Discursus Themate, nimirum: *Crucifixus mundo legi sufficienter poterit.* Secundum est *contemnere divitias* quod qualiter practicaverit, velex eo solùm constat, quod septuaginta scutorum millia annui census sponte propria renuntiavit; Item ex eo quòd uno die viginti scutorum millia, alii verò quadraginta duo millia scutorum in pauperes distribuerit. Tertium est, quod *Carnis petulantiam declinavit*, ad illud namque honestatis

statis & pudicitiae fastigium pervenit, ut ne quidem cum Domina Anna Columna sorore sua, nisi praesentibus duobus viris gravibus, idque in publico loqui praesumpserit. Quartum est: *Jejunis macerare corpus*, quod pariter strenue executus fuit; siquidem famem suam vix sufficienti pane sedavit, & solam aquam bibit, frequenter etiam lupinis se sustentavit, & studendo manducate solitus fuit: Quintum est *frequentare vigilias*. Quis autem est, qui ad indefessam hujus Pastoris vigilantiam pertinere potuerit, de quo proinde Ecclesia Mediolanensis sponsa ejus dicere poterat: *Ego dormio, & cor meum vigilat*. Sextum est: *Orationi incumbere*, quod impraetermissè praestitit, ita ut *quadragenta horarum solemnibus precibus continuo persistens in jejunio & vigilia singulis horis ad populum admirabili patientia sermonem haberet*, saepe etiam pro visitationibus faciendis itinera faciens in extasi visus fuit. Septimum est, *Fraternitatem diligere*, quod nunquam praetermissit, siquidem dilectionem erga proximos tanto cum zelo exhibuit, ut pro ipsis mortis se periculo evidenti saepius exposuerit: *Majorem charitatem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis*. Octavum est *Misericordiarum calamitatibus compati* in quo exercitio summè admirabilem se exhibuit, siquidem paternam erga pauperes compassionem motus, omnibus rebus suis se exuit, usque ad lectum proprium, qui licet nullius valoris erat, sibi tamen subtractum inter pauperes distribuit, totumque palatium suum pretiosa, qua exornatum erat suppellectile, spoliavit. Nonum est: *Docere inscios*; quem virtutis actum frequentissimè exercuit, neque enim ipsemet doctrinam Christianam mentium arduissimorum, imò & alpium incolis, aliisque similibus rudibus hominibus tradere dedignatus fuit; omnesque Diercesarios suos tanta cum sollicitudine & cura erudit, ut constans apud omnes sui temporis opinio fuerit, vetulam aliquam Mediolanensem in Doctrina Christiana peritiorum, quam aliorum locorum Sacerdotes & Parochos. Decimum est: *Errantes revocare*, quod quam ardenti zelo praestiterit, testari possunt tot perverfi & pertinaces quondam Haeretici, opera & labore ipsius ad Romano Catholicam fidem perducti, nec non & errabunda

& deviae gregis sui oviculae per ipsum ad verum ovile suum denuò revocatae. Undecimum est *Cibare famelicos*, id quod caeteri ab ejus exemplo facere docentur, siquidem famelico ori suo panem subtraxit, ut pauperes satiarentur; adeoque fame torquebatur aliena, ut de sancto Bahilio dicebatur Duodecimum est: *Vestire nudos*, quorum ipse saevè illius pestilentiae tempore ad numerum septuaginta millium noviter revestivit. Decimum tertium est, *visitare infirmos*; quis autem sancto Carolo in hoc opere perficiendo perfectior fuit; siquidem is ipsomet quoque pestiferos visitavit, & ut perenniter infirmis subsidia ferret, Hospitale totius hereditatis suae haeredes instituit, multaque alia hospitalia variis in locis erexit, fundavit, atque dotavit.

19. *Similem illum fecit in gloria Sanctorum*. Porto de Ecclesia sponsa Christi, in cujus foemore scriptum legitur: *Rex regum, & Dominus dominantium*. In hac omnium Sanctorum solemnitate dici posse videtur: *Adstitit Regina à dextris ejus in vestitu deaurato, circumdata varietate*; Etenim in hac colorum varietate statuum denotatur diversitas, in quibus sancti & electi DEI omnes ingens illud meritorum & gloriae lucrum sibi praeclearè comparant: *Redemisti nos Domine Deus, ex omni tribu, lingua, populo, & natione; & fecisti nos Deo nostro regnum*. In hoc quoque Sancto nostro velut in limpidissimo speculo omnes personarum status & conditiones se velut in speculo considerare possunt, utpotè qui documentis, exemplis, operibus, virtutibusque suis omnes vocationes sanctificavit; ac proinde cum S. Bernardo dicere possum: *Gaudete in Domino dilectissimi, qui inter continua suae pietatis exercitia indulseti hominem mundo, cujus multi salvarentur exemplo*. Et quidem pueros in primis docet, ut depositis ludibus & ludis puerilibus, devotioni intendant. *Nec puerilis aetas ejusdem sanctitatis indicis caruit: tempus enim quo vacare licebat, extruendis & exornandis altariolis magna cum voluptate dabat*. Juvenes quoque in magis lubrica aetate constitutos seductiones fugere docet, earumque loco in timore DEI vivendo, studiis assiduo se occupare. *Crescente aetate, quoniam bonam ejus mentem excellentioribus donis Spiritus sancti indies magis*

Ps. 44. 10.

Ser. 2. de S. Victore.

prepararet, Christianis moribus & literis non difficile à piis parentibus non imbuatur, eminebant vero in adolescente præludia benedictionū, quibus dignatus est eam Altissimus, munditia cordis pax interna, innocentia, & modestia, nec rebus solum, sed etiam omnibus verbis turpibus, omnibusque mendaciis abstinebat. Religiosus per exemplum aulicorum suorum docuit paupertatem, humilitatem, regularem disciplinam, ciliciorum & jejuniorum austeritatem, Divites misericordiam erga pauperes; Magnates sæcu-

lares in humanæ felicitatis supremo fastigio constitutos continentiam & temperantiam; Pauperes, patientiam; Artifices Mechanicos laborem; Ecclesiasticos exemplaritatem, Episcopos pastorem sollicitudinem; Cardinales Catholicæ Religionis zelum; denique ipsum in omnibus statibus inveniatis sanctum, virtutumque & meritorum omnium Sanctorum, qui in cœlis sunt, strenuum æmulatorem, *Similem fecit illum in gloria Sanctorum.*

DE S. MARTINO EPISCOPO ET CONFESSORE DISCURSVS QVINQVE.

- DISCURSVS I. De donis, virtutibus, meritis, & operibus S. Martini planè admirandis.
- DISCURSVS II. Considerantur varii modi, quibus S. Martinus Martyr vocari potest, licet suum pro Christo sanguinem non fuderit.
- DISCURSVS III. S. Martino, qui gemma Sacerdotum appellatur, duodecim gemmæ rationali summi sacerdotis insertæ adaptantur.
- DISCURSVS IV. In responso à S. Martino discipulis suis dato: *SI ADHUC POPULO TUO SUM NECESSARIUS, NON RECUSO LABOREM*, multi considerantur actus virtutum.
- DISCURSVS V. De præcisæ mediæ chlamydis dono, quod S. Martinus etiamnum miles existens pauperibus impertit, variæ considerantur circumstantiæ.

De Donis, Virtutibus, Meritis & Operibus S. Martini
planè admirandis.

DISCURSUS PRIMVS.

O beatum virum! O virum ineffabilem! O beatum
Pontificem!

S ANCTA mater Ecclesia per hæc re-
petita admirationis verba laudes
& merita S. Martini pertractat :
quia dum hanc interjectionem O
sæpius replicat, ipsumque virum
ineffabilem esse declarat, signifi-
care nobis intendit, quòd quic-
quid de ipso scriptum prostat, meram in audien-
tibus admirationem, stuporem & extasim exci-
tet. S. Thomas de Villa - Nova hunc Sanctum
quoddam monstrum sanctitatis, pelagus maxi-
mum virtutum omnium appellat. Severus Sul-
pitiuſ, qui ejus nobis vitam describit, se multa
studiosè subticuisse profiteretur, ejusque rationem
reddit dicens : *Quia si prosequi universa vo-
luisssem, immensum volumen legentibus edidiss-
sem.* Dioysius Carthusianus similiter nobis in-
nuunt, quòd quicquid de virtutibus factisque he-
roicis S. Martini scriptum habemus, minima pars
sit, si cum iis, quæ nos latent, comparatio fiat.
Etsi facta S. Martini explicari verbis utcumque
potuerunt; tamen interiorem vitam illius, &
quotidianam conversationem, animumq; sem-
per cælo intentum nullus unquam sermo poterit
explicare. Undè meritò de ipso exclamatur: O
virum ineffabilem! Vir quidem appellatur, sed
protinus adjungitur, quòd sit ineffabilis; quasi
dona, merita, virtutes, omniaque alia ipsius faci-
nora incredibilia prorsus & ineffabilia existant.
S. Bernardus, qui S. Martino devotissimus fuit,
toto conatu in id contendit, ut eum hominem
verum ex eadem massa, è qua nos formati sumus,

Manſiſ Sanctuarii Tom. IV.

plasmatum esse probet: *Per omnia similis nobis
planè, & sensibilis, & passibilis;* id quod paulò
post ulterius declarat dicens: *Non fuit cœleste
corpus, sed nec spiritus quidam cœlestis; ratio-
nale animal & mortale, terrigena, filius homi-
nù, in terra natus, & in terra educatus.* Per si-
dem vos vestram obtestor Auditores, ut dicatis
mibi, si nostis, quidnam in eo lateat mysterii;
quod vir adeo sapiens & prudens omne studium
& industriam suam unicè in id adhibeat, ut sci-
licet nos ad credendum S. Martinum hominem
fuisse, capaces efficiat? Scitisne causam cur id fa-
ciat? nimirum quia S. Martinus in operibus suis,
in miraculis, donis, prodigiosoque vivendi
modo conditionem & sphaeram humanæ na-
turæ longè excedebat; ideoque puncti istius
declarationem omnino necessariam esse cense-
bat, ne fortasse mundus eum spiritum quendam
in corpore assumpto cœlitùs demissum esse cre-
deret. Pergit autem dicendo: *Non erat Mar-
tinus Christus ipse, sed erat tamen Christus in
ipso.* Verum enimvero ut in hoc Discursu no-
stro cum aliquali divisione procedamus, ejus-
dem Bernardi verbis utamur dicendo: *Dives est
iste Martinus, dives in meritis, dives in mira-
culis, dives in virtutibus.*

2. Et quidem in primis *Dives est in meritis.*
Dici etenim potest ipsum omnia dona omnesque
prærogativas participasse, quæ in aliis Sanctis
divisæ & dispersæ esse videntur, ac proindè sin-
guli Sancti ipsum in Choros & Hierarchias suas
certatim invitabant. Undè dicitur: *O beatum
virum!*

Y

virum!

virum! *cujus anima paradysum possidet; unde exultant Angeli, latantur Archangeli, chorus Sanctorum proclamant, turba Virginum invitant: Mane nobiscum.* Angeli sacrificiis ipsius fideliter assistebant, suasque Deo offerebant incessabiles preces, ab inimicis fidei mortem ei machinantibus strenuè tuebantur & defendebant, suamque illi opem promptissimam ad idololatrarum templa funditus evertenda alacriter deferebant, ipsamque veluti ipsis in innocentia & puritate morum persimilem, ut ipsorum hierarchiæ sese infinuaret, per humaniter invitabant. *Turba Virginum invitatur*, eò quòd ipsarum esset in candore virginali simillimus collega; nam ut Severus Sulpitius de eo scribit: *Cum esset annorum duodecim, eremum concupivit.* In monasterio vitam solitariam austerissimam duxit, etiam dum actualiter Episcopus esset, suamque cellam in formam spelunçæ seu specus alicujus in saxo excavatam habuit.

3. *Dives in meritis.* Quia si de Levitis & Sacerdotibus agitur, de Martino quoque aperte dicitur: *Vivit in Christo gemma sacerdotum;* si de Episcopi sermo sit, de Martino canitur: *Sacerdos Dei Martine, Pastor egregie;* si de Confessoribus, Ecclesia S. Martinum hoc præclaro titulo afficit: *Sancta Trinitatis fidem Martinus confessus est,* quam etiam fidem innumeros alios proheri fecit. Si de Martyribus tractatur, Martinus etiam hunc sibi titulum gloriosissimum vendicat: *O sanctissima anima, quam etsi gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrii non amisit.* Apollolorum quoque merita ipsi debentur, sicut in Odo Cluniacensis tractatum quandam composuit, cujus hæc est titulus: *Beatissimus Martinus par dicitur Apollolis.* Et S. Thomas de Vill. Nova de ptoant: *Cum teste Hieronymo, Apollolorum minime nullus veniat comparandus, Ecclesia plenis ut dicitur, hucis de Martino canit: Martinus par Apollolis.*

4. *Dives in meritis Prophetarum* ob varias ejus prædicationes & vaticinia. Dives que que in meritis Patriarcharum, utpotè qui pater & institutor fuit multorum monasteriorum; unde beatus Laurentius Justinianus exclamat: *O beatum Pontificem, meritis locupletem! quem colit mundus, venerantur Angeli, cælum possidet, honorat Ecclesia.*

5. *Dives in meritis Sanctorum omnium;* siquidem omnes amulatus est legis naturæ, scri-

ptæ & gratiæ insigniores Sanctos: *Benedictio nem omnium gentium dedit illi Dominus.* Quod si super Abelis sacrificium ignis de celo descendit, super incruentum à B. Martino oblatum sacrificium in specie ignis descendit Spiritus sanctus: *Dum Sacramenta offerret B. Martinus, globus igneus apparuit super caput ejus.* Noëm quoque imitatus est, evadendo diluvium, in quo omnes alii submergebantur, ut proinde de ipso idem dici possit, quod Nazianzenus de Basilio Magno scribit: *Impietatis diluvium effugit, suamque civitatem arcam salutis effecit, in hæreticorum undis facile & leniter supernatantem;* siquidem tamen ab hæreticis progenitoribus natus fuerit, flagellum tamen non solum hæreseos, sed & idololatriæ subversio fuit. Abrahæ quoque merita sibi acquisivit. Unde S. Bernardus ait: *Obtulisti placè Isaac unicum illum, quem diligis, quod in te est, jugulasti, immolasti singulare gaudium piæ devotione.* Dives etiam in meritis Sanctorum celebriorum legis Mosaicæ fuit. Et primo quidem loco Moyse merita adæquavit, eundem in renu illo imitando, quo supremum in populum Israëliticum imperium acceptare detestavit, siquidem & ipse valde invitus, & quodammodo violenter Episcopus fuit electus. Imitatus est Eliam in Baaliticæ cultus destructione; siquidem innumera templa unà cum falsis, quæ in eis colebantur, simulachris, funditus subvertit. Imitatus est Tobiam in multis operibus misericordie, quibus miro modo deditus semper fuit. Imitatus est Davidem in bonorum terrenorum contemptu. Fuit quoque *Dives in meritis Sanctorum legis Evangelicæ,* quia ex quo S. Joannes Baptista milibus salutare hoc documentum tradidit: *Estote contenti stipendiis vestris, neminè concutatis.* Ecce tibi Martinum non solum aliena non auferentem, quamdiu in castris militavit, verum etiam reportatis ab inimico spoliis, semetipsum destituentem, ut aliena contingeret nuditatem. Quod si S. Paulus dicat: *Ter virgibus caesus sum;* quoties S. Martinus pro Christo percussus fuit & flagellatus? Quod si S. Petrus solâ corporis sui umbrâ infirmos sanitat, restituit de S. Martino Alcuinus scribit: *Fimbrias vestimenti ejus, & fila cilicium multos sanare morbos comperitum est.* Et Odo Abbas Cluniacensis sic ait: *De stramine, in quo Martinus jacuit, legimus frequenter factas fuisse virtutes: plus est sanè vile stramen, absente*

In vita
S. Mart.

Mar.

Bibl. Vet.
PP. t. 7.

Ser. de
S. Mart.

*Martino operari virtutem, quam umbram Pe-
tri (quod sine ejus presentia non potuit fieri)
prestare remedium postulanti, vel infirmanti.*

6 *Dives in miraculis;* id namque ex iis, quae diximus, necessario consequitur: at verò idem Odo subjungit: *Totus exclamat orbis Martino testimonium perhibens, plura eum signa fecisse, quam de aliquo unquam aliqua scriptura profestetur.* Undè etiam in quadam officii ejus Antiphona canimus: *O ineffabilem virum, per quem nobis tanta miracula coruscant.* A S. Petro Damiano in quodam sermone de hoc festo, vocatur: *Miraculorum potestate sublimis.* Severus Sulpitius de ipso scribit: *Curationum verò tam potens in eo gratia erat, ut nullus ferè ad eum aegrotus accesserit, qui non continuò receperit sanitatem.* Odo Cluniacensis de alia quadam doni hujus circumstantia testimonium perhibet dicens: *Contigit nonnunquam eo festinante ad visitandum aegrotum aliquem, priusquam modò etatem confecisset itineris, advenientis virtutem sensit aegrotum, obviam venienti processisse incolumem.* S. Bernardus de ipsius miraculis ita scribit: *Suscitavit Martinus tres mortuos, quot nimirum legerat Salvatorem suscitasse; reddidit visum caecis, surdis auditum, mutis loquelam, claudis gressum, aridis sospitatem. Evaseit divinà virtute pericula, proprii corporis obice flammam repulit, immanem sacrilega machina molem columnà parilè à caelo descendente prostravit, leprosum mundavit osculo, oleo paralyticum curavit, demones vicit, Angelos vidit, futura praevidit.* Enimverò aliud quoddam hoc loco miraculum mihi adjungere liceat, nimirum quòd cum parentibus esset paganus progenitus, militiæque sacramento Juliano apostatè implacabili Christi persecutori obstrictus esset, nihilominus, ut notat Alcuinus, specialiter electus est, ut vexillum sanctae Crucis occiduas orbis portaret in partes, & militia sacramenta Evangelicis mutaret edictis. Quapropter à Juliano apostatè inhiensibus Deus illum elegit, qui victurus & subversurus erat sacrilegi illius tyranni ingentes machinas, quas in totalem fidei & religionis orthodoxae Catholicae perniciem & subversionem erigere parabat.

7 *Dives in virtutibus.* B. Laurentius Justinianus ait: *Per bonorum operum quotidie incrementa proficiens coram Deo & hominibus, factus est magnus.* De S. Joanne Baptista quidem

legimus, quòd ab Angelo dicatur futurus Magnus coram Domino; at verò S. Martinus dicitur Magnus coram Deo & hominibus: siquidem eum ipsimet quoque venerabantur Imperatores Imperatrix quoque veluti S. Marthae amula facta, se magno opere honorari censuit, dummodo mentis ejus infervire ei indulgeretur. Tristissima sunt illa S. Augustini verba: *Quantum quisque vult & disponit superimponere molem aedificii, quantum erit majus aedificium, tantò altius fodit fundamentum;* ac proinde ex quo moles virtutum S. Martini ad caelum usque exaltanda fuerit, idèò profundissimè jacitur humilitatis suae fundamentum. Undè S. Thomas de Villa-Nova de eo scribit: *Super omnes ejus virtutes humilitas magis resplenduit.* Alcuinus de ipso scribit: *Humilis in habitu, jucundus in sermone, devotus in predicatione, verax in judicio, venerabilis in moribus, pervigil in orationibus, assiduus in lectione, pius in affectu, honorabilis in ministerio sacerdotali, infatigabilis verbi Dei seminator.* Imò omnes sancti Patres, qui post ipsum vixerunt in accumulandis rararum virtutum suarum elogiis inter se concurrere videntur. Et quidem B. Laurentius Justinianus paulò antè dicta profertur dicens: *Veritatis defensor, propugnator fidelium, justitia tenax, speculum humilitatis, pietatis exemplum, religionis cultor, contemptor saeculi, amator caeli, imitator Christi, orationis forma, decus continentia.* Haec utem virtutes omnes super basi humilitatis, & fundamentum contemptus sui ipsius magna cum stabilitate suffulciebantur. Enimverò huic sui ipsius contemptui adeo vehementer deditus erat, ut quo tempore in Episcopum vivà voce acclamatus fuit, nonnulli adversus electionem hanc se opponentes insurrexerunt dicentes: *Contemptibile esse personam, indignum Episcopatu, hominem vulgè despicabilem, velte sordidum;* at verò, ut Severus Sulpitius refert, hi non intelligebant quid dicerent: siquidè huic oppositionibus & exceptionibus Martini electionem non retardabant, sed promovebant & adjuvabant: *Dum vituperare cupiunt, predicabant.* Porro in Episcopatu eadem in corde ejus humilitas, eadem in vestitu ejus vilitas erat; atque ita plenus auctoritatis & gratia implebat Episcopi dignitatem, ut non tamen propositum Episcopi virtutemque desereret. Festiva illa gaudia, applausus & triumphi, quibuscum ab universa caelesti curia post ejus

Sever.
Sulpit.

tranſitum ex hac vita receptus fuit, B. Laurentius Juſtinian. humilitatis ejus remunerationem fuiſſe agnoſcit, dum ait: *Eò namque glorioſius cum Beatorum jubilations ingreſſus eſt in cælum, quò humiliter per ſancta converſationis ſtudio emicavit mundo.* In omni quoque actione Deo conjunctiſſimus fuit: *Oculis ac manibus in cælum ſemper intentus in victum ab oratione ſpiritus non relaxabat.* Severus Sulpitius de eadem re ita ſcribit: *Nunquam hora ulla momentumque præterit, quo non aut orationi incumberet, aut ſi quid aliud fortè agebat, nunquam animum ab oratione laxabat, nimirum ut fabris ferrariis moris eſt, qui inter laborandum pro quodam laboris levamine in eadem ſuam ferunt; ita Martinus etiam dum aliud agere videretur, ſemper orabat.* Contemptus, quem de ſemetipſo habebat, generoſior aut magis heroicus eſſe non potuit: *Quantum in ipſo fuit, omnes virtutes ſuas latere voluiſſet.* Dum aliquando rheda ſeu biga quædam militibus plena S. Martino occurreret, accidit quod equi ex ejus aspectu perterrefacti curſum ſuam ſliterint, undè milites cum non cognofcentes, & rem hanc Martino procurante factam fuiſſe arbitantes, ſævis ipſum cæciderunt verberibus & plagis, velut mortuum deferentes; ipſe vero ut injurias & verbera illa patiendi occaſionem ſibi non amputaret, quis eſſet, non manifeltavit: tandem vero ipſum agnoſcentes, ad ejus ſe pedes cernuos proſtrârunt, veniam enixè ab eo poſtulantibus, ſiquidem ſanctitas ejus etiam apud perfidos & impios in veneratione erat. Eo tempore, quo etiamnum miles erat (inquit S. Thomas de Villa-Nova) ne natalium ſuorum inſignis nobilitas innotefceret, *Famulo ſuo viciffim ipſe ſerviebat, omni hoc ſtudio continuò agebat, hoc ſolum quarebat, ut deſpiceretur ab omnibus.* Idemmet ſanctus Archiepiſcopus Valentinus laudes S. Martini profequens, virtuoſum quoddam certamen ponderat, quod Deum inter & S. Martinum interceſſiſſe dicit: *Conabatur Martinus humiliare ſe, & Deus illum exaltare; Martinus ſe deſicere, & Deus honorare; Martinus abſcondere ſe, & Deus publicare: ſed viciffi Domine (ut par erat) & venientem obſtinentemque in populis glorioſum feciſti.*

8. *Dives etiam in virtutibus erat, ſi charitatem ejus conſideremus; ſiquidem Majorem charitatem nemo habet, quàm ut animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Neque enim ſe pro

ſalutem gregis ſui morti tantùm expoſuit; verum etiam paratum ſe eſſe oſtendit; ut animam ſuam, ut ita dicam, perditionis periculo in beneficium proximorum ſuorum exponeret; cum enim jam navigationis vitæ ſuæ portum (liceat mihi ita loqui) id eſt, cælum jam iam ingreſſurus eſſet, nihilominus ſi ſalus aliorum id expoſceret, in tempeſtuoſi hujus maris periculoſiſſimas procellas denuò redire non abnuir, dicens: *Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem; ſi autem voluntas tua.*

9. *Dives in virtutibus.* Siquidem admirabilem quandam indifferentiam, voluntatiſque ſuæ cum divina pleniffimam conformitatem in ſe ſemper exhibuit. Unde Dionyſius Carthuſianus ait: *Nemo eum unquam vidit iratum, nemo ridentem, nemo mœrentem, unus idemque ſemper.* Magnam pariter virtutem in ſe oſtendit in ſuſtinenda cum decore convenienti Episcopali ſua dignitate, peſtusque verè Apoſtolicum ſibi præſto eſſe probavit, dum pro defenſione eccleſiæ ſuæ ipſis quoque Monarchis ſe opponere minimè dubitavit: *Nunquam pertimuit ſummos Reges atque Imperatores vel reprehendere ſerâſſent, vel admonere ſalutis.* Cum Imperatore etiam eidem mentæ accumbens, ſacerdotem ſuum Imperatoriæ majeſtati antepoſuit *Quod factum Imperator, omneſque qui tunc aderant, ita admirati ſunt, ut hoc ipſum eis, in quo contempti fuerant, placeret.* S. Petrus Damianus mentionem facit famæ ſanctitatis ſuæ, ad quam pervenit: *Crevis in immenſum fama nominis ejus, & auſa eſt in ipſam Apoſtolicam irrumperè dignitatem; ubicunq; reſonat fides Chriſti, ſonat vita Martini.* At verò quid longè excellentius de eo Dionyſius Carthuſianus dicit, nimirum quòd ſuperſus remunerator eum *Tantis excellentiis decoravit, ut magnitudo rerum ſuam excederet.*

10. Abſit autem quòd ex ejus miraculis aliquam ſalutis noſtræ patiamur jaçturam. Et ideo idem Bernardus poſtquam dixiſſet: *Dives in meritis, dives in miraculis, dives in virtutibus;* ſtatim ſubjungit: *Diligenter conſidera qua apponuntur tibi, ſiquidem videlicet ad admirationem, quædam verò ad imitationem.* Neque enim miraculis ei æmulari poſſumus, virtutibus autem omninò. Porro S. Martinum in tribus ſtatibus valdè inter ſe differentibus, Monachi ſcilicet, Episcopii, & quòd plus eſt, militis ſanctum fuiſſe invenimus, Angelicus Doctor in quodam

Indocu
Clicbro
ſerm. de
S. Martin.

Severus
Sulpit.

Serm. 3.

ſermo-

sermone de S. Martino loco thematis hæc Esdræ
 verba sibi assumptit: *Scidi pallium meum, & tu-
 nicam, & evelli capillos capitis mei, & barba,*
& sedi mærens. In castris Juliani tanquam mi-
 les constitutus *scidi pallium suum*, ut eodem
 nudum quandam pauperem contegeret; quæ a-
 ctio maximæ virtutis & meriti extitit, prouti in
 Discursu quinto fusiùs videbimus; siquidem per
 illam actionem se non militem, sed Episcopum
 esse probavit; & quidem Episcopum illis quali-
 tatibus imbutum, quas S. Paulus in Timotheo
 requirebat, dum ita ad eum scribit; *Labora sicut
 bonus miles Iesu, sectare iustitiam, pietatem, fi-
 dem, charitatem, patientiam, mansuetudinem,
 certa certamen fidei, apprehende vitam æter-
 nam.* Necdum tamen regeneratus in Christo,
 agebat *quendam bonis operibus baptismatis
 candidatum; assidere scilicet laborantibus,
 opem ferre miseris, alere egentes, vestire nudos;
 in armis triennium fere ante baptismum fuit,
 integer tamen ab illis vitiis, quibus illud homi-
 num genus implicari solet.* Neque enim solùm
 pice se contaminari non permisit, verùm etiam
 candidum se & purum instar columbæ cujusdam
 confervavit. *Evelli capillos capitis mei;* siqui-
 dem in monasterio vitam planè exemplissimã

duxit, utpotè qui cunctis Monachis suis velut
 quoddam religiosæ observantiæ & disciplinæ
 speculum fuit. *Sedit mærens,* quando ad digni-
 tatem Episcopalem promotus fuit omnino invi-
 tus. Etenim civis quidam conjugem suam ad
 mortem usque infirmam esse fingens, hac ratione
 ut ad eam visitandam foras è monasterio egrede-
 retur, S. Martinum induxit; *Ita dispositis in iti-
 nere civium turbis, sub quadam custodia ad ci-
 vitatem usque deducitur.* Ecce tibi modum &
 mirabile stratagema, per quod violentiã quadam
 adhibita Episcopus factus fuit.

II. *Quadam ad admirationem;* quod est
 ultimum S. Bernardi punctum. Albertus Ma-
 gnus in sermone de hoc festo ita de ipso scribit:
 Ipse virgo creditur permansisse, propter quod de
 triplici aureola gaudet in cælis; aureolam
 Virginum desert; quia in virginitatis pudore
 decessit; habet etiam Prædicatorum aureolam;
 quia verbum Dei prædicavit, & ipsam ma-
 trem suam; necnon multos alios à gentilitatis
 errore convertit; Martyrum quoque aureolã
 non est frustratus; nam & de eo sic cantatur:
*ô sanctissima anima, quam etsi gladius persecu-
 toris non abstulit, palmam tamen martyrii non
 amisit.*

Considerantur varii modi, quibus S. Martinus Martyr vocari po-
 test, licet suum pro Christo sanguinem non fuderit.

DISCURSUS SECVNDVS.

*O sanctissima anima, quam etsi gladius persecutoris non
 abstulit, palmam tamen martyrii non amisit.*

1. **E**Ximiis præclarisque insignis
 Pontificis hujus prerogativis
 nulla alia gloria deesse videba-
 tur, præterquã victoriosa Mar-
 tyrii palma; atque ideo sancta
 mater Ecclesia Spiritu veritatis
 illuminata nos veluti certificat
 ipsum hac aureolã nequaquam fuisse privatum,

dum ait: *O sanctissima anima, &c.* Porro san-
 ctus Chrysostomus ait; *Est ex nudis nominibus
 copiosum haurire thesaurum, quia plurimum re-
 rum indicativa sunt nomina.* Ac proinde non
 defunt authores, qui ad hujus nominis, Martialis,
 ethymologiã se reflectentes, illud à Marte de ri-
 vari existiment, eo quod in juventute sua Martis
 quoque insignia fuerit secutus; nihilominus de-

nominationem illam à verbo *Martyr* (prouti eruditius quidam scriptor optimè observat) proficiat credo, adeo ut *Martinus* sit idem quod *Martyr unus*. Nescio an aliquando observaverit Deum denominatum fuisse *Deum Isaac*, sancto hoc Patriarchâ etiamnum vivente, quod aliis sanctis Patriarchis accidisse non constat, nisi post ipsorum mortem. Scitisne quodnam nisi post ipsorum mortem? Pro dubii huius resolutione quoad personam Isaac reflectendum est, quòd tamen is eo tempore, quo Deus illum sic honorabat, etiamnum vixerit, eadem tamen fuerit privilegia promeritus, quæ alii dudum ante ipsum defuncti: siquidem quantum ipsum spectabat, is ad mortem subeundam semper fuit dispositissimus; jam enim Abraham ad ipsum jugulandum mucronem suum extento brachio ad cædendum levaverat. Id quod etiam de sancto Martino dici posse videtur: quia tamen macherâ aut gladio mortuus aut jugulatus non fuerit, veruntamen quot vicibus evidentissima non subiit pro fidei defensione mortis pericula? Merito itaque sancto huic (inquit B. Laurentius Justinianus) *martyrii non est deneganda corona, qui ecclesiarum curam gerens, ac proximorum salutem zelans, nec mori timuit, nec vivere recusavit*. In tot enim persecutionibus adversus eum ab iis idololatris, hæreticis, aliisque omnibus pessimè viventibus suscitatis, quos tantquam oves errantes ad ovile Ecclesiæ salvas reducere fategerat, omni quasi horâ ad mortem subeundam paratus esse debuit. Equidem tamen martyrium re ipsâ per sanguinis effusionem non subierit, multa tamen cum morte proxime conjuncta frequentissimè subire coactus fuit. Inprimis enim ab Auxentio Mediolanensi Archiepiscopo Ariano, & sectæ illius acerrimo defensore in exilium ejectus fuit. Præterea pluries in religionis Catholicæ ignominiam & contumeliam in sœtidos carceres conjectus fuit; deindè cum magna ignominia publicè flagellatus, & ad mortem usque percussus fuit, quam ipsi non semel tantum, sed pluries à paganis & hæreticis machinatum fuisse novimus, adeoque ut mortem evaderet, cœlestes quosdam nuntios, qui ipsum animarent, ad eum submittere necessum fuit, præterquam quod etiam aliàs sæpè præservatus à morte fuerit per miraculum; adeoque tamen martyrium ipsi defuerit, non tamen ipse martyrio. *Quomodo martyrii gloriam ipsum*

non habere censendum est (inquit B. Laurentius Justinianus) *qui flagrans amore martyrii pro fidei testificatione Catholica, terrenorum principum nec expavit potentiam, nec hæreticorum sævitia cessit, quin constanter veritatis propalaret regulam, eorumque confutaret errores? Odo Cluniacensis de ipso scribit: Per effusionem sanguinis Martyr non fuit, nisi quòd tota vita ejus martyrium fuit*. Suprà quoque in Discursu de S. Carolo hanc citavimus S. Gregorii sententiam, dicentis: Bonus pastor, & talis qualem Christus vult, cum innumeris componi potest Martyribus; & ratio quam adfert, hæc est: siquidem Martyr semel propter ipsum moritur; hic verò milies propter gregem. Id quod in zelofissimo hoc Pastore adimpletum fuit, qui sæpius lupis se cum evidente mortis periculo opposuit. Imò quod plus est, postquam à discipulis suis ei dictum fuisset: *Cur nos pater deseris? aut cur nos desolatos relinquis? invadent enim gregem tuum lupi rapaces*. Sanctus Pastor tamen jam pedem (ut ita dicam) ovis cœlesti intulisset, at tamen ob gregis sui amorem denuò luporum se faucibus intromittere paratum esse respondit: *Non recuso laborem*. Iteratâ igitur vice audax & generosus ingressus est in medium flammarum, atque humeros suos ad excipiendam ruinam & præcipitium exposuit. Similiter cum in alia quadam occasione temerarius quidam idololatra ad eum feriendum gladium strinxisset, contestum sine turbatione aliqua pallium suum ab humeris suis deposuit, nudumque collum homicidæ cædendum porrexit; mox verò ut impius ille brachium extendisset ad ictum, divinâ virtute retrorsum cecidit: alteri quoque homicidæ eum ferire volenti gladius in terram è manibus dilapsus est, & disparuit. *Contempsit Sanctus hic fugam* (inquit B. Laurentius Justinianus) *malens gloriose occumbere, quàm ex passionis metu humaniter occultari: toties igitur martyrii promeruit palmam, quoties se inimicis fidei disputando opposuit*. Quod si verum est, sequitur infallibiliter, quòd eum innumeris vicibus ad confutandos hæresum & paganis errores se opposuerit, evidentique expositus fuerit periculo mortis, cum innumeris componi poterat Martyribus. Severus Sulpitius, qui ei intimus & familiarissimus fuit, ita de eo scribit: *Licet ratio temporis non potuerit præstare martyrium, gloria tamen*

Serm. 29.
ad Rom.

Epist. 2. ad
Austola

tamen Martyrie non carebit: quia voto & virtutibus & potuit esse Martyr. & voluit: quod si ei Neonianus Decianisq; temporibus, in illa qua tunc extitit, dimicare congressione licuisset, testor Deum cæli & terra, sponte equulcum ascendisset, ultrò se ignibus intulisset.

2. Palmam tamen martyrii non amisit. S. Augustinus ita scribit: Peruenitur non solum occasus sed etiam contemptu carnis ad coronam. Absque injuria Sanctorum in persecutionibus defunctorum dicere liceat carnem afflixisse, libidinem superasse, avaritia restitisse, de mundo triumphasse pars magna martyrii est. Cupitissime videre qualisnam triumphans hujus athleteæ armatura fuerit? Alcuinus ait: Fidei armatus galea, & lorica justitia accinctus, gladio verbi Dei armatus; at verò adversus quem pugnavit? aut contra quem reportavit victoriam? contra seipsum decertavit, de seipso victor evasit: sevisissimus etenim qui ipsi prosternendus erat, corpus ejus fuit; ideoq; a speris illud maceravit cilicis: Decumbens in cinere & cilicio, tantam abstinenciam in cibo & potu servavit, ut esum carnis a se prorsus abdicarit, vinum etiam in potum repudiauit abstemius, aqua sola uti solitus: proinde admirandum est, unde irrepserit illa prava consuetudo, imò insania inter Christianos, quòd in vigilia S. Martini ita se vino ingurgitent, & cibo obruant, quasi volente crapula & ebrietate colere Sanctum, qui assiduis jejuniis & omni abstinencia placuit Deo. Alcuinus in quodam sermone, quem super transitu ipsius habuit, refert: Cum à discipulis rogaretur, ut stramenta sub se faceret poni, vi febrium per aliquot dies laborans: Non decet, inquit, filii, non decet Christianum, nisi in cinere & cilicio mori. Semel tantum in die manducare solebat, idq; circa vesperam; vestitus ejus ex panno valde hispidus confectus erat, supraque nudam terram semper ferè somnum capiebat: Implevit sane cruore martyrii, inquam quas ille pro spe æternitatis humanorum dolorum non pertulit passionem fame, vigiliis, nuditate, jejuniis, opprobriis invidorum, insectationibus improborum, curam pro infirmitatibus, sollicitudine pro periculis antibus? quo enim ille dolente non doluit? quo scandalizante non ustus est? quo pereunte non genuit? affligebatur interior non solum per actus mortificationis voluntarie, & exterior per macerationes, & alias rigorosas austeritates; verum

etiam pro alienis miseriis atque peccatis impersè dolebat: Libidinem superasse pars magna martyrii est. Et quidem quod hoc martyrii genus atinet, B. Laurentius Justinianus hoc eum præclaro epitheto honorat, quo ipsum vocat Deum continentia. Post mortem quoque ejus corpus luminosum & clarum tanquam vitrum omnibus visum est esse: Cane quoque monstratus est gemma sacerdotum; caro, quam semper cinis contexerat, resplenduit; id quod manifestum virginis puritatis suæ indicium fuerat: O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Similiter ad imitationem Apostoli castigabat corpus suum, & tanquam miles validissimus pugnavit, non aerem verberans; & merito, quia, prout idem S. Augustinus advertit: Inter praelia Christianorum sola dura sunt praelia castitatis, ubi continua est pugna, & rara victoria. Et quidem in signum hujus ab eo reportatæ victoriæ virginis ipsius anima à sanctarum Virginum choris certatim delata est in cœlestem paradisum: Turba Virginum inquit: Mane nobiscum in æternum. Avaritia restitisse pars magna martyrii est. B. Laurentius Justin. de ipso restatur, quòd Temporalium egestatem non timebat; cum divitiis secum haberet, perpetuam inopia abundabat. Dum militis cingulo etiam annu accinctus esset, non solum dona omnibus aliis fieri solita accipere renuit, verum etiam chlamydem suam militare per medium divisit, ut eam præ frigore tremulum nudumq; pauperem contegeret: alia quoque vice subteriore suam tunicam dexterè exuit, ut alteri quoque pauperi subveniret, solis vestibus sacerdotalibus remanens amictus, quibus vestiri solebat, quando in proximo esset ad celebrandum, & per hanc rerum suarum adeo spontaneam abdicationem, nomen hoc sibi comparavit, quo vocabatur Martinus pauper & modicus; cui titulo proinde sancta mater Ecclesia subjunxit sequentia, nimirum Cœlum dives ingreditur. De mundo triumphasse magna pars martyrii est. Idem Justinian. de eodè hoc nostro Pont. sic ait: In ipso ætatis suæ primordio contemptor factus est mundi. Cunctos pedibus suis subtravit respectus humanos, mundum calcavit, quando chlamydis suæ medietatè lubtravit, illam cum unguis, que derisa dividendo, prout suo loco dicitur: Se dejiciebat in prosperis, sed in honoribus deprimebat, non in Pontifici ali gloriatus est infula idè perseveravit in gestis, in vilitatis habitum in sui

Serm. 225.
de temp.

Serv.
Sulpis.

contemptu, cum in oculis omnium honorabilis esset, sibi met habebatur vilis.

Homil. 22.
in Luc.

3. *Palmam martyrii non amisit.* S. Gregorius ait: *Esse Martyres possimus, etiamsi nullo ferro percussentium trucidemur.* Demum vero modum quo id fieri possit, declarans, subiungit: *Mori quippe à persequente martyrium in aperto opere est, ferre vero contumelias, odientem diligere, martyrium est in occulta cogitatione.* Dionysius Carthusianus in sermone de hoc festo, de patientia huius sancti Præfulis tractans, dicit: *In hoc quoque maxima ejus patientia rutilavit, quod cum sibi præ omnibus Clericis molestiorem & inimicitiorem, videlicet Brietium obtinuit à Deo suum esse in Episcopali munere successorem.* Assassino cuidam, qui in procinctu erat, ut necem ei inferret, lumen & agnitionem sui ipsius talem à Deo impetravit, ut relicta vitâ priori religiosum statum sibi deligeret. Porro historia vitæ ejus hanc mansuetudinis virtutem hisce pauculis verbis exponit: *Nulli malum pro malo reddens, tantam quippe adversus omnes injurias potentiam assumpsit, ut cum esset summus sacerdos, impune etiam ab infimis Clericis laederetur, nemo unquam illum vidit iratum, nemo commotum.*

4. *Palmam martyrii non amisit.* S. Petrus Damianus in sermone 1. de S. Apollinari ait: *Vis autem adhuc apertius discere, qualiter in pace sancta Ecclesia valeas martyrium subire? Ascende tribunal mentis, & te ipsum pertrahere ad iudicium questionis; cogitatio accuset, animus iudicet, pœnis conscientia velut carnifex feriat, lachrymarum rivus velut vulnus erumpat; sic, sic per martyrii similitudinem ad veram pervenies martyrii dignitatem.* Porro hoc martyrium S. Martino familiare & quotidianum fuit, prouti ab immaculata conscientia suâ puritate evidenter deduci potest; siquidem in ipso particularis iudicii sui momento nullum fuit circa ipsum institutum examen, aut formatus processus, nec ullum demeritum ponderatum, eò quod in vita perfecte adimplet illud Apostoli consilium: *Si nos met ipsos judicaremur, non utique judicaremur.* Sanctus quippe Præful in novissima mortis suæ hora hisce tartareum hostem verbis est allocutus: *Quid hic astas, cruenta bestia? nihil in me funeste reperies.* Notate dictionem illam nihil; cum tamen aliàs certum sit, quod nemo mundus à sordibus.



S. Martino, qui gemma Sacerdotum appellatur, duodecim gemmæ rationali summi Sacerdotis infertæ adaptantur.

DISCURSUS TERTIUS.

Martinus Episcopus migravit à seculo, vivit in Christo gemma Sacerdotum.

Plane mysticum est epithetum illud, quo S. mater Ecclesia S. Martinum honorat vocando illum gemmam Sacerdotum. Ipse etenim in tribus variis statibus & vocationibus in spiritu & perfectione Christiana vitam suam traduxit, nimirum in statu militis, Monachi & Episcopi. Et quidem S. Bonaventura de ipso ait: *Bonus fuit in statu militari, melior in habitu monachali, sed optimus in cathedra Pontificali.* Porro à primis ætatis suæ annis, magnam quam erga functiones Ecclesiasticas habebat inclinationem dicitur: *Animus circa monasteria, aut circa Ecclesiam semper intentus, meditabatur adhuc in ætate puerili. quod postea devotus implevit* Dionysius Carthusianus serm. 3, de hoc festo in ejus laudem scribit: *Ipse est splendidissimum lumen Ecclesie, decus omnium Præsulum, gemma gratissima sacerdotum.* S. Petrus Damianus consimili eum encomio pariter honorat, dum ab illo vocatur: *Sacerdotum gloria, gemma Pontificum Clericorum forma.* Verum quodnam in eo mysterium, quod Ecclesia S. Martinum Gemmam sacerdotum appellat non pariter declaret, de quam gemmæ specie id ipsum intelligat, sed indefinite dicit: *Vixit in Christo gemma sacerdotum.* Rationem hanc esse existimo, quia de quacunque gemma præconium hoc S. Martino ab Ecclesia impositum intelligatur, omnes in magni hujus sacerdotis Rationali exsculptas invenietis. Neque Ecclesia ornamentis istius mentionem casualiter fecit, siquidem ipsamet

Manfisi Sanctuarii Tom. IV.

æterna sapientia gemmas præscripsit, quæ Aaronem adornare debebant; omnes autem paludamentum Episcopale, seu potius animam S. Martini mirè condecorarunt: *Pones in eo quatuor ordines lapidum, in primo versu erit lapis Sardinus & topazius & Smaragdus; In secundo Carbunculus Saphyrus & Lapis; In tertio ligurius, Achates & Amethystus, in quarto Chrysolitus Onychinus & Berillus.* hæc autem gemmæ omnes variarum denotabant ornamenta virtutum, quibus adornandus est summus sacerdos, & consequenter omnes alii, quotquot altissimo illi ministerio consecrati existunt: *Hæc positio diversarum gemmarum in Rationali multiplicem variarum virtutum gratiam ostendit, quæ concordie sermone in corde sacerdotis debet semper apparere.*

2. Sardinus est prima gemma coloris sanguinei & ignei, & Fervidam significat doctrinam, & pro ea martyrium. Ita interpres quidam modernus exponit. Porro quod sacerdotio semper conjuncta esse debeat scientia, ex eo satis aperte colligitur, quod Spiritus sanctus nobis per Malachiam Prophetam indicat: *Læbia sacerdotis custodiunt scientiam;* voluitque Deus insuper ut in eodem Rationali Pontificio hæc duo verba includerentur: *Doctrina & veritas.* idque ut S. Hieronymus super Malachiam scribens ait: *Vt discamus sacerdotium doctum esse debere & præconem Dominica veritatis.* In S. Martino igitur sanctitas cū præclara doctrina conjuncta inventa fuit; *Ipse testor* (sunt verba veridici ejus discipuli) *me ex nullius unquam ore tantum scientia, tantum ingenii,*

Corn. 2
Lap.

Cap. 2. 7.

Sever.
Sulpic.

iam boni & puri sermonis audisse, quod ardorem & desiderium Martini attinget, quo cor ejus continuo ardebat, jam de eo in Sermone præcedenti fusius dictum fuit.

3 Topazius omni colore resplendens, inquit Carthusianus, erat secunda gemma, eumque agnoscit symbolum fuisse charitatis, qua omnes virtutes virtualiter comprehendit. Et hæc quidem una est ex illis dotibus, quam anima aliqua præ omnibus aliis vel maximè ambire debet, quando ad sacros ordines ascendens desponsatur Christo. Quando Salvator noster sanctum Petrum summum sacerdotem declaravit, trinitis eundem quoad charitatem hanc exquisitè examinavit. Ac proinde in quo gradu ignis iste in corde sancti Martini exarserit ex Antiphona ad Magnificat in secundis vespers cantari solita satis arguere licet, in qua dicitur: *O beatum Pontificem, qui totis visceribus diligebat Christum.*

Corn. à
Lapid.

Hierog. 41

L. 2. c. 30.
33.

Serm. 2. de
S. Mart.

4. Smaragdus semper viret, & significat virginitatem. Et hæc gemma in Apocalypsi cap. 22. Sancto Joanni attribuitur, qui virgo fuit. Pierius Valerianus scribit: *in re venera si quis lapide hunc attingat, spontè frangitur.* id quod Alphonsus Quinto Lusitaniæ Regi accidisse fertur. Hoc enim castitatis & pudicitiae monile coronæ sacerdotali permaximè necessarium est. Thomas Cantipratensis de sancto quodam Galliarum Episcopo refert, quod cum vultu esset speciosissimus, Regina eundem ad consentiendam inhonestis illius desideriis extimularit, qui tamen torvo illam oculo respiciens generosa repulsa eandem à se abegit; ac proinde Deo ita disponente factum est, quod oculus iste etiam post mortem Episcopi, æquè clarus, serenus ac pulcher post mortem permanserit, sicut in vita ejus fuerat. Nū forte simile in sancto Martino virginalis candoris ejus testimonium desideratis; audite Dionysium Carthusianum hac de re ita loquentem: *Scatim corpus ejus sanctissimum instar corporis glorificati resplenduit, vitro purius, lacte candidius, vultus. jus luce clarior radicabat.* Albertus Magnus quoque de ipso scribit: *Animam ejus emigrantem Beata Virgo Maria suscepit, cum virginum choris; Præterea cum mortuus esset, caro ejus mirabili splendore refulsit; hæc omnia castitatis ejus argumenta fuerunt.*

5. Carbunculus, Glossa interlineatis ait: *Qui nocte lucere dicitur, & circa se omnia illustrare.* De hoc autem mystico Carbunculo nostro asserere possumus, quod tenebras non solum animarum pastorali cura ipsius commissarum, sed etiam & multo amplius hæresis & infidelitatis tot populorum illustraverit, ut de illis dici possit: *Habitantibus in regione umbra mortis, lux orta est eis. Quot Idola disjecit? quot templa prophana destruxit? Plerumque contradicentibus sibi rusticis, ne fana eorum destrueret, ita prædicatione sancta Gentilium animos mitigabat, ut luce eis veritatis ostensa, ipsi sua templa destruerent.*

Isa. 9. 2.

Corn. à
Lapid.

6 Sapphyrus, qui ut Interlinearis ait: *sereno cælo similis existit.* Alius quidam Interpres ait: *Cælestis coloris, & aureis punctis collucet; significat eos qui corpore in terris, mente & vita in cælis versantur.* Hæc gemma, sive virtus illa ministris acris optimè convenit, de quibus Arceopagita ait: *Qui sacerdotem dicit, augustiorem prorsusque divinum insinuat virum Sanctus Augustinus tonsuræ clericalis mysterium nos edocens ait: Caput radere significat cogitationes terrenas & superfluas à mente refecare.* Porro sanctus Martinus in veritate cum Apostolo dicere potuit: *Nestra conversatio in cælis est. Oculis ac manibus in cælum semper intentus in victum ab oratione spiritum non relaxabat.* Unde divitias, honores, aut quicquid dare mundus potest, nihili æstimavit, utpote pauper & modicus.

De Eccl.
Hierocl.
c. 1.
Ta. 9. tr. de
Contemp.
sec.

Corn. à
Lapid.

7 Laspis gemma firmissima & virens, Smaragdo similis, significat fortitudinem fidei. Sacerdotibus, utpote fidei zelotibus, incumbit, ut ferrum apprehendant ad illam defendendam, & refecandas urticas, spinas, omnesque alias malas herbas, quæ vineam Christi, id est, Ecclesiam ejus sterile efficiunt. Unde sacerdoti dicitur: *Dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum aneum, ne formides à facie eorum.* Sacerdotes debent esse sicut canes molossi, qui ad gregis custodiam ponuntur, ut ab illo lupos procul arceant. Quilnam vero est cui ex hoc capite ignota esse possit invicta sancti Martini constantia? merito igitur discipuli lupos non nisi post mortem ejus timebant, sciebant enim hunc Pastorem quoad

Ierm. 1.
18.

quoad viveret, sola sua praesentia eos sufficien-
ter abacturum esse: *non vident enim gregem
suum supra paces; adeo enim validus Ecclesiae
athlas fuit, ut in sustentaculum fidei periculan-
tis ipsis quoque Imperatoribus sese generose
opponere non formidaret. Non formidabat
Imperii principatum. Cum adversus perfidiam
sacerdotum solus pene acerrime pugnaret (de
sacerdotibus idololatriae loquitur) multisque
supplicis esset affectus.*

Sover.

Sulpit.

8. *Ligurius*. Per hanc autem gemmam aliqui
Hyacinthum intelligendum esse dicunt, ita e-
nim docet S. Hieronymus in cap. 21. Apoca-
lypticos. Dionysius Carthusianus autem dicit,
per hanc gemmam significari stabilitatem. Al-
meron in ingressu oraculi *sculpsit in eis pictu-
ram Cherubim*, id est, in portis, & palmarum
species. Per hosce autem Cherubim intelligun-
tur sacerdotes, qui multis in locis Angeli no-
minantur, qui etiam Cherubini dici possunt,
propter scientiam, siquidem *Labia sacerdotis
custodiunt scientiam*; at vero doctrina & vita
Angelica nequaquam sufficit, nisi etiam adsit
perseverantia & stabilitas in operibus bonis,
cujus symbolum palma est; unde sanctus Gre-
gorius ait: *Palma tarde proficit, sed diu in vi-
riditate subsistit*. Hoc autem perseverantiae do-
num in sancto praesule nostro prorsus mira-
bile fuit. Unde Dionysius Carthusianus ait:
*Tanta fuit stabilitas cordis sui in Deo, quod ne-
mo unquam vidit eum iratum; unus idemque
semper*. Et in serm. 3. ita scribit: *Episcopatu as-
sumpto sic episcopale explevit officium, ut pro-
pessitam vitam, & habitum Monachi nequa-
quam relinqueret*

2. Reg. 6.

32.

Lib. 19.

A. pric. 16.

9. *Achates*. Idem Dionysius super Exodum;
per hunc lapidem virtutem intelligit liberalita-
tis & quidem huic gemmae hanc attribuit pro-
prietatem, quod scilicet *Dicatur augere divi-
tias, per quam liberalitas denotatur*. De sancto
Martino legimus quod in hac vita pauper esse
voluerit: *Martinus pauper, & modicus*, at vero
Caelum dives ingreditur. Porro liberalitas erga
pauperes, virtus quaedam est, quae Ecclesiasti-
cis specialiter commendatur: quid mysterii
in eo latere existimatis, quod inter alios ritus
& caeremonias, quae ab Episcopo exercentur,

Episcopi ante altare opulenti se vestibus pon-
tificialibus induant, eisdemque pariter sese an-
te idem altare deinde exuant? nimirum per
hanc caeremoniam denotatur, quod divitiae &
census annui, qui ab altari proveniunt, super
altari pariter relinquendi sint, id est, curandum
sit ut census illi impendantur ad promove-
ndum cultum divinum, ut scilicet in eo decore
& majestas debita & conveniens semper re-
splendeat: aut vero templis vivis Christi susten-
tandis, id est, pauperibus nutriendis adhibean-
tur. De sancto Martino Dionysius Carthusia-
nus ponderat ut sequitur: *Antequam baptiza-
retur, dum adhuc erat in armis, non cessavit
omnia sibi superflua dare pauperibus, nudo
vestire, indigentes nutrire, miseris subvenire
ita ut prater quotidianum victum, nihil sibi de
militia sua reservavit stipendiis*. Quod si vero
etiamnum miles & catechumenus existens
hanc erga pauperes & egenos Charitatem &
liberalitatem exhibuit, facie conjici potest,
quam fuerit erga eosdem liberalis seu potius
prodigus jam existens Episcopus. Albertus
Magnus postquam ipsum medietatem chlamy-
dis suae praescindentem considerasset, iugun-
git: *Demum cum in sacerdotio constitutus esset
ipsam tunicam, qua ad carnem vestiebatur,
exiit & cuidam mendico tribuit*. Carthusianus,
eodem quo id faciebat momento globum
quendam igneum super capite ejus miraculose
apparuisse tradit: *Tunc quoque, ut legitur, An-
geli sancti torques aureas & gemmatas secum
ferentes, brachia ejus decentissime operuerunt,
ne nudo viderentur; siquidem indutus tunc fuit
veste vilissima, cujus manica extendebantur
usque ad cubitum ejus*.

Serm. 2.

10. *Ametystus purpureus est, roseus, & vio-
laceus, sculptura facilis, leniterque flammam
fundit & significat humilitatem*. Sanctus
Thomas de Villa Nova de sancto Martino
scribit: *O quantae fuit cura Martino ab initio
vita hanc exquirendi margaritam! quae sollici-
tudine curavit hoc dari metallo! Dum sanctus
Hilarius eum subdiaconum ordinare vel-
let, per humilitatem consentire noluit,
utpote qui sibi sufficere existimabat, Ex-
orcistam se ordinatum esse: Sed ordinan-*

Corn. 2.
Lapidei

te Deo, inquit idem sanctus, qui noluit fieri subdiaconus postea factus est episcopus; & quidem ut de contemptu & vili aestimatione quam de seipso habuit dignum facere possumus conceptum, dicit ulterius: Nemi nemutique legi sanctorum ita sollicitè huic desudasse virtuti; demum postquam multa hanc virtutem in eo declarantia retulisset opera, mox subjungit: Denique tanta in eo erat affectio sui, ut cognomento publico pauper & modicus vocaretur, præ nimia siquidem humilitate sua, talem sibi titulum inter homines acquisierat, scilicet, Martinus pauperculus, quo ipse supra modum interius gloriabatur

Corn. à
Lapide.

Luc. 9. 1.

Lib. 2.
ep 12.

11. Chrysolitus partim aurei, partim marini est coloris, significat pœnitentiam. Sanctus Isidorus quoque de hoc lapide scribens dicit: Dæmones terret. Porro Dæmonem in fugam agere ad ordinem pertinet exorcistæ, qui sacerdotio annexus est in nomine meo Dæmonia ejicient. Ad sacerdotes pariter spectat pro peccatis populorum intimè affligi. Unde Isidorus Pelusota sacerdotes oculos Ecclesia appellat, non solum quod in hoc corpore mystico partes nobiliores & eminentiores existant, verum etiam quia majus ipsis communicatum est notitiæ & agnitionis lumen, quam sæcularibus. Adhæc quia sicut oculi toti corpori ducis loco subserviunt, eidem quoque officio perfungendo adhibeantur illi ad ritè ducendas animas, qui consecrati sunt Deo: at vero P. Avila in suis discursibus, quos ad sacerdotes habuit, aliam quandam rationem adducit, nimirum ideo sacerdotes appellari oculos, quia ad ipsos pertinet, omnia quæ corpori accidunt mala desistere, adeoque ad ministerium adeo altum, nimirum ad hunc effectum ordinati sunt, ut ad Dei placandam iram, apud Divinam Majestatem pro peccatoribus interveniant per pœnitentiam. Quæ omnia sanctus Martinus excellentissimè præstitit, prout manifestè latis ex ejus vita colligi potest, de quo proindè Severus Sulpitius ait: Pernox in orationibus & vigiliis fatiscens artus servare spiritui cogebat, nobili illo strato suo in cinere & cilicio recubans. Præterea quis est qui majorem ipso in Dæmones potestatem habuit? etenim illos ab innumeris obsecris corporibus fugavit, illis ut falsa idolo-

Epist. 3.
ad Basil.

rum simulachra desererent præcepit, illos à pagavorum templis exulare fecit, & tamen idem maligni spiritus ad mortem ejus usque implacabiles adversus hunc Præsulem persisterent, nihilominus idem sanctus etiam usque ad novissimam mortis suæ horam suo in ipsos usus est potenti imperio, superbum Luciferum hisce verbis aggrediendo: Quid hic astas cruenta bestia? nihil in me funeste reperies.

12. Onychnus est undecimus in Rationali Aaronis positus lapis pretiosus. Onyx ita dicitur ab unguis humanis. lucuame; significat candorem & innocentiam. Porro innocentia sacerdoti quam maximè convenit, siquidem eo sine consecratus esse noscitur, ut animas sibi subditorum mundet atque purificet, gratiam iis inferendo & bonæ conscientia puritatem. Lactantius Firmianus ait: Nihil sancta & singularis illa majestas aliud ab homine desiderat, quam solam innocentiam, quam si quis Deo obtulerit, satis piè religioseque litavit. At vero quanto hæc innocentia magis in iis requiritur, quibus incumbit ut incruentum agni illius immaculati sacrificium offerant? sancto Francisco ab Angelo ostensus fuit urceolus vitreus aqua lymphidissima refertus, qui insuper eidem dixit, talem necessariò esse debere conscientiam sacerdotis. Ad quantam vero vitæ puritatem sanctus Præsul noster pervenerit, jam audivimus, sufficiat ex ore ejus hæc ad Dæmonem dicta verba audisse: Nihil in me funeste reperies. Unde sanctus Bernardus de ipso sic loquitur: Porro munditiam cordis ejus, illud vel maximè indicat, quod non est confusus inimico loquens in porta; nihil in me funeste reperies. Cùm se Dæmones illi jam in cælos abeunti opponere, ejusque ad cælos transitum impedire niterentur (ut refert Gregorius Turouensis) nihil suum in eo reperiens, Dæmon scilicet, confusus abscessit. Ita enim S. Severino Colonienfi Episcopo revelatum fuit, qui ita concludit: Quid ergo de nobis peccatoribus erit, si tanto sacerdoti voluit pars iniqua nocere?

Corn. à
Lapide.

Lib. 6.

Corn. à
Lapide.

13. Berillus est ultima & duodecima gemma: Instar aqua solis fulgore percussa rubicundus est deorsum; sed non fulgur nisi in sexangulas formas poliatur, repercussione enim angulorum fulgor acuitur; denotat animum fortem

rem & heroicam adversa quaque vincentem.
 Vult omnino Deus ut sacerdotes generoso sine pectore ad resistendum illis, qui animas sanguine suo pretiosissimo redemptas, ad æternæ salutis semitas seducere moliantur. Unde apud Ezechielem lamentatur dicens: *Non ascendisti ex adverso. neque opposuisti murum pro domo Israel.* Ubi S. Gregorius ait: *Ex adverso ascendere, est pro defensione gregis Christi voce libera mundi hujus potestatibus contraire.* Sanctus Episcopus noster suo tempore ob strenuam ab Imperatrice Atiana adversus Orthodoxos interpositam operam, fidem Catholicam valde periclitari videbat, eumque ad Valentinianum Imperatorem aditum habere nequireret, totum se orationi & penitentia facienda dedit: cui dum incumbeset, Angelus Domini ei apparuit, cumque monuit, ut liberè ad Valentinianum ingrederetur, siquidem fores conclavis illius apertas reperturus esset; Imperator autem Martinum coram se comparere videns, primum quidem indignatus dignitati ejus Episcopali honorandæ assurgere noluit, donec Martinus per miraculum sellæ regiae ignem supposuit; Tunc

enim Imperator igne non nihil correptus respiscens, eum cum reverentia excepit, & blandè est amplexatus, concedendo ei quæcunque postularet. *Præcipuum est adulationi regia sacerdotalem non cessisse constantiam.* Alcuinus pariter in ipsius vita scribit: *Nemini adulando blandiebatur, principi nulli veritatis verba tacuit.* Idem præcitus Severus ulterius dicit: *Cum ad imperatorem Maximum ferocis ingenii virum, & bellorum civilium victoria elatum, plures ex diversis partibus Episcopi convenissent, & circa Principem omnium adlatio notaretur, seque degeneri inconstantia regia clientela sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martino Apostolica auctoritas permanebat; Et quidem tametsi nonnullos libellos supplices res maximi momenti concernentes Imperatori necessarè porrigendos haberet, attamè imperavit potius quam rogavit. Dumque Imperator sæpius apud ipsum precibus contenderet, ut una secum mensa dignaretur accumbere, respondit: Se mensa ejus participem esse non posse, qui duos Imperatores, unum regno, alterum vita expulisset.*

In responso à S. Martino discipulis suis dato: SI ADHUC POPULO TUO SUM NECESSARIUS, NON RECUSO LABOREM, multi considerantur actus virtutum.

DISCURSUS QUARTUS.

Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem: Fiat voluntas

tua.

DUm aliorum Sanctorum merita & virtutes prædicare volumus, eorum encomia à primis vitæ ipsorum annis exordiri, ac deinceps ejusdem vitæ progressus us-

que ad ultimum vitæ spiritum prosequi solemus; at verò ad extollendam S. Martini gloriam sufficere mihi videtur, si ad postrema eaque valde notabilia verba ejus nos reflectamus, quæ è corde ipsius potius, quam ex ore manarunt; Cum enim discipulis suis imminentem suam in alteram vitam transitum prædixisset,

hi dolentes exclamârunt. *Cur nos Pater dejeris? aut cur nos miseros derelinquis? quorum voce commotus Martinus ita Deum orabat: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua.* Ut autem qualis quantâque virtutis & meriti hæc S. Martini spontanea oblatio fuerit, tantò meliùs intelligamus, operæ pretium esse cenſeo, ut priùs S. Thomam de Villa Nova hæc de re loquentem audiamus; Dicit igitur sanctus hic Pater: *Iam in Paradiso pedes posuerat gloriosus Antistes & libenter retrahit, ut fratribus suis seruiat, littus optatum diu jam securus tenebat, & amore filiorum redit ad pelagus, atque pro dilectis oribus velut bonus Pastor iterum exponitur naufragio.* Quis unquam è belli Ducibus inventus est, qui postquam sudorum, vulnerum, & effusi à tē sanguinis adhibito impendio inimicum devicit, jamque in procinctu est, ut triumphi applausus recipiat, ad hoc induci possit, ut de novo ad prælium se recipiat, seque in periculum & incertitudinem perdendi victoriam conjiciat? Bonum certamen certasti, cursum consummasti, fidem servasti; de reliquo superest tibi corona justitiæ, quam reddet tibi Dominus hodie justus iudex. & adhuc dicis, Non recusabo laborem? Ideò operæ pretium me facturum existimo, si serua cum reflexione medita us fuero, quidnam significet, quòd S. Martinus, postquam unum quasi pedem, ut ita dicam, regno cœlorum intulisset, in quo summa securitas est, *Facta habitatio Paradisi, inquit S. Bernardus, jamque ad diu desideratum centrum suum, quod est Deus, inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te* pervenisset, ex altera tamen parte oculos suum in hanc lachr marum vallem, in hoc exilium miserabile deflectat, ubi *Nemo scit an amore an odio dignus sit.* Ponderetur verbum istud: *Non recuso laborem.* & conferatur cum illo: *In pace in idipsum dormiam & requiescam;* & clarè satis liquebit, quanta sit unius loci ab alio differentia. Severus de S. Martino scribit: *Quæ ille humanorum dolorum non pertulit passiones? fame, vigiliis, nuditate jejuniis, opprobriis invidorum, insectationibus improborum* Albertus Magnus optimè considerat, quales & quantas sanctus Præsul noster etiam ab intimis suis pertulerit sine fine injurias & contumelias, & quidem in particulari à Briccio, qui non multùm ab eo absuit, ut

violentas in illum manus immitteret, unde facile conjici potest qualisnam fuerit aliorum ausus & temeritas in Sanctum, jam antea sui ipsius contemptui totaliter deditum, & maxime quantum ab hæreticis & Paganis, quorum acerbum erat flagellum, nec non ab aliis scandalosis perditisque hominibus perpeſsus fuerit; Qualis autem est differentia inter hoc, quod est in æterna beatitudine quiescere, & aliud quod est fluctuare in continuo fluxu & refluxu salis cujusdam & procellosi elementi, quale est mundus iste? Jam ipse per octoginta & unum annos maris hujus procellosissimi & inquietissimi tempestates sulcaverat, ut tandem ad felicissimum cœli littus aut portum feliciter appelleret, & tamen cum jam de facto uno quasi pede portum obtinuisset, denudò in medias procellas se abripi non renuit. Nunquid vobis Ecclesia justam causam habere videtur, ut actum quandam virtutis adeò heroicum dignè ponderet atque consideret? Hic illum invenitis super cinere & cilicio miserabiliter extensum, illic verò inter Seraphinos ardere poterat & dicere: *Conscidisti sacco meum, & circumdediti me latitia.* Hic inter scorpiones, serpentes, & lupos dimorabatur, tales enim omnes inimici Christi erant, quos ad veræ fidei agnitionem reducere satagebat: *Increduli & subversores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas* Illic verò turba Virginum invitatur: *Mane nobiscum in æternum.* Quanta erat hæc differentia, scilicet inter vix satiari pane, aquam bibere, corpusque suum perpetuo quodam jejunio macerare; & inter posse dicere: *Satiabor cum apparuerit gloria tua?* Quamnam proportio esse poterat inter cellam quandam in modum speluncæ seu antri cujusdam efformatam, & inter cœli Empyrei amplitudinem, miramque elegantiam; inter Angelicorum exercituum consortium: *Exultant Angeli letantur Archangeli;* & inter Dæmonum vexas & exagitationes, quibus eum incessanter persequabantur? inter thesauros & gloriam Paradisi, & inter contemptus & opprobria, quibus hic in terris infestabatur: *Martinus hic pauper & modicus, cælum d' ves ingreditur;* Nunquid iure merito S. Bernardus dicit: *Obtulisti planè Isaac, unicum illum quem diligis, quod in te est jugulasti, immolasti singulare gaudium tuum pia devotione, paratus redire iterum in pericula, innovare certamina,*

denud

Ser. de S.
Marr.

Epist. 2.
ad Aurel.

Exech. 21
6.

denuò subire laborem; sustinere tribulationem, prolongare tentationem, deinde differri adhuc ab illa tanta felicitate, & diu desiderata societate spirituum beatorum, atque in hujus mortalitatis arumnas ab ipso introitu gloria revocari; postremò, quod maximum est, à Christo suo peregrinari diutius, si modò ipse voluisset. Porro vehementissimum desiderium, quo corda fervorum Dei vel maxime trahi & rapi possunt (& jure quidem meritiissimo) est quo se vinculis hujusce nostræ mortalitatis exsolutos videre cupiunt, ut cum Deo uniri & artificiose conjungi possint: *Cunctis diebus, quibus nunc milito, dicebat Job, expecto donec veniat immutatio mea.* Propheta regius, tamen in throno Israël gloriosus federet in omni vel maxime appetibili felicitate constitutus, aëra tamen suis replebat suspiriis ad cælestem Hierosolymam aspirando, quia illam in qua regnabat, fastidiebat: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Apostolus quoque, qui oculos suos per transfennam tantum, ut ajunt, in tertii cæli beatifica objecta defixerat, impatiens erat donec appropinquaret hora exitus sui ab hoc exilio: *Cupido dissolvi. Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Tricissimum est illud in schola Christi axioma, quo servi Dei vitam in patientia, & mortem in desiderio habere dicuntur. Et quidem quanto vitæ illius beatæ amore tenebatur Martinus, utpote in quam non oculos tantum, sed & cor suum defixam habebat? *Oculis ac manibus in cælum semper intentus.* Et tamen licet is hodie Paradisi fores animæ suæ ad eam festivè expiciendam, aperiri videat: *Sacerdos Dei Martine, aperti sunt tibi cæli.* & regnum Patris mei; licet etiam beatas Angelicorum spirituum, Prophetarum, Patriarcharum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum turbas ad se obsequioso comitatu suo in cælos usque cohonestandum, de cælis certatim descendere videat; unde in historia ejus dicitur: *Exultant Angeli, latantur Archangeli, Chorus Sanctorum proclamat, turba Virginum invocat. Mane nobiscum, nihilominus mox ut gregis sui oviculas, quas deserturus erat, aspexit intra fauces luporum, invadent gregem tuum lupi rapaces.* denuò redire non abnuitt: *Non recusolaborem.* Unde S. Thomas de Villa Nova ait: *O præclaram vocem! ô admirabilem charitatem! quid minus iste*

Moyse, vel Paulo personavit; Moyse pro Christo, Martinus pro commissis ovibus differri à gloria non solum sustinet, sed si opus est, petit, & obsecrat. Enimverò indubitatum est, quin ardens Moyse & Pauli charitas summè admittibilis fuerit, utpote qui salutem proximorum suorum propriæ anteponebant; Charitas autem qua S. Martinus gregem suum prosequabatur, hanc præcellentiam habebat, quia illi à pallio seu bravio, à meta & consecutione gloriæ procul adhuc aberant, erant enim viatores; at verò S. Martinus quasi comprehensor quidam dici potuit, eò quòd uno pede quasi in limine Paradisi positus erat. Etenim objecta præsentia amplius, & fortius movent, quam absentia vel procul remota; & idèd longè firmiorem nobis impressionem præstat prælium propriis oculis spectatum, quam in historiis lectum. Ad hæc in Eremiticis, in Cellis, in oratione, multos sæpè virtutis actus exercemus in præparatione animi: at verò in eorundem executione reali & adimplentione insuperabiles nonnunquam experimur difficultates, Beatissima illa Martini anima non minus quàm S. Agnes dum cælitum agmina sibi obvia videbat, dicere poterat: *Ecce venio ad te quem amavi, quem quasi vi, quem semper optavi; ecce quod concupi jam video, quod speravi, jam teneo, ipsi sum junctus in cælis, quem in terris postus tota devotione dilexi;* Id ipsum verò nec Moyse nec Paulus dicere poterant, utpote qui etiam nùm hîc in terris tanquam viatores peregrinabuntur: at verò sancti Præfulis nostri anima jure dicere poterat: *Ego dixi: in abundantia mea: Non movebor in æternum. Stantes erant pedes mei in atris tuis Jerusalem; & tamen his omnibus neglectis aut posthabitis dicit: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem.* S. Bernardus apte de S. Petro considerat, quòd tamen trinitis à Christo quoad charitatem examinatus fuerit, quando ab eodem electus fuit Pastor Ecclesiæ universalis, attamen dum in monte Thabor per rimam quasi Paradisi gloriam aspexisset, dixerit: *Nonum est nos hic esse, petieritque à Christo: si vis, faciamus hic tria tabernacula, adeoque si penes ipsum stetisset, ab hoc monte nunquam divelli optasset: Magnum est Petre, quòd Dominum secuturus omnia reliquisti; sed audivi te in monte dicentem: Domine bonum est nos hic esse, faciamus*

hic

hic tria tabernacula; non est hoc, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem De S. Ambrosio scribitur, quod dum morti vicinus esset Ecclesie Mediolanensis Christianifideles instanter ipsum rogarint, ut suis apud Deum precibus postulareret, ut ejus ab hac vita transitus, aliquoultque adhuc differretur, ut hac ratione inter ipsos superstes manens, ruinas tunc Italiae & praecipue Ecclesie suae imminentes reparare & restaurare posset; Sed audite, quid responderit: *Bonum habemus Dominum, fest quia sit vobis & mihi utile; noluit uec unico passu ab imminente sibi transitu quem adorsurus erat, retrocedere, atque ideo quodnam est hoc prodigium quod ad prima discipulorum suorum verba: Cur nos pater deseris? inxadent gregem tuum lupi rapaces, omnino indifferens, totusque in divinam voluntatem resignatus quasi minus sibi inesset regni caelorum desiderium, se ex amore gregis Christi, nec non animarum ab ipso redemptarum ad eum ad hujus vitae ærumnas & pericula reassumenda promptum & expeditum esse ostendat? Non recuso laborem Magna quidem obediencia vestra loquitur hic S. Bernardus cum spiritibus Angelicis) Angeli sancti: sed quod dicere audeam, pace vestra, nescio an inueniatur in vobis quisquam, paratus in tale aliquod ministerium mitti, in quo necesse habeat non videre faciam Paris. Verissimum enim est, quod non tanti facienda sit illa S. Martini oblatio: Non recuso laborem, licet hac quandam innumerabilium ærumnarum afflictionumque iliadem annexam habeat, quam quod indirecè se per eandem oblationem aliquoultque privare voluerit clara Dei visione; Et quidem tamen verum quoque sit, quod discipuli ejus ipsi suggerebant, dicentes: Scimus quidem desiderare te Christum, sed salva sunt tibi tua premia, nec dilata minuentur Veruntamen quanta est differentia in eo quod est in penoso hujus miserabilis vitae inferno commorari, & inter illud quod est superna frui beatitudine? Qualia enim gaudia & delicias illas esse existimatis, quibus se per longum tempus sanctus Præsul noster privavit? Audite Augustinum gaudia illa hisce verbis describentem: *Tanta est, inquit, jucunditas lucis aeterna, ut etiamsi non liceret amplius in ea manere, quam unius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni hujus vita pleni do-**

litiis & circumfluentia temporalium bonorum rectè meritoque contemnerentur; Non enim falsò dictum est: *Melior est dies una in atriis tuis super milia.* S. Martinus sponte propria se offerbat ad patienter sustinendam aliquanto tempore beatificorum gaudiorum istorum carentiam, in quorum possessionem jam immittendus erat, idque non ad dies, menses, vel annos determinatos, sed pro arbitrio & beneplacito voluntatis Dei illius, ad cuius perfectam unionem ex altera parte tanto cum desiderio suspirabat: *Fiat voluntas tua.* Et quidem, quas in hac vita reinchoaturus erat ærumnas, tantò melius cognoscebat, quante certius oculis suis viderat, qua preparavit Deus diligentibus se. Unde sicut B. Laurentius Justinianus de Christo patienter propter passibilitatem corporis sui à tali anima informati, qua aeterna fruebatur beatitudine, dixit: *Tota fruitionis gloria in eo miscebatur ad poenam;* ita quoque dicere possumus, quod ex quo B. Martinus aeternam illam beatitudinem veluti parumper sorbendo gustaverat, labores deinceps tolerandi tantò ei futuros fuisse graviores & difficiliore, vehementioremque expecturum ipsum fuisse in ærumnarum hujus vitae calice amaritudinem: *Tota in eo fruitionis gloria in se miscebatur ad poenam.* S. Thomas de Villanova ex hac tam heroica spontanea que oblatione hanc elicit consequentiam: *Quando ipse substantiam & vitam pro ovibus suis non poneret, qui etiam personam & animam exponeret? sed non tam exponeret, quam differeret; sciebat enim cui crederet, & certus erat, quia tanta charitatis oblatio non desereretur a Deo.* S. Mater Ecclesia hunc Præsulem inter alia præconia, hac quoque laude extollit: *O beatum Pontificem, qui totis visceribus diligebat Christum; Salvator noster autem S. Petrum pastorem universalis Ecclesie constituit volens, eidem dixit: Si diligis me, pasce oves meas; ac proinde videre est in hoc sancto Præsule nostro transcendens aliquod, valdeque evidens signum amoris, quo Sanctus hic prosequeretur Christum, siquidem se tanto zelo curam gregis sibi commissi administrare monstrat, ut pro ejusdem gregis salute & meliori bono se ipsamet aeterna beatitudine ad longum usque tempus privare paratum & promptum esse contestetur. Unde B. Laurentius Justinianus ait: *Gloriam quippe pro-**

*priam tam pro honore, quam pro populi salute postposuit. Quinam autem inter Pastores amarum sanctissimos, zelosissimi nos, Deique amatissimos iuveni poterit, qui tantam ac S. Martinus charitatis sinceritatem in se demonstrarit? Prodegerint fortasse facultates suas, denique ipsam vitam suam in animarum sibi commissarum beneficium & utilitatem; at vero etiam gloriae coelestis, aeternae beatitudini, Deique ipsius clarae visioni per longum aliquod tempus, ob ipsiusmet Dei amorem renuntiare, ad singularem S. Martini praerogativam pertinebat. Unde Severus Sulpitius ipsum ad Deum convertum introduci, & dicentem; *Gravis quidem est Domine corporeae pugna militis, & iam satis est, quod hucusque certavi, sed si adhuc in eodem labore pro castris tuorum stare me praecipis, non recuso, nec fatiscentem causabor atatem, munia tua devotus implebo, sub signis tuis quo ad usque tu iusseris militabo, & quamvis optata sit senectus post laborem, est amen animus victor annorum, & cedere nescius senectuti; Ac tandem in laudem sancti sui Magistri, hisce in Officio divino cantatis verbis concludit: O virum ineffabilem! nec labore victum, nec morte vincendum, qui in nullam se partem pronior inclinaverat; nec mori timuit, nec vivere recusavit. Verum enim vero priusquam hunc Discursum nostrum finiamus, textum quendam Apostoli à nobis non nihil ponderari desiderarem. Dicit igitur Apostolus: *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum; quod si vivere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro;***

Epist. ad
Braf.

Phil. 1. 21.

Coartator autem è duobus, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo multò melius: permanere autem in carne necessarium propter vos. In prioribus simili perplexitate & anxietate sanctus hic Praesul noster in novissimo mortis articulo constitutus erat; sibi namque pro salute gregis sui denuo laborandum satis evidenter apprehendebat, ex alia verò parte intensissimo quodam perfectæ cum Deo unionis desiderio stimulabatur. Unde Severus Sulpitius ait; *Nimirum inter spem amoremque positus dubitavit penè quid mallet; quia nec hos deserere, nec à Christo volebat diutius separari, nihil tamen in voto suo ponens, aut voluntati relinquens, totum se Domini arbitrio potestatique committens. Ex una quidem parte apertum animæ suæ Paradisum conspexit, ideoque ait: *Adveniat regnum tuum, illudque velut manu sua tenet; mox verò ut gregis sui salutem sibi ob oculos positam contueretur, priorem petit: onem revocat, & dicit: *Fiat voluntas tua, non recuso laborem. In hac quoque voluntatis suæ in Deum totaliter resignatæ spontaneè oblata donatione, suæ quoque sanctitatis eminentiam præclare ostendit; Ideo namque Christus Josephum præ cunctis aliis tanquam suum in terris futurum Patrem elegit, quia hic in ore semper, magis autem in corde illa verba habebat: *Vitam vivam, & adimpleam voluntatem Dei me; id quod etiam S. Martino satis solemne fuit, siquidem nec vivens nec moriens aliud desiderabat, quam Dei sui voluntatem adimplere.****



De præcisæ mediæ chlamydis dono, quod S. Martinus etiamnum miles pauperibus impertiit, variæ confiderantur circumstantiæ.

DISCURSVS QVINTVS.

Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contextit.

Idem ille Deus qui terram gramine, herbis & floribus vestit, cælum exornat stellis, qui in suprema cælorum sede, licet nostra non sit mortalitate indutus; attamen insuper est amictus lumine sicut vestimento; Idem inquam Deus hodie ingenti Angelorum exercitu circumquaque obfusus, in conspectu totius Paradisi medietate palatium chlamydis cujusdam militaris indutus, eundem gloriosè ostentat, dicens: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contextit.* Quot autem sunt alia longè præclariora hujus Sancti facta heroica in præcedentibus Discursibus relata, quorum intuitu S. Thomas de Vili Nova S. Martinum hoc titulo: *Pelagus maximum virtutum omnium* condecorat; occurrit igitur S. Martini Sanctitatem publicaturus non ostentat factum aliquod hæc largitione vestis ipsius longè præstantius; & tamen verissimum est, quod Scriptura dicit: *Omnia in sapientia fecisti*; & ideo omnino fatendum est, hanc vestis largitionem, unam fuisse ex admirabilioribus actionibus, quibus S. Martinus per totum vitæ suæ decursum illustrari meruit, qua in opinione tanto fortius confirmor, ex quo S. Mater Ecclesia à Spiritu sancto tanquam præceptore suo, qui spirituum ponderator est, directa, tanti vestem illam æstinet, ut eam primo omnium loco statuat; & in plerisque imaginibus & statuis illum non aliter representat, quam in actu dividentis pallii sui medietatem ad contegendum

pauperem. Cujus proinde facti circumstantias non nihil à nobis ponderari velim, Quando in novissimo judicii die Redemptorem nostrum tanquam Judicem supremum in tribunali suo magnificè confedentem visuri erimus, idem nobis declaraturus est, quod inter omnia electorum meritoria opera, illa quæ ex motivo misericordie in proximum exercentur, sibi longè acceptiora existant, & præ cunctis aliis ob sui excellentiam primatum habeant, ideoque dicit: *Nudus eram, & cooperuisti me.* Sed quid audio? Ergone post centum, millia, & amplius annorum curricula sola pietatis in proximum à tot Sanctis exercita opera in totius cæli & terræ conspectu deprædicabuntur, aliæque longè præclariora magisque meritoria, quæ prorsus humanam excelsè conditionem, nullatenes etiam in novissimo judicii die memorabuntur? Ergone facta illa, quorum ne quidem per historiarum notitiam habemus, ab eodem Judice non cum tanta gloria toti Paradiso, omnibusque retroactis in Ecclesia sæculis manifestabuntur, quemadmodum vile hoc Martiniana chlamydis scrutum, quocum ex compassionis motivo contextit pauperem, manifestatum fuit? Imò verò; nullum enim ex cunctis Martini operibus ita deprædicabitur, sicut centonem hunc vilissimum, quem pauperi donavit S. Augustinus de vinculis Petri ita scribit: *Merito per omnes Christi Ecclesias auro pretiosius habetur ferrum istud pauperum vinculorum;* sibi illi modo dicere possumus, quod Deus non tanti æstimet (quantum saltem nobis constat)

Matth. 23.

36.

Ser. 28. de SS.

Pf.

Ec.

12.

stat) Templum Salomonis, quamvis illud tot thesaurorum impendio in ejus honorem erectum fuerit, neque ex auro, aulæa, tapetes, peristromata, licet ex auro argentoque contexta, aut phrygio opere elegantissimè depicta, & in divini cultus sui obsequium preparata sint, tanta cum gloria honorat hic in teris, aut ostendet, quemadmodum vile hoc obsoleta vestis dimidium: *Per omnes Christi Ecclesias auro pretiosius habetur.* Audite igitur factum ipsam à Severo Sulpitio sincerissimè relatum: *Cum nihil præter armam & simplicem militia vestem haberet media hyeme, quæ sibi savior inhorruerat, adeo ut plerisque vis alboris extingueret, obvium habet in porta Ambianensium civitatis pauperem, nudum, qui cum prætereuntes, ut sui misereretur, oraret, omnesque miserum præterirent, intellexit vir Deo plenus, sibi illum, aliis misericordiam non præstantibus, reservari. Quid tamen ageres? nihil præter chlamydem, qua indutus erat, habebat; jam enim reliqua in opus simile consumpserat; arrepto itaque ferro, quo indutus erat, dirisit mediam, partemque ejus pauperi tribuit; reliquã verò rursus induitur. Interea de circumstantibus visere nonnulli, quia deformis esset, & truncatus habitu videretur. Nocte verò sequenti dormiens hanc visionem habuit, in qua se Christus spectandum præbuit, qui quasi in totius cæli conspectu, illa vestis medietate indutus, eandem coram omnibus Hierarchiis Angelicis, cunctisque aliis animabus præsentibus gloriosè ostentavit, dicens: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contextit.* Intueri diligentissimè Dominum, vestemque, quam dederat, jubetur agnoscere: mox ad Angelorum circumstantium multitudinem audit lesus clarã voce dicentem: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contextit.* Porro de eodem Christo in monte Thabor constituto, dicitur: *Vestimenta ejus facta sunt alba sicut nix.* Confessionem & decorem induisti, inquit Psalmista. *Gloriam dedit sanctitatis amicum,* ait Ecclesiasticus, & tamen de nulla veste ipsam gloriatum fuisse constat, sicut de hac, quam S. Martinus ob Dei amorem largitus est pauperi. Itas innumerat gentiliū conversiones Evangelicæ prædicatione mediante futuras prædicans, dicit Christo: *His omnibus velut ornamento vestieris.* Ecce igitur qualiter solus Martini etiamnum*

Catechumeni conversionem eodem profus in pretio habeat, quo omnes mundi nationes ad veræ fidei agnitionem perductas; siquidem vestem hanc ab ipso pauperi datam, velut arthram mox subsequenti Baptismi tanroperè æstimavit; unde hujus vestis coram Angelis aliisque cœlitibus præsentibus à Christo facta ostentatio, fuit veluti secura quedam promissio; quod hunc à Paganis natum & educatum, atque eo tempore sub Juliani Apostatæ Christiani nominis implacabilis inimici signis militantem, protinus perducturus esset ad veram fidem.

2. Superius quidem sanctum Martinum Apostolis comparem factum esse diximus, at verò Christus in hac actione qua vestem sancti Martini tam gloriosè ostentavit, videtur illum, nisi fallar, Apostolis superiorem declarasse, siquidem vestes Apostolorum jumento illi, cui Christus insedit, velut stragulum quoddam superimpositæ fuerunt: *Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt:* at verò mediam hanc chlamydem longè majori honore affecit, siquidem eandem induit, dum jam non amplius in carne passibili, sed quatuor dotibus gloriosis accinctus viveret, adeoque postea quadam valdè magnifica eandem omnibus mundi thesauris chariorem esse ostendit. Author quidam modernus in sermone de hoc festo ait: *Mirum profecto, quod homo DEO vestem tribuat, habitu inventus ut homo, vestem humanitatis suscepit ex Maria visceribus; & nunc iterum, ut priorem vestem operiat, vestem à Martino accepit.* Verum enimvero, verba quæ increata Sapientia in hac occasione protulit, *Martinus adhuc, &c.* naturæ digna sunt ponderatione; Et ideo singula seorsim considerabimus.

3. *Martinus à Marte.* Eo tempore quo Martinus demidium chlamydis suæ pauperi tribuit, miles etiam numerat, ut sæpè diximus, atque sub rapacibus sacrilegi Apostatæ signis militabat; De militibus autem Poeta canit:

Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.

Etenim quis est, qui nesciat militibus proprium

Ps. 103. 6.

Eccl. 50.
12.

4. Reg. 24.

Ind.
Clicht.

prium esse ipsos etiam pauperes & egenos spolare potius vestibus, quas habent, quam novis eisdem induere. Unde illos Scriptura sacra *lancullos* appellat; adeoque insigne miraculum erat, quod in exercitu Herodis cujusdam, seu ut melius dicam, tam flagitiosi apostatae miles aliquis inveniatur is qualitibus praeditus, quas in eisdem Baptista requirebat. Author quidam antiquus in sermone de hoc Sancto ait: *Certe in eo genere vita observavit diligenter regulam illam praecalam à Joanne Baptista militibus traditam; hic enim à militibus, quid ad salutem obtineretiam factu illis necessarium esset, interrogatus, respondit: Neminem concutiatis, estote contenti stipendiis vestris, unde idem Author subiungit, dicens: Quomodo enim aliena rapuisset Martinus, qui etiam sua tunc pauperibus est elargitus?*

4. Ad praesens quoque propositum illa sancti Hieronymi verba applicare possumus, dicentis: *Quis non diligit eum, qui sub paludamento & habitu militari agit opera Prophetarum.* Quot enim Sanctus etiamnum miles & Catechumenus existens virtutes Christianas exercuit sequentes nimirum; Et primo quidem virtutem compassionis erga pauperem, cum aliis milites saxi, & nonnulli rapinis, caedibus, & immanitati dediti esse soleant. Secundo misericordiae, mendicum hunc praefrigore toto corpore tremulum veste sua contegendo. Tertio liberalitatis, illud quoque liberaliter erogando, quod in usus proprios indigebat. Quarto amoris & charitatis, exuendo seipsum ad vestiendos alios. Quinto humilitatis, demittendo se ad subdium talis hominis, qui ab omnibus aliis tanquam vilis desolatus erat. Sexto mortificationis, quam ex contubernaliu commilitonumque suorum derisu patiebatur. Septimo contemptus sui ipsius, siquidem ipsemet praefrigore tremebat, ut alium vestiendo contegeret. Octavo fidei, agnoscendo & venerando in paupere Christum: *Sub habitu militari agit opera Prophetarum.*

5. Communiter sanctus Martinus in habitu militari, pallium suum cum paupere dividens depingitur: at verò dicaris velim, quænam hic miles unquam militæ specimina edidit, ut semper in militari habitu fidelibus representetur? Qualesnam victorias

aut quæ unquam trophæa reportavit? Nimirum de toto mundo victoriam obtinuit. Non sine ingenti mysterio Christus illi apparuit non Angelorum choris, sed integro Angelorum stipatus armato exercitu. Alcuinus ait: *Qua parte chlamydis sua inter Angelicos exercitus Dominum IESVM divinitus illuminatus, nocte sequenti vestitum aspexit, ut verum intelligeret, quod ipse Dominus IESVS evangelicis insonat paganiis, quamdiu fecistis usi ex his minimis meis, mihi fecistis.* At verò in quoniam illa, quam de mundo recitit, victoria consistit? *Quis est, qui vivit mundum, nisi qui credit, quoniam IESVS est Filius Dei;* Nimirum tunc hic miles noster victoriam hanc obtinuit, quando paulo post sanctum recepit lavacrum; prius tamen aliam non minus gloriosam victoriam sibi comparavit, credendo videlicet, quod sub hoc tremebundo & nudo paupere ipsemet DEI filius delecteretur; *Credidit quoniam Iesus erat filius Dei, in quo sunt omnes thesauri.*

6. *Martinus Catechumenus.* Sanctus Ambrosius de sanctis Martyribus Nazario & Celso ita scribit: *Inter religionis principia sunt consummati, & nondum sibi Dei legibus plena manifestatis, jam erant DEO pleni.* De eodem quoque sancto Ambrosio legitur, quod cum etiamnum puerulus esset, & obervasset, quod populus sacerdotum manus osculando veneraretur, ipse quoque paternæ domus familiares ad manuum suarum oscula admiserit, se futurum esse Episcopum prædicens. Similiter de sancto Athanasio scribitur, quod functiones Episcopales inter suos coarctatos pueros ad eum perfectè imitatus fuerit, ut Patriarcha Alexandrinus cum illum alius secum colludentibus pueris Catechumenis Baptismum contulisse audisset, de collati Baptismi valore disputaverit, actandem in collatu ab eo Baptismi favorem pronuntiaverit sententiam; nimirum ab hisce utriusque pueri quantumvis puerilibus actionibus arguebatur utrumque ad eminentes in Ecclesia DEI gradus evahendum esse. Quod frigitur pro eo tempore quo Martinus adhuc Catechumenus in aquis baptismalibus nondum regeneratus erat, atque ideo *Charitas Dei non erat diffusa in corde suo*
per

Ser. de SS.
Naz. &
Celso.Ruff. lib. 1.
Eccl. Hi-
stor. cap.
14.

per Spiritum sanctum, tanta nihilominus in eo charitas, tantaque adeo tenera erga pauperes compassio emicuit, qualis igitur conceptus de ejus infede Episcopali confidentis felicibus progressibus sperari poterat? à Severo Sulpitio, dum adhuc miles & Catechumenus esset, *vir Deo plenus*, appellatur.

7. De Lamuzia Longobardorum Rege legisse me memini, quod dum quadam die à matre sua fasciis involutus in propinquum quoddam stagnum coniectus fuisset, acciderit, quod dum Pater ejus Alexander Rex quoque Longobardorum illac transiret, hancque fasciarum fascinam in aquis illis fluctuantem casu fortuito videret, cupidus sciendi quidnam in dicto fasciarum involucro reconditum esset, lanceæ suæ cuspidem dictam fasciatum molem nonnihil commoverit, quam in se extensam lanceæ cuspidem puerulus teneris manibus suis adeo fortiter strinxit, ut quacunquē vi & conatu à Rege adhibito eam à manibus dicti pueri eripere haudquaquam potuerit, unde consulto Oraculo protinus, eum in militia præclara sibi per heroica facta comparacurum esse merita, penes se ipsum concludit, prouti & ab eo jam Rege regni illius abundè præstitum fuerat. Enimverò quod si quis adolescentulum quandam militem omnia quæ habebat, vidisset liberaliter erogantem, eundemque dum nihil aliud, quod dari poterat reliquum haberet, proprii sui pallii dimidium cum paupere vidisset dividentem, ut ei subveniret; quemnam alium sibi talis formare potuisset conceptum, quam quod talis, ubi ad maturiores annos pertingeret, præcipuè vero ubi baptismo mediante sub Christi signis militatus conscriptus esset, non tantum daturus esset vestes, verum etiam omnia pauperibus viscera aperturus esse præsumeretur.

8. In vita S. Martini ly, *Adhuc*, bis exprimitur, & ambabus vicibus valdè heroicis nobis actus insinuat. Primum adhuc invenitur in verbis sequentibus: *Si adhuc populo tuo sum necessarius*, de quo egimus discurtu præcedenti; alterum est: *Martinus adhuc Catechumenus*. Sanctus Lucas qui pene illum pariter & calamus pari dexteritate ducere novit, dum nobis in Actibus Apostolicis conversionem & mutationem sancti Pauli ex persecutore in Apostolum delineare vel-

let, hanc inter cæteras duxit valde mysticam Iteanæ: *Saulus adhuc spirans minarum & cadis in discipulos Domini*. Idemmet Paulus volens nobis per verba expressiva, valdeque emphatica infinitam Christi declarare charitatem, quam tunc præcipuè exhibuit, quando nos pro tempore, quo implacabiles ejus inimici eramus, adeo copiosè redemit, dicit: *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis quoniam cum adhuc peccatores essemus, pro impiis mortuus est*. Pari igitur modo verbum æternum, quod sapientia est Patris, in quo sunt omnes thesauri sapientis & scientis novam illam, omni que præsertim exemplo carentem S. Martini actionem, extollere & magnificare volens, hac dictione, adhuc, non sine mysterio usus fuisse videtur. Job (de quo scribitur, *vir erat in terra Hus, ubi Glosia ait: Quasi dicitur bonus inter malos*) dum aliquando ab innocentia laudandus esset, ut potè quæmetiam in medio hominum perditissimè inventum conservarat, dicit de eo Sacer textus: *Adhuc retinens innocentiam S. Martinus ex Patre & matre paganus natus erat, miles erat, & Juliano Apostata inferviebat, & tamen adhuc Catechumenus dici potest, adhuc retinere innocentiam; si quidem necdum candidum innocentis baptismalis vestem acceperat, & tamen adhuc catechumenus, virtutibus Christianis, præcipuè vero charitate, quæ omnium aliarum Regina est, se adornatum esse, abundè probavit: vix primum Christi scholæ pedem intulerat, ut catechizaretur, cum protinus non sicut discipulus, sed ut Apostolus operatus fuit; præsequam ipsum Christus Innocentiæ baptismalis veste induisset, is ipsummet Christum chlamydis suæ modestate vestivit; *Martinus adhuc Catechumenus hac veste contexit*.*

9. *Quicumque in Christo baptizati estis*, inquit sanctus Paulus Apostolus, *Christum induistis*. Prodigium ingens, quod ipsummet Dei filium in stuporem rapuit, quodque totum Paradisum ad spectandum invitavit, hoc fuit, quod scilicet sanctus Martinus indutus fuerit visceribus pietatis & charitatis Christianæ, cum nondum Christianus esset, nec Christum etiam annuum induisset, utpote qui in sacro lavacro nondum lotus erat; nec caret mysterio, quod vitæ suæ historiographus etiam ante hanc actionem, ut paulo ante obseivavimus, eum *virum Deo plenum* appellet. Certè si post

Rom 5.8.

Job. 22.

Gal. 3. 27.

transactos vitæ Religioſæ ſexaginta annos , poſtquam donis prophetiæ , extatum , viſionum , revelationum & miraculorum à Deo locupletatus fuiſſet; poſt ferventiſſimum, nec unquam prætermiſſum omnium virtutum exercitium ſe veſte ſua ſpoliaſſet , & induiſſet pauperem , adhuc futura eſſet actio valde digna & heroica, quantò igitur nunc dignior & generoſior cenſenda erit actio , quando illam etiam miles exiſtens exercuerit. Cum die quâdam celebaturus veſtibus indutus eſſet ſacerdotalibus , pauperem quandam ſeminudum coram ſe videns , eidem tunicam ſuam ſubteriorum cum ſingulari dexteritate exuens pauperi cuidam donavit . DEUS autem quem gratum ſibi & acceptum illud exceſſivæ charitatis opus eſt, oſtenſurus , Spiritum ſanctum ſuper illum deſcendere fecit; unde Dionyſius Carthuſianus ait : *Ignæus globus ſuper caput ejus apparuit, & hoc fuit, quando ſe nudato, veſtivit egeum.* Sed dices, nunquid igitur pro integra tunica majorem gratitudinis demonſtrationem exhibuit, quam pro dimidia Chlamydis parte, cum hæc illa major ſit? minimè gentium, quin potius incomparabiliter acceptius fuit dimidium pallium; ſiquidem ipſemet Chriſtus, in conſpectu omnium Angelorum, cætero umque cœlitus illo adornari & amicitri non erubuit, voluitque mediam hanc chlamydem cum ſingulari celebritate ab Eccleſia honorari, ut longe excellentiorem, tameſi chlamydem illam, veſtem militarem, tunicam verò veſtem clericalem fuiſſe conſtet. Scitiſſimè cauſam cur DEUS tanto cum discrimine utriuſque veſtis erogationem in ſancto Martino remunerarit? ratio hæc eſt, nimirum, quia tunicam illam integram eo tempore pauperi dedit, quo facerdos, monachus, Episcopus, & non ſolum in annis, verum etiam in ſanctitate vitæ conſummatuſ & perfectuſ erat; e contra verò chlamydis dimidium donavit, dum juvenis, miles, imò Catechumenus etiamnum eſſet: *Martinus adhuc Catechumenus hæc me veſte contexit.* Nimirum oſtendere voluit, quanti apud DEUM actus virtuoſi à ſæcularibus exercitiis ſiant, maxime actus mortificationis.

30. Similiter ponderari meretur diſtinctio illa, hæc, quæ eſt indicativè demonſtrativa. Porro ii, qui oculos ſuos ad hujus viſibilis mundi altiõra penetranda evehere nequeunt,

facile ſibi perſuadere poſſent, perditum & amiſſum eſſe, quod in pauperes eſt erogatum, ſed turpiter ſalluntur, ſiquidem denarius ille, qui pauperi donatur, in Paradifi ærariis repoſitus eſſe invenietur, idque cum tam ingenti ſcœnore, ut non jam centum lucreris ex centum erogatis denariis, ſed potius mille lucreris pro uno. *Centuplum accipietis.* Enimverò de ſancto Laurentio ſcribitur: *Diſperſit dedit pauperibus;* ſed putarne Eccleſiæ per ipſum diſtributas divitiarum peſſum abiſſe, & amillas fuiſſe? nequaquam, ſed potius ut ipſemet Archilevita Valeriano dixit: *Facultates Eccleſiæ, quas requæris, in cœleſtes theſauros manus pauperum deportaverunt.* Argentum quidem, aurum, & gemmæ pretioſæ furtis ſubjecta, deſtrui & diſperdi poſſunt, non tamen ſi in manus pauperum deponantur; ac proinde ſalubriter Chriſtus nos monet: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, ubi arugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur: Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, ubi neque arugo, neque tinea demolitur.* Unde ſi in armariis tuis pannos aſſerves coccineos exquisitiſſimos, quantumcunque etiam adhibueris diligentiam, non tamen impedire poteris, quin à tineis diſperdantur, id quod nequiquam timere habent conſimiles panni in pauperes diſtributi, illos enim in Paradifi veſtitarium ſeu Guardarobbam reponere cenſeris, ubi Chriſto teſte, *tinea non demolitur.* Plures ex nunc quam mille ducenti elapſi ſunt anni, à quibus chlamydis S. Martini dimidium à Chriſto ſpectandum expoſitum fuit, & abundè etiamnum tinearum expers illa ſum conſervatur, atque in Eccleſia tam triumphante, quam militante in ſempiternum, & ad ſiæm ſæculorum utque ſpectandum proponitur.

31. *Hæc me veſte contexit.* Notandum eſt hic, quod Chriſtus non dicit, Martinum dimidio pallii ſui tremebundum illum nudumque veſtiſſe pauperem, ſed potius ipſum veſtiſſe Chriſtum, me contexit. Nam ut ait Chryſologus: *Quidquid pauper accipit, Chriſtus acceptat;* & Chryſoſtomus ait: *In paupere abſconditur Deus, pauper manum extendit, & accipit Deus.* Conſiderandum quoque eſt tempus, quo S. Martinus dimidietate chlamydis ſux ſe exiit: *Media hyeme, qua ſolito aſterior inhorruerat, adeoque ut pleroſque vis alboris extingueret.* Et quidem dubitari merito

Serm. 2.

Matth. 6.

Serm. 6.
De elem.
t. 6.Serm.
Sulpic.

Prov. 31. 21

ritò pòsset, num fortè juvenis hic Martinus in illam fuerit recensitus familiam, de qua in Proverbijs scribitur: *Non timebit domui sua à frigoribus nivis, omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus* ? cui Severus negativè respondet: *Nihil enim prater chlamydem, qua indutus erat, habebat; jam enim reliquam in opus simile consumpserat.* Verùm quidem est quod Isaias scribit: *Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris*; at verò Martinus tunc adhuc miles erat, nec unquam sacram Scripturam legi audierat, adhuc catechumenus. Cui accedit alia quædam non inepta consideratio nimirum in eo quidem scripturæ loco præcipi, ut nuditas alterius veste contegatur, ita tamen ut id fiat sine propriæ carnis damno, aut præjudicio: *Cum videris nudum operi eum, at vero carnem tuam ne despexeris*: at verò sanctus Martinus seipsum vestibus denudavit & exiit, ut nudum pauperem contegeret. Unde sanctus Bonaventura ait: *Mediam chlamydem se nudato dimisit*: In sancto Martino autem perfectè adimpletum fuit, quod idem Isaias immediatè post futurum esse prædixit, dum ait: *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam justitia tua, & gloria Domini colliget te.* Ipse nam que ob tam digna & conspicua actionis merita, singularissimus à Deo illustrationibus, donisque celestibus cumulatus fuit, adeo ut abindè eminentissima ejus sanctitas exordium duxerit. Consilium quidem fuit, non tamen præceptum, & hoc quidem folis iis, qui in schola Christi veterani sunt, infinuatum: *Qui habet duas tunicas, det non habenti; non dicit eum qui unicam tantum tunicam habet, obligatum esse ut illam cum paupere ex medietate dividat.* Porro Dionysius Carthusianus de Martino scribit: *Ovem tonsam conspiciens; Evangelicum inquit mandatum ovis illa implevit; habuit tunicas duas, unam largita est non habenti.* Unde deduci haud obscure potest, sanctum Martinum de numero fuisse electorum, qui tanquam moves, æternæ prædestinationis signaculo insignitæ existunt, siquidem quando non nisi unicam vestem habebat, ejusdem medietatem egeno impertitas fuit; & hoc quidem eo tempore fecit, quo adhuc catechumenus erat, tumque pedem Christi ovili nondum intulerat.

Isai. 2. 23.

12. Apud Joëlem Prophetam scribitur:

Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra; & primo quidem dicitur: *Scindite corda vestra, quasi vellet dicere, se comprimis desiderare, ut compassionis viscera pauperi in necessitate constituto patefaciant.* Similiter à sancto Jobo discere possumus, quoniam modo pauperibus subvenire possumus, dum nihil nobis suppetit, quod illis larga manu subministrare valeamus. *Flebam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Circa quæ verba sanctus Gregorius ait: *Vir sanctus, apud omnipotentem Deum aliquando majus datum noverat mentis esse, quam muneris.* Et ratio est, quia majoris valoris & meriti elemosyna est cordialis erga pauperem compatio, quam sit denarius, quem ei subministras: *Exteriora enim largiens, rem extra semetipsum præbuit, qui autem fletum & compassionem proximo tribuit, ei aliquid etiam de semetipso dedit.* Ac proindè in casu nostro videbatur sufficere, si sanctus Martinus pauperi primam elemosynam erogasset, id est, compassionem ei cordialem exhibuisset, maxime quando ei, ut diximus, ad dandum nihil ultra supererat: at verò hæc prior elemosyna sola ejus ardenti in proximos charitati minimè videbatur sufficere, adeoque eidem dare voluit & alteram, siquidem non solam seidit cor suum per medium, ex intimis affectus teneritudine, qua ejus nuditatem prosequeretur: *verum seidit etiam vestimentum suum.*

Job. 30. 24.

Lib. 2 moral. c. 26.

13. Augetur quoque valde insigniter sancti martini meritum, si consideremus illam medietatem vestis quam pauperi dedit, dimidium fuisse chlamydis suæ militaris, non vero erat vestis propria personæ, hæc enim omnes jam dudum antea in elemosynam erogaverat: erat igitur speciale muneris sui militaris insigne, & præcipuum militiae secularis ornamentum; unde vestis illa modo dicto per medium divisa & bipartita, omnium aliorum commilitonum suorum, non solum oculos, verum etiam subfannationem & derisum tantò amplius sibi conciliavit, quanto magis alii milites certiores reddebantur de causa, quæ ipsum ad pallium suum dispartendum induxerat, idque non solum ideo, quia scilicet *Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus, verum etiam quis, ut diximus:*

Nulla fides pietasque viris qui castra sequuntur.

In certis

Interea de circumstantibus risere nonnulli. quia deformis esset, & truncato habitu videretur, ac prouide tantum sibi meritum nequaquam comparasset totam chlamydem pauperi donando, quantum sibi acquisiuit solus medietatis largitione; licet enim in tali casu plus sustinuisset frigoris, interius tamen non ita mortificatus, & in conspectu omnium aliorum commilitonum derisus fuisset.

Rom. 1. 16. 14. S Paulus quidem gloriatur de se, dicens:
Gal. 1. 10. *Non erubescio Evangelium, si hominibus placeam, Christi seruus non essem,* at vero dum hæc dicebat, jam electus Christi Apostolus, Christianæque militiæ veteranus & emeritus miles erat; at vero S. Martinus Apostolicam in se virtutem & perfectionem tunc exhibuit, quando adhuc sub Juliano apostata miles erat. *Adhuc catechumenus. Exeamus igitur ad eum extra castra* (sunt verba ejusdem S. Pauli Apostoli) *improperium ejus portantes,* quibus verbis vult nos monere, ut nos aperte & sine rubore Christi fateamur discipulos & imitatores, licet à mundo digitis monstrati derideamur. Prodigium autem in S. Martino particulare fuit, quod ipse *improperium Christi* portarit, sed *intra castra,* absque eo quod insignia militaria adhuc desereret, & ideo ab omnibus numerosissimi exercitus militibus, & ab exercitu Juliani alicujus Apostatæ jurati inimici Dei, nec non charitatis & compassionis, quam lex Evangelica prædicat. Hæc autem sanas & derisiones, hanc inquam quam ex dimidiata chlamyde passus est, inò quam sponte propria perlibenter subivit mortificationem Deus remunerare voluit, cum tanta gloria ipsum exaltando & evehendo; siquidem dimidiata chlamys ista in conspectu cæli & terræ fuit, eritque semper pretiosior, pulchrior, elegantior, magisque æstimabitur, quam omnia mundi aulæ & peristromata auro, argento, gemmisque pretiosis intertexta, quæ unquam coram oculis nostris explicare & spectanda proponere potuerunt opulentissima totius universi vestitiæ custodiæ. Verum enim verò scitisne, quali retributione hilaris & lætæ, & heroici mortificationis actus

fuertat à Deo compensati? nimirum Filius Dei chlamydem istam in æterni Patris sui conspectu explicavit, & dixit: *Martinus adhuc Catechumenus hac me veste contexit,* quando videlicet non hic quidem inter Seraphicos ardores, sed Ambiani in pauperulum nudum & toto corpore tremulum gelidum frigus desauit; Justum igitur est, ut hanc ejus charitatem condebito præmio remuneremus; sed quodnam illud fuisse existimatis? Christus ipse ait: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum;* ac proinde æternam Patrem suum dulciter invitavit, quatenus Martinum etiamnum Catechumenum ad veræ fidei agnitionem sancta & efficaci gratia sua perduceret, ut hac ratione reciprocam illi beneficii vicissitudinem conferre, eumque meliori & nobiliori quâdam veste contegere posset, nimirum seipso; *Quicumque etiam baptizati estis,* Rom. 18. inquit Apostolus, *Christum induistis.* 14.

15. *Hæc me veste contexit.* Porro quod in maximam me admirationem rapit, est, quod in calu presenti, verificati potuerit id quod Isaias scribit: *Pallium breve utrumque operire non potest.* Quomodo enim chlamys illa per medium divisa ambobus contegendis sufficere poterat? & tamen Christus adeo perfectè & integrè se coopertum fuisse existimavit, ac si integram vestem accepisset. *Hæc me veste contexit.* Scitisne quidnam in eo mysterii lateat? hoc nimirum quod jam notare cœpimus; quicquid enim ob Christi amorem donatur, quantumvis id modicum sit, in dantis tamen manibus mirè augetur & crescit; exemplum evidens est in Sareptana illa vidua; cujus omninò contrarium nobis ex parte mundi accidit; quicquid enim ob ejus amorem expendimus, totum abjicitur & perditur, & quanto plus elargimur, tanto nobis remanet minus, efficiturque pauperes; per Deum vero omnia etiam minima multiplicantur; *Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aqua frigida tantum, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Ecce tibi igitur quanti Deus vile & Jacerum vestis scutum æstimare soleat. 3. Reg. 17. 20. 42. Math. 23

DE SANCTA
CATHARINA
VIRGINE
ET
MARTYRE
DISCURSVS QVINQVE.

- DISCURSVS I. De admirabili ejus sapientia, multisque aliis virtutibus eam consequentibus.
- DISCURSVS II. De Rotæ, quæ juxta S. Catharinam pingi solet, mysteriis.
- DISCURSVS III. Nonnulla considerantur mysteria, ob quæ Deus corpus hujus Sanctæ ab Angelis supra montem Sion portari voluit.
- DISCURSVS IV. Deus in omnibus hujus Virginis virtutibus & actionibus manifestare voluit, ipsam esse mulierem illam fortem, quam Sapiens tam studiosè quasivit.
- DISCURSVS V. Consideratur S. Catharinæ invictum animi robur in reddendo fidei Christianæ testimonio, deque gloria ex hoc in ipsam redundante.

De admirabili ejus sapientia, multisque aliis virtutibus eam consequentibus.

DISCURSVS PRIMVS.

Hæc est virgo sapiens.

SANCTA mater Ecclesia per hanc Antiphonam in officio divino Virginum gloriam in communi celebrare consuevit; at verò majori cum proprietate verba illius S. Catharinæ adaptari possunt præ omnibus aliis, utpotè quæ virginitati & martyrio suo sapientiam quan-

Mansi Sanctuarii Tom. IV,

dam prorsus admirabilem conjunxit. Enimvero gloriosissima hæc Martyr in multis S. Scripturæ locis ad vivum nobis, ni fallor, delineari videtur; præcipuè verò in Juditha, de qua scribitur: *Mirabantur sapientiam ejus, & dicebant alter ad alterum: Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.* Etenim Imperator ex omni-

Judith 12. 18.

Bb

bus

bus mundi partibus doctissimos quosque Philosophos ad disputandum cum ea convocavit. *Et mirabantur sapientiam ejus.* Ipsa quoque ad eò eximiâ pulchritudine prædita erat, ut Imperator suum cum ea Imperium dividere statuerit, dummodo in sponsalium cum eo inendum consentiret. *Meum tecum dividam Imperium, mecum habitabis in regia, neque velis, rogo, videre interire tormentis tantam pulchritudinem.* Denique, *in sensu verborum;* siquidem quot verba proferebat, tot oracula pronuntiabat, quibuscum eodem tempore omnes illos mundi Philosophos convicit, & ad compunctionem cordis perduxit. Duo quoque alia insignia elogia ei aptissimè conveniunt, quæ Spiritus sanctus Abigail quondam attribuisse legitur: *Eratque mulier illa prudentissima & speciosa;* siquidem prudentiam simul cum pulchritudine conjunxit, ac proinde pariter adjungi poterat: *Erat virgo sapiens, & una de numero prudentum.* In libro Sapientie pariter, ejus cum increata Sapientia, Christo videlicet initum sponsalium ad litteram describi videtur; dicitur enim: *Hanc amavi & exquisivi à juventute mea;* Christus enim in specie infantuli in ulnis sanctissimæ Virginis Mariæ suæ gestati, cum Catharini desponsatus fuit, in cujus sponsalitiū evidens signum annulum digito ejus inferuit: *Et quasi vi sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.* Porro trita est illa congrui matrimonii inveniendi regula: *Si vis nubere, nubs pari.* Ex quo igitur increata pariter & incarnata Patris Sapientia huic gloriosæ Virgini desponsari voluit, uniuscujusque judicio judicandum relinquo, an non ipsi præ cunctis aliis titulus iste conveniat: *Hæc est virgo sapiens.* Sanctus Augustinus sapientiam confortem appellat; & Olimpiodorus ait: *Sapientia uxor nostra dicitur.* Enimvero in dicto Sapientie libro paulo post legitur: *Generositate illius glorificat, contubernium habens Dei.* Porro S. Hilarius, ubi nostra vulgata legitur: *generositatem illius glorificat,* legit *honestatem* ejus; nos congruentius utrumque legendi modum amplectimur; siquidem in sapientissima hac Virgine & sponsa Christi pariformiter generositas & honestas resplendit, utpotè quæ generoso & magnanimo pectore Imperatori audacter se opponens nuptias ejus sprexit, ut cælestis confortis sui honorem & fidem generosè defenderet.

Contubernium habuit Dei, utpotè quæ sapiens cum ipso familiariter conversari meruit. *Omnia Dominus dilexit illam; doctrix enim est disciplina Dei.*

2. *Virgo sapiens.* Sanctissima Martyr in illa cum quinquaginta Philosophis habita disputatione hisce verbis protestata fuit, dicens: *Habeo quidem sapientiam sicut Dei mei donum, qui est sapientia & vita quem timere, & ejus mandata servare est initium sapientie perfectioris & majoris.* Ex quo loquendi modo deducitur, ipsam hanc sapientiam in divini amoris sui schola potius, quam in Platonis vel Aristotelis acedemii didicisse. Ipsa quoque sapienter illos convincens dicere potuit: *Sermo meus non est in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis; ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.* Libens enim agnovit, sapientiam suam potius cælestem quoddam donum esse, quam studii sui partem, esse verum divini timoris effectum, utpotè in quo ipsa exactissimè vivebat. *De vobis spiritum sapientie,* scribit Apostolus Ephesii; ubi advertendum est quòd Apostolus non dicat *sapientiam, sed spiritum sapientie.* Idque ut Cajetanus ait: *Et clare explicet quòd de dono Spiritus sancti, non de sapientia humana, qua per studium acquiritur, loquitur;* tamen enim sancta Virgo nostra hic in teris magnis cum sudoribus & laboribus studuerit in scholis, hanc tamen sapientiam acquisitam minimi faceret, maximi autem thesauri loco insulam à sponso suo sapientiam habuit: *Habeo quidem sapientiam sicut Dei mei donum;* hanc vero in ipsa fuisse, hujus evidens est indicium, quòd scientia ipsius cum profunda esset humilitate conjuncta; siquidem *scientia inflat,* videlicet acquisita; ipsa autem de se protestabatur ad Imperatorem dicens: *Sum pulvis & lutum.*

3. *Virgo sapiens.* Admirabilis hujus Virginis sapientia tanto magis relucet, quia in imbelli quodam texu vanitate & superbiâ communiter obnoxio reperitur. Quando serpens Evæ dixit, ipsam unâ cum conjugem eam affecturos esse sapientiam, quæ pares Deo esse valeant: *Eritis sicut Dii scientes;* ipsa manum suam ad pomum vetitum extendere, & adversus cælum se erigere non distulit. Sapientia vero quæ in hac Virgine fuit, *tantum abest,* quòd illam à Deo separare potuerit, ut etiam eandem per nodum quandam con-

Sarius,

1. Reg. 25. 3.

Sap. 8.

In Ps. 33.
In cap. 9.
Eccles.

Sarius,

1. Cor. 2. 4.

Ephes. 2.

- conjugalem cum Deo tenaciùs strinxerit. Porro pulcherrimus omnium Angelorum, paradisi thesaurò abundè locupletatus, *Plenus sapientià, perfectus decore in delitiis paradisi*, Deo rebellè exindè factus est: at verò sancta Virgo nostra, in supremo delictuarum gradu posita, plena sapientià, perfecta decore, in profunda humilitatis centro, sui que ipsius contemptu continere se semper potuit, ideoque dixit: *Sum pulvis & lutum*. *Scientia inflat*, inquit Doctor gentium, *charitas verò edificat*; quibus verbis ex mente S. Augustini dicere voluit: *Amate scientiam, sed antepone charitatem; scientia si sola sit, inflat; quia verò charitas edificat, non permittit scientiam inflari; ibi ergò inflat scientia, ubi charitas non edificat*. Etenim iomena hujus Virginis sapientia ideo in ipsa cum contemptu sui ipsius conjuncta erat, quia cor ejus charitate & amore Dei accensum erat. *In eum solum erat cor ejus amore inflammatum*. Undè S. Bonaventura in lib. de septem itineribus a terrore scribit, quod vera sapientia non scholam quarat, sed cor; non magistrum, sed sponsum; id quod in sancta Catharina verè adimpletum fuit: *Cor ejus erat amore inflammatum*; & quidem amore Christi non solum magistri, sed pariter & sponsi.
- Job. 28. 28** 4. *Virgo sapiens*. S. Job per totum fere caput Prophetiæ suæ diffusè non minus quàm curiosè inquirat, ubinam degat sapientia, & in quo consistat; ac tandem concludit: *Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia*. Verum quis usquam inveniri poterit, qui majori cum conatu & studio omnem culpæ navum quàm ipsa abhorreat? *solum Christum norat sponsum, & ei anima servabat pulchritudinem*. Etenim si filius Dei, qui candor est lucis æternæ, maculam aliquam quantumvis levissimam in ea invenisset, non utique cum ipsa desponsatus fuisset, quia in libro Sapientiæ dicitur: *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis*.
- Sap. 7. 4** 5. *Virgo sapiens*. Spiritus sanctus in Proverbiis per os Sapientis, hæc duo inter se necit, dicens: *Sapiens & fortis*; & quidem pulcher est hic nexus: nam sapientia & fortitudo valdè inter se conjungi postulant. Et ideo fortitudo pariter & sapientia in hac sancta Virgine nostra mirabiliter relucet; neque enim ipsa sicut alii Martyres &

Virgines apud tyrannum accusata fuit, sed ipsa met ultro citroque cum heroica magnanimitate, cœlestis sponsi sui adeo magnis probis affecti zelo succensa, ad exprobrandum Maximino Imperatori ad eundem se contulit; tuncque hic actus fortitudinis propriè, non vero audaciæ; siquidè intra semetipsam dicere debebat: *Omnia possum in eo qui me confortat*. Porro eo tempore, quo sacrilegus Imperator tantam sapientissimorum multitudinem in urbe Alexandria, ut alios ad offerenda falsis Diis suis in Christianæ religionis ignominiam sacrificia inducerent, congregarat, adeò ut propter multitudinem eorum, qui confuebant, angusta esset civitas; nullus erat alius, qui Dei vivi & veri honorem zelaret, præterquàm sanctissima hæc Virgo, de qua dici potuit, quod in conspectu quasi totius mundi, totaque aula Imperiali præsentè impietatem Imperatoris in faciem exprobraverit, eundem de erroribus suis irrefragabiliter convincendo. S. Ambrosius de Virginitate scribit: *Trepidare virginum est & ad omnes viros pavere affectus*; & tamen licet hæc sancta Virgo solitudinè suam tantopetè dilexerit, ut de ipsa dicatur, quod *solum Christum norat sponsum*; generosum tamen pectus exhibuit in animosa Imperatoris increpatione, & gravi reprehensione, quia *perfecta charitas foras mittit timorem*, præterquàm quod sapiens & fortis extiterit; & hæc fortè causa est, cur hodie in Introitu Missæ verba illa canantur: *Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum & non confundebar. Pro Domino amulatione & zelo incitata*.

6 *Virgo sapiens* Propter admirabilem sapientiam & eloquentiam, quam in quinquaginta illorum Philosophorum conversione sibi inesse probavit, Psalmista prædixit: *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa*. Circa quæ verba Genebrardus ait: *Græcè est masculini generis, & Hebraicè fæminini*, adeo ut idem sit, ac si diceretur *evangelizatricibus*. Quænam autem prædictionem istam in hoc debili sexu ipsa perfectius adimplevit, ut potè quæ Philosophos illos non solum confudit & convicit, verum etiam omnes Martyres effecit, & quidè acerbissimo igni martyrio consummatos. Idem Author in hunc locum Psalmi ita scribit: *Eis superavit multas vires & magnam fortitudinè ad proferendum Evangelium, eos subministravit multos angelorum exercitus ac præsidia ad eos tuendos*.

dos. Quæ omnia ad præsentem propofitum no-
 ſtrum applicari poſſunt, quia priuſquam ſancta
 Martyr noſtra certamen ſuum ingrederetur,
 Deus Angelos ſuos ad eam miſit, qui ipſam ex
 parte diuini ſui ſponſi & confortis animarent, id
 quod hiſce verbis præſtitum fuiſſe legitur: *Noli
 timere Dei puella; ecce enim præter tuam ſa-
 pientiam tibi dabitur à Deo ſapientia, & per-
 ſuadebis quinquaginta oratoribus.* Et hinc eſt
 quòd vere de illa dici poſſit, eam videlicet om-
 nem humanam ſapientiam confuſiſſe, quæ
 inter ſapientiſſimos hoſce torii mundi Philo-
 ſophos reſtricta tenebatur. Undè Oforius ait:
*Aded ſapiens fuiſt, ut uniuerſam mundi ſa-
 pientiam ſuperauerit.* Neque enim ſolum ſa-
 pientiſſimos, ſed etiam totius mundi nobiliſſi-
 mos, ut Imperatricem, quæ martyr eſſe cœta eſt;
 necnon & fortiſſimos, cuiuſmodi Porphyrius
 Dux generalis exercitus unà cum aliis militibus,
 qui pariter martyrio affecti fuère, fidei noſtræ
 fecit eſſe confortes.

Isa. 28 9.

7 *Virgo ſapiens.* In Iſaia quaſtionem quam-
 dam ab eodem Propheta propoſitam reperio, ni-
 mirum: *Quem docebit ſcientiam?* cui idem Pro-
 pheta protinùs reſpondet: *Ablactatos à la-
 cte, avulſos ab uberibus.* Circa quæ verba
 Hugo Cardinalis ait: *Avulſos ab uberibus
 mundi, quaſi ſunt vanitas & voluptas.* Ac pro-
 inde mirum non eſt, veram ſapientiam in hac
 adeo profundas egiſſe radices, quippè quæ adeo
 à vanitate & voluptate aliena erat, tametiſi duo-
 bus hiſce uberibus debilis hic ſexu adeo ſit ad-
 dictus, ut unicum earum elementum, quo nu-
 triuatur, eſſe videantur: ipſa namque omnia à
 te gaudia, delicias, diuitias, libertatem, quibus
 in pulcherrimo ætatis ſuæ flore uti poterat,
 imò & imperium abdicauit, cuius tamen ſcep-
 trum unà ſecum adminiſtrandum Imperator ei
 obtulerat, dummodo in ſacrilegam ejus volun-
 tatem condeſcenderet: *Te decet imperium, o
 filia, age ergò cum Diis ſacrificaveris, impera
 nobiſcum.*

8 *Virgo ſapiens.* Vera ſapientia ut plurimum
 cum virginitas familiariſſimum habere confor-
 tum ſolet, ipſomet Spiritu ſancto hujus rei testi-
 monium perhibente, dum ait: *Nihil inquinatum
 in eam incurrit; candor eſt enim lucis æ-
 ternæ, ſpeculum ſine macula, innumerabiliſ-
 ſis honeſtas per manus illius.* Et quidem ſi præ-
 teritorum ſæculorum revocare in nobis veli-

mus memoriam, idipſum veriſſimum eſſe com-
 perimus; ſiquidem ſapientiſſimi quique, & in
 diuiniſt myſteriiſt illuminatiſſimi, in hac quo-
 que virtute maximè conſpicui fuiſſe noſcuntur:
 tales namque fuerunt ſancti Joannes Apoftolus,
 ſanctus Paulus, ſanctus Thomas de Aquino,
 ſancti Gregorii Nazianzenus videlicet & Mag-
 gnus, & ſanctus Ambroſius, & alii ſexcenti ſi-
 milis. Sanctus Antonius, prout in ejus vita
 ſanctus Athanaſius teſtatur, dicere ſolebat:
*Animam Deo ſeruientem, ſi in ea permanſerit
 integritate, qua nata eſt, plus ſcire poſſe
 quàm demones.* In hæc autem integritate ſan-
 cta Martyr noſtra à primis vitæ ſuæ annis ad ſi-
 nem ulque conſtanter perſeueravit; undè hu-
 jus lili candore & fragrantia capta, illum ſibi
 Deum adoptavit in ſponſum, qui eſt can-
 dor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula.

9. *Virgo ſapiens.* Idipſum quoque in mor-
 te ſua verum eſſe probavit; ſiquidem tam lac,
 quòd ex ejus corpore unà cum ſanguine in ejus
 decollatione copioſè ſcaturit, quàm oleum,
 quòd ex ejus ſepulchro continuo manat, ad-
 mirabilem ejus denotabat ſapientiam; ſanguis
 etenim illius fidei ſuæ teſtimonium fuit, lac
 verò candoris doctrinæ quam prædicavit, &
 quidem privilegium iſtud priuſ ſancto Paulo Ap-
 oſtolo, poſteà verò huic Martyri conſeſſum
 fuiſt. Undè idem Apoftolus Corinthiſt ab eo
 in Evangelii doctrinâ eruditus ſcribens, dicebat:
Tanquam parvulus in Chriſto lac potum dedi.
 In Iſaia quoque ſcribitur: *Venite, emite abſ-
 que argento, & abſque ulla commutatione vi-
 num & lac.* Ubi Chaldaeus legit: *Discite
 abſque pretio & abſque pecunia doctrinam me-
 liorem vino & lacte.* Sicut enim lac ex duobus
 uberibus ſcaturire videtur, ita quoque lac ſa-
 pientia ſacræ è duobus teſtamentis addiſcitur.
 Ita Philo Carpathius ſuper illa Cantoricorum
 verba: *Meliora ſunt ubera tua,* ſcribens, hiſce
 verbis declarat: *Duo teſtamenta ex Spiritu
 ſancto ſpiritualem nobis potionem diuini lac-
 tis in ſtar effundunt.* Porro quòd oleum atti-
 net, quòd ab hoc virginali corpore continuo
 manat, ubi noſtra vulgata legit: *David ſedens
 in cathedra ſapientiſſimus;* Chaldaeus legit:
In unctiõne ſancta; adeoque per hunc liquo-
 rem cœleſtem ejus ſapientiam nobis præfigura-
 tam eſſe dicere poſſumus. Sapiens ſcribit: *Qui
 autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac,*
 expri-

1. Cor. 3 2
 Iſa. 55

2. Reg. 23

Prov. 30
 33

Lib. 12.
Mor. c. 1.

exprimit butyrum. Quem textum juxta sancti Gregori explicationem ipsi ad propositum nostrum accommodare possumus; nam *ubera fortiter premit, dum verba sacri eloquii subtili intellectu pensamus qua pressione, dum lac quarimus, butyrum invenimus; quia dum nutriti vel tenui intellectu quarimus, ubertate interna pinguedinis unguimur.* Equis igitur in dubium revocare poterit, quin sancta Catharina virgo sapiens & prudens fuerit, quando lampas corporis ejus tantâ olei abundantia abundavit, ut etiam post mortem ejus per tot sæcula è sepulchro ipsius oleum in tam ingenti copia scaturire non desinat. Undè Olorius ait: *Tantum olei in anima sua accepit, ut in corpus ejus redundaverit, & nunc sepulchrum illius oleum maneat.* Et quidem tametsi Evangelium de virginibus lampades oleo plenas Christo in occursum portantibus, quo sancta Dei Ecclesia Martyrem nostrum honorat, commune etiam sit aliis Virginibus, magis tamen proprie ad ipsam per-

tinet; siquidem postquam ab hinc tot seculis antè cum cœlesti sponso ad nuptias cœlestes ingressa sit, lampas tamen corporis ejus nullum hætenus olei defectum experta fuit, quin potius ob copiam inde scaturientem, oleo magis quàm unquam in vita refertissima mansit. In Theatro vitæ humanæ Joannes de Monte Villa lib. 1. de Peregrinatione refert, quòd quovis anno recurrente die festo S. Catharinæ virginis & martyris omnis generis volucres ad sepulchrum sanctæ Martyris honorandum convolent, quarum singulæ singulos è fructifera quadâ arbore decerptos ramos eò deferunt, ibidemque unâ cum foliis & fructibus, veluti in oblationis & sacrificii cujusdam signum relinquunt, ex quibus ramis oleum sufficiens exprimunt.

Litt. 8.
cap. 199.

De Rotæ, quæ juxta S. Catharinam pingi solet
mysteriis.

DISCURSUS SECVNDVS.

Et vidi, & ecce rota una juxta Cherub unum.

Ezechielis 10. v. 9.

Omninò mihi persuasum habeo visionem illam, quam S. Ezechiel Propheeta habuit; quamque capite 10. Prophetiæ suæ de rota quadam, quam juxta Cherubinum stare vidit, disertis verbis describit, quoddam fuisse martyrii S. Catharinæ vaticinium. Etenim certum est, quòd sicut juxta S. Laurentium craticula

tanquam martyrii ipsius instrumentum depingitur, sicut & juxta S. Sebastianum sagitta exprimuntur, ita quoque huic nostræ S. Martyrii tanquam signum martyrii ipsius distinctivum, rota attribuarur. Quis item non videt eam Cherubini titulo denominari posse, utpotè cui similitudo extitit, non solum quoad vitam quam duxit, angelicam; verùm etiam in admiranda scientia & sapientia ejus, quâ fuit conspicua & *Vidi, & ecce quatuor rose juxta Cherubim.* Ecce

Bb 3

tibi

tibi diabolicam machinam, quam tyrannus profanctæ Virginis martyrio præparari curavit; nam ut hystoria vitæ ejus refert, machina quædam ingens præparata est ex quatuor rotis in unum colligatis, quæ ex omni parte clavos & alia ferra acutissima sibi defixa habebant. Ad hujus igitur sanctæ Virginis honorem velim ut per præsentem Discursum machinam hanc per circuitum nonnihil penitens consideremus, nec non & sanctissimam Virginem & Martyrem nostram contemplemur, qualiter ad concipiendam in sanctis propositis suis firmitatem & stabilitatem oculos cordis sui in hanc rotam firmiter defixos habeat.

2. *Et ecce rota.* Rota continuo susque deque vertitur, ejusque brachia, ex quibus componitur per circumferentiam ejus in motu sunt continuo; at vero centrum illius, teste experientia, immobile semper persistit. Eodem prorsus modo de mystica hac rota discurrere possumus; quia tametsi in S. Catharina in certaminis discrimine & continua agitatione posita fuerint natalium suorum nobilitas, utpotè quæ è regia progenie oriunda erat, juvenilium annorum suorum flos pulcherrimus, incredibilis faciei decor & pulchritudo, divitiarum abundantia, libertas, & quam potentissimi hujus sæculi de ipsa habebant, existimatio, etiam si, inquam, hæc omnia in ipsa magna fuerint mutatione & variatione obnoxia, ipsam tamen, utpotè quæ cœlestem sponsum suum in centro cordis sui immobiliter defixum habebat, ad omnes ei intentatos insultas, quantumvis illi vehementes essent, constans semper & immobilis permansit; siquidem ut benè Psalmista ait: *Deus in medio ejus non commovebitur*; cor nostrum in continuo semper motu consistit, per affectum interiorem se ad omnia bona temporalia vertendo, nunquam stabiliri aut quiescere potest, donec Deo, qui centrum ejus est, intimè adstringatur: *Creasti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te*; at vero quando in Deo quiescit, totaliter contentum est atque quietum, dicit: *Deus meus & omnia*; nostra autem Sancta cum Christo charitatis vinculo arcè conjuncta erat, qui ei pro sponsalicii sui pignore annulum probubum donavit: *Erant duo in carne una.*

3. *Et ecce rota.* Hanc rota proprietatem habet, quòd terram in unico duntaxat puncto, ut ita dicam, contingat, omnesque aliæ ejus partes

à solo levatæ consistant, id quod alia instrumenta, quibuscum ambulamus, aut terram calcamus, non faciunt. Hanc autem proprietatem S. Gregorius animabus istis, cœlo possidendo electis, inesse agnoscit: *Terræna transeunt, & vix summis vestigiis terram contingunt.* Undè Tertullianus de fidelibus sui temporis, illum ab hæcæ teræ bonis alienum animum laudando scribit: *Terram suspenso pede tenemus.* Enimvero quantum sancta Martyr nostra per amorem suum ab omnibus bonis, quæ mundus æstimare solet, aliena fuerit, vel ex eo deduci potest, quòd unica paternarum divitiarum hæres existens, eadem penitens aspernata fuerit, ut se paupertati & nuditati Crucifixi tanto arctius conjungeret, ideoque ejus, qui totius mundi monarcha erat, ejusque eximia pulchritudine captus, ipsam in conjugem habere ambebat, oblatas nuptias generosè contempsit, ei que dicere non dubitavit: *Hæc, quam tu admiraris pulchritudo, terra est & cinis, quam & tempus efflorescere facit, & morbo tabescit, utpotè quæ nihil stabile, nihil firmum habet.*

4. *Et ecce rota.* Per hoc instrumentum, prouti ex libro Ecclesiasticis colligitur, hujus nostræ vitæ fugacitas intelligi potest; dicit enim Sapiens eo loco: *Antequam rumpatur funiculus argenteus; & paulo post: Et confringatur rota super cisternam, & revertatur pulvis in terram suam, unde erat*; circa quæ verba S. Hieronymus ait: *Rota accipitur pro nostra hac vita, ob ipsas revolutiones ac motus; inquit ergò: antequam rota hujus vitæ non secum præcipites devolvat in lacum, propriam euremus salutem.* Et S. Nilus nos monet, dicens: *Si vitam, quæ verè vita est, desideras, expecta tamen mortem humanam, & odio prosequere vitam præsentem; vides enim quòd rota indefinenter volvatur.* S. Catharina autem non hanc vitam præsentem, sed beatam & æternam semper ob oculos positam habebat, atque ex hac consideratione per moram exhortescebat, quicquid in terris à nobis solet æstimari, divitias nimirum, formæ pulchritudinem, voluptates, gaudia, honores, cunctaque alia similia; ac promidè zelo honoris Dei sponsi sui succensa morti ipsi obviam processit, dum Maximino suam adversus fidem Christianam sacrilegam impietatem exprobrando acerrimè eundem objugavit, se vero à barbaris immanibusque carnificibus nervis & plumbatis lacerati

Hom. 5. in Ezech.

Cap. 12. 6.

Pf. 45. 6.

In Paranesi.

Lib. Abr.

lacerati incredibili cum júbilo sustinuit, haud secus ac si in nuptiali thalamo quodam recumberet, sicut non minus intrepido corde se, utâ diabolica illa rotarum sibi præparata machina in mille partes dilaniaretur, accinxit, ac tandem collum suum, præ gaudio se capere non valens, ferro amputandum subjecit, idque ex eo solum, quia illuminati intellectus sui oculos in bonorum æternorum stabilitate & æternitate defixos habebat, præsentium vero bonorum caducorum atque fragilium fugacitatem velut somnû quoddam derisui atque contemptui habebat: *Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis*, inquit Apostolus.

Rom. 8. 18.

5. *Et ecce rota.* Non solum rota fugacitatis humanæ vitæ, verum etiam instabilitatis, qua terræ hujus monarchiæ & regna instabiliter semper nutant & fluctuant, propriissimum est symbolum. Unde S. Bernardus sermone de fallacia præsentis sæculi, ita scribit: *Sicut rota nunquam stat, sed perpetuâ volubilitate circumcingitur, ita in hac vita rota nulla stabilitas aut securitas reperiri potest.* B. Franciscus Borgia vultum Imperatricis (cujus cadaver sepeliendum illi commissum fuerat) à vermibus devoratum, & protus deformatum videns, firmiter apud se statuit, se nullius deinceps Domini obsequio ad hæsurum, quem sciret à sua felicitate posse deficere. Porro quod sanctam Martyrem nostram attinet, quot ipsa sponso divitis, natahunc splendore atque autoritate insignes, quibus ipsemet quoque Imperator annumerandus venit, nuptias ejus ambientes contempsit? omnibusque mortalibus posthabitis unum duntaxat, quem nunquam in æternum deficere posse sciebat, sibi in sponsum animæ suæ elegit, regna verò terrena & scepra Imperialia generosè calcavit; ideoque sancta Virgo nostra præ cunctis aliis veridicè dicere potuit: *Regnum mundi & omnem ornatum sæculi contempsit propter amorem Domini mei Iesu Christi, quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi.* Etenim sponsum suum JESUM visibiliter se ei ostendentem videbat, quando is inserto in ejus digitum annulo, eam in sponfam sibi adoptavit, & ideo verè dicere poterat: *Quem vidi. Bona hujus sæculi (sunt verba S. Ambrosii) instabilia sunt, & rotarum in morem cum ipso sæculo volvuntur.* Atque ideo ipsa animabus Deo suo lucrandis totaliter

Lib. de Abraham

dedita erat, quales fuere in primis quinquaginta totius terræ sapientissimi Philosophi, Imperatrix ipsa met, imperialis quoque exercitus dux generalis Porphyrius, multique alii; ut proinde ei encomium in Daniele descriptum jure attribuire possimus: *Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Etenim ipsa verè stella quædam fuit, sed fixa in sanctæ Ecclesiæ firmamento, non errans, quia cordis sui oculos in instabili humanæ infelicitatis rota defixos semper habebat, Seneca de quodam aulico Principi suo perquam dilecto & charo, refert, quòd is ab eodem Principe interrogatus, an in animo suo plene contentus & quietus viveret, responderit: Nequaquam, o Princeps; Principi verò demò ipsum interroganti: Quid igitur votis tuis vis deesse? iteratò respondit: Nil nisi clavum aliquem apprimè mihi necessarium mihi deesse experior; quòd quidem responsum primâ facie ineptum fuisse videri nonnemi possiet; at vero re ipsâ planè mylticum est; voluit enim prædictus aulicus insinuare, se quidem suâ sorte contentissimum vivere posse, dummodo altum satis clavum haberet, per quem rotæ fortunæ profundè infixum ejus volubilitatem firmare & immobiliter persistere possiet, cum aliis hæc continuo suscipe deque verratur & circumagatur. Id quòd ex eo, quòd Cedrenus in Historiarum suarum compendio scribit, melius utique intelligemus. Hic igitur de Principe quoddam refert, quòd cum inter gro biennio in captivitate hæsisset, observatum in eo fuerit, quòd licet quotidie magnificè & lautè juxta conditionis suæ eminentiam tractaretur, nunquam tamen quieti aut contentati animi signa ediderit, nec unquam ridere visus fuerit; quòd cum Rex, qui eum captivum detinebat, vehementer miraretur, præclarum quoddam donum militibus eum custodientibus adpromisit, si aliquis eorum verè nuntiaturus esset, se captivum Principem ridentem vidisse. Accidit igitur quòd unus eorum tempore custodiæ eum effusè ridentem conspexerit, qui proinde id nuntiaturus ad Regem protinùs convolvavit. Qui causam risûs intelligendi percupidus, eum coram se adduci jussit, risûsque motivum sibi ab eo enarrari curio è expectavit. Respondit, igitur captivus, se eodie, quo ad eò effusè riserat, currû aliquem transeunte observando vidisse rotas currûs illi omnino volubiles esse,

Dan. 1. 23.

Epist. 151.

esse, adeo ut in momento pars superior se deorsum vertens inferior videret, inferior vero huic subito superimmineret, descensuriterando proxima; indeque se conclusisse, nihili faciendam esse bonam vel malam fortunam: siquidem experientia id quotidie docente videatur Principes illos, qui modo manicis ferreis constricti in carcere gemunt, ad sceptrum denuo tractanda dimitti; eos vero, qui libertate de facto ponuntur, in miserabilem servitutis statum infelicitate abripi. Salutare provincie monitum fuit, quod Eugenio Papae S. Bernardus tradidit: *Itaque, inquit, ascendisti in altum, noli altum sapere, sed time, ne forte contingat sero miserabilem illam amittere vocem: A facie ira & indignationis tua elevans allisisti me; altiorum quippe locum sortitus es, sea non tutiorem.*

Epist. 137.

6. Potro sancta Martyr nostra per sequentium quatuor rotarum seriam considerationem ad caelum ascendit empyreum, nosque pariter docet, qualiter per earundem rotarum subsidium, ad paradisum, veluti in curru quodam commodissime, ut ita dicam, vecti pervenire valeamus. Et quidem prima rota est Deo veluti anima & cordis nostri centro intumē uniri, atque in ejus amore immobiliter persistere. Secunda rota est, omnia bona terrena abdicare, ipsorum fallaciam considerando. Tertia est, vitae hujus brevitate considerare, utpotē quae fundata est super pulvere. *Tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae.* Quarta est, omnium horum temporalium bonorum instabilitas atque volubilitas. Enimvero hic instabilis intelligatur undē rota fortunae continuō verti dicitur; ideoque timent & tremunt, quando illam sibi aridere aut propitiā esse conspiciunt. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit incursum;* & tamen, ut S. Antoninus scribit, rotarum strepitum planē formidat. Potro homo justus in alio eorundem Proverbiorum loco leoni comparatur: *Iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit;* at verō qua ratione eis rotarum strepitum timeere convenit? *Rota volvitur continuō, ex qua revolutione id quod supra est, descendit ad ima, & significat dignitates, & honores, & prosperitatem temporalem, qua appellantur bona fortuna, qua sunt in magna mutatione; electi*

PROV. 30.
30
PAR. 4. 418.
14. c. 4. §. 3
PROV. 28. 1

igitur, etsi leones sint in fortitudine, timent tamen poni vel se reperire in dignitatibus. Potro sancta Martyr nostra rotas novaculis acutissimis per totam sui molem dispersis plenissimas a tyranno sibi preparatas nequequam timuit, valde autem rotam illam lenocinantem abhorruit ab Imperatore eam sibi despondere, totiusque mundi Imperatricem declarare volente sapientius oblatam: veruntamen *scilicet martyrii*, inquit animosa Martyr, *longe praefero curvis purpurae regia.* Verūm inquires fortasse, si ita est, ut haecenus diximus, ipsam nimirum juratam esse rotam mundi hujus inimicam & hostem, cur igitur rota juxta ipsam communiter depingitur? Sciendum est igitur, quod dum Princeps aliquis, vel bellidux de hostibus suis triumphat, provincia illa vel regnum, quod praeliando in suam potestatem redegit, vel saltem insignia illius, in signum victoriae obtenta, juxta illum depingi soleant: eodem igitur modo de hac rota dicere possumus, illam nimirum denotare victricem, quam de hoc mundo reportavit, qui illi arrisit, non vero vicit illam. Et ideo de ipsa dici potest: *Felix felicitas praesentis saeculi, si arrisit, non irrisit.*

Sturiss.

7. Et ecce rota. Gentiles antiqui Deorum suorum statuas curru rotis instrato superimponere, & processionaliter circumducere solebant, gratum se per istud obsequium diis suis sacrificium offerre existimantes; ad quem usum verba illa Isaia alludunt: *Triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleae sub palastro, & extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum.* Enimvero sancta Virgo & Martyr nostra jam olim Deo suo per inviolabilem perpetuae virginittatis promissionem sacrificata erat; hoc autem virginittatis suae lilium sanguine suo abundanter in tot supplicii effuso rigavit, aliisque corporalium austeritatum rigoribus, quibus semetipsam voluntarie afflixit, fovit & promovit; at vero haec omnia minimē ei sufficiebant, e siquidem ad suam erga caelestem sponsum suum fidelitatem & zelum sanctae fidei tanto evidentius contestandum, in super sub preparata sibi rota novaculis plena lacerari elegit, tametsi haec miraculose totaliter contracta & diminuta fuerit, idque fortasse ad denotandum ejus erga divinum sponsum suum intemeratam fidem ac fidelitatem majori aut evidentiore testimonio nequaquam indigere.

Isa. 25. 10.

Nonulla

Nonnulla considerantur mysteria, ob quæ Deus corpus hujus sanctæ Virginis ab Angelis supra montem Syon portari voluit.

DISCURSUS TERTIVS.

Deus qui dedisti legem Moysi in summitate montis Sinai, & in eodem loco corpus B. Catharina per sanctos Angelos tuos mirabiliter collocasti: presta quaesumus, ut eius meritis & intercessione ad montem, qui Christus est, pervenire valeamus.

PRæclara sanè prerogativa fuit illa, quâ Deu prædilectam spon-
sam suam S. Catharinam honorare voluit, quando corpus ejus sacrosanctum per manus Angelorum suorum supra montem Sinai deportari jussit. Etenim magna

ejus mater Virgo Maria ministerio & auxilio nullo comitatu Angelorum corpore & anima in cælos assumpta fuit: at verò ad hoc ut sponsæ filii ejus idem Angeli obsequerentur & ministrarent, beatorum spirituum Hierarchiæ sua inter se munia & officia dividerunt, siquidem pars eorum tota in id contendebat, ut animæ illius purissimæ, dilecto suo æternaliter adstringendæ in cælos evolanti ministerio suo accuratissimè assisteret: alia verò Angelorum pars magnopere se honoratum iri existimabat, si digna centeretur, que sacrosancto ejus corpori in montem Sinai deportando humeros suos submittere posset. *Ejus corpus (inquit Olorius) tanquam angelicum Angeli sepelierunt, quia illa erat Angelus gratia: mirum profectò sepulchrum, quod Angeli Angelus Mansi Sanctuarii. Tom. IV.*

lo extruxerunt; sicut miracula Memphis: sicut Mausoleum, & Egypti pyramides: nullus Regum aut Imperatorum ab Angelis sepelitur, nisi virgo, quæ Angelus est; Etenim ipsa dici potest continua cum Angelis tractasse commercia, siquidem præter frequentes visitationes, quibus ipsam honorabant; scimus eos illi apparuisse priusquam perdifficilem illam aggredere-
tur disputationem, eam asscurando de obtinenda ad-
versum quinquaginta illos Philosophos victoria; ipsam quoque sæpè visitarunt in squalido quo detinebatur carcere Diabolicam item rotarum illarum machinam operâ suâ commoverunt & obtulerunt; ac tandem obsequium suum eidem ad finem usque exhibere desiderantes, ad sacrum ejus corpus condigrè inhumandum certatim in eodem ad Sinai montem deportando contenderunt.

2. Verum enim verò specialissimè hoc loco nobis examinandum venit mysterium, quo sancta mater Ecclesiæ Spiritu sancto directamota est, ut in ea oratione quam hodie ad Deum dirigimus in hodierno officio, inter tot ejus præclaras virtutes, factaque heroica nullius alterius

Cc

mentio

mentionem faciat; quàm solius depositionis corporis sui in celebrem Synai montem ab Angelis deportati; Præterea cur cœlestes illæ intelligentiæ, ex iussu, ut credibile est, Divini Sponsi, in illius præcisè montis verticem & non alium in locum transportarint. Equidem ni fallor, respondere nos posse existimo, quòd cum increata Patris sapientia multa in eodem monte stupenda opera patravit, in omnibus ibi patris prodigiis, facta sponse ejus celebriora, in omnibus illis prodigiis ad vivum præfigurata fuerit. In theatro vitæ humanæ, ubi hujus quoque montis fit mentio, dicitur: *Mons Syna est celeberrimus Arabia mons, ita dictus à copia ruborum, quia Sene Hebrais rubum significat; notantur autem octo miracula, aut saltem mirabilia, quæ Deus in hoc monte fieri voluit.* Porro ultimum omnium illorum miraculorum est, quod Angeli ibidem sepulchrum excavarint corpori sanctæ Catharinæ Virginis & Martyris recipiendo idoneum; ac proinde decretum mihi est in præfenti Discurtu aiorum septem miraculorum in prædicto Theatro enumeratorum Analogias & parallelos huic sanctissimæ Martyri adaptare; eò quòd per hoc magnalia ejus magnificè deprecanda fore existimem.

3. *Primo igitur Deus hic apparuit in rubo.* Per rubum verò istum virginitas haud dubiè intelligitur: *Rubum quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem, Dei genitrix.* Spinetum quoque istud sive rubus virginitatem hujus nostræ sanctæ Martyris præfiguravit, quæ ad se rapuit ipsum Dei filium, quia sicut Maria virginitate placuit, & idè eam sibi elegit in matrem; ita quoque Catharina virginitate placuit, & idè eam sibi elegit in suam sponfam. Porro virginitas ejus tanto admirabilior exiit, quanto ignis purissimi amoris ejus pluribus spinis cinctus erat, cujusmodi spinæ erant rara ejus pulchritudo, delitiæ, divitiæ, libertas, nobilitas, ejusque etiam à potentissimis mundi Monarchis desiderata desponsatio. Deus olim quoad hunc eundem montem populo suo præcepit: *Cavete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius; omnis qui tetigerit montem, morte morietur.* Eadem quoque zelotypiâ Deus se erga hunc mysticum montem affectum esse ostendit, siquidem Angelos individuos ejus esse voluit defensores & contubernales; Etenim hi & nos alii eidem in carcere ministrarunt; cælitus ad eam epulas transmisit, sed bajula candida qua-

Exod. 19.
12.

dam columna; neque corpus ejus post mortem ab alio quàm ab Angelis tangi aut transportari permisit.

4. *Secundo, idem Moyses percussit petram, Exod. 17. aquas ex ea dedit populo.* Hugo Cardinalis in ea est opinione, quòd petra illa duritiam denotârit & obstinationem Hebræorum, qui exhibitis ab omnipotentia Divina miraculis & prodigiis increduli erant. In libro quoque Numerorum Deus duobus fratribus Moyli & Aaroni hisce verbis præcepisse legitur: *Loquimini ad petram, & ipsa dabit aquas.* Quibus in verbis ecce tibi clarè præfiguratum, quòd sanctissimæ Virginis nostræ quoad quinquaginta illos paganos Philosophos accidit, qui rationibus, argumentis, & miraculis credere renuentes, quavis se petra aut silice duriores esse ostendebant; siquidem ethnicus quoque Poëta cecinit:

Num. 20.
10.

Qui velit ingenio cedere rarus erit.

Nec mirum, quia in puncto scientiæ cedendum ipsis erat cuidam mulieri, & huic quidem adolescentulæ & in juvenili aetate constitutæ. Enimverò Paulus Doctõr gentium de hujus mundi sapienribus loquens hisce verbis utitur: *Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt spiritus.* Et tamen certum est, quòd postquam sancta hæc Virgo duram Philosophicorum cordium petram, tum per veritatis, quam illis revelavit, efficaciam, tum per superhumanæ facundiæ suæ affluentiam, tum denique per prodigiosam sapientiæ suæ virgam percussisset, mox dura ipsorum corda non solum veræ compunctionis aquas scaturire fecit, dum ipsius potestati tanquam victi cedebant, & ad Dominum convertebantur; verum etiam quod plios est, sanguinem è venis ipsorum copiosè manare procuravit, Martyres eos efficiendo; vel ut melius dicam, ex hisce petris durisque silicibus ignem illum divinum elicit, qui interiora animarum ipsorum exardescere faciens, ipsorum quoque corpora in cinerem & favillam usque redegit; siquidem omnes se DEO unanimiter tanquam perfectæ holocausta obtulerunt. Ad hæc dicere possemus sanctam hanc Virginem nostram zelo contumeliati DEI sui percussam velicam, aquas scaturisse doctrinæ & sapientiæ cœlestis in aliorum necessariam eruditionem, *Aqua sapientiæ salutaris potavit eos, petra autem erat Christus;* Hæcque mystica Petra in Catharina delitescbat; Erunt duo

1. Cor. 2.
14.

2. Cor. 13.3 duo in carne una; unde dicere poterat: *An experimentum quaritis ejus, qui in me loquitur Christus?* Observandum est autem Moysen antequam aquam à Petra educeret, Deo prius dixisse: *Aperi eis thesaurum tuum, fontem aqua viva.* Hic autem thesaurus, ut eum huic nostro proposito adaptemus, dici potest scientiam sacram repræsentare: *Theauri sapientia & scientia;* atque in hoc sapientie ætærium, ut in primo

Discursu diximus, sancta Virgo nostra introducta fuit: Per aquam vero vivam Evangelii prædicationem intelligere licet, prouti ex verbis Christi ad Samaritanam pronuntiatis, deduci potest: *Domine, da mihi hanc aquam.* Hic autem thesaurus abundantè ei communicatus fuit, ut eundem in populi Christiani utilitatem largiter effunderet, fidem sustinendo per tot animarum conversionem, & factas Imperatori in faciem imperiatis ipsius exprobrationes. Præterea considerare possumus, quod petra hæc à virga Moïse percussa juxta sententiam Origenis Redemptoris Passionem significat: *Percussus Christus & in Cruce maritatus novi testamenti fontes produxit:* Ab hac autem Christi patientis petra sancta Virgo nostra fortitudinem, quam in Martyrio suo exhibuit, nec non & jubilum, quo suum pro amore sponsi sui effundendo sanguinem perfusa fuit, accepit. Sanctus Bernardus super illa verba: *Venicolumba mea in foraminibus petra, in caverna maceris,* ita scribit: *Hoc audit sponsa, quod in Christi vulneribus tota devotione versetur; inde martyrii tolerantia.* In cujus probationem, historia vitæ ejus scribit, quod in mediis tormentis adeo intrepida permanserit, ut propemodum videretur ejus corpus esse lapideum, nisi ejus naturam fluvij sanguinis arguissent; Neque id mirum, quia si verum est, quod duo conjuges erunt duo in carne una, sequitur profecto, quod cum Christus cum S. Catharina desponsatus fuerit, ipsam sibi etiam in hoc similem effecerit, ut corpus ejus videretur lapideum; siquidem & de ipso dicatur: *Petra autem erat Christus.*

5. Tertio. *ibidem Moyses levans manus, & orans obtinuit, ut Josue vinceret Amalech.* Et enim Josue cum Amalecitis pugnante, Moyses ait: *Ego stabo in vertice collis,* in eodemque collis vertice Moyses manus suas constanter in cælum elevante vincebat Josue, eodem vero illas lassas demittente, Amalech superabat Israelitas. Lyranus per hunc Amalecitarum populum

vitium, per Israeliticum verò populum spiritum denotatum fuisse existimat: *Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem.* Enimverò ad reportandam in isto bello victoriam gladius Josue non sufficit; *Gladius spiritus, quod est verbum Dei;* verum insuper elevatione manuum Moyses opus est, id est, scientia & studium cum oratione conjungi debet: *Ama scientiam Scripturarum, & vitia carnis non amabis,* scribit Hieronymus ad Rusticum, quod sancta Catharina egregiè præstitit: *Catharina nobilis virgo Alexandrina à prima ætate studia liberalium artium cum fidei ardore conjungens.* Sanctus Paschasius Abbas de donis trium Magorum, sive, quod dem est, Sapientum, tractans ait: *In auro purissima divinarum rerum scientia; in thure oratio ipsius, vel compunctio recta; porro in myrrha tam voluptatum, quam vitiorum abdicatio.* Omnia autem hæc tria sapientie Virginis nostræ sanctissimæ conjuncta esse videmus; Etenim nonnulli existimantur Ethymologiam nominis Catharina idem significare quod *vitiorum ruina.* In vocavi (inquit Sapiens in lib. Sapientia,) *& venit in me spiritus sapientia;* deinceps vero pergit dicendo, se in virtute spiritus sapientie diademata & sceptris regia calcasse & contempsisse: *Et propositi illam regnis, & divitiis nihil esse duxi in comparatione illius.* Author quidam antiquus in sermone de hoc festo ait: *Munita fuit contra carnis insultum, per frequens & proprus assiduum literarum, tum humanarum, tum divinarum studium.* Quod demum orationem ejus attinet, hæc alia probatione non eger, nisi quæ in hæcenus dictis allata fuit, scilicet quod toto amore & corde suo cælesti sponso suo conjuncta semper fuit.

6. Quarto data est etiam ibidem lex à Deo, ac proinde non sine causa in principio orationis hodiernæ, eo ipso quo montis hujus mentio fit, in eodem pariter legem à Deo datam esse dicitur: *Deus qui dedisti legem Moysi in summitate montis Synai, & in eodem loco, &c.* quasi hoc præcipuum quoddam corpus in eo monte collocandi motum fuisset. Enimvero valdè est verisimile sanctam Martyrem nostram cunctas alias à DEO electas animas in exacta divinæ legis adimplerione longè superasse: *Lex Dei cur in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus ejus;* ubi notandæ sunt dictiones illæ, *Dei ejus;* siquidem DEUS

Sap. 7. 5.

Iud. Chlicht.

Ps. 36. 3.

noſter ſingulari quodam modo ejus fuit, ut potè quife illi tanquam ſponſus ſponſæ per datum annulum pronubum devinxit. *Non ſupplanta- buntur grefſus ejus*, quia incredibile eſt quot la- queos inimicus ei tetenderit, ut eam prævaricari faceret, inprimis etenim omnes adhibuit mundi blanditias & lenocinia, ac tandem crudeliſſimo- rum tormentorum ei intulit carniſcinam.

7. *Quintò Moyses ibidem dies quadraginta vixit, colloquens cum Deo absque cibo.* Quod quidem prodigium in ſancta Virgine noſtra aliquodſque renovatam fuit, cum enim ipſa à Maxi- mino Imperatore in carcerem, cum expreſſo da- to mandato, ne intra dies duodecim quidquam ei comediſibile porrigeretur, conjeſta fuiſſet, cœ- leſtis ſponſus ejus Angelos ad eam de cœlo mi- ſit, ut miniſtrarent ei, nec non per columbam quandam candidam cibum ei, unde nuriretur, adferri voluit. De ipſa quoque verſificatur, quòd ſicut Deus in monte Synai moyſi facie ad faciem locuta fuit, ita quoque Deus cum hac Sancta no- ſtra ſæpius fuerit familiariffimè, & veluti facie ad faciem converſatus, nimirum quando annu- lum pronubum digito ejus inſeruit, quando eam ſponſam ſuam declaravit, quando in carcere eam viſitavit, ad martyrium eam animando, cum ſir- ma adjeſta promiſſione ſe ei adjutorio futurum eſſe, ut omnia poſſit ſupplicia devincere & ſupe- rare. Præterea ſicut moyſes ex Divino conſortio vultum luminofiſſimum contraxit, ita quoque Imperatrix & Porphyrius belli Dux Sanctam noſtram veluti ſplendidiſſimam quandam Para- diſi lucem reſplendentem viderunt: *Auguſta, cū vidiffet illum aptatum cultum Martyris, admi- rata divinam, qua in eo florebat, gratiam, & ſplendidum qui illinc emittebatur radium.*

Surim.

8. *Sexto Hic adoraverunt Hebrai vitulum aureum, & Moyses confregit tabulas legis multoſque è populo trucidavit.* Merito igitur Deus hic corpus illud requieſcere voluit, quod ad æmulatorem alterius Dei honorem adeò fortiter & generoſè zelavit, ſiquidem ra- metſi in ſexu admodum debili, teneraque æta- te conſtituta, & alias virgo ſolitaria & mode- ſtiſſima eſſet, impiam quandam Imperatorem, ſævumque Chriſtiani nomini perſecutorem ag- greſſa, acerrimè ejusdem ſacrilegam impietatem reſtendit, Præterea ſicut olim in hoc monte vel juxta eum multi qui ante vitulum aureum genu ſua curvarunt, trucidati fuerunt; ita quoque hinc ultè è paganis qui ſanctiſſimæ Virginis mar- tyrio fuerant cooperati, ab acutiſſimis novacu-

lis, qua rotis paſſim infixæ, divina autem virtute ab iſdem diſſolutæ diſſiciebantur, interempti fuère; ſimulque cum proſtigatione & diſſipatio- ne errorum, qui in ſapientioribus totius genti- liſmi, quorum hi quinquaſiginta Philoſophi me- lior pars erant, adverſus fidem noſtram vigeant, pulvis vituli aurei cum idololatria diſſipatus quoque remanſit, perque horum ſapientum con- fuſionem, & factam ab illis ignoſtantia tenebræ pariter diſſipatæ evanuerunt.

9. *Septimò referunt ſacræ paginæ Eliam Prophetam in hoc eodem Synai monte Deum vidiffet, ſed in ſibilo auræ tenuis, poſtquam vatii præceſſiffent terræ motus, ventorumque validiſ- ſimi turbines, qui perſecutionem adverſus Eliam Baalítico cultui ſe ſtrenuè opponentem ab im- pio Rege Achab & Jezebele motæ fuerant, præ- figurabant: Spiritus grandis & fortis ſubver- tens montes, & conterens petras: non in ſpiritu Dominus; & poſt ſpiritu commotio: non in commotione Dominus; ſed poſt commotionem ignis: non in igne Dominus; & poſt ignem ſibi- lus auræ tenuis, & ibi Dominus.* Pari quoque tum ob eandem cauſam zeli honoris & cultus Divini ſanctæ Catharinæ que ſæviſſima in- tentaretur perſecutio, primò ejus patientia plum- batis & flagellis acerrimis ei illatis probata fuit, quibus omnia ejus oſſa luxata fuerunt: *ſed non in commotione Dominus; & accenſus deinde eſt ingens ignis, quo Philoſophi per eam converſi in favillam & cinerem fuère combuſti; ſed non in igne Dominus*, quia Deus eam igne conſumit nequaquam permittere voluit, tandem ex quatuor rotis novaculis undique tranſixis Diabolica illa machina fabricata fuit, ſed & ab hac illæſa præ- ſervata; at verò ſeriffine cur Deus illam ab omni- bus hiſce tormentis præſervavit? Nimirum Deus illam tanquam prædilectam ſponſam ſuam tra- ctare decreverat, id eſt, in ſpiritu auræ tenuis, ideoque minori quodam mortis genere eam ad ſe evocare decrevit, in cujus ſignum è vulneri- bus ejus lac candidiſſimum una cum ſanguine, & poſtea ex ejus corpore in ſepulchro recondito oleum, quod lætitiæ ſymbolum eſt, ſcaturire vo- luit *Vixit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.*

3 Reg. 19.

10. Advertendum eſt autem quod ſancta mater Eccleſia, poſtquam ſacrum hoc virgi- nei corporis depoſitum Dei jellu ab angelis ſupra montem Synai collocatum fuiſſe dixiſſet, nos quoque in eadem oratione ad ex- ornandum Deum invitet, ut meritis hujus-

ce viſe

ce virginis ad montem, qui Christus est, pervenire valeamus: *Concede propitius, ut ejus meritis & precibus ad montem qui Christus est, pervenire valeamus.* Albertus magnus in sermone quodam de hoc testo refert, quod cum sancta Martyr nostra in proximo esset, ut decapitaretur, oravit ad Dominum, ut quicumque Passio sua memoriam agerent, quicumque etiam in exitu animae suae, vel in alia quacunque necessi-

tate eam invocarent, propitiationis divina celerem consequerentur effectum; & quidem in specie à Deo petit, ut quicumque illam invocarent à periculis pestis, famis, & belli, aliisque infirmitatibus eximerentur, ac demum concludit, quod oratione completa, vox de caelo insonuit, promittens ei, quod in omnibus suis petitionibus à Domino foret exaudita.

Deus in omnibus hujus virginis virtutibus & actionibus manifestare voluit, ipsam esse mulierem illam fortem, quam Sapiens tam studiosè quæsit.

DISCURSUS QUARTUS.

Mulierem fortem quis inveniet.

Prov. Cap. 31.

1. **S**piritus sanctus de fortis illius tam anxie investigatæ mulieris seu potius viraginis encomii tractans, S. Catharinam martyrem d vivum delineasse videtur, adeo ut deinceps non sit opus querere, an in hoc fragili sexu fortitudo aut invictum animi robur reperiri possit, siquidem factorum ipsius generosiorum historiam pervolentes evidentiâ veritatis hujus vestigia deprehendere facili negotio possumus.

2. *Byssus & purpura indumentum ejus.* Fortis hæc mulier candidissimo & subtilissimo lino, nec non rutilante purpura induta erat: nostra sancta similiter regia stirpe progenita fuit, & consequenter purpura vestiri debuit; & qui dem id ipsum verum esse vitæ ejus nobis describit historia, ibi namque dicitur: *Iubet Martyrem exui regali illa purpura; & bonum nervis cordi crudelissime:* At vero quoad sensum morale: *Byssus castitas pura conscientia, purpura effusio sanguinis;* utraque autem veste haud dubiè virgo hæc purissima & immaculata cin-

ta fuit; Immaculatam illam dico, quia agno desponsata est immaculato: *Si vis nubere, nubere par;* Imò hic Agnus non solum candidus fuit, sed etiam rubicundus, quia est Agnus occisus ab origine mundi; *Gaudeamus & exultemus, quoniam venerunt nuptia agni.* Quam autem alia est in hisce nuptus sponsa, quam hæc nostra sanctissima Virgo, in cujus digitum anulum pronubum inseruisse legitur? *Et uxor ejus preparavit se, & datum est ei, ut cooperiat se byssino splendenti & candido;* quando enim moriens suum emisit Spiritum, sponsoque animam reddidit, quam ad tantam suam gloriam creaverat; hisce verbi ipsum est allocuta: *Quem pro te effudi sanguinem, eo meas maculas ablue.* Et enim purpuram sanguinis sui quo purpurata fuit, incomparabiliter pluris estimavit, quovis ostro à majoribus suis hæreditato, imò etiam eo quod Imperator ei obtulit, quando illam Imperatricem declarare voluit; ideoque resolutè respondit: *Veni ut essem sponsa Christi, & cum haberem solum sponsum &*

Apoc. 12.

Lib. 35.
Moral.
6.23.

consiliarium, & ornamentum virginis, stolamque martyrii longè præfero cuius purpura regia. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato; nec tamen ideo ut existimo ad dexteram Regis, sive electorum residens regiam purpuram amisit, imò plurquam alias unquam in qualitate Regine venerationem habebit; nam ut S. Gregorius ait: *Quid est enim vestitus aureus nisi decor & honor corporis virginalis?*

3. *Confidit in ea cor viri sui.* Sponsus namque fortis huiusce mulieris omnem in ipsa confidentiam suam reposuit: *Novit enim spiritum gratia quem dedit;* (inquit Glossa) *novit virtutem charitatis, quam ejus præcordiis infudit.* Imò Deus de hujus sponsæ lux fidelitate adeo est securus, ut non solum non timeat, ne à fide sua, aberret, Sponsabo te mihi in fide, verum etiam ut certo sciat, quod ad eandem fidem multos quoque alios sit attractura; *Ideoque non dubitat, non solum eam à sua fidei integritate non posse corrumpi, sed & perseveranter insistere, ut plures ad fidei cognitionem & unitatem congreget.* Id quod in sancta Martyre nostra perfectè adimpletum videmus, utpote quæ non solum se in fide divino sponso suo data constantem & fidelem exhibuit, verum etiam plurimos alios convertit.

4. *Syndonem fecit & vendidit.* Circa quæ verba Glossa ait: *In linteis syndonis subtilis sanctæ intentio prædicationis significatur;* In cujus probationem linteum illud adducit, quod immundis venenosisque animalibus plenum coram S. Petro in extasi posito de cælo demissum & explicatum fuit, per quæ peccatores & præcipuè idololatræ sive gentiles denotantur, quos per Evangelii prædicationem ad veram fidem convertiturus erat. *Vendidit* (ita Glossa textum hunc de prædicatore Evangelico interpretatur, id est) *fidem, quam credendo texuerat, loquendo dedit, & ab infidelibus viam rectæ conversationis accepit.* Sancta igitur Martyr nostra linteum hoc per prædicationem suam texuit, quando multos gentiles ad fidem convertit, & ipsos quidem perditæ salutis homines, utpote qui sævissimi Imperatoris, cui in malitia similem religio Christiana nunquam habuit, milites & ministri erant.

5. *Consideravit agrum & emit eum.* Hæc quoque verba sanctæ nostræ congruè adaptari possunt, ejusdem præcitate glossæ explanationi insistendo: *Consideravit agrum, id est, mundum* inquit, *visiorum spinis horridum emit, cum ta-*

lentum verbi auditoribus contulit, ut credentes Christo manciparet. Enimverò nomen hoc: Catharina, nonnulli ita interpretantur, ut idem sit, quod visiorum ruina, totius namque terræ sapientissimos Paganos confudit, convertit, & ad Martyrium usque perductos Christo lucrificavit. *Christo mancipavit.* Plures Philosophi qui ad eam arguendam venerant, vi ac subtilitate ejus disputationis, tanto Jesu Christi amore sunt successi, ut pro illo mori non dubitaverint.

6. *Os suum aperuit sapientia;* Id quod probatione nullatenus indiget, siquidem in primo discursu de hoc festo de admirabili ejus sapientia lusus egimus.

7. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo.* Quis autem pulchritudinem unquam ipsa amplius despexit, utpote quæ eam luto, quod pedibus calcatur, parem habuit? nam cum ipsamet Imperatorem vultus sui venustate & gratia captum esse animadverteret, eundem turpiter delulit dicendo: *Sum pulvis & lutum effusa in hanc formam, & ejus honorata imago.*

8. *Survexerunt filij ejus & beatissimam prædicaverunt.* id est, electi mortales, inquit Glossa, & tunc matrem, qua eos aqua & spiritu Deo genuit, beatissimam prædicabunt. Numerate obsecro animas, quas Deo in aquis baptismalibus sanctissima hæc Jesu Christi sponsa regeneravit, & inveniatis, quam aptè & congruè verba illa Ecclesiastici hujus sponsalium partibus adaptentur: *Filii ejus beatissimam prædicabunt, id est, quinquaginta Philosophi, Imperatrix ipsa, Porphyrius bellidax, & tam multi alii.*

9. *Vir ejus & laudavit eam.* Circa quæ verba Glossa ait: *Laudat eam vir ipsius, cum bona qua ipse donavit, remuneratur.* Porro modum quo mulier illa fortis à viro suo laudatur, Ecclesiasticus sequentibus verbis insinuat, dum ait: *Multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universas.* Sancta namque Martyr nostra inter omnes virgines in hoc præcipuè excellit, quod tribus in cælo coronetur aureolis, nimirum Doctoratus, Martyrii, & virginitalis.

10. *Fortitudo & decor indumentum ejus.* Serm. 31
Etenim ipsa rara quidem pulchritudine conspicua fuit, ac proinde à Dionysio Carthusiano dicitur. *Incomparabili pulchritudine decorata;* ac verò hæc ejus mira pulchritudo paribus quoque fuit virtutibus conjuncta. Et ideo cælesti sponso suo dicere potuit: *Domine in voluntate tua præsti-*

Ps 28.

præsti-

praestitisti decori meo virtutem: Glossa ad præcitata Ecclesiastici verba ait: *Fortitudo ad tolerandum, decor ad virtutem gratiam exercendam*. Porro sponsalium ejus amplissima multarum & quidem rararum virtutum dote locupletatum fuit quales sunt. *Fervidus ejus zelus pro DEI honore, & proximorum salute* (inquit Dionysius Carthusianus) *praclara sapientia ejus, tam acquisita, quam infusa, tam Philosophica, quam Theologica*. *Fortitudo ad tolerandum*, siquidem intrepidus animi sui, nec non invictæ patientiæ suæ in variis, usque acerbissimis suppliciis specimen edidit: *Verberibus affectam, plumbatisque contusam dies undecim sint cibo ac potu inclusam tenet in carcere: rota expeditur crebris & acutis præfixa gladijs, ut virginis corpus crudelissime dilaceraretur, quæ machina brevi oratione Catharina confracta est*. At verò dices fortasse, si ita est, quod videlicet sancta nostra tormentorum pro amore DEI sui patiendorum adeo fervida & cupida fuit: *Pœna interroget, si quis veraciter amet, cur à DEO rotam confringi postulat? Chrytologus respondet: Bellicosus miles, quod in bello fugit, artis est, non timoris*. Etenim si rotæ sibi præparatæ supplicium sancta Martyr nostra pertulisset, ingens quidem inde gloria DEO provenisset, sed non tanta, quanta in DEUM redundavit, postquam illam per orationem suam totaliter confregit. *Ad gloriam sui nominis*. Etenim diabolicam illam machinam per orationem suam destitit & confringi postulavit ad corroborationem fidelium, & conversionem infidelium. Unde in Matutinis hodiernis de ipsa legimus; quod eo miraculo multi Christi fidem susceperunt.

11. *Accinxit fortitudinæ lumbos suos*. Ubi glossa ait: *Bonè lumbos primò accingit, & post brachium roborat, quia bonum opus DEO acceptabile non est, si non prius carnis & mentis luxuria restringatur*. Enimverò quanta & quam eminentis in hac virgine puritas fuerit, vel ex eo conjici potest, quod per eam ipsemet quoque DEUS captus fuerit, qui est *candor lucis æternæ*. *Accinxit fortitudinæ lumbos suos*, quia pro ea contervanda generosissime & validissime pugnavit; ideoque virginalis in ea puritas tanto majoris meriti fuit, quanto fortiori certamine impugnata & laceffita fuit. Etenim ipsa eo tempore in pulcherri-

mo annorum suorum flore constituta erat. Individui autem comites sunt *Adolescentia & voluptas*, adolescentiam enim voluptas necessario quasi consequitur; Insuper verò incomparabili venustate corporis prædita fuit, quæ non minus concupiscentiæ fomentum conciliare solet; unde dicitur: *Mulier pulchra & fatua*. Ad hæc fortunæ bonis quoque copiose affuebat; quæ non minus sensualitati incentivum subministrant, unde de divitibus dicitur: *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transferunt in aspectum cordis, cogitaverunt & locuti sunt nequitiam*. Præterea totali sua potiebatur libertate, utpote quæ jugo paterno subdita non erat, neque ad matris aliorumque propinquorum cognatorum custodiam ullatenus alligata; quæ porro libertas Magdalene causa & occasio extitit, ut esset in civitate peccatrix; denique à multis Principibus, imo & ab ipsomet Imperatore adamata & in sponsam ab ipsis desiderata & requisita fuit: *Erat enim incredibili pulchritudine, & omnium oculis gratissima, & amabilis*; at vero generosa & fortis puellula *Accinxit fortitudinæ lumbos suos* cum ei Imperator (inquit Dionysius Carthusianus) magna promitteret, & in sponsam vellet habere, respondit: *Attende, & decerne, quem debeo magis diligere, potentem, speciosum, & gloriosum, an infirmum, mortalem, deformem, atque ignobilem? Christo me offero, ipse enim est Deus meus, amor meus, sponsus meus*. Glossa super illa verba: *Mulierem fortem, ait: Fortis, quia cuncta adversa vel prospera sæculi pro Dei amore contemnit*. Neque enim adeo mirandum est, quod in Martyrio suo adeo constans fuerit, siquidem hæc virtus in multis quoque aliis virgunculis eluxit, quam quod se generosam exhibuerit, Monarchæ cuiusdam, qui eam Imperiali diademate coronate decreverat, resistendo blanditiis, vanisque promissionibus: *Meum tecum dividam imperium*, maxime cum Aristoteles ait: *Sapere est quiddam aptum ad imperandum*. Constantinus Imperator Arrianus multos alioquin perfectos & virtuosos Catholicos ad suam sectam seducere satagens, eosdem non subjecit tormentis aut carnificinis, sed honoribus illos sublimabat, & locupletabat divitiis. Unde sanctus Hilarius Christianæ fidei suo tempore valde periclitantis singulari fulcrum atque præsidium dolenter dicebat:

Pugna-

Syrins.

Serm. 150.

Prov. II.
22.

Ps. 72. 7.

Esther. 2.
15.

Serm. 4.

Lib. I.
Rhetoric.

*Pugnatus contra persecutorem facientem ,
contra hostem blandientem, non tradit carceri
ad libertatem, sed intra palatium honorat
ad servitutem, non contendit, ne vincatur,
sed adulatur, ut dominetur. Fortis igitur meri-*

tò sancta Catharina dicitur, eo quod non tantum tyranni tormenta superavit, verum etiam quia ejus lenocinia & blanditias, quod majoris æstimandum est, generosè devicit.

Consideratur S. Catharinæ invictum animi robur, in perhibendo fidei Christianæ testimonio; deque gloria ex hoc in ipsam redundante.

DISCURSUS QUINTVS.

*Loquebar de testimoniis tuis in conspectu Regum,
et non confundebam. Psalm. 118.*

v. 46.

I.

QUOD si Propheta regius ex iplomet S. Catharinæ ore locutus fuisset, vivacius exrimere non potuisset generosam ejus animositatē, qua in conspectu Imperatoris & totius mundi (cujus tunc major pars occasione edicti imperialis, quod eo tempore emanavit, Alexandriæ, ut ita dicam, præsens erat) fidei nostræ testimonium perhibuit. Porro Hugo Cardinalis verba thematis nostri exponens ad propositum nostrum ita scribit: *Iste versus posset esse Thema de B. Catharina; unde & de ipsa cantatur in introitu Missæ; Ipsa enim coram Rege disputavit de testimoniis Christi & fidei, & non fuit confusa, sed Philosophos confudit, & ad Christum convertit.*

1. Loquebar; Lyranus addit: *Constanter & intrepide. De testimoniis vel ut teste Glossæ interlineari Græcè legitur: De Martyriis; at verò optimè Albertus Magnus ait: De testimoniis scripturarum non de fabulis; cum enim sancta*

Martyr nostra omnes didicisset humanas literas, omnesque scientias, & consequenter etiam in Poetarum fabulis perita esset in iisdem se nequaquam firmavit, sed præcipuum studium suum in Scriptura sacra reposuit: *Omnem autem externam & nostram scripturam perlegerat; e contra vero sapientes quibuscum ipsa disputabat, in argumentis è fabulis Poëtarum desumptis fundabantur. Hæc sunt testimonia (inquit de sacris literis Albertus Magnus) de quibus alio loco in Psalterio: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Addit præterea: Non confundebam, tametsi fides nostra Judæis esset scandalum Gentibus autem stultitia; unde Interlinearis ait: Non confundebam pro scandalo Crucis. Orthodoxæ enim fidei professio eo tempore in summo habebatur opprobrio. Unde Tyrannus ille ad S. Agatham ait: Non te pudet nobili genere natam, humilem & servilem Christianorum vitam agere? Genebrardus verba illa: Non confundebam hunc sensum habere dicit: Non me pudebat ista loqui. Loquebar, ait Hugo Cardinalis, confitendo fidem.*

Sur.

Cant. 2. 14 *fidem.* In sacris Canticis sponsus cœlestis sponsam suam hilce verbis invitat : *Surge amica mea, speciosa mea, & veni*, quibus verbis invitat illam, ut è secretis mansionis suæ penetrabilibus egrediatur : *Columba mea in foraminibus petre, in caverna maceria; quod porcinet ad Ecclesiam* (inquit Genebrardus) *quæ senus querit latebras, ut fugiat persecutiones.* Notandum verò quòd immediatè subjungat : *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis;* quasi sponsæ diceret : tempus jam est ut te manifestes, ut faciem tuam ostendas, ardentique zelo honorem & gloriam meam prosequaris; quæ omnia in S. Catharina sponsa Christi ad unguem adimpleta fuerunt. Ipsa namque tanquam columba quædam purissima in cella sua, ab omni humano consortio totaliter sequestrata latebat, *solum Christum norat sponsum, virorumque omnium consortium est aspernata;* at verò mox ut cœlestis sponsi tui vocem audivit dicentem sibi : *Ostende mihi faciem tuam;* protinus magnanima, animosa & intrepida egressa fuit, quæ Maximino Imperatori persecutionis ejus contra Christum motæ truculentiam atque savitiam, necnon in adorandis simulachris cæcitate & ignorantiam ejus exprobraret, id quod cum admiranda sapientia & facundia præstitit, efficax pariter veritati Christianæ religionis perhibendo testimonium, adeo ut Imperator iis, quæ in medium attulerat, efficacissimis argumentis responsurus coactus fuerit, ut ex omnibus mundi vicinioribus partibus quinquaginta Philosophos, qui in isto sæculo in toto humano genere doctissimi esse credebantur, ad se evocaret, Sanctus Gregorius Magnus circa illa verba : *Ostende mihi faciem tuam*, dicit : *Quid enim per faciem nisi fides denotatur?* quæ eadem fides in annulo, quem Christus digito Virginis inseruerat, pariter denotata fuit : *Sponsa bo te mihi in fide.* Observandum verò est, quod postquam dixisset : *Ostende mihi faciem tuam*, mox subdat : *Sonet vox tua in auribus meis;* quasi diceret : *Ne erubescas predicare Crucem Christi, quam vis stultitia videatur hominibus;* cui consonant illa S. Ambrosii verba : *Ostendit faciem suam, signaculum Crucis præferens;* & insinuat *voicem suam, auctoritatem predicandi assumens.* Multæ quidem aliæ virgines fuerunt, quæ in profitenda coram Regi-

Mansii Sanctuaris Tom. IV.

bus & Imperatoribus Christi fide se quoque intrepidas exhibuerunt; at verò nostra Amazonum invidiosissima omnes illas longè præcellit, quando *authoritatem prædicationis assumpsit;* neque enim fidem duntaxat contestata fuit, verum etiam eandem Imperatori, ejusque Imperatrici, necnon & Generali exercitûs ipsius Ducis Porphyrio, aliisque quinquaginta Philosophis constantissimè prædicavit, suæque efficaci facundia & sapientia copiosam amarum messem Christi horreo, id est, Ecclesiæ intulit. Est quoque hic observandum, quàm exactè in præfenti casu adimpletum fuerit, quod in Ecclesiastico scribitur, nimirum : *Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam;* etenim verum quidem est, quòd quinquaginta illi sapientes à tenera hac puella devicti & confusi fuerint, at verò confusio hæc eisdem ingens gratiæ & gloriæ lucrum peperit. Verum inquires, qua ratione id verum esse poterit, siquidem illos Imperatoris gravem indignationem incurrisse, ac proinde summa cum ipsorum ignominia & confusione ab eo in carnificum manus traditos fuisse constat; sed in promptu est responso; nam tametsi id verum esse nemo inficiari possit, at verò amplior rem sibi compararunt gratiam & gloriam, ejus nimirum, ejus semori inscriptum est : *Rex regum, & Dominus dominantium.* Simili modo dubium quidem nullum est, quin sancta Martyr nostra, utpotè stirpe regiæ prognata modestissima & honestissima virguncula, quoad mundi hujus æstimationem, ingentem inter carnificum manus comprehensa experta fuerit ruborem & confusionem; at verò quàm immensâ gloriâ verecundia isthæc pro amore sponsi sui tolerata, non solum in cœlis, verum etiam hic in terra coronata & præmiata fuit? Euthymius super illa verba Psalmi : *Delectaverunt te filia Regum in honore suo*, inquit : *Non plebei ac populares tantum, sed Reges etiam Dominum honoraturi erant* (& quod magis admirandum videri poterat) *ipsa etiam Regum filia, qua innumeris custodum oculis in Regum penetralibus observarentur, qualis fuit sapientissima Catharina.* At quòd quia infallibilis est hæc Dei promissio : *Quicumque glorificaverit me, glorificabo eum;* hiuc est quòd nulli Monarchæ mundi hujus Reginas & Imperatrices suas ad tantam potuerint evehere glori-

Cap. 4. 25.

In Pf. 440

Prov. ult.

riam, quantum sponfam suam magnificasse no-
scitur *Nobilis in portis vir ejus* Etenim tamet-
si corpus ejus cum inaudita crudelitate flagella-
ri permiserit, attamen confestim *accesserunt*
Angeli; & ministrabant ei, pristinamque il-
li quoad omnes laceri corporis ejus partes re-
stituerunt sanitatem. Tamen etiam dum in
squalidum tectidumque carcerem includeretur,
dissimulavit, mox tamen eidem carceri lucem
quandam splendidissimam, miraculosamque
immisit paradisi fragrantiam: tamen carnifi-
cum manibus sine ullo defensoris presidio tan-
quam rea & malefactorum criminossima tradita
fuerit; attamen sponfus ejus effecit, ut ipsa
met Imperatrix & Porphyrius Dux Generalis
exercitus obsequiosi & compuncti ad ejus sese
pedes prosternerent. Quid? quam alicui in
aestimatione mundi hujus deferri potest nobi-
lior, majorisque gloriæ visitatio, quam quæ
ipsamet Imperatrix aliquem honorare digna-
retur? aut verò (si quoad Dei aestimationem
honorem pensitare velimus) quæ humana Dei
Majestas aliquem visitando afficeret, utpotè
*quam laudant Angeli, adorant Dominatio-
nes, tremunt Potestates? Ipse quoque egre-
gius Aganorheta Christus cum iis, qua circa
ipsum erant, copiis & gloria sua apparens,
magis confirmavit ejus fortitudinem.* Quam-
primùm tyrannus illam squalido carcere inclu-
sam ad mortem usque fame ex cruciari jussit:
*Totis illis diebus in carcere per columbam ali-
mentum accipiebat à Superis.* Permisit quidem
Deus ut immanis illi rotarum machina ad eam
discerpendam erigeretur, mox tamen Angeli-
cam quandam potestatem è cælis jussit descen-
dere, quæ illam cum simultanea multorum Pa-
ganorum morte, plurimorumque qui per ad-
eò evidens miraculum ad fidem fuere conver-
si, spiritali vitâ in omni fructa constringerent.
Denique quin caput ejus à busto amputatum
fuerit, nemo nisi historiæ vitæ ipsius ignarus,
dubitare potest; at verò præciso ejus capite si-
mul cum sanguine candidissimum lac copiose
manavit, virgineumque corpus ipsius ab An-
gelorum choris in Sinai montem fuit transla-
tum: *Decollata in montem Sinai ab Angelis
transportatur* (inquit Albertus Magnus) *ibi-
que sepultura honorificè commendatur; ubi
nunc stillare capit, & adhuc distillat hu-
morem sanitatis & gratiæ, quo ipsa à Christo*

*ipsum sponso copiosissimè imuncta fuerat & ir-
rigata.* Eum vero tria potissimum inveniuntur
sepulchra maxime glorificata, scilicet sepul-
chrum Domini nostri Hierosolymis, sancto-
rum Apostolorum Petri & Pauli hic Romæ; &
sancti Jacobi in Compostella; quibus quartum
adjungere licet sepulchrum sanctæ Catharinæ
in Sinai monte, ad quod non minus quam ad
alia tria peregrinationes ex ultimis mundi con-
finibus instituuntur. Et quidem si benè confi-
deretis, inveniatis utique quod quicquid mi-
raculorum Deus in multis servorum suorum
separatim operatus fuit, omnia simul in hac
sua prædicta sponfa patravit. E præciso sancti
Pauli capite lac manavit, quod ipsum ex hu-
jus quoque Virginis præciso collo seaturit: ex
sancti Nicolai ossibus manna prodit; ex cor-
pore sanctæ Catharinæ oleum vel similis aliquis
pretiosus vel salvificus liquor emanat. Mortuo
sancto Paulo primo Eremita duo immanes leo-
nes divino instinctu fossam in sacrosancti depo-
siti ejus sepulturam unguibus suis excavârunt;
ad fabricandum sanctæ Catharinæ sepulchrum,
Deus angelicorum spirituum copiosos manipu-
los descendere jussit, qui insuper sanctissimæ
Martyris nostræ pretiosissimum cadaver in Si-
nai montem pertulerunt. De sancto Clemente
Papa scribitur: *Dedisti Domine habitaculum
martyri tuo Clementi in mari, in modum tem-
pli marmorei angelicis manibus præparatum;*
at vero hic myiticum Spiritus sancti templum
iidem Angeli ad locum plusquam viginti die-
rum itinere absitum deportârunt. Vulnere san-
ctæ Agathæ à sancto Petro eam in carcere visi-
tante integrè curata fuerunt; ad quem eun-
dem effectum ipsemet Christus huic sponse suæ
Catharinæ pariter apparere voluit. Imo pon-
deratis omnibus vitæ hujus sanctæ Virginis cir-
cumstantiis, nescio inter omnes alias sive Vir-
gines tantùm, sive etiam Martyres aliquam
inventuri sitis, cujus virtutes & prærogativæ
cum hujus Virginis prærogativis comparari
possint. In hac namque sancta Martyre nostra
invenire est *contemptum temporalis gloria cum
nobilitate, puritatem mentis cum corporali
pulchritudine, gravitatem morum cum ju-
venili ætate, humilitatem insignem cum do-
norum Dei multitudine, paupertatem spiri-
tus cum divitiarum abundantia, austerita-
tem vitæ cum deliciarum ubertate, fortitudi-*

nem

*nem animi cum socijs fragilitate, professione, perseverantem constantiam cum cruci-
nem veritatis cum errantium societate, fir- tum illatione.
mitatem propositi cum blanditiarum oblatio-*

D E
S. A N D R E A
A P O S T O L O
D I S C U R S U S S E X.

- DISCURSUS I. De amore, quo Christus S. Andream amavit: ubi etiam circa illa verba: *In odorem suavitatis*, nonnullæ declarationes adducuntur.
- DISCURSUS II. Analogiæ aliquot explicantur, quæ inter mortem & passionem Christi & Andream passionem reperiuntur.
- DISCURSUS III. Diverſæ adducuntur rationes, ob quas S. Andreas dignus Dei Apostolus appellatur.
- DISCURSUS IV. S. Andream lætitia, qua crucifixionis suæ tempore perfusus fuit, fufius consideratur.
- DISCURSUS V. De Cruce spirituali S. Andream: & de patibulo è quo pependit, dum populum suum doceret.
- DISCURSUS VI. Per varias factorum interpretum illis verbis: *Quàm speciosi pedes evangelizantium*, adhibitas interpretationes, aliæ S. Andream virtutes & laudes considerantur.

De amore quo Christus S. Andream dilexit ; ubi etiam circa illa verba : In odorem suavitatis, nonnullæ declarationes adducuntur.

DISCURSUS PRIMVS.

Dilexit Andream Dominus, in odorem suavitatis.

Serm. ac
S. Ioan.

I. **S**anctus Thomas de Villa-Nova illa S. Joannis Apostoli verba, in ejus Evangelio de seipso prolata nimirum: *Hic est discipulus ille quem diligebat Iesus; considerans, atque ad immentam ejus sapientiam sese reflectens* ita scribit: *Existimavit vir sapiens omnium gratiarum hanc præcipuam & maximam reputandam esse, quòd à Deo dilectus sit; hujusque pronuntiatu rationem quandam efficaciter satis convincentem adducit, dicens: Quamquam major est aut esse potest dignitas creatura, quam quòd factori suo placeat; & diligatur ab eo, qui fecit eam? ac proinde cum sancta mater Ecclesia in adducti thematis verbis clarè satis innuat, quòd Deus noster dilexit Andream in odorem suavitatis, intentio ejus utique fuit, ut ex hac Christi erga S. Andream dilectione, tanti hujus Apostoli elogia, & præcipuam gloriam pariter conjiceremus.*

2. *Dilexit Andream Dominus.* In hunc præcipue finem Filius Dei de cælo descenderat, ut suam hinc in terris fidem & Ecclesiam plantaret: at verò quisnam primus Christi fidelis fuit, quisnam primus omnium à Christo in sui sequelam vocari, & tanquam primus lapis in hujus excelli ædificii erectionem adhiberi meruit? Sanctus Andreas. Undè S. Petrus Damianus hoc ipsum epitheto honoravit: *O dulcis Apostolus, & primitiva vocatio Salvatoris.* Porro san-

Serm. 2. de
S. Andr.

ctus Gregorius scribit: *Qui peccatorum animas convertere prædicando nititur, Redemptori nostro in magna charitate copulatur; ac proinde quid mirum, si S. Andreas tantum sibi conciliavit Christi amorem & benevolentiam? si quidem ipse conversionis animarum zelantissimus fuit? etenim huic animarum lucro non solum in iis provinciis, quibus Evangelium annuntiavit, deditus fuit; verum etiam in patibulo jam crucifixus duarum dierum duarumque noctium spatio prædicavit: Biduo vivens pendebat in cruce beatus Andreas pro Christi nomine, & docebat populum; super omnia autem zelus hic in eo admirabilis extitit à primo instanti, quo primum scholæ Christi pedem intulit; siquidem Simonem fratrem suum ad eum adduxit, cui postea Petri nomen imposuit. Undè Beda ait: Hoc est enim verè Deum invenire, In cath. verè à illius dilectione fervere, fraternam quoque D. Th. salutis curam gerere; etenim, amor, quo eum Deus ille prosequabatur, qui charitas & ignis consumens est, cor ejus hoc alienæ salutis zelo inflammaverat: Ecce Andreas (inquit S. Petrus Damianus) inter ipsa novi tyrocini sui rudimenta fructificat, & veritatis jam prædicator efficitur, cujus adhuc vix erat auditor: novus discipulus factus non est propriâ salute contentus, condiscipulos quarit, ad lucrandos alios fraternus se amor extendit. Sanctus Petrus o: suum aperiens, unâ die simul tria millia infidelium convertit, quibus aliâ vice quinque obli-*

In Lib. 1.
Reg. c. 10.

In cath.
D. Th.

Serm. 1.

obstinatissimorum Hebræorum millia adjecit, ac tandem innumeras alias animas ad veræ fidei agnitionem perduxit: at verò S. Andreas unicus ille fuit, qui ingentem hunc piscem, qui demum piscatus est mundum, intra retia Salvatoris feliciter perduxit. Undè Dionysius Carthusianus de eodem sancto Apostolo in hoc ejus Festo scribit: *Innumerabiles convertit ad fidem, id quod etiam hodie in Matutinis à nobis lectum fuit.*

Serm. 1. de S. Andrea

3. *Dilexit Andream.* Laurentius Justinianus unum ex motivis efficacioribus, quibus anima ad se Deo arctius per amorem adstringendum permoveri possit, hoc esse existimat, si videlicet quis oculos suos in ejus patibulum, in quo pro nostra salute & redemptione pependit, fortiter deligat: *Super omnia reddit te amabilem mihi, o bone Iesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ; hoc omnino nostrum facile totum sibi vendicat amorem.* Ecce tibi hic aliam rationem, cur Christus tanta cum partialitate hunc dilexerit Apostolum; siquidem ipsum ob sui amorem in patibulo quodam suspensum vidit, non tribus horis, ut Christus in monte Calvarie, sed duobus diebus & noctibus, in quo pro sanctissimi nominis Jesu honore, & pro fidei defensione cum immenso jubilo patiebatur.

Tract. de charit. c. 7

4. *Dilexit Andream.* S. Bernardus in Opusculo de Charitate hanc post se nobis reliquit scriptam sententiam: *Magna res amor, nam cum amat Deus, non aliud vult quam amari; quippe qui ob aliud non amat, nisi ut amet.* Hanc autem in amando correspondentiam Redemptor noster haud dubè in Apostolo nostro invenit. Undè Dionysius Carthusianus de eo scribit: *Quoniam sanctus Andreas fuit divino amore omnino succensus, idè cum tanto tripudio ad passionem processit.* B. Laurentius Justinianus pariter gaudium, quod sanctus Apostolus noster in suo martyrio prætulit, ardenti huic charitati attribuit, dicens: *Facibus namque charitatis incensus, nunquid sacrilegi iudicis minas expavit?* Idem quoque Carthusianus de ipso scribit, dum ab eo appellatur: *Divinâ dilectione plenissimus.* S. Apostolus prolixum quendam periculorum, persecutionum, ærummarum, omniumque aliarum adversitatum pro Evangelio perperarum contexens catalogum, proteritur nihil ex omnibus hisce adversis ipsum à

Serm. 7.

Serm. 1. de S. Andrea.

Serm. 3.

Deo separare unquam potuisse, quin potius illa omnia facili negotio à se fuisse superata & devicta ex eo solùm, quòd se à Deo verè amari animadverteret: sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Jam verò omnes oblecro persecutiones & supplicia, quæ S. Andreas in ærumnosis peregrinationibus suis, necnon in frequentibus, quos cum Evangelii persecutoribus habuit, congressibus, sustinuit, unà cum acerbissimis crucifixionis suæ doloribus, quos duobus diebus totidemque noctibus mira cum constantia toleravit, exactè enumerare; sic enim nequaquam decipiemi, si dixeritis, quòd in his omnibus superavit propter eum, qui dilexit eum. Quia, ut S. Anselmus in prædictam S. Pauli textum scribens ait: *Dum in illius amore pendemus, sensum doloris non recipimus; illius enim charitatis qua nos dilexit, & nostrum ad se affectum rapuit, cruciatum corporis & dolorem sentire non sinit.* Hic etenim amor in corde apostoli nostri adeo flagrabat, ut in patibula gestire & tripudiare videretur.

Rom. 8. 37.

5. *Dilexit Andream Dominus in odorem suavitatis.* Quidnam oblecro in eo latet mysterii, quòd hæc Christi dilectio cum suavissima illa odoris fragrantia conjuncta esse dicatur? Sanctus Paulus ad Corinthios ita scribit: *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitia manifestat per nos in omni loco.* Qualis autem hic odor sit, de quo apostolus loqui intendit, ex eo quòd S. Hieronymus scribit, facile deducere possumus; nam postquam apostolum Deo gratias referre dixisset, eo quòd in apostolum fuisset electus, tanquam triumphus filii sui instrumentum in persecutionibus adversus fidem motis constantis perseverando, subiungit: *Triumphum enim Dei est passio Martyrum, pro Christi nomine cruoris effusio, & inter tormenta latititia, cum enim quis viderit tantâ perseverantiâ stare Martyres, atque torqueri, & in suis cruciatibus gloriarî, odor notitia Dei disseminatur inter gentes, & subit tacita cogitatio quòd nisi verum esset Evangelium, nunquam sanguine defenderetur.* Christus Dominus noster dilexit Andream in hunc odorem; siquidem in primis nascentis Ecclesie principiis, quando excitandæ & augendæ erant tyrannorum persecutiones, fidesque inter Gentiles propaganda erat, eo ipso quo in hoc senè & decrepito apostolo quadam adeo vigorosa nota-

2 Cor. 2.

14.

Ad Hebr. 9. 11.

tabatur fortitudo, omniq; humanâ conditione longè superior animositas & alacritas, dum à patibulo penderet crucifixus, multis quoque paganis occasionem dedit conversionis ipsorum, addiditque etiam hæc invicta apostoli hujus in suis tormentis constantia & jubilus, quem edebat, multis aliis Martyribus, qui post ipsum passuri, ad similitudinem constantiam induendam egregium animum. Et hæc fuit suavis illa fragrantia, quæ cor & animum Christi erga ipsum rapuit. *Divina dilectione plenissimus visâ Cruce* (inquit Dionysius Carthusianus) *sibi paratâ, in tantum gavisus est, quod præ lætitia seipsum vix cepit; ipsamque Crucem assatus est, quasi & ipsa intelligeret.* Et quidem odor iste adeo per universam Ecclesiam diffusus est, ut jam per mille sexcentos & amplius annos innumerabilium fidelium corroborârit debilitatem, ad tantò generosius atque constantius pro Christo deinceps patiendum.

6. *In odorem suavitatis.* Benignissimus Redemptor noster, qui æterno Patri suo pro nobis in sacrificium oblatum fuit, suavissimum quendam odorem sibi junctum habuit, teste ipsomet Spiritu sancto, dum ait: *Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Ubi Hugo Cardinalis ait: *Species aromatica contrita vel combusta redolent; Christus contritus in passione flagellis & verberibus, acceptabilem de se odorem per totum orbem diffudit.* Hæc autem suavis etiam à S. Andrea morte & passione spiravit; siquidem Ægeas illum primò à septem carnificibus crudelissimè flagellari fecit, quorum ter mutatae sunt vices, fuitque percussio-num grando, quæ in hoc innocens & decrepitem corpus exonerata fuit, adeo impetuosa, ut inde aperta fuerint omnia viscera ejus, sanguinis rivulis ex omnibus corporis partibus copiosè manantibus, ac demum in Crucem agi & suspendi eum iussit. *Tradidit eum pro Christo oblationem & hostiam in odorem suavitatis.* Lyranus verba illa: *Oblationem & hostiam Deo in Cruce in odorem suavitatis, ita declarat; Fuit enim illa oblatio Deo acceptissima, quia processit ex maxima charitate.* Et quidem si vivam Christi crucifixi effigiem ex originali vivacissimè delineatam desideratis, ecce vobis S. Andream. Quàm enim sacrificium istud, quod de se obtulit, Deo gratum & acceptum fuerit, sancta mater

Ecclesia in proposito thematis verbis optimè declarat, dum ait: *Dilexit Andream Dominus in odorem suavitatis.* Præterea, ut S. Thomas observat, in ejus crucifixione multæ specialissimæ virtutes ad stuporem usque eluxerunt. Nam *morsuus est desideranter; concupiscenti animo preparata,* inquit de cruce sibi erecta. *Confidenter; securus venio ad te; lætanter, gaudens venio ad te. Constante, quia nunquam à prædicatione cessabat. Longanimiter, quia biduo vivens pendit in Cruce. Gratanter, gratias agendo, Perseveranter, quia nunquam nisi morsuus descendere voluit.*

7. *In odorem suavitatis.* Quia S. Andreas sacrificii inveniunt, quod divinus ipse magister instituerat, præcipuum instrumentum & minister fuit, sublimia & ineffabilia ipsius mysteria Ecclesiæ declarando: hoc autem sacrificium oblatum esse dicitur in odorem suavitatis, & ideo in oblatione ealici hæc verba proferuntur: *Pro nostra & totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat.* Ad hæc S. Andreas à tyranno falsis Diis suis sacrificare iussus, respondit: *Ego omnipotenti Deo, qui unus & verus est, immolo quotidie, non taurorum carnes nec hircorum sanguinem; sed immaculatum agnum in altari: cujus carnem posteaquam populus credentium manducaverit, agnus qui sacrificatus est, integer perseverat & vivus.*

8. *In odorem suavitatis.* Chrysoströmus ait: *Vides quòd pro inimicis pati, odor sit bonæ fragrantia, victima acceptabilis?* Porro hunc amorem, hæcque mansuetudinem S. Andreas erga truculentissimo suos persecutores, & quidem erga Ægeam præcipue egregie exhibuit, adeo ut quemadmodum Doctor Seraphicus observat: *Hac compassione fraternâ transfixus Apostolus dicebat Ægeæ: Ego de tuo interitu doleo, non de mea passione conturbor; plus enim ipsum affligebat & cruciabat tyranni futura perditio, quàm tormenta quibus immanissimè torquebatur.*

9. *In odorem suavitatis.* Per hunc suavitatis odorem etiam intelligere possumus illam odoris fragrantiam, quæ etiam post mortem ex ejus se corpore diffudit. Undè dicitur, quòd Christi testimonium magni illius, quo S. Andream prosequatur, amoris, toti mundo per omnes ætates & sæcula manifestum esse voluerit, corpus ejus perenni quodam fragrantissimi odoris

Serm. de
S. Andrea.

Ephes. 5. 2.

Ephes. 2.
in Gloss.
citat.

Serm. 3. de
S. Andrea.

Lib. 1. c. 3.

odoris miraculo eximie decorando. Nam ut Gregorius Turonensis ait: *Andreas Apostolus magnum miraculum in die solemnitatis sua profert, hoc est, manna in modum farine, vel oleum cum odore nectareo, quod de tumultu ejus exundat: per id enim, quasi fertilitas anni sequentis, ostenditur. Imò literaliter in ipso adimpletur, quòd sit in odorem suavitatis; nam ut idem Author referendo prosequitur, dicens: Cum oleum deflexerit, tantum odorem naribus prastat, ut putes ibi multorum aromatum sparsam esse congeriem, quod non sine miraculo & beneficio habetur in populis: nam ex hoc inunctiones facta, seu potiones data plerumque languentibus commodum prastant. Hujus quoque miraculi fidem adauget & confirmat Cardinalis Baronius in annotationibus suis ad Martyrologium Romanum ad diem 9, Maii, quo die trans-*

lacionis corporis ejus commemoratio incidit; dicit enim: *De perenni miraculo scaturientis inde liquoris medici ad curandos morbos totus penè Christianus orbis est testis; in omnes enim regiones ex eo fonte fluxere rivus. Quibus verbis nos addere possumus: Cucurrit populus in odorem unguentorum ejus; siquidem Pius II. refert, quòd quando caput ejus Romam allatum fuit, ex Germania, Gallia, & aliis Alpibus regionibus, tum verò ex Italia innumerabiles advennerunt plebes, & viri multi nobiles, studio visendi sacrum verticem, aded ut in Iubilao, qui sub Nicolao V. celebratus est, quem constat fuisse maximum, nunquam unà die major hominum multitudo visa fuerit.*

Analoga aliquot explicantur, quæ inter mortem & passionem Christi & S. Andreae passionem reperiuntur.

DISCURSUS SECVNDVS.

Simili pœnâ servus cum Domino afflictus est, et popularis homo Regi similia passus.

Sap. 18. v. 11.

1. **H**OC à Sapiente ante tot sæcula traditum oraculum, clarè nobis, ni fallor, prædicere videtur S. Andreae martyrium, passioni & morti Domini sui per omnia simillimum, specialissimum namque S. Andreae privilegiū fuit, quòd qui aliàs vilis Galilææ piscator erat, pari omnino cum Redemptore afficiatur supplicio; idque, quia, ut diximus: *Dilexit Andream Dominus in odore*

suavitatis; hæc enim Christi erga ipsum amicitia & benevolentia eundem ad tantam prærogativam subvexit, siquidem Amicus est alter ego.

2. In hodierno Matutino legimus sanctum Andream ambivisse, non quidem primas in regno hujus Regis sedes, prout duo illi fratres Zebedæi filii; non primatum inter alios, vel regnum Pontificium, aut claves (quamvis videri potuisset illas magis congruenter ipsi fuisse dandas, quàm fratri ipsius natu minori, maxime cum ipse hunc ad Salvatorem agnoscendum per-

perduxerit) non denique apostolatûs dignitatem, sed passionis & mortis suæ similitudinem; *Cruci affixus ad eum migravit, cujus mortis similitudinem concupierat.* Undè clarè deducitur quàm verum sit, quod de benignitate Dei nostri scribitur, nimirum: *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exauaiet.* *Generosus discipulus*, inquit beatus Laurentius Iustinianus, *cœlestem est imitatus magistrum, parem ignominiosa Crucis, ut ille, pertulit pœnam.* Sic honorabitur (ita in lib. Esther de Mardocheo ab Alsuero Rege exaltato scribitur) *quemcumque Rex voluerit honorare.* Christus enim Dominus noster hunc apostolum, qui primus se illius disciplinæ & sequela subdidit, ideoque dilectissimus erat, regis Crucis suæ insigniis honorare voluit. Author quidam antiquus in sermone quodam de hoc festo ita scribit: *Magnificavit B. Andream Christus eo ipso, quòd in multis persimilem illum sibi reddidit in sua passione.* Prima autem observatio, quam circa hanc similitudinem habet, hæc est: *Christus noluit suam passionem à discipulis suis impediri, & iussit converti gladium Petri in vaginam: sic cum fieret concursus populorum clamantium: Innocens ejus sanguis sine causa damnatur, rogavit eos Apostolus, ne suum impedirent martyrium.*

3. *Similia passus.* Christus priusquam confingeretur in Cruce, flagellis excarnificatus fuit: pari quoque modo Ageas sanctum Andream flagellari voluit, ad cujus iussionis executionem multi carnifices defatigati fuere: *instit eum flagellis cadi extensum, qui cum septem cerniones transisset, elevatus est, atque adductus ante eum; trinites igitur olt defatigationem mutati sunt septem ad eum flagellandum destinati carnifices.*

4. Christus Dominus noster majorem doloris sensum habuit ex morte spirituali populi illius, necnon de temporalis eorum, quem prævidebat, interitum, quàm ex tormentis acerbissimis, quibus eum dilaniabant, ac pròinde ad mulieres ob vifos acerbos ipsius dolores amarè flentes conversus dixit: *Filia Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros.* Undè sanctus Anselmus ait: *Ipsi, à quibus patitur, ille compatitur; à quibus vulneratur, ipse medetur, vitam pro-*

curat, à quibus occiditur. Eundem quoque divini magistri sui Spiritum sanctum Andreas imbiberat, atque ideo coram tyranno suo protestatus fuit, majorem se ob animæ ipsius perditionem, quàm ob mortem suam propriam, pati doloris acerbitate. *Ego de tuo interitu timeo, non de mea passione conturbor;* id quod S. Bonaventura considerans ait: *Compati alteri ex vero corde, est quodammodo crucem portare; hac compassione fraternâ transfusus Apostolus dicebat Agea: Ego de tuo interitu doleo, non de mea passione.*

5. *Similia passus.* Salvator noster in passione sua vestibus suis exutus fuit, quæ deinceps in carnicum manibus remanserunt, ut adimpleretur prophetia, qua dicitur: *Super vestem meam miserunt sortem.* Simili modo sanctus Andreas, *exspoliavit me, & vestimenta sua tradidit carnificibus;* tamen ex alia parte verum sit, quòd juxta id, quod Isaias propheta scribit, longè nobiliori habitu suo nudatus vestitus fuerit; sic namque Propheta ad conversiones innumerabilium populorum, quæ in lege Evangelica ad Messiam venturum futuræ erant, alludens ait: *Leva in circuitu oculos tuos, & vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi; omnibus his velut ornamento vestieris; vestes enim, quibus denudatus apostolus se adornavit, fuerunt frequentes multarum animarum ad veram fidem conversiones, non solum ear, quæ operâ prædicationis suæ in multis provinciis factæ fuerunt; verum etiam quæ contigerunt circa innumeros alios, qui ipsius martyrio erant præsentés.*

6. Bonus latro in conspectu omnium Christi filii Dei innocentiam deprædicavit; *Nos quidem justè; nam digna factis recipimus; hic vero nihil mali gessit;* similiter Pilatus se nullum in eo delicti reatum invenire, publicè ex tribunali pronuntiavit. *Nihil invenio causam in hoc homine.* Eodem quoque modo de hoc apostolo vitæ ejus historia attestatur: *Adstantes erant turbe ad viginti millia hominum, inter quos erat frater Agea, qui simul clamabat cum populo, injusto judicio sanctum virum hoc pati.*

7. Prima supplicatio, quam Salvator noster in Cruce suspensus æterno Patri suo proposuit, hoc solum spectavit, ut suis crucifixoribus reatus ipsorum impetraret veniam: *Pater*

Ps. 44. 19.

Serm. de S. Andr.

Indoc. Clāvov.

Luc. 23. 28 Serm. de Pass.

Serm. 3. de S. Andrea.

Matth. 27.

Ista. 49. 18.

Ista 49.

Luc. 23. 41

Luc. 23. 41

Pater ignosce illis: Ita quoque de S. Andrea B. Laurentius scribit: Pendebat in cruce & inimicos suos vincebat; Nihil enim adeo ipsi cura fuit, quam ut se pro salute Tyranni tanquam deprecatores interponeret, turbasque adversus illum ferocientes ledaret, ac mitigaret.

8. In Crucifixione que in Calvaria monte accidit tota Inferni tyrannis prostrata fuit: *Nunc Princeps mundi huius ejicietur foras; & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum: hoc autem dicebat, significans quia morte esset moriturus* Quamprimum Jacob idololum Labani loceri *subter terebinthum sepelivit*, omnes ab eo inimici ejus fugerunt; terebinthus autem illa ex mente sancti Ambrosii Crucis figura fuit, ac proinde ecclesiasticus, ut credo in persona & ex ore Christi crucifixi scribit: *Ego quasi Terebinthus extendi ramos meos, & Hugo Cardinalis ait: Hostes iacob, id est, Demones in crucis memoria effugantur.* Eodem quoque modo sancto Andrea in patibulo pendente, multi pagani ad fidem conversi fuere, magnaque ex parte Idololatria dissipata & profligata fuit.

9. Similia passus, Valde trita est illa sancti Augustini propositio: *Lignum in quo fixa erant membra patientis, etiam Cathedra fuit magistri docentis.* Ex qua propositione Author quidam aliam inter Christum & hunc apostolum verantem similitudinem deducit; dum ait. *Salutaria protulit documenta, septem verbis singularibus, que describunt sancti Evangelista, expressa: Sic & B. Andreas in Cruce pendens: non desistit à sancta predicatione, biduo vivens pendebat in Cruce pro Christi nomine, & docebat populum.*

10. Increduli Hebraei Christo in Cruce pendenti se in ipsum credituros esse promiserunt, dum modo de Cruce descenderet: *Descendat nunc de Cruce, & credimus ei.* Christus autem crucifixus id nequaquam se, sed potius in cruce mori & exspirare voluit. Unde idem paulo ante citatus author ait: *Nostri Redemptoris opus in ipsa cruce manens voluit consummare: ita & B. Andreas noluit vivens de cruce deponi, sed ad Deum orationem fundens petiit, ne vivus de cruce tolleretur, in qua oratione plene etiam à Deo exauditus fuit, adeo ut Deus mirabilis effecerit, quod illi qui ipsum violenter deponere volebant, id facere nequaquam possent, quin potius brachia eorum enervarentur & obtupecerent: Mittentes manus ad Crucem Mansi Sanctuarij Tom. IV.*

cem carnifices non poterant penitus contingere eum: stupebant enim brachia eorum, quicunque se extendissent ad solvendum eum.

11. De Filio Deagonizante Lucas scribit: *Luc. 23. Clamans iesus voce magna ait: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.* Patroformem quoque vigorem sanctus hic tenex nosse post dolorosissimam duorum dierum duarumque noctium agoniam exhibuit: audite quo sine editio- re voce clamaverit: *Voce magna S. Andreas dixit: Ne permittas me Domine iesu Christe famulum tuum de cruce solvi.*

12. Corpus Salvatoris nostri de cruce depositum confestim à devotis Marijs unguentis pretiosissimis delibatum fuit: *Emerunt aromata, ut venientes ungerent iesum.* De corpore S. Andreae pariter scribitur: *Maximilla Christo amabilis, tulit corpus Apostoli, & optimo loco cum aromatis eum sepelivit.*

13. Verum quidem est quod sanctissimus huius nostri apostoli magister, dixerit: *Non est servus major Domino suo.* Veruntamen non minus quoque verum esse novimus eundem Dominum nostrum in capite sequenti dixisse: *Opera que ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet.* Et ideo quando apostolus noster prout à principio diximus, hanc sibi gratiam fieri à Deo postulavit, nimirum ut Christo in sua posset esse Passione similis, Deus qui ex abundantia pietatis sua merita supplicum excedit & vota, non solum hanc ei gratiam concessit, verum etiam ut in multis circumstantiis magistrum suum supercederet, prout ex sequentibus patebit.

14. Postquam amarissimus Passionis calix Redemptori nostro epotandus oblatas fuit; *Cæpit cadere, pavere, & mansus esse:* quia ut sanctus Gregorius inquit: *Nistra mortis in se certamen expressit; nostram namque sibi assumere voluit debilitatem, ut suam nobis communicaret fortitudinem: contra verò quando hic calix sancto Apostolo nostro presentatus fuit, visum est cor ejus gellire præ nimia lætitia, propter jubulum quem ei Crux Redemptoris nostri contulerat: restantur id ipsum efficaces illæ & à corde profectæ ad Crucem directæ exclamations: O bona Crux diu desiderata, & jam concupiscenti animo preparata! salve Crux pretiosa suscipe discipulum ejus, qui pependit in te magister meus Christus.*

15. Christus in Cruce pendens blasphemis & impropriis affectus fuit: *Praterentes blasphemabant eum;* fuitque adimpletum

Ee

illud

S. de
drea.Ioann. 12.
31.

Gen. 35. 5.

Ecccl. 24.
22.Inducus
Custodov.

3. 41

3. 41

Luc. 23.
46.

Matt. 16. 1

Ioa 13. 16.

Ioan 14.
18.

illud fuisse Propheta oraculum: *Tota dis expandi manus meas ad populum incredulum*; imo unanimiter aduersus eam vociferabantur dicentes: *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum; Tolle, tolle, crucifige.* At verò S. Andreas solus Ægeæ impii illius Tyranni iussu crucifixus fuit: totus vero populus e contra tumulua batur, tyrannique iussis spretis non modica excitata seditione se opponerebat, sanctumque apostolum innocentem & sanctum declarantes acclamabant: *Concede nobis hominem iustum, redde nobis hominem sanctum; innocens ejus sanguis sine causa damnatur.*

16. Salvator noster ab hora sexta usque ad nonam vivus in cruce pependit: At verò S. Andreas *biduo vivens pendeat in cruce.*

18. Verbum Patris æternum in sublimi illa crucis cathedra septem verba, ea que omnia mysteriis plena protulit: at verò S. Andreas spatio duorum dierum, duarumque noctium è cruce velut cathedra prædicavit, omnemque circumstantem populum docuit atque convertit. *Docerat populum ad numerum viginti millium ascendentem.*

18. Pilatus Christum crucifixit, ut populi multitudini complaceret, utpote qui eum in crucis patibulo suspensum mori desiderabat:

Tradidit eum voluntati eorum: hic autem totus populus obstreperebat, dum eum è cruce pendulum videbat, imò omni vi & violentia ipsi conatus est è cruce deponere, quod etiam ipsemet Tyrannus populi seditionem compositurus facere iusserat: at verò Deus ut servum suum exaudiret, eique complaceret per miraculum ipsum in cruce perseverare ad finem usque fecit.

19. In crucifixione facta in monte Calvarie *Tenebra facta sunt:* in hac autem miraculosa quadam lux apparuit, quæ corpus illud Apostolicum cingens à circumstantium oculis abscondit.

20. Ex corpore Salvatoris post mortem exiit sanguis & aqua; Ex hoc autem apostoli corpore egressus est liquor olei & manna pretiosissimus.

21. *Quisquis vulnera & plagas Christi devotè meditatatur, ex iisdem devotionis & Spiritus dulcedinem & suavitatem in se redundare experitur;* unde S. Augustinus ad illa nos invitat, dicendo: *Surgit ad melliflua vulnera mel.* De vulneribus autem S. Andrea B. Petrus Damianus inquit: *Cujus passio tanta Spiritus devotione distillat, ut mentes audientium adipe & pinguedine replere videatur.*



Diversæ adducuntur rationes, ob quas S. Andreas dignus Dei Apostolus appellatur.

DISCURSUS TERTIVS.

Andreas dignus Dei Apostolus.

1. **N**elcio profectò an ulli aliorum encomium istud communicatum fuerit, quo sancta mater Ecclesia sanctum Andream honorat, appellando illum non solum Apostolum, verum etiam: *Dignum Dei Apostolum*. Porro sanctus Paulus vas electionis & Doctor gentium, cui mundi totius conversio attribuitur; ad quem etiam, ut eum ex persecutore in Apostolum commutaret, uti graves Authores opinantur, ipsemet Dei Filius de cœlis & à dextra Patris in terram usque descendere voluit, hic inquam de se protestatur dicens: *Non sum dignus vocari Apostolus*. Petrus etiam cui Deus sponfam suam, Ecclesiam scilicet, & claves cœli consignarat, indignum se esse declarat, qui ad tantam Dei maiestatem propinquius accedat: *Exi à me, qui homo peccator sum*. Joannes Baptista de quo ipsa mer incarnata sapientia hoc testimonium perhibet: *inter natos mulierum non surrexit major Ioanne Baptista*; hic inquam à Christo electus, ut eum baptizando, manus suas supra Christi verticem mitteret, liberè se indignum esse profitetur, qui calceos ejus extolvat: *Non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calcamenti*. Denique Spiritibus Angelicis Spiritus sanctus ait: *In Angelis suis reperit pravitatem; Digne eum invenire non possumus*. Quomodo igitur sancta DEI Ecclesia à Spiritu veritatis, qui Spirituum ponderator est, directa gloriosam hunc titulum, *dignus DEI Apostolus*. Sanctæ Andree attribueri non dubitat? Nimirum per singulare meritum suum se præ omnibus aliis Apostolis insigni hoc encomio dignum fecit, eò quod virtutibus factisque

præclaris, muneri suo respondendo tantum encomium sibi comparavit.

2. *Dignus Dei Apostolus*. Experientia docet, quod dum novum aliquod templum erigendum est, primus lapis, qui in fundamentum exordio jactatur, multis ritibus & caeremoniis lacris benedicatur; Crucis quoque signum in eum exprimitur vel inciditur, adornatur, expolitur, quadratur, &c. Enimverò quis est, qui nesciat S. Andream in sublimi illa Ecclesiæ suæ mole, quam supernus ille Architectus Christus Dominus noster meditabatur erigere, primum fuisse in fundamento positum lapidem, ut potè qui inter omnes apostolos primus fuit, qui à Christo in sui sequelam & disciplinam invitatus, & ad agnitionem veræ fidei perductus fuit. De omnibus quidem apostolis dicitur: *Isti sunt qui viventes in carne plantaverunt Ecclesiam*, primus autem hujusce plantatæ Ecclesiæ lapis andreas fuit. *Hanc prerogativam habuit* (inquit Lyranus) *quod fuit primus Christi discipulus, primusque qui Messiam promissum digito monstravit.*

3. *Sapientia edificavit sibi domum*. Porro primum hujusce domus lapidem, id est, primum hunc Christi discipulum & Apostolum, valdè eleganter expositum, adornatum, & quadratum fuisse optimo cum fundamento asserere possumus, maxime cum sanctus Apostolus testetur de se & omnibus: *Idoneos nos fecit ministros*, quem pronè beatus Laurentius Justinianus appellat *Fundamentum Ecclesiæ*. Enimverò Princeps aliquis terrenus ad munus aliquod quempiam eligens, habilitatem & aptitudinem ad tale munus requisitam dare non potest, sed solum muneris illius officium & ministerium ei confert: at vero *Christus idoneos fecit ministros*, & maxime

I. Cor. 15.
9.

Luc. 5. 30.

Joan. 1. 27.

Job. 4. 16.

Job. 37. 23.

In Ioan.
c. 1.
2. Cor. 3. 6.

Apostolos, utpotè quibus præ cunctis aliis majus lumen, clarioremque sui notitiam contulit; Et quidem de S. Andrea Salmeron scribit: *Vide* **Hom. 4.**
Tract. 17. *huic quantum repente luminis sit infusum, ut Messiam agnovisset.* Sanctus enim Andreas, sicut & sanctissimus Præcursor, cujus discipulus paulò ante fuerat, Christum verum Messiam esse præ cunctis aliis clarius & perfectius cognovit. Dionysius Carthusianus de eo quoque scribit. *Gratiarum charismatibus fuit repletus, quia priusquam Petrum fratrem suum ad Christum perduceret, ipse à solo Christo solus edoctus & catechizatus fuit: Quis est, qui nobis dicat, quæ audierint illi à Domino?* inquit S. Augustinus. Ex quo etiam B. Laurentius Justinianus ipsum Ecclesiæ fundamentum appellavit, eandem quoque laudem illi attribui possumus, quam idem S. Doctor Petro attribuit, dicendo: *Dignus certe, qui adificandis in domo Dei populis lapis esset ad fundamentum;* utpotè dignus Dei Apostolus. Quando Jacob Patriarcha ait: *Non est hic aliud nisi domus Dei;* mox quoque *Erexit lapidem in titulum, fundens oleum de super.* Oleum autem in Pl. 44 lætitiæ significat: *Venit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præconfortibus;* Et ideo idipsum in S. Andrea præ omnibus aliis adimpletum esse dicere possumus, utpotè qui ingentem in martyrio suo lætitiæ præ se tulit; ideoque Deus oleum istud, utpotè interioris illius jubili symbolum, in progressu sæculorum ab ejus corpore per evidens miraculum quoddam emanare voluit; Ecce tibi lapidem domus Dei, id est, Ecclesiæ, mystico hoc oleo liberaliter perfusum. In ipso quoque adimpletum fuisse dici potest, quod *oleo lætitiæ præconfortibus suis* perfusus fuerit, illud juxta Glossæ in terlinearis expositionem intelligere velimus, id est, *plenitudine gratiæ;* nam *gratiarum charismatibus repletus.*

Ser. de Pent.

in Matth.

4 *Dignus Dei Apostolus.* Chrysostr. in de Apostolis scribit: *Erant nudi sæculo, indui Christo;* atque ideo ex hoc capite S. Andreas verè dici potest *Dignus Dei Apostolus;* siquidem nullus, qui adeò mundum exiit, seque Christo induit, quam ipse. Vix enim Christum audit erat hisce verbis ipsum invitantem: *Sequere me, & continuo relicta retibus secutus est eum.* Circa quæ verba sanctus Thomas dicit: *Non pensandus est consensus, sed affectus;* hic autem in S. Andrea mundum deserente talis ac tantus fuit, ut eadem præcisiptitudine univèrsam mundum deserturus fuisset, si totius mundi habuisset

dominium, qua rudia & lacera retia sua reliquit: *Non est nimis magnum dimittere omnia, sed perfectio consistit in sequela ipsius.* Etenim scholam quamdam ingrediebatur, tantæ mendicitati subjectam, ut vel ipse scholæ illius supremus Magister de semetipso contemteretur dicens: *Vulpes foras habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* **Matth. 8. 20.**
 Unde Chryologus ait: *Ad unam vocem Domini patrem, patriam, censum reliquit, laboribus, opprobriis, itineribus, contumeliis, vigiliis Christi in æfese in germani societate donatur.* Christum nudum tecutus, in cruce pariter nudus mori voluit: *Vestimenta sua tradidit carnificibus;* interea tamen Christum indutus in cruce pependit: *Induimini Dominum Iesum Christum.*

Ser. 133.

5 *Dignus Dei Apostolus.* Salvator noster Collegium Apostolicum alloquens ait: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem, ac promde ii, quæ in hoc amore ferventiores esse probarunt, digniores assumendi sunt hujus scholæ discipuli;* Hæc autem dilectio & caritas in zelo salutis proximi specialiter relucet. Unde Apostolus ad Romanos scribens, postquam dixisset: *Desidero autem videre vos,* mox subdit quo fine id desiderarit: *Ut aliquid vobis impertiar gratiæ spiritualis;* ubi Rabanus ait: *Discere debemus hoc opus esse Apostolicum.* De sancto Andrea autem scribitur, quod *innumerabiles homines ad Christum convertit;* Quot enim Provincias & regna percurrendo invisit, ut infidelium animas deo lucrificeret? Imò quod vel maximè stupendum est, ipsius præ persecutoris & Tyranni sui animam Christo lucrificare (licet irritò profus effugit) omnium industria studuit. Et quidem vix limini scholæ Christi pedem intulerat, & ecce protinus apostolorum hunc spiritum imbibit. *Tantum unâ nocte profecerunt* (inquit de iplo & Colle, a ejus Euthymus) *ut ad aliorum venerationem sequenti die procederent.* Salmeron quoque ait: *Andrea nomen ponitur quasi primi Christiani, & Christum aliis prædicantis, quique primum piscem, nempe Petrum, reti Evangelico ad Christum traxit.* Hugo cardinalis verba illa Evangelistæ: *Invenit hic primum fratrem suum Simonem,* notans, dicit ea ita intelligenda esse, id est, *antequam alios inveniret: in quo notatur, quod multos vocavit Andreas ad Iesum.*

Ioan. 13. 35

Rom. 1.

Tom. 4.

Tract. 17.

6. Sanctus Paulus ad Romanos scribens ait: *Per quem accepimus gratiam & Apostolatam;* Ex quo loquendi modo satis apparet, quod *Apostolatus* idem sit quod *gratia*. Imo modernus quidam interpres, circa illa ejusdem S. Apostoli verba: *Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, per hanc gratiam munus apostolicum intelligit: Per gratiam Apostolicum munus intelligit.* ac proinde vide quàm benè & exactè S. Andreas documentum illud adimpleverit, quod S. Petrus frater ejus hæc verbis tradidit: *Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illum ad ministrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei.* Etenim hanc gratiam minimè in se otiosam esse permisit, sed potius eum omni studio & conatu, ministerio & dignitati apostolicæ correspondere studuit, adeo ut etiam dum jam in Cruce pendulus esset per duos dies & noctes ab Evangelii prædicatione minimè destiterit; ideoque meritissimo jure *Dignus Dei Apostolus* appellatur.

7. Chrystostomus de S. Paulo, qui per Antonomasiæ apostolus appellari solet, ita scribit: *Apostolorum dignitatem extollens ait; Pro Christo legatione fungimur.* Porro S. Andreas se præ cunctis aliis æterni illius Pontificis Legatum, ut ita dicam à latere esse probavit, siquidem in Cruce mortuus est, eamque tanquam excellentissimum inigne suum gestavit, ideoque longè meliùs Paulo gloriari potuit, dicendo: *Mini autem absit gloriari nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi* S. Augustinus ait: *Vbi mundi Philosophus erubuit, ibi Apostolus thesaurum reperit;* id quod S. Apostolo nostro pariter accidit, siquidem visa Cruce ita præ gaudio exultavit, ac si inestimabilem in Crucis patibulo reperisset thesaurum.

8. Verum advertendum est, quod postquam apostolus dixisset: *Pro Christo legatione fungimur,* protinus subjungat: *Tanquam Deo exhortante per nos,* ubi Hugo Cardinalis ait: id est *quando exhortamur vos, idem est, ac si Deus exhortaretur vos,* id quod nullus Andrea efficacius præstitit, utpote qui in Cruce prædicans alter quidam Redemptor crucifixus esse videbatur; vel saltem præ omnibus aliis Apostolis melius & verius dicere poterat: *Prædico Christum crucifixum*

9. *Dignus Dei Apostolus.* Chrystostomus apostolos hæc verbis describit: *Tanquam incudes quadam animata cum sitis, dum cadimini, eos qui vos cadunt ad cognitionem instruitis,*

Quæ sancti hujus Doctoris sententia consonat cum illa Apostolorum Magistri dicentis: *Discite à me, quia mitis sum,* quasi diceret, in schola mea præcipuè mansuetudinem discite; Hanc autem S. Andreas in Cruce præclarè exhibuit, in qua Deum tanta cum efficacia pro crucifixoribus suis oravit; atque ideo verè fuit *Dignus Dei Apostolus,* ob benignissimam ejus versùs Ægeam exercitam mansuetudinem; quanto enim hic erga ipsum crudelior erat, tanto majori erga eundem tyrannum accendebatur amore & charitate ex toto corde illum Deo lucrari desiderans: *Ego de tuo interitu timeo, non de mea passione conturbor.* Cùmque populus in tumultum seditionemque adversus Ægeam concitatus, necem illi inferre meditaretur: *Venit ad eum multitudo penè totius Provincia, cum Ægeam vellent occidere, & Apostolum liberare;* S. Andreas ut eum à mortis periculo eximeret, sua se quæ in populo eminebat, autoritate interposuit, populo ut sibi acquiesceret persuadendo, utpote qui ad domini sui imitationem acerbum illud martyrium pateretur libenter *Traditus Dominus omnem patientiam præbuit, non contendit, neque clamavit.* Similiter quando tyrannus ad populum sedatum in procinctu erat, ut eum liberaret, dixit: *Quid tu ad nos Ægea venisti? Si vis credere Christo sicut promisi, aperietur tibi via indulgentia: Si autem venisti ad hoc tantum, ut me salves, ego penitus hinc de ista Cruce vivens in corpore deponi non poterò; jam enim Regem meum video, jam adoro, jam conspectus ejus consisto, sed de tuis miseris doleo, quia paratus te expectat æternus interitus.*

10. *Dignus Dei Apostolus.* Calistus II. Papa, inter alia, quibus apostolos hoc orat epitheta, hoc quoque recenset, quo illos *Manna Domini* appellat, sicut enim hoc iis, qui eo se nutriebant, omnes conmutabant saporibus, dummodo in amicitia Dei consisterent (*dulcedinem tuam in filios*) ita quoque credibile est, apostolis omnia dona & gratias communicatas fuisse, quæ in aliis fuerunt divisa. ac proinde etiam hoc capite sanctus Andreas est *Dignus Dei Apostolus,* siquidem ipse primus omnium fuit, cui cæleste hoc manna est communicatum, id est, qui cælestibus virtutum, donorum, & gratiarum thesauris fuit locupletatus; utpote primus omnium ad Apostolatam vocatus: *Præmit eum in benedictionibus dulcedinis.* Enimverò Chrysologus pulchram in medium adducit rationem, cur Salvator non

Serm. in
Vigil. S.
Iacobi.

Sap. 16. 21.

Serm. 79.

per sacratissimi corporis sui aromatibus condiendi officium suis non reservaverit Apostolis, sed potius illud devotis Mariis exequendum reliquerit, dicit enim: *Infundunt illa oleum isti sanguinem fundunt: illa portant aromata, isti flagella;* quasi diceret: Mariæ quidem Christi corpus odoriferis unguentis honorant: at vero Apostoli corpus Salvatoris nostri mysticum, id est, Ecclesiam ejus sanguinis sui velut pretiosissimi balsami effusione condire satagunt. At vero

quis est inter omnes Apostolos, qui per flagella, Crucem, sanguinisque sui effusionem tanto cum jubilo & lætitia factam, majorem Andrea edidit odoris fragrantiam? In cujus proinde signum credibile est factum fuisse, quod singulari DEI providentia in meritorum ejus remunerationem per perenne quoddam miraculum, ut paulò post dicemus ab ejus jam mortui sacro corpore manna quoddam sive oleum odoriferum scaturiat.

S. Andreae lætitia, quâ Crucifixionis suæ tempore perfusus fuit, fufius consideratur.

DISCURSUS QUARTVS.

Proposito sibi gaudio sustinuit Crucem.
Ad Hebr. Cap. 12. v. 2.

Tametsi verum sit S. Paulum Apostolum verba hæc de Redemptore nostro propriè scribere, nescio tamen an non sine temeritatis nota, *ve* ba prædicta multo magis in ejus tantopere sibi dilecto discipulo adimpleta fuisse dici possint, quia tametsi quidè verum sit, quod Christus *exultavit ut Gygis ad currendam viam*, quodque Petrum passionem ejus impedire volentem acriter reprehenderit, dicens: *Calicem, quem dedit mihi Pater non vis ut bibam illum?* Vesuntamen mox ut presentatum sibi amarissimum passionis suæ calicem vidit: *Capit paveret, cadere, & mæstus esse*: at vero S. Andreas mox ut patibulum suum, in quo suspendendus erat, conspexit, audite in quantæ teneritudinis verba protinus eruperit, dicens: *O bona Crucis diu desiderata, & jam concupiscenti animo preparata; securius & gaudens venio ad te.* Porro supplicium Crucis, primi illis sæculis adeo ignominiosum fuit, ut dum infideles

Judæi Cœlestis gloriæ Regi maximam conciliare confusionem intenderent, Crucis supplicium ei de re veriat, dicentes: *quasi morte turpissima condemnemus eum*; unde ad patibulum condemnari tantam reo conciliabat infamiam, quantam hodie contrahit, qui condemnatur ad furcam; imo atrocitas illius supplicii verbis exprimi nequaquam potest. Unde quando S. Andreas Agææ dixerat: *Quicquid tibi videtur in supplicij manus, excogita*; Tyrannus hanc ejus petitionem protinus complere & exaudire volens: *cruci eum affigi præcepit, mandans, ut ligatis pedibus & manibus quasi in equuleo tenderetur, ne clavibus defixus vivo descideret, sed cruciaretur longo cruciatu.* Cogitate quales & quanti hi dolores fuerint, quos sanctus ille senex in ætate decrepita duorum dierum, duarumque noctium spatium sustinuit, dum brachiis pedibusque rigidissime expansis, grossisque funibus nodosisque aliis vinculis, quibus & ossa confringi, & variæ corporis partes lacerari aut rumpi poterant, fortiter artèque adstrictis in Cruce pendulus hæretet. Et tamen quod vix ullus homi-

minimū fecisse legitur, lætus, jucundus, & hilaris ad Crucem velut ad amplexum sponsæ charissimæ processit. Unde sanctus Bernardus ait: *Quis mortalium mortem lætus aspexit, quæ cunctorum terribilium extremum esse dicitur?* Porro fuere nonnulli cateroquin validi fortelque viri, qui per solam imminētis mortis apprehensionem in una nocte omnino incanuerunt. Carthusianus quoque ait: *Omnium terribilium terribilissimum est mors*, secundum Philolophum, *ita ut sicut omnia naturaliter appetunt esse & vivere, sic naturaliter refugiunt corrumpi & mori*; Et tamen hoc non obitante inquit idem Dionysius, Apostolus noster mortem, imò & mortem Crucis, quasi omnium appetibilium appetibilissimum apprehendit, appetiit, atque amplexus est. Sanctus Bernardus in Sermone, quem habuit in Vigilia hujus Festi, scribit: *Andreas homo erat similis nobis, passibilis, & tam vehemēti ardore spiritus crucem sitiebat, tam inaudito à seculis gaudio tripudiabat*. Etenim sanctus Apostolus noster non solum se Crucis avidum, sed & tanto ejusdem amore captum esse probabat, ac si dilectissima ejus Sponsa, cordisque delirium fuisset, cælestisque Paradisi in ea nota set pulchritudinem: *O bona crux, quæ decorem & pulchritudinem de membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quisita, & aliquando jam concupiscenti animo preparata; accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit*. Imò ardentissimus ejus erga Crucem amor eoufque ascendit, ut si possibile fuisset, unice & ipsam quoque Crucem ingentes quoque jubilans gaudii affectus concipere desiderasset: *Ita & tu exultans suscipias me discipulum ejus, qui pependit in te. Non se capit præ magnitudine gaudij, inquit S. Bernardus, ergone tanta est exultatio, ut exultet & ipsa crux? Quid amplius contra naturam, supra rationem, ultra naturam crucifixum exultare quàm crucem? Huic sensum latitæ natura negavit*.

sed cum hoc insensato ligno miscuit, in Surio hæc verbis descriptum legimus: *O bona crux, quæ decorem & pulchritudinem de membris Domini suscepisti, diu desiderata, sollicitè amata, sine intermissione quisita, & aliquando jam concupiscenti animo preparata; accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit*. Imò ardentissimus ejus erga Crucem amor eoufque ascendit, ut si possibile fuisset, unice & ipsam quoque Crucem ingentes quoque jubilans gaudii affectus concipere desiderasset: *Ita & tu exultans suscipias me discipulum ejus, qui pependit in te. Non se capit præ magnitudine gaudij, inquit S. Bernardus, ergone tanta est exultatio, ut exultet & ipsa crux? Quid amplius contra naturam, supra rationem, ultra naturam crucifixum exultare quàm crucem? Huic sensum latitæ natura negavit*.

2. Verum enimvero quid mirum si sanctus Apostolus Andreas Crucem exultantem videre desiderarit; siquidem verisimile est, aridum hoc Crucis lignum in hac S. Andrea in ejus amplexu tolerata passione majorem quam unquam Ipei virorem concepit, in hoc sene & decrepito, & tamen gaudenter Crucem conscendente Apostolo toti mundo palam futurum esse ac manifestum, qualiter pro amore Christi pati & dolere jubilem semper & gaudium ineffabile annexum habeat, id quod inde vel maximè procedit, quia videlicet Crux Redemptoris nil nisi infinitam quandam amaritudinem secum habuit; ipse etenim fel solum & acetum potavit, ut nobis mellis dulcedo reliqua maneret; ipse quoque sine ullo profus solatio exteriori mori voluit, ut hoc ipsam in quo ob ejus amorem torquendi & cruciandi essent penitus reservaret. Unde sanctus Stephanus, qui omnium Christi Martyrum primus fuit, in lapidibus, sub quibus occubuit, mellis favum invenit: *Lapides torrentis illi dulces fuerunt*. Medicus medicinali alicujus experientiam exploraturus, illud ipsum alicui juxta Regulas artis Medicæ desperationi infirmo porrigere solet, ut vel sic virtus ejus magis eluceat; Christus qui *Magnus de celo Medicus appellatur*, salutem animarum cum Cruce sua conjunctam & associatam esse sciebat: *Qui vult venire post me, tollat crucem suam, ut autem manifestam hujus ederet experientiam, totique mundo palam faceret Crucem non adeo exhorre-*

Serm. in
Vigilia
Andree,

Serm. 1. de
S. Andrea

Serm. 5. de
S. Andrea

scendam atque abominabilem esse, sicut mundi oculis esse videtur, eandem vero cuidam seni decrepito, & per jejunia, peregrinationes, tormenta, aliosque labores innumeros tot annis per Evangelii in tot Provincias & regnis factam prædicationem toleratos extenuato & exhausto imposuit, eumque in ea cruce lærum, jucundum atque festivo quodam gaudio perfusum ab omnibus spectari voluit, haud fecus ac si in dilectissima Sponsæ suæ amplexibus hæreret, voluitque eum cum illo cordis júbilo dictam crucem conscendere, ac si in cursum quandam triumphalem subveheretur. Unde Dionysius Carthusianus ait: *Quamvis legamus multos Sanctorum utriusque sexus cum grandi lætitia ad Martyrium properasse, de nullo tamen scriptum est, quod cum tam excessivo gaudio, tamque devoto & gaudio eulogio ad mortem profectus sit* q. d. Quod aliquis pro Christo patendi avidus tormentis sibi inferendis ultrò citroque occurrat, non lamentetur, sed in mediis flagellis, & castis, equuleis constans & magnanimus perseveret, hoc quidem in nonnullis Martyrum actis sufficienter legitur: at verò quod aliquis tam acerbis doloribus, cum tanta amoris teneritudine occurrat, prouti Andreas fecit, hoc est, quod vix ullum in historiis exemplum habere existimo. Unde Dionysius Carthusianus pergit dicere: *Nequaquam contremuit, sed quantum alij, qui ducuntur ad mortis supplicia, vultu pallebant, horrore concutiuntur, verbis deficiunt, & animo infirmantur, tantum felix iste Apostolus cruce conspecta, vultu resplenduit, exultatione repletus est, verbis invaluat, & corde firmatus est, nempe quam ignita, quam devotissima, quam affectuosissima protulit verba! Salve Crux, que in corpore Christi dedicata es, & ex membrorum ejus margaritis ornata. Ecce quænam S. Andreas in hac Sponsa sua monilia recognoscat. Pergit verò ulterius dicere: *Antequam te ascenderet Dominus, timorem terrenum habuisti, modo verò amorem caelestem obrinens, pro voto susceperis: Scientis enim à credentibus, quanta intra te gaudia habens, quanta munera preparata. Ecce tibi consalutem hujus dotem & munera: Securibus ergò & gaudens venio ad te, ita & tu exultans suscipias me Discipulum ejus, qui pependit in te: quia amator tuus semper fui & desideravi amplecti te. Quis horum gratiositatem verborum (inquit Dionysius Carthusianus) satis miretur**

Serm. 6.

ac laudet? S. Bernardus attonitus & stupefactus interrogat: *Obsecro fratres, homo est qui loquitur hæc, an non est homo, sed Angelus, aut nova aliqua creatura?*

3. Valde celebre est factum illud, quod in Exodo recensetur, nimirum quod quando Moyses brachia sua cælum versus in crucis formam extollente, populus Israël gloriosam de Amalech reportavit victoriam, in eodem loco Altare quoddam erectum fuerit hunc præ se ferens titulum: *Exultatio mea*. S. Cyrillus alexandrinus in ea est opinione, quod per hanc brachiorum Moysis in cælos sublationem præfigurata fuerit Christi crucifixio, per quam hostis tartareus proflus conternatus fuit; Et quidem quicquid sit quoad hanc opinionem, hoc saltem est omnino verissimum, quod olim *omnia in figura contingebant illis*; atque adeò per hanc Moysis posituram dici quoque potest S. Andream fuisse præfiguratum, qui suas in cruce manus extendens insignem adversus infernum obtinuit victoriam, subvertendo idololatriam, qui proinde hoc crucis suæ altare horum verborum incisione exornare potuit: *Dominus exultatio mea*; siquidem crucem videndo ait: *Ita & tu exultans.*

Exod. 17. 12.

Lib. 3. de Inscr.

4. advertendum quoque est sancti andree humilitatem in eo plurimum eluxisse, quod se crucis servum appellaverit, cujus ut auditis indubitatus Sponsus erat: *Andreas dixit: Ego crucis Christi servus sum, & crucis trophæum optare potius debeo, quam timere*. In hac autem Sponsa gratiam pariter adinvenit & gloriam: *Si crucis patibulum expavescerem, inquit ad Tyrannum, Crucis gloriam non predicarem*. S. Paulus quoque ait: *Vidimus Iesum per passionem mortis, gloria & honore coronatum* Ubi S. Ambrosius ait: *Hic ostendit, quia gloria & honor crux est Christi* Hanc igitur gloriam sanctus andrea cordi suo firmiter impresserat Unde se maximopere exaltatum esse reputabat, quando se gloria & honoris Magistri sui vidit esse participem.

Hebr. 2. 9.

5. In hac quoque crucis suæ Sponsa amplissimam reperit dotem, & thesaurum inexhaustum, id est, pœnas & tormenta, quibus eum æterni cuiusdam regni comparari potest lucrum. S. Petrus Damians de Inventione Crucis tractans ait: *Hodie quia Crucis Inventionem colimus, quasi reperto communi rotius mundi thesauro, Chrysolomus ait: Qui in cruce est,*

Hom. de divite & epulone. Serm. 9. de Passione.

ce est, non vim facit: & crux & statim paradisa. Et S. Leo ait: *Secura est expectatio promissæ beatitudinis ubi est participatio dominicæ passionis* Atque ideo S. Andreas dicebat: *Securus & gaudens venio ad re.*

6. Nobilitatem quoque eximiam in hac sponsa sua invenit; nam ut S. Hieronymus ait: *Regum purpuras, & ardentes diadematum gemmas patibuli salutaris figura condecorat.*

7. Denique omnia gaudia & solatia sua in hac sponsa sua invenit, in cujus signum post mortem pretiosissimam manna è corpore ejus scaturit, quod, ut omnibus constat, omnes in se fapores continebat. *Omne delectamentum; unxit enim Deus Deus suus oleo latitiæ; voluit namque Deus, ut quod in signum excessivæ latitiæ & gaudii sui, quo cor ejus in mediis tormentis gestiebat, per hujus olei perennem derivationem vivum quoddam penes mundum remaneret testimonium.*

Serv. 2. de Dedic.

8. Celebris est illa S. Bernar. di circa crucees, quæ in ecclesiarum consecrationibus sacro inunguntur chrismate, observatio. Dicit enim: *Vnde necesse est, ut unctio spiritualis gratia adjuvet infirmitatem nostram, multimoda paenitentia crucees devotionis sua gratia liniens. Eiusque hanc protinus reddit rationem: Quia*

nec sine cruce sequi Christum, & sine unctioe crucis asperitatem ferre quis possit. Hinc est quod multi abominantur, & fugiunt paenitentiam, crucem quidem videntes, sed non unctioem nostram. Porro hujus Andreaticæ crucis unctioem à tot sæculis continuata experientia comprobatur; siquidem ab ejus Cruce, id est, à crucifixo ejus corpore hoc oleum perenniter scaturit, per quod perenne miraculum æterna Dei providentia, uti ego quidem existimo, fideles suos docere intendit, ut & ipsi exemplo S. Andree crucem suam libenter deserant, eo quod unà cum crucis tormento felici quoque nexu interiora gaudia & consolationes conjungere soleat: *Cruces devotionis sua gratia liniens.*

9. Nostisne quænam sit causa, cur hodie in multis adimpleatur id, quod S. Paulus lachrymantibus oculis ad Philippenses scribit: *Multi ambulant, quos sæpè dicebam vobis, nunc autem & siens dico, inimicos crucis Christi? mirum hujus nulla alia ratio est, quàm quod qualis crux Christi sit, experiri nolunt, tamen si ponderosissimam mundi crucem experiantur sapienter. Credamus igitur S. Andree, qui ideo in cruce gavisus est, & de cruce deponi noluit: Ne patiaris me ab impio iudice deponi, quia virtutem sanctæ crucis agnovi.*

De Cruce spirituali S. Andree, & de patibulo in quo pependit dum populum doceret.

DISCURSUS QUINTVS.

Biduo vivens pendebat in Cruce B. Andreas pro Christi nomine, & docebat populum.

1. **S**ANCTUS Andreas in præparato sibi à tyranno patibulo integro biduo pependit; at vero aliam quandam crucem per plurima innoxiorum curricula portavit, illam nimirum, de qua S. Maximus scribit: *Tota vita Christiani*

Hom. 2. in nat. Mart.

Mansi Sanctuarii Tom. IV.

ni hominis, si secundum Evangelium vivat, crux est. Quibus in verbis ad nostrum propositum notanda est dictio illa: *Christiani hominis*; siquidem verè & cum fundamento asserere possumus S. Andreæ primum Christianum fuisse, id est, primum extitisse, qui se Christi discipulæ & sequelæ commisit, ipsum tanquam ve-

FF

rum

rum in lege promissum Messiam agnoscendo. Quam porro crucem ingenti cum merito detulit. S. Bonaventura pro sermone quodam, quem in hac solemnitate dixit, hoc sibi thema assumpsit: *Christo confixus sum cruci*; ac demum in cruce materiali dimensiones varias considerari posse docet, scilicet profunditatem, altitudinem, latitudinem & longitudinem; tandem vero ad S. Apostolum nostrum descendens dicit: *luxta hac quatuor Crux spiritualis quatuor habuit, quam crucem ipsam Apostolus Christi portavit: nam habuit in se profundum humilitatis, habuit altitudinem paupertatis habuit latitudinem charitatis, & habuit longitudinem longanimitatis.*

2. Et quidem in primis profundum habuit humilitatis, quia tamenti Petri frater natu major esset, eidemque primordiale Christi notitiam communicasset, nihilominus se illi in primatu & supereminetia super collegium Apostolicum tanquam capiti Ecclesie potitabitum fuisse videns, nec quicquam indignatus, quin potius impensissime gavitus fuit: *Hanc nobis vera humi-*

Serm. 1. de litatis normam (inquit S. Petrus Damianus) *S. Andrea. per quam illum recta via sequeremur.* Similiter omnes pedibus suis subtravit respectus humanos, dum primus se Christi discipulus ad dicit, eo

Psal. 21. 7. *præcipue tempore, quo vel maxime dicere poterat: Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis; vel etiam tempore illo, quo, ut B. Laurentius Justinianus ait: Necdum miracula viderat. Quod idem etiam do-*

Tom. 4. Tract. 17. *ctissimus Salmeron notavit, dum ait: Profecto maxima laus Andrea est, quod primus omnium se ausus fuerit credere Christo. Notatis velim hanc phrasin dicendi, quia eo tempore à Scribis, Phariseis, Sacerdotibus, Principibus synagoga, & Pontificibus summis continuis instabatur acerrimisque persecutioibus: Conspiraverunt Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret.*

Ioan. 9. 22 *3. Habuit etiam altitudinem paupertatis; quia relictis omnibus secutus est eum. In cuius evidens signum nudus planè omnibusque vestibus spoliatus in Cruce mori voluit: Vestimenta sua carnificibus tradidit*

4. Similiter *Latitudinem charitatis* habuit; nam ut B. Petrus Damianus de ipso scribit, divini amoris ignem ipse in multus accendit, qui ab eo conversi, gloriam & honorem Dei egregie

zelarunt: *Insignes bellatorum Christi animos igne divini amoris inflammat.*

5. Denique *Longitudinem* habuit *longanimitatis*, quia in omnibus persecutionibus adversus eum motis, quæ per tot annorum spatium innumerabiles fuerunt, patientissimus semper permansit. Undè Casarius ait: *Vincula, quibus ligatus fuit ad crucem beatus Andreas, præcepta sunt obedientia, qua manus, id est, opera; & pedes, id est, affectus nostros ligare debent, & nos tandiu, donec veniat qui solvat, leus Christus Dominus noster.* Et in hac quidem spirituali crucifixione per longissimum annorum decursum constantissime perseveravit.

6. *Biduo vivens pendeat in cruce.* Ponderemus nunc materialis crucis martyrium: *Vivens pendeat*, ubi dictio illa *vivens*, non solum nobis exprimit, quod per duos illos dies & noctes mortuus non fuerit; verum etiam nobis insuper declarat, quod in ea vividus, vegetus, vigorosus & jucundus permanerit, haud secus ac si ab illo crucis patibulo vitam & spiritum quandam novum recepisset, fuissetque illi patibulum hoc arbor vitæ vires corporis per omnia vegetans, prouti ex eo clarè satis deducitur, quod efficacissimis instantissimisque precibus ne à cruce deponeretur, Deum rogavit; anxio etenim corde Deo suo dixit: *Ne permittas eum, qui jam per crucem cognovit magnitudinem tuam ab Ægea homine corruptibili humiliari, sed suscipe me tu magister meus Christe, quem dilexi, quem cognovi, quem confiteor, quem cernere desidero; jube me de ista cruce non deponi, nisi prius spiritum meum susceperis.* Qua etiam in oratione continuo à Deo exauditus fuit; sed quidem inter dilectæ sponsæ suæ, id est, crucis amantissima brachia mortuus fuit.

7. Non dubito quin ventulari aliquando audieritis dubium istud, nimirum quam obrem Redemptor noster post præsentatum ei crucifixionis suæ calicem tanto fuerit timore percussus: contra vero sanctus Apostolus Andreas ad ejusdem calicis aspectum tantoperè præ gaudio tripudiarit & gessit! Pro cuius resolutione memorandum, quod Deus primam matrem nostram Evam formaturus, costam quandam ab Adamo sustulerit, repositam tamen vel substitutam in sublatis ossis carne: *Replevit carnem pro ea; at verò si dixeris: Cur non potius in sublata costæ locum novum os sive novam costam substituerit?*

Re.

Hom 2 de
S. Andrea.

Ephes. 5. 32 Respondeo: *Sacramentum hoc magnum, ego dico in Christo & in Ecclesia.* Sicut enim ab Adamo costa quædam dura, solida & fortis sublata, in ejusque locum caro fragilis substituta fuit, ita quoque sacrosanctæ Redemptoris nostri humanitati (ipsomet particulari suâ dispositione ita volente) omnis vigor & fortitudo adempta, in ejusque locum hujusce nostræ fragilis humanitatis debilitas ab eodem Redemptore nostro admisa fuit, ut hæc ratione in progressu sæculorum in fideles ex ejus amore proinde ipsius dira tormenta passuros roboris sui imperterrita firmitas & soliditas transmitteretur. Unde S. Ambrosius ait: *Suscipit tristitiam meam, ut mihi suam latitiam largiretur.* Verùm quidem est quod tristitia, quam Christus in horto Gethsemani perferens, S. Andreas potius converteret: at verò, suas inter se vestes pariter commutarunt. *Rom. 12. 14* S. Andreas *Induit Dominum Iesum Christum.* Quid vero inde subsecutum fuit? *Carnis curam non fecit; Christus nostrâ se mortali carne vestivit, quia habitus inventus ut homo; atque ideo cepit cadere & parere.*

8. Contingit nonnunquam quod generosus aliquis belli dux, ne ex visu in prælio agnitus capiat, arma sua cum simplici quodam pedite commutet: ita quoque Christus Dominus noster, ut se in cruento passionis suæ prælio, quod fieri posset, tartareo hosti suo debellare eum volenti absconderet (quia si cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent) arma sua nobiscum mutavit, dum nimirum tot generosos milites pro ipsius defensione ad fastuosam diaboli tyrannidem totaliter dissipandam pugnatores, armis suis induit, qualia sunt generosa fortitudo, & invictum animi robur, quæ illis adversus persecutores, suppliciorumque acerbitates communicavit.

Coloss. 24. 9. Adimpleo, inquit S. Apostolus, ea quæ desunt passionum Christi in carne meâ pro corpore ejus. Porro certum est, quod passioni Redemptoris nihil unquam defuerit; siquidem copiosa apud eum redemptio; cur igitur Apostolus audacter: *Adimpleo, &c.* Nimirum passioni Christi nostrâ deerat cooperatio; non enim Christum crucem suam portasse sufficit, nisi nos quoque inde proficiamus, singulique nostras pariter cruces deferamus; id quod præ cæteris sanctus Andreas Apostolus optimè executus fuit: siquidem, prout in Discursu secundo vidimus,

crux hujus Apostoli quadantenus cruce Christi gravior, major & superior fuisse videtur, idque quia Salvator noster calicis amaritudinem sibi soli vendicavit, ut huic Apostolo nobisque omnibus calicem vini dulcis potandum relinqueret. Optimè S. Hilarius notat, non dixisse Christum: *Transseat me calix iste; sed, Transseat à me, id est, quo modo à me bibitur, ita ab his bibatur, sine spei dissidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis;* quod enim calicem mortis ebibere te givertatus non fuerit, vel exinde patet, quia paulo post traditori, & armatis turbis atque fidelibus capere eum volentibus animosè obviam processit.

10. Quarevis & aliam considerate possimus rationem differentie, quæ inter Christi tristitiam, & jubilum sancti Andree intercessit; nam crux Filii Dei omnibus totius humani generis peccatis onusta erat: siquidem *peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* Et id eò quid mirum, si immensa quædam innumerabilem culparum moles Redemptori nostro tantas angustias conciliavit? at vero patibulum sancti Andree immensum in se decorem & pulchritudinem ex Christi membris ei communicatam in se continebat: *Decorem ex membris Domini suscepisti.* Præterea licet crux Christi antea fuerit instrumentum maledictionis: *Maledictus qui pendet in cruce;* attamen postquam Christus eam semel conscendit, factus est fons vivus cœlestes benedictiones copiosissimè scaturiens; unde etiamnum in Ecclesia mos est valde usitatus, Crucis signo impertiendi benedictiones.

11. *Docebat populum.* Est hæc altera consideratio, quæ in propositi thematis verbis nobis reliqua remansit. Sanctus etenim Apostolus noster tanta cum animi libertate in cruce hæret, ut eidem velut cathedræ insidens vel in hærens disertis verbis docuerit populum circumstantem. Quænam uspiam inveniēs tanto animarum salutisque alienæ zelo succensum, ut etiam in ipsamet durissimorum suppliciorumque carnificina, omnium dolorum tormentorumque oblitus, vel saltem illa nequicquam curans, omnique dolore acerbissimoque martyrio superior, nihil aliud adeo curet vel cogitet, quam salutem alienam salutaria proximis monita subministrando: *Andreas rogabat populum, ut non impediret passionem ejus; gaudens enim & exultans ibat, & à doctrina non cessans.* Quando Verbum incarnatum per di-

Ioan. 4. 31.

Ioan. 1.

tam illam Samaritæ oviculam divini verbi sui virtute ad ovile suum reducere satagebat, Apostoli, & inter hos S. Andreas illi cibum contulerunt ad manducandum: *Rabbi manduca; ille autem dicit eis: ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Hoc igitur spiritali cibo conversionis animarum & verbi Dei, quod Andreas circumstantibus predicabat (siquidem docebat populum) duobus diebus totidemque noctibus se vivum, rigorosum & fortem consternavit. Hunc zelum animas lucrandi à primo instanti, quo Messiam cognoscere cœpit, clarè satis probavit; siquidem uni cum alio quodam sodali suototam & solidam noctem cum Christo commoratus fuit, postquam ut Christi discipulus fieret, relicta Baptistæ scholâ ad meliorem & sublimiorem Christi scholam se recepit. S. Bonaventurâ in cap. 1. S. Joanni Chrysostomum adducit dicentem: *Quod totâ illâ nocte fuerunt: voluptati, scilicet doctrinæ Dei, ut confessum alteruter ad aliorum venationem veniret; & ex hoc patet, quòd ididò tam breviter manserunt ob festinationem ad annuntiandam aliis arcana, quæ audierant; & ob aliorum conversionem: nam indubitè Andreas adduxit fratrem ad ipsum Iesum.* Angelicus quoque Doctor de ipso attestatur, dicens: *Prior conversus est ad fidem Christi perfectè: tum etiam Christum primus predicavit; unè sicut Stephanus fuit primus Martyr post Christum, ita & Andreas fuit primus Christianus.* Idem quoque opinè ad hoc se reflectit, quòd scilicet Andreas inventum hunc inestimabilem thesaurum non sibi solè reservavit, sed aliis quoque partem thesauri hujus communicaverit: *Non detinuit apud se inventum thesaurum, sed festinat & currit citò ad fratrem, traditurus ei bona quæ suscepit.*

12. Verùm enunverò nequaquam mirari oportet quod S. Apostolus noster etiam jam in crucem actus, verbum Dei tanta cum eloquentia & insigni fructu ministraverit, quia si ipsum inter apostolos diceremus esse primum, qui verbum Dei audivit, quique Evangelicæ prædicationis reti captus permansit, nos haud procul à veritate aberraturos esse existimarem: *Horâ autem erat quasi decima, inquit S. Joannes, quando Christus Andream allocutus fuit. Et ideo Lyranus ait: Id est, prope vesperam: Ex quo patet ardor ad audiendum Christum; quia cum horâ vespertinâ soleant homines reversi ad*

propria domicilia, tamen omnibus dimissis mansit cum Christo usque in crastinum, desiderio audiendi ipsum. Potuit proinde Andream dicere: *Hæc nox illuminatio mea.* S. Augustinus ait: *Quam beatum diem, quam beatam noctem! Quantum in corde suo jubulum habuit, quando Christum invenit: Se reperisse testatus est; quem ab origine mundi omnes Sancti cum magno desiderio prostolati sunt, & tamen videre non potuerunt.* S. Bonaventura varia recenset auxilia, quæ ad certam quorundam salutem nonnullis contulit: *illi succurrit Episcopo, quem diabolus sub specie mulieris laboravit subvertere. Item pro salute Nicolai Senis lacrymas multas effudit.* Et quidem id, quod ad hujus beneficium operatus fuit, in S. Apokoli vira clarè satis describitur. Quod vero beneficium Episcopo collatum attinet, post adhibitam in pervolvendis historiis diligentiam, tandem in authore quodam totam rei gestæ seriem descriptam invenimus, quæ talis est: Etenim bonus hic Pastor vitam agens innocentissimam, sancto huic Apostolo nostro devotissimus erat; tortuosus vero coluber diabolus, ut eum in turpis aliqujus peccati voraginem præcipitem ageret, in formosissimæ puellæ specie eidem apparuit, fingens se Episcopo sacramentaliter confitei vellet; qui quidem primitus illam esse repellens, penitentiarium suum adire jussit; at vero postquam importunus precibus ab ipsomet Episcopo audiri postularer, petitioni ejus acquiescens eandem audivit. Personata igitur hæc puella confessionem ordiens, se natam Reginam, simulatâ tamen veste indutam esse finxit, ut patris auctoritatem tantò securius evaderet, utpotè eam non obstantè expressè virginitatis voto, quò obnoxia erat. Principi alicui desponsare volenti; quod quidem periculum ut declinaret, fugâ sibi consulente, suumque ad ipsum ob summam ejus integritatem sibi magnoperè commendatam quærere decrevisse confugium. Porro Episcopi ingentem ejus nobilitatem, cum patris corporis elegantia, devotione & sapientia conjunctam summoperè admiratus, eam benignè excepit, eo quidem fine, ut Deo deinceps absque ullo impedimento liberius serviret; eamque ad prandendum secum invitavit, quæ hanc Episcopi benevolentiam primitus acceptare in speciem abnuvit, prætexens metum, quò, se agnoscendam ab aliis esse formidare; postquam vero

Epi.

Serm. 1. de S. Andrea

Serm. 30.

Rodulph. Cluvii.

In cap. 1. Ioan.

Episcopus eam ab omni periculi metu securam esse iussisset, tandem acquievit; mensaque cum Episcopo accubens, tantam in hoc Prælato impuri amoris flammam accendit, ut de facto, de via, & modo cum se consultaret, quo tentationi huic satisfacere posset. In eodem verò instanti peregrinus quidam ad fores pulsans advenit, qui magna cum auctoritate & importuno strepitu fores sibi aperiri optabat; quod tamen Episcopus facere noluit, nisi puellam hanc prius interrogaret, an in ostii apertionem consentire vellet. Quæ respondit, proponatur peregrino isti dubium quoddam valde arduum & difficile; si enim proposito huic dubio aptè responderit, aperiantur ei conclavis tui fores; sin vero ineptè dubium istud resolverit, arceatur ab ingressu. Episcopus igitur dubium peregrino proponendum à puella specificari requisivit; cui ipsa dixit: Interrogetur: *Quod majus mirabile sit, quod Deus unquam in parva re fecerit?* Respondit peregrinus *Diversitas facierum*; siquidem nullus unquam à principio mundi inventus est vultus humanus alterius vultus per omnia similes. Mox vero puella aliud novum proposuit dubium dicens: *Quaratur ab eo, ubi terra sit altior omni celo?* Respondit peregrinus: In celo empyreo, ubi Christi humanitas ad dexteram Patris confidet, Cùmque circumstantes tam

dubiis propositis, quàm eorundem solutioni applaudent; tertium proinùs dubium subjunxit, dicens: *Quaratur ab eo, quantum spatium sit à celo ad terram?* Mox vero peregrinus respondit: *Vade ad eum, qui te misit ad me; de hoc eum percunctare: ipse enim melius me hoc novit; nam ipse hoc spatium mensuravit, quando de celo in abyssum cecidit: non enim est mulier, sed diabolus, qui se transformavit in similitudinem mulieris.* Quod peregrini responsum ut minister Episcopo in puellæ personatæ præsentia retulit, ipsa in eodem prolixius momento subito disparuit. Missi sunt qui peregrinum studiosè inquirerent, qui tamen usquam inveniri potuit. Episcopus igitur populo specialiter convocato casum facti seriatim exposuit, rogavitque communem ab omnibus orationem ad Deum effundi, quatenus Deus pro sua ingenti bonitate tam salutaris moniti auctorem manifestare dignaretur; & ecce sequenti nocte cælitus factâ revelatione S. Andream Apostolum fuisse didicerunt, cui Episcopus specialiter devotus erat; qui pro inde periculi, quod evaserat, magnitudinem agnoscens, ingentes S. Apostolo gratias retulit.



Per varias sacrorum interpretum illis verbis : QUAM SPECIOSI PEDES EVANGELIZANTIUM, adhibitas interpretationes, aliæ S. Andreae virtutes & laudes considerantur.

DISCURSUS SEXTVS.

Quàm speciosi pedes Evangelizantium, Rom. cap. 10. vers. 15.

IN Epistola hodie in honorem sancti Andreae in Ecclesia lecta potissimum de prædicatione sancti Evangelii tractatur : atque insuper in oratione, quam S. Ecclesia hodie in Ferro adoptat, hæc de sancto Apostolo nostro verba habentur : *Ecclesia tua beatus Andreas exitit prædicator. Certum est autem, quod Salvator noster omnibus Apostolis suis indifferenter dixerit : Euntes in mundum universum prædicate evangelium omni creaturæ; pariterque indubitatum est, omnes idem Dei verbum in iisdem sacris paginis descriptum annuntiastis : cur igitur sanctus Andreas potius quàm alii Apostoli hoc encomio Prædicatoris Ecclesiæ extollitur ? Enimvero ut quàm se hac singularissimâ laude dignum reddiderit, clariùs intelligamus, operæ pretium erit, ut quàm egregiè partes veri prædicatoris expleverit, exponamus.*

Marc. 16.

1. *Quàm speciosi pedes.* Hæc S. Pauli sententia ex Propheta Evangelico desumpta fuit, qui futuros novæ legis eventus prædicans inter alia ait : *Quàm pulchri supra montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem;* ubi Lyranus ait : *Hic describitur Ecclesia dilatatio per prædicationem Apostolorum.* Glossa interlinearis in hunc S. Pauli textum dicit : *Hic describitur adventus Apostolorum, qui illuminant mundum.* Et in Isaiam eadem Glossa ait : *Descri-*

Isa. 54. 7.

buntur Apostoli, quorum pedes Dominus lavavit. Quod si igitur ille ipse Deus, cui S. Joannes testimonium perhibet, quod omnia in manibus suis contineat ; *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus;* iisdem manibus usus est ad abluendos & purificandos Apostolorum pedes ; si quoque ad eosdem pedes se genuflexus provolvit ; non obstante quod ille idem esset ; *In cuius nomine omne genu flectitur caelestium, terrestrium, & infernorum;* justum quoque erit, ut & nos iisdem pedibus Apostolicis per nonnullas consideraciones obsequia nostra exhibere non dedignemur.

Ioan. 13. 3.

3. *Speciosi pedes Evangelizantium.* In qualitatibus, quas sacri interpretes in mysticis hisce pedibus specialiter notant, perspicuè colliguntur virtutes, quas præclariore & fructuosiores verbi Dei ministri in se habere debent. Cardinalis Toletus ait : *Lavantur pedes ad mundiciam; cum enim proximi sint terra, facile sordes contrahunt; hanc mundiciam & corpore & animâ Apostoli habuerunt, quando à Christo loti sunt nocte cæna.* At vero quisnam sancto Apostolo nostro mundior, purior, & innocentior inveniri poterit ? Interrogavit Andreas Salvatorem, ubi habitaret : *Rabbi ubi habitas ?* Respondetque David : *Tu autem in sancto habitas laus Israel.* Dominus autem ipsum in locum habitationis suæ subintrandum invitavit dicens : *Veni & vido.* Ecce tibi innocentie &

Pf. 21. 4.

Ioan. 1. 9. san.

Ps. 14. 6.

sanctitatis Apostoli nostri clarum argumentum. David enim mox ut interrogasset: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Respondet: *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Protinus ut à sancto Joanne Agni immaculati mentionem fieri audivit (Ecce Agnus Dei) sine ulla mora ipsum insecutus fuit. Porro sanctus Paulus tunc ad Apostolatam vocatus fuit, quando Ecclesiam actualiter persequabatur. Similiter sanctus Matthæus, quando etiamnum publicanus erat, & ad fauces usque usuris immerfus: alii vero tempore vocationis suæ piscationi intenti erant; at vero sanctus Andreas, licet ob victus sui necessitatem conquiendam eidem se astrinxisset piscandi exercitio. nihilominus præter illud in Joannis Baptiste schola frequentissimus erat; adeoque priusquam Christi scholæ pedem inferret, jam de factò consummata perfectionis & sanctitatis vir erat: *Educat lapidem primum, & ex aqua bibi gratiam gratia eius.* Sanctus Andreas inter omnes mylticæ Hierosolymæ sanctæ Ecclesiæ lapides primus fuit, ideoque lapis primarius appellatur; in ipso enim gratiam gratiæ eius exequavit; quia increata Sapiencia majorem in ipso quam in omnibus aliis virtutum, donorum & gratiarum cumulum invenit, quando ipsum in sui sequelam invitavit, quia jam dudum veteranus Præcursoris sui Discipulus fuerat.

Zach. 4. 7.

4. *Quam speciosi pedes.* Propter velocitatem, inquit Cardinalis Toletus, quando brevi tempore magnum loci spatium percurrunt. In hoc enim sensu locus ille Psalmistæ interpretatur, quo dicitur: *velociter currit sermo ejus*; alludit enim ad velocitatem, per quam Evangelii prædicatio per universam terram diffusa fuit. *Speciosos dictos pedes Apostolorum*, inquit Eusebius, quia per exiguo tempore orbem terrarum percurrerunt. Sanctus Andreas autem, de quo dicitur, quod *innumerabiles homines ad fidem convertit*, per varias provincias & regna discurret, ut Evangelii luce illa illustraret; etenim religionem Christianam plantavit in Scythia, ut testatur Origenes; similiter inter Sogdianos & Sacos Æthiopiæ populos, ut addit Sophronius. Martyrologium Romanum per eum fidem in Thraciam, Capadociam, Bythiniam, usque ad mare Euxinum extensam & propagatam esse dicit. Na-

Ps. 147. 15.

Lib. 3. de-
monstrat.
Evangel.
9. 2.

zianzenus de eo scribit, quod in super in Epyrū, quæ hodie Albania appellatur, transierit. Denique, ut Chrysofomus perhibet, etiam in Græciam pervenit.

5. *Quam speciosi pedes.* Laudari possunt à fortitudine, inquit idem Toletus: quia à via semel cœpta prosequenda, per nullius officidiculi aut obicis, vel difficultatis occursum deterrentur; sed quævis impedimenta occurrentia faciliè & generosè superant. Unde sanctus Hieronymus super illa verba Psalmi: *Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum*, ait: *Sicut cervi calcant spinas & dumeta, sic iusti superant spinas peccatorum, & sylvas insidelitatis transiliunt.* Hoc fructus pedes sancti Andree calcant tot à paganismo eradicando sacrilegiorum, superstitionum, fallorumque simulachrorum spinas, invictum ad qualvis occurrentes difficultates animi robur exhibuit. seque nec tyrannos, nec mortem, nec cruces formidare se ipsa probavit. Unde ut Cæsarius ait: *Andreas fortis vel virilis interpretatur.* Sanctus Thomas quoque super Matthæum scribens, ait: *Andreas fortitudo.* Neque enim se minis duntaxat, savissimique tyranni tormentis generosè opposuit, verum etiam ipsummet tyrannum acriter reprehendit, eique ignorantiam & cæcitatem ejus tanta cum generositate reprobavit, ac si etiam quo ad temporalem potestatem ejus superior esset. Etenim quando subditos suos ad sacrificandum idolis instigavit, senex hic Apollolus eundem intrepido animo aggressus est, dicens: *Oportebat ut tu, qui judex esse hominum comprobaris, judicem tuum, qui est in celo, cognosceres, & agnitum coleres, & colendo eum, qui verus Deus est, ab his qui veri Dei non sunt, animum revocares.* Alià quoque vice hunc eundem heroicum animum exhibuit, dicens: *Audi filii mortis, & stipula aternis preparata incendiis, audi me seruum Dei, & Apostolum IESU Christi, nunc usque mitius tecum egi censurâ fidei, ut rationis capax, & veritatis defensor effectus, idola vana contemneres, ut Deum, qui in cælis est, adorares; sed quia in impudentia tua perdurans me putas minas tuas posse formidare, quicquid tibi videtur in supplicium minus excogita.*

Ps. 17. 37.

Serm. de
S. Andrea

6. Quàm speciosi pedes Hugo Cardinalis ait: Pulchri, quia benè formati, id est concavi: quia vix tangebant terram; & elevati ad caelestia, per desideria. Hi, qui ut Evangelium prædicent, fructumque bonum in animabus faciant, per mundum discurrunt, animum ab hisce terrenis bonis alienissimum habere debent. Beatus vero Laurentius Justinianus quoad hoc punctum Apostolum nostrum summopere laudat, dicens: *Iam enim spreto saeculo proximus erat caelo. Relictis omnibus, non solùm quoad facultates, verùm etiam quoad affectum erga parentes.* B. Petrus Damianus ait: *Ecce beatos fratres Petrum videlicet & Andream, nunquam post conversionem legimus carnali quadam necessitate sibi in vicem familiaris adhaesisse, quàm ceteris; non arctius inter se mutuo consideratos affectu: non easdem provincias prædicationis gratia consortitos: & ut magis stopeas, non molestè tulit Andreas, quod in fide primus factus est ordinis dignitate secundus.*

7. Quàm speciosi pedes. S. Thomas ait: *Per pedes possunt intelligi affectus, qui rectitudinem habent, dum non intentione laudis aut lucri verbum Dei annuntiant, sed propter hominum salutem & Dei gloriam.* Undè Ezech. 1. *Pedes eorum pedes recti.* Porro hanc rectitudinem in S. Andrea probatè supervacaneum est, utpotè quod aliud nihil & què zelabat, quàm proximi, imò & ipsiusmet tyranni sui salutem, ut vidimus.

8. Quàm speciosi pedes. Hugo Cardinalis rationem reddit, dicens: *quia erant benè calceati.* Sed dicet fortasse aliquis, ex quo Apostoli nudipedes & discalceati fuerint, quo modo de illis dici potest, quod fuerint benè calceati? sed facilis est responsio, quia calceati idem est, quod virtutibus ornati, juxta illud Ezechielis: *Calceavi te hyacintho*, id est, *caelestium desiderio.*

2. Cor. 2. 15. *Potro si Apostolo dicere licuit: Christi bonus odor sumus, ob famam sanctitatis atque virtutum; certum est quoque, quod Dilexit Andream Dominus in odorem suavitatis.* De ipso quoque Chrysologus scribit: *Toto virtutis gradu dominicus incumbit harere vestigiis.* Dionysius

Serm. 133. Carthusianus ait, quod fuerit *Gratiarum charismatibus repletus, divinà dilectione succensus.* Porro hæc virtutum eius fragrantia ad barbaros usque populos extensa fuit, qui sedi nonem adversus tyrannum pro S. Andrea commoventes, munitabundi clamabant: *Clamantes dico-*

bant: virum sanctum, pudicum, ornatum moribus, bonum Doctorem, pium, modestum.

9. Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. Notandum hic est, quod non dicat: *Quàm speciosa labia, quàm pulchra lingua, quàm venusta verba, sed quàm speciosi pedes;* ad denotandum, quod in ministris Evangelicis plus considerandi sint pedes, id est, gressus, opera, sanctitas, conversatio, eaque quæ faciunt; hæc enim omnia à prudenti viro persèpe plus respiciuntur, quàm verba quæ dicunt. Undè Interlinearis ait: *Benè nuntiatur, qui quod ore prædicat, opere implet.* Totus populus sancto Andream hoc acclamavit elogium, quo eum vocant *Doctorem bonum;* Ecclesia quoque hoc eiepitethum, Ecclesie prædicator attribuit, quia majori præ cæteris cum efficacia prædicavit. Chrysostomus ait: *Nec tam considerantur ea, quæ à nobis dicuntur, quàm quæ à nobis aguntur.* Apostoli mundo prædicaturi erant Crucem Christi; *Prædicamus Christum crucifixum, paupertatem, tormenta, opprobria, persecutiones;* hanc verò Crucem sanctus Andreas præ cæteris maxima cum energia prædicavit. Undè S. Thomas de Villa-Nova ait: *Biduo in Cruce pendebat Andreas ex patibulo, veluti ex pulpiti o populo acclamans: videte fratres quid sustineo; considerate quæ patior; credite crucifixo; credite morienti: si enim vera non sunt quæ vobis prædico, ut quid miser ista sustineo?* Fuerunt quoque SS. Apostoli Petrus & Philippus in Crucem suspensi, suo tamen patibulo non sunt usi pulpiti loco, ut Andreas, qui in hac cathedra *Dedit voci suæ vocem virtutis,* Nam ut Cassianus ait: *Nunquam erit efficax instituentis autoritas, nisi eam effectu operis sui cordi infixerit audientis.* Non orantantum, sed & apertis prædicavit vulneribus, utpotè quæ loquacissima & efficacissima erant. Et ideo B. Laurentius Justinianus ait: *Longè excellentius docuit exemplo, quàm verbo.* Crucem Christi prædicabat & extollebat *Virtutem sanctæ Crucis agnovi,* in eaque haren, gaudens & jucundus erat, non secus ac si regio cuidam throno insideret. S. Bernardus in sermone quodam de S. Benedicto ait: *Sermo quidem vivus & efficax exemplum operis est plurimum faciens suadibile quod dicitur, dum monstrat factibile quod suadetur.* Ecce tibi fructum quem ex hoc pulpito prædicans Christo comparavit, dum innu-

Hom 8. in
Genes.

In Oâ.
Pascha.

Coll. 11. c. 4

mera-

Tract. 19
in Ioan.

merabilem quandam hominum multitudinem ad Christum ejusque fidem convertit, & sub Crucis vexillo fortiter stare fecit: *Lignum* (inquit S. Augustinus de Christo) *in quo fixa erant membra patientis, etiam cathedra fuit magistri docentis.* Christus in brevi illo trium horarum spatio septem in Cruce verba protulit. At verò hic Apostolus à Cruce sua: *Biduo vivens docebat populum* Beatus Laurentius Justinianus ait: *Ad illam ascendit intrepidus, de qua tanquam de spiritali cathedra predicabat populo.* Regius Propheta David de prædicationis Evangelicæ ministris scribit: *Bonè patientes erunt, ut an-*

Psal. 91.
16.

nuntient. Ecquid verò nobis de hoc Apostolo nostro videtur; Nunquid patiens fuit, ut Evangelium annuntiare, illudque Auditorum cordibus fortiter imprimere? *Non in sapientia verbi,* 1. Cor. 1. ait Apostolus, *ut non evacuetur Crux Christi,* 17. quasi diceret vera sapientia, quæ convincit & persuadet non in verbis, sed in operibus consistit; his enim solis Crux Christi persuaderetur; unde S. Leo in sermone de S. Laurentio: *Facilis ad exhortandum sit ratio, efficax ad suadendum; validiora tamen sunt exempla quam verba;* & plenius est opere docere, quam voce.

DE CONCEPTIONE B. VIRGINIS DISCURSUS SEPTEM.

- DISCURSUS I. Conceptio B. Virginis absque macula Originali consideratur, utpotè quæ ante omnes creaturas in mente Dei concepta fuit.
- DISCURSUS II. Cum Deus B. Virginem à macula Originali eximere possit & norit, id ipsum quoque Deum fecisse credere convenit.
- DISCURSUS III. Beatam Virginem Prothoparentibus nostris in gratia creatis nequaquam inferiorem fuisse ostenditur.
- DISCURSUS IV. Ex quo beata Virgo nobis velut luce amicta repræsentatur, ipsam nullas culpæ tenebras admisisse satis clarè innuitur.
- DISCURSUS V. Ostenditur B. Virginem à macula Originali exemptam fuisse ex eo, quod Christi Mater fuerit.
- DISCURSUS VI. Hoc speciale privilegium præservationis ab Originali B. Virgini debitum fuisse probatur rationibus, & nonnullis objectionibus respondetur.
- DISCURSUS VII. Pro Conceptione immaculata B. Virginis aliæ deducuntur rationes ex eo deductæ, quod templum Dei nominetur.

Conceptio B. Virginis absque macula Originali facta consideratur ex eo, quia ante omnes creaturas in mente Dei concepta fuit.

DISCURSUS PRIMVS.

Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram.
Proverb. 8.

IN Epistola, quæ hodie in hoc festo immaculatae Conceptionis beatae Virginis Mariæ lecta fuit, Deipara Virgo hisce verbis ab omni labe peccati planè justificatur: *Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram.* Verum quidem est, verba hæc quoad literam de Divina & increata sapientia intelligi; nihilominus sancta Mater Ecclesia à Spiritu sancto, qui Sponsus ejus est, gubernata, hæc eadem verba non sine ingenti mysterio beatae Virgini adaptat, nam ut magnus ille Cancellarius Parisiensis huic Virgini devotissimus Joannes Gerlon testatur: *Adeo Maria fuit divina, ut ea qua de sapientia increata scribit Ecclesiasticus, Ecclesia transferat ad Mariam.* Ecce igitur qualiter Deipara Virgo humanorum intellectuum perplexitati, se ab ea macula, qua omnes alii Adæ posteritatem infectæ facere procul fuisse remotam, persuadere voluerit, clarè nobis ostendendo se ante omnia abyssi existentiam in mente DEI fuisse conceptam. Etenim quis est, qui in dubium revocare possit, quin abyssi ex culpa Luciferi aliorumque rebellium Angelorum sequacium ejus, aperti, ac demum patularim & successivè ex peccato non jam Originali, sed actuali generis humani dilatati fuerint? Magno igitur cum fundamento beata Virgo hodie dicit: Cælum & universa terra intelligite, qualiter nullam vel minimam in culpa & in pec-

cato partem habeam, siquidem antequam de peccato cogitaretur, ego iam dudum concepta eram, *Nondum erant abyssi, & ego concepta eram.* Quibus verbis, uti existimo, dicere voluit; Priusquam Filius meus ullam sive in cælo, sive in terra peccati notitiam haberet, aut quid peccatum sit, sciret, priusquam creaturis sive visibilibus, sive invisibilibus esse suum impertiretur, jam dudum ante me à massa communi separavit, meque uti ab aliarum animarum numero prorsus separatam & distinctam privilegiavit, ne cum de peccato & offensa filii mei agitur, cum aliarum creaturarum turba ullatenus communicarem, utpote quæ velut instrumentum reconciliationis inter Deum & hominem facienda, quod mediante partu meo peccatum abolerem, non verò contraherem ab æterno prædestinata fui.

2. Verum enim verò priusquam in hoc discursu de hac materia disserendo ulterius progrediar, operæ pretium futurum esse censeo, ut peccati Originalis originem atque malitiam brevi et examinemus, ut tanto magis disponamur ad facilius credendum ipsam quoad peccatum originale nullam prorsus partem habuisse. Sciendum est igitur, quod DEUS hominem ad imaginem & similitudinem suam creavit, ut in cælis divinæ essentia suæ visione perfectè fruere, atque pro hujus finis assecutione gratiam & justitiam, quæ originalis dicitur
submi.

subministravit ; Et quidem homo per gratiam amicus DEI constituebatur , cumque huic infallibiliter annexæ sint virtutes & dona Spiritus sancti per eandem gratiam, idem homo habilis reddebatur ad comparandum sibi merita ad vitam æternam assequendam per justitiam, ad quam per gratiam destinatus erat. Justitia autem Originalis talis quædam rectitudo erat, per quam propriis suis dominabatur sensibus , portionem inferiorem subjiciendo superiori, sensumque rationi, pacemque cum Deo & seipso conservando, hacque ratione eum insuper ab omni corporali indispositione & à morte præservavit. Hæc autem tam præclara privilegia universo humano generi, cujus Adam primus stirpes erat, cum tali expresso pacto concessa fuere , ut Adam tanquam omnium hominum futurus caput & pater universalis obediens ei & fidelis esset, nec unquam ab ejus voluntate recederet ; secus enim futurum, ut in suæ perversitatis poenam privilegia hæc non solum pro se , sed & pro universa humana progenie amissurus esset. Ut autem hujus obedientiæ & fidelitatis aliquam quoad ipsum experientiam habere posset , hoc ei præceptum imposuit, ut de certæ cujusdam arboris fructibus seu pomis nequaquam gustaret ; Quia verò ex Evæ consortis suæ persuasione de fructu sibi vetito deinceps gustare non timuit , confestim omnis amicitia & gratia DEI, nec non innocentia & justitia Originalis jacturam fecit , eandemque miseriam deinceps in universam humanam stirpem transfudit, adeo ut omnes homines infirmitatibus, morti, cunctisque aliis poenalitibus deinceps subiecti & obnoxii remaneant , cum illa inordinatione tam in anima , quam in corpore, omnium illorum malorum & damnorum, quæ tam in bonis natura, quam gratia quotidie sine modo & numero in nobis experimur. Præter hæc omnia autem hæc statuit inviolabilem omnibusque universalem legem , ut quisquis in hac humana progenie ab hoc primo DEO rebelli & inobediente patre viri operatus & conceptus propagaretur , in eodem momento, quo anima uniretur corpori, maiulam & culpam originalem prædictam contraheret : hæc autem omnes DEI mimicos constituit, visione intuitiva DEI privat, ac demum filios iræ & perditionis, mancipia diaboli, vasa immunditiæ abominanda in conspectu DEI efficit, divinaque gra-

tia thesauro privat. Hoc quoque peccatum radix est omnium actualium, estque causa omnium scelerum & enormitatum maximè execrandarum, quæ unquam commissa fuerunt, aut deinceps in finem usque seculorum committentur. Hisce ita suppositis, jam nunc imaginemini vobis, ac si novissimo extremi iudicii die barathrum infernale percipiendo sigillatim videretis omnes excessus & delicta, quibus animatum hoc hominis lutum Creatorem & Redemptorem suum offendere non dubitavit, cogitetisque deinde hæc omnia à peccato originali suam trahere originem ; Demum verò attentas aures vestras beatæ Virgini tanquam hujus offensi DEI matri porrigere, dicenti : *Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram*, seu quod idem est : Adverteite quotquot estis, quod quando ego concepta fui, ne quidem per umbram vel imaginationem, quid peccatum esset, sciebatur, liquidem ego in maximi Filii mei divina mente creata eram, priusquam mundus crearetur : *Ab initio & ante secula creata sum* ; Nullam unquam in hoc abominabili monstro partem habui, utpotè quæ mater illius futura eram, qui infinitam à peccato habet aversionem ; Ego quæ illum gignere debebam, qui peccatum extirpaturus & aboliturus erat, tametsi de humanæ progeniei communi massa fuero, nequaquam tamen in Paradiso terrestri præfens cum aliis adfui, quando peccatum hoc contractum fuit à capite, sed potius in Paradiso caelesti, ubi in Divina Filii mei mente præfens adstabant. Enimverò si is, qui de homicidio aliquo hic Romæ commisso accusatus, per testes oculatos fideque dignissimos probaret, quod tempore illo, quo homicidium illud Romæ patratum fuit, Maduci moram traxerit, nunquid illum omnes innocentem esse pronuntiaretis ? Ecce igitur tibi hic casum nostrum in terminis delictatum : Etenim Spiritus Sanctus per os sancti Pauli Apostoli dicit : *In Adam omnes moriuntur*, omnes ipsi pomum vetitum gustanti in lumbis ejus præfentes eramus ; ac proinde venenum istud ad totam humanam prosperitatem diffusum fuit : Ex altera verò parte idem Spiritus sanctus, Spiritus veritatis, & ipsamet sapientia increata clarè beatam Virginem tempore prævaricationis Adæ in Paradiso terrestri sub arbore illa minime præfentem fuisse probant ; Spiritus autem sanctus Sponsus ejus est ; æter-

na quoque sapientia filius ejus esse noscitur; audite igitur quomodo hæc duæ divinæ personæ beatam Virginem in hodierna Epistola loquentem introducunt: *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio; Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret, ante omnes colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat; Igitur nec tunc arbor illa, quæ pomum produxit ventum, plantata erat, neque Adam inveniebatur in mundo Ubi igitur tunc Virgo delituit, quando delictum hoc in terris commissum fuit? Nimirum juxta nostrum intelligendi modum, Filio suo totius universi creatori aderat tunc præcipue, quando is calos extendebat, non verò quando ab eo profundabantur abyssi: Quando præparabat calos aderam; quando æthera firmabat sursum, cum eo eram cuncta componens.*

cant. 1. 6.

3. Porro nemo est, qui in dubium revocare possit, quin Sponta in sacris Canticis nobis præsentet Mariam; atque ideò memoranda est illa Spontæ à Sponso ejus, id est, à verbo æterno, partu ipsius tam sollicitè proposita interrogatio: *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie?* At verò quidnam mihi causam dicere norit, cui Sponsus potius meridiei, quàm auroræ, aut serotini crepusculi, vel alterius temporis diei mentionem faciat? Pro hujus dubii solutione revocandum est in memoriam, quoniam præcipue diei tempore abyssus culpæ originalis profundata fuerit, utriusque tempore meridiano; expressè namque ex Scriptura habemus, quod DEUS nolter ob culpam iratus: *Ambulabat ad auram post meridiem;* Quando igitur Sponsus Mariam Spontam in meridie quærit, & non invenit, manifestum nobis vult esse, quod peccantibus protoparentibus nostris minime præsens adfuerit, alias enim non quæsisset, ubi esset, præsens quidem fuisse invenitur creationi mundi, & naturæ humanæ, non verò postquam piiim parentes nostri formati fuere. *Ludebam coram eo omni tempore, cum eo eram cuncta componens.* Sanctus Anselmus ait: *Vas electionis sanctus Paulus dixit, omnes in Adam peccasse: Vera utique sententia, & cui contradicere nefas esse pronuntio, sed cum eminentiam gratiæ Dei in te Maria Virgo considero; si ut te non intra, sed supra omnia, qua facta sunt, ineffabili modo intueor; ita*

In offic.
Nig e. 4.

*& te non lege natura aliorum in tua Conceptione deviatam fuisse opinor; q. d. Non est à nobis Mater Dei consideranda, veluti subiecta omnium aliarum animarum legi communi, justum enim est, ut tanquam futura Dei mater privilegiata existat Præceperat olim Rex Assuetus ferio, ne quisquam coram se sine licentiâ & permissione in gradum præfumeret; atque ideò ipsa quoque Regina Esther cum aliquali timore subingressa fuit, quam tamen blande Rex alloquens ab omni timore securam esse jubebat, dicens: *Ego sum frater tuus, noli metuere, non morieris, non enim pro te, sed pro omnibus hac lex constituta est;* In quo factò Scriptura hanc nobis Mariæ super omnes alios insignem prærogativam exprimere voluisse videtur, siquidem *Omnia in figura contingebant illi,* idque tantò firmiter opinor, quando supremus Rex gloriæ jure dicare poterat: *Ego sum filius tuus, non pro te, sed pro omnibus hac lex constituta est.* Sanctus Ildephonus in primis Conceptionis ejus fulgoribus ipsam filio suo firmiter adstrictam esse notavit, tametsi enim hic multis postea annis ab ea natus fuerit, attamen filius Dei ex ea nalciturus eam associare voluit, ut è profundo peccati originalis barathro præservaretur: *Adjuvet nos ille omnipotens Deus per intercessionem suæ matris, in qua felix ejus est inchoata Nativitas.* Et quidem tametsi prædictus sanctus Pater de Virgine nascente asserat, eidem tamen etiam in ejus Conceptione applicare potest. Unde sanctus Hieronymus verba illa Itatæ ponderans: *Dominus venit super Ægyptum, super nubem levem, ita ait: Nubes illa levis quæ est? videtur mihi sancta Maria, nullo humano semine prægravata: ita nubes levis venit in mundum, & secum portat mundi Creatorem.* Et fortasse hæc causa est, quod tametsi festum hoc die celebretur, quæ B. Virgo concepta fuit, nihilominus in introitu Missæ & in Evangelio, nobis in ipsamet sua Conceptione, veluti Dei Genitrix ob oculos ponatur: *Salve sancta parens, enixa puerpera Regem.**

4. Egregia quædam immaculata Conceptionis figura, ni fallor, in Danielis Prophetia nobis describitur; Nabuchodonotor enim in visione immensam quandam arborem vidit, in medio terræ plantatam; fortem, vigorosam, & validam, quæ vertice rangebat Cælos, ramos verò solus adornatos, fructibusque copiosissimis onustos quaquaversum extendebat per

Esther. 15.
13.Fer. 3. in
Nat. Virg.In Psalmi
96.

per terram, habitabantque sub ipsa animalia multa, volucres autem ramos ejus circumvolabant; Et protinus audita est vox, dicens: *Succidite arborem, praeidite ramos ejus, excutite folia ejus, & dispergite fructus ejus, fugiant bestia, quae subter eam sunt, & volucres de ramis ejus: Veruntamen germen radicem ejus in terram finite.* Porro per hanc tam proceram & elegantem arborem, primum Parentem nostrum intelligere possumus: Homo etenim à Philosopho Arbor inversa nominatur; Hæc arbor vertice suo cælos tangebatur, quia anima ei infusa ad beatitudinem consequendam creata, nec non cœlestibus donorum & gratiarum thesauris locupletata fuerat: Per ramos autem in varias se partes protendentes, numerosissimam humani generis stirpem & progeniem interpretari possumus, quæ se per universam terram quaquam extendit: Per frondes & fructus arborem adornantes, virtutes, merita, & dona, quibus in felici illo Innocentiæ statu adornata fuit: Animalia verò quæ sub ingenti hac arbore habitabant, peccatum horum denotabant dominium; at verò postquam primus Pater noster post divini præcepti pravariationem DEO factus est rebellis, terribilem illam audivit sententiam: *Morte morieris, succidite arborem;* ac proinde confestim in terram hæc arbor una cum ramis suis corruit, atque ad ignem condemnata & à cœlestis hæreditatis aedeundæ spe dilapsa, præcipitata est in bar-

thrum perdicionis. Verum enim verò advertendum est illud, succidite arborem, præcidite ramos, excutite folia ejus, *veruntamen germen radicem ejus in terram finite;* intacta remaneat arboris hujus radix, utpotè quæ à ferro exempta, infecta non fuit. At verò nostisne dicere quidnam per radicem hanc intelligatur? *Germinavit radix Iesse; Egredietur virga de radice Iesse; & flos de radice ejus ascendet; & requiescet super eum Spiritus Domini.* Radix enim hæc florem illum progerminatura erat, de quo scribitur: *Ego flos Campi; Nazareus vocabitur,* ac proinde eam infici nequaquam conveniebat, quin potius ut perfectissime præservaretur, unde sancta mater Ecclesia hoc ei epithetum attribuit: *Salve radix, salve porta, ex qua mundo lux est orta.* Porro radicem hanc cum illa porta associat, è qua vera mundo lux est orta, quia certum est, quod lux illuminat & diffuset tenebras: *Tenebra erant super faciem abyssi;* unde stupens illi mundi artifex ait: *Fiat lux, & facta est lux, & divisit lucem à tenebris,* prout loco suo distulur sumus; Eodem igitur modo Deus illam, quæ ex visceribus suis sacratissimis illam partitura erat lucem, quæ de se ait: *Ego sum lux mundi* ab omnibus tenebris cujuslibet culpæ sequestravit & divisit, non solum actualis, sed etiam originalis.

Isai 11. 1.



Cum Deus beatam Virginem à macula Originali eximere nōrit & possit, id ipsum quoque Deum fecisse credere convenit.

DISCURSVS SECVNDVS.

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.

Cant. 4. V. 7.

P Rævidens increata illa sapientia, nasciturum in progressu sæculorum inter Adæ posteros dubium quoddam, an mater ejus ad contrahendam originalem maculam sub communi lege comprehendi debeat, an verò non, valdè sapienter disposuit, ut in sacris Canticis ad fidelium pietatem adaugendam tale quid scriberetur, unde illam exemptam esse facilè deduci posset; quam enim aliam assumpti thematis verba significationem vendicare sibi possunt, quam pro immaculata Virginis Conceptione favorabilem dubii hujus resolutionem? Etenim indubitatum & extra omnem controversiam est beatam Virginem nullum unquam contraxisse actuale peccatum, adeò ut contrarium non sine blasphemia nemo dicere possit; maximum verò inter Orthodoxos dubium est, an illud peccatum contraxerit, quo homo non ex proprio defectu, sed ex communi lege naturæ coinquinatur. Hoc autem dubium DEUS ille, qui fallere aut falli non potest clarè satis resolvit, dum cum sua Genitrice loquens ait: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* At verò ut assertum hoc firmiter probetur, aliquas adducamus rationes.

1. Enimverò quod omnipotentia & sa-

piencia Divina, non solum matrem suam, sed quemvis alium pro suo arbitrio ab hac universali lege præservare & eximere noverit, non videri, qualiter id in dubium aliquà ratione revocari possit; siquidem *non est impossibile apud DEUM omne verbum*; imò expresse id ipsum sanctus Job asserit, dum ait: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es?* Hanc quidem maculam Genitores Mariæ, Joachim & Anna utpotè ex posteritate Adæ descendentes, haud dubiè contraxerunt, debebatque eadem labe servatà ordinariâ lege quoque infici anima filiarum ipsorum, eo ipso quo corpori ab illis concepto uniebatur: at verò omnipotentia filii ejus, qui eam ab æterno in matrem elegerat, hanc ab ea maculam removit, eamque per inperscrutabilem & infinitam sapientiam suam ab illa præservavit; cum non minus verisimile quam conveniens sit, quod in eo ipso momento, quo promulgata est lex illa, ut omnes huic culpæ subicerentur, ipsa ab eadem lege exempta & immunis declarata fuerit, ad eum modum, quo in tot aliis prerogativis, supra omnes alias animas, tanquam mater privilegiata fuit: *Sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo.*

2. Poterit quoque id ipsum facilis per sequentem similitudinem apprehendi: Etenim

enim potest esse Dominus aliquis, qui dum servam aliquam perpetua sibi servitute adstrictam divendit, hoc sibi jus expressè reservat, ut factus, quem em xura est, liber remaneat, non obstante, quod alias per vigorem legis servituti quoque subditus esse debuisset; quod si igitur talem reservationem Dominus aliquis in servam suam adhibere potest, quomodo nobis persuadere poterimus Deum non idem respectu matris suæ fecisse, & quidem respectu matris ad eò dignæ & eximitæ? universum genus humanum velut mancipium quoddam sub servitutem peccati originalis fuit divenditum; nunquid igitur jure credemus Deum, qui omnium hominum absolutus patronus & Dominus erat, hoc sibi jus reservasse, ne videlicet anima genitricis suæ collum suum hujus servitutis jugo subdere cogere tur?

4. Legale quoddam axioma est: *Ejus est solvere legem, cujus est condere*: atque id eò quot sunt leges, in quibus pro ratione temporis & natae occasionis supremus legislator hic & nunc dispensavit? In primis namque populum suum israeliticum per quadraginta annorum decursum, quamdiu videlicet per desertum peregrinati sunt, à lege circumcisionis exemit. Similiter in præcepto de non faciendo in bonis alienis furto dispensavit, quando Aegyptios sub prætextu mutui, pretiosissimâ ipsorum suppellectile per Hebræos spoliari permisit: Enoch quoque, & Eliam post multa annorum millia à morte præservavit: Præterea Babylonici fornacis igni non solum ne tres pueros usque quaque læderet, sed etiam ne vestibus illorum vel minimum noceret, præcepit: Solem quoque per longum temporis spatium velocissimum cursum suum sistere; sicut & alia vice eundem solem multis gradibus cursu retrogradu recedere iussit; Denique jumentum quoddam per communem ordinem articulata voce loqui fecit; & sic de cæteris operibus Dei, omnibus notabilibus tam naturalibus, quam politicis dispensatus discurrere licet; Ex quibus valde authenticis præmissis facile hanc deducere consequentiam possumus; Quod si sapientia & omnipotentia Altissimi ob tam exigui momenti causas prodigia operatus est omni humana conditione superiora: nunquid igitur fas est credere, quod propter causam summe arduam, longeque justissimam, quæ uspiam dari possit, qualis est matrem suam, quæ si-

mul Cælorum regina futura erat à tam turpi monstro, quale peccatum est, præservare hanc illi exemptionem, privilegium, & prærogativam adeò convenientem, & ut ita loquar, adeo ei necessariam eidem concedere vel nescierit, vel ignoraverit?

5. Nec est quod dicas Deum decrevisse beatam Virginem, postquam jam jam lapsa esset subito & sine ulla mora denuò erigere, & restaurare; siquidem omnis ratio, omnisque convenientia suadet, eum potius eam decrevisse, præservare, ne caderet unquam. Audite quàm aptè ei verba illa Davidis conveniant, à quo ipsa suam traxit originem (*Conceptio gloriosa Virginis Mariae ex semine Abrahae orta de tribu Juda, clare ex stirpe David*) Hic enim in persona filii eius loquens dicit: *Liquescit terra, & omnes qui habitant in ea* Neminem ab hac ruina & delatione excludit: *Omnes*. Quid? Ergone ne quidem Virginis animam ab hac universali lege exclusam esse dicemus? Audite verba immediate sequentia, quæ ipsam à communi illa lege exemptam esse expressè declarant: *Ego confirmavi columnas ejus*. q. d. virtutem & vigorem talem ei subministravi, ne una eum alius eam labi contingat. Quis non videt longè acceptiorem esse medicinam illam, quæ ab infirmitate præservat, ne contrahatur, aut eam avertat, quam quæ jam contractæ infirmitati medetur? Quis est, qui nesciat melius esse prævenire, ne amicus in cloacam aliquam incidat, quam eidem post factum turpem lapsum manum porrigere, ut evadat. Axioma indubitatum est, quod **DEUS** *benè omnia fecit*, præcipuè in iis, quæ concernunt Mariam, cui sancta Ecclesia mystica hæc verba adaptat: *Optimam partem elegit sibi Maria*.

6. Neque dixerit parum beatæ Virgini præjudicare, quod sciamus animam illius brevissimo quodam temporis spatio ab hac omnibus aliis animabus communi contagione maculatam fuisse, siquidem instans, vel momentum, in quo talem labem contraxisset, sufficisset, ut per totam æternitatem verum fuisse de ea dicere; Maria etiam labem & maculam adeò deformem, qualis peccatum est, in anima sua contraxit: quia sicut si mulier aliqua per unum duntaxat instans peccatum impudicitæ vel inhonestatis committeret, talis verè florem virginittatis perdidisset, licet demceps perpetuò pudica man-

Ps. 74. 4.

maneret : ita quoque si anima beatæ Virginis per unicum duntaxat momentum , culpa aliqua etiam originali infecta fuisset , utique absolute immaculata dici non posset , nec de ea affirmari posset : *Tota pulchra , & macula non est in te* ; verumque futurum esset de ea dicere : Ipla quoque licet brevissimo spatio communi inimico subdita fuit , infameque & probrosum peccato tributum exsolvit . Magis obligatur debitor aliquis ei , qui debitum ipsius solvit , priusquam incarceretur , quam si debitum diluat , postquam à satellitibus aut lictoribus coniectus fuit cum ignominia in carceris vincula & compedes .

7. Josue , qui typus quidam fuit JESU filii Mariæ , domum Rahab Meretricis inter omnes domos Jerechuntinas privilegiari præcepit , ne communi cum aliis desolationis involveretur exitio , idque quia hospitio exploratores ejus exceperat . Quænam autem est , vel esse poterit inter Rahab & Mariam proportio ? Inter hospitalitatem militibus Hebræis exhibitam , & hospitium quod altissimi filius in virginali utero accepit ? denique inter gratitudinem Josue erga quandam meretricem , & inter gratum animum Filii DEI , Salvatoris mundi erga sanctissimam suam virginem matrem ? Cur igitur non credemus , quod hic ejus dilectissimus filius inter tot alia gratiarum dona hanc ei quoque gratiam contulerit , ut eam à communi expoliatione & desolatione , quam peccatum in cunctis aliis animabus operari solet , eximeret , maxime cum tanquam DEUS & absolutus animarum Dominus , quemlibet sibi bene visum pro suo arbitrio eximere & privilegiare possit ? Non expectavit Josue Rahab succurrere , postquam domus ejus devastata & deprædata fuisset cum aliis , curando , ut omnia ablata ei restituerentur , sed potius eam & domum ipsius illæsam præservare voluit ; vellemusne ergo credere , quod infallibilis illa DEI providentia minus operata fuerit in Maria , permittendo videlicet , ut inimico infernali in prædam cederet , eamque postea subito ab hoc prædatore liberatam redimeret & sanctificaret ?

8. In Festo Evangelium illud legi solet in quo dicitur : *Intravit Iesus in quoddam castellum ; & mulier quædam Martha nomine , excepit illum in domum suam ; & huic erat Sororor nomine Maria* . Notandum est autem ,

quod domus communiter à vicis non vero à mulieribus suam accipere solum denominationem ; atque ideo cum hæc duæ sorores fratrem habuerint Lazarum , cur Evangelista non hunc , sed potius sorores specificat , dum domus hujus Bethanienfis meminit ? *Omnia in figura continentur* ; Per illam igitur domum uteris intelligebatur Virginis Mariæ : Lazarus vero peccatoris ad gratiæ vitam è peccati somno resurgentis typus erat ; ubicunque autem Maria fit mentio , ibi ne quidem per umbram vel imaginationem peccati , vel ejus qui peccati typus & figura erat , mentio fieri debet . Unde S. Bernardus ait : *Virginalem domum intelligi volens Spiritus* ,

Ser. 2. de Assumpt.

9. Paulo ante similitudinem illam adduximus servæ à Domino suo alteri cum hac tamen pacta conditione divenditæ , ut partus ejus liber nasceretur ; huic autem non incongruè aliqua quædam consideratio subungi posse videtur , nimirum quod Dominus talis servæ aut ancillæ primum ab ea nasciturum filium in libertatem asserere eumque ingenuum & liberum declarare possit , vel antequam in lucem edatur , vel postquam natus fuit ; dicite autem sodes quam futura esset inter utramque prædictam melior conditio ? haud dubiè melius tali filio futura esset prima , videlicet quod liber nascatur , quæ servitutis conditione notatus , quia si libertas ei jam nato pridem tribuatur , semper de tali servo verum erit dicere , quod natus sit servus & mancipium : Ecce tibi igitur differentiam , quæ considerari potest in eo , quod est eam præservari à peccato , & eo quod est illam sanctificari & justificari à peccato quod jam incurrit , licet sanctificatio immediate post contractum peccatum fiat : si enim Deus beatam Virginem duntaxat sanctificasset , jam verum futurum fuisset dicere , ipsam quoque tanquam verum peccati mancipium fuisse conceptam ; imò si eam sanctificasset tantum , nequaquam sortita fuisset gratiam vel prærogativam superiorem eam quam nastâ fuit anima Jeremiæ , vel Joannis Baptistæ , vel cujus alterius eadem gratia donati .

10. In Canticis Canticorum dicitur : *Sub arbore malo suscitavi te* . Advertendum est autem

Cant. 8. 5.

tem, quod prius præmittat verba hæc: *Quæ est ista quæ ascendit de deserto delictis affluens, innixa super dilectum suum? & postea lubdat: Sub arbore malo suscitavi te; ibi correpta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Ecce tibi virginem, quæ ex horrido solitaria culpæ deserto sola ex speciali privilegio, non sicut aliæ animæ, cadit; sed gratis & donis onusta ascendit, ita ut cælum & terram post se in stuporem rapiat; idque quia *ascendit delictis affluens, innixa super dilectum suum;* in sua namque conceptione non sicut aliæ animæ labitur in barathrum culpæ; sed abundantibus gratiarum donorumque cœlestium delictis præventa, superque dilectum suum innixa sustinetur, quod idem est eum eo, de quo antè diximus: *Ego confirmavi columnas ejus,* sub hac arbore mater, seu ut melius dicam, noverca totius generis humani seducta est; at verò beatissima Virgo ab hac contaminata massa separata fuit, quod bene verbis illis declaratur: *Suscitavi te;* seu ut Septuaginta legunt: *Ex congregata, divisa, separata es,* atque ex hoc velut ex privilegio insolito, quod omni caret exemplo, univèrsus eam obstupescit paradísus. Undè Rupertus Abbas ait: *Quæ est ista? ubi erat? ubi latebat? mirares! nobis nulla erat, nusquam erat, sed illi erat, in illò erat, de quo dictum est, quod factum est, in ipso vita erat; quomodo autem, vel ad quid innixa super dilectum suum? nimirum ut non timeat timorem hominum;* id est, ut non timeat peccatum, quod huic nostræ corruptæ naturæ annexum est, id est, originale.

11 Beatissima Virgo admirabilis, quos filius ejus in ipsa operata est, effectus confiderans, ait: *Fecit potentiam in brachio suo: fecit mihi magna qui potens est;* at verò si eam duntaxat in utero materno, post semel contractum peccatum sicut plures alios sanctificasset, non fecisset potentiam in omnipotenti brachio suo; siquidem similes prærogativæ etiam aliis, qui servi ejus erant, collata fuissent: magis igitur conveniebat, ut hisce matrem suam longè prætulisset. *Cadent in retiaculo ejus peccatores,* (ita mihi Virginem dicere potuisse videtur) *singulariter sum ego, donec transeam;* nam paulò antè in eodem Psalmo nobis ob oculos ponitur, quasi hanc filio suo supplicationem exhibens: *Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi.* Etenim astutus ille serpens futurum qui-

Mansi Sanctuarii Tom. IV.

dem credebat, quod cum Joachim & Anna Virginis sanctissimæ parentum in peccati originalis laqueos prolapsi fuerint, ipsa quoque per necessariam consequentiam in idem laqueis innecteretur, sed valde turpiter deceptus & delusus fuit: *Cadent in retiaculo ejus peccatores, singulariter sum ego donec transeam.* Undè sanctus Anselmus ait: *Si quid originalis peccati in conceptione Matris Dei, id propagatum, non propagata fuit.* Præterea etiam considerari potest, quòd ex quo peccatum originale non aliunde, quàm in virtute passionis & meritòrum Jesu Christi deletur, tanto firmissime credere debeamus, ipsam à peccato, hac originali macula præservatam esse; siquidem Christus pro ipsa sola plus, quàm pro omnibus aliis passus fuit. Undè S. Bernardinus ait: *Christus Dominus plus pro B. Virgine redimenda venit, quàm pro omni alia creatura; juxta illud Cantici: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, &c. Pro amore tui carnem sumpsi, & vulneribus primis in Cruce vulnerasti cor meum.* In S. Anselmo (lib. cur Deus homo) decisionem quandam sequentis tenoris descriptam invenio: *Indignit B. Virgo redemptione, & Christi passione, non propter peccatum quod infuerit, sed propter peccatum quod infuisset, nisi ipsemet ex speciali privilegio eam præservasset.*

12 Valde considerabile est epithetum illud, quod S. Cyrillus B. V. Mariæ attribuit; dicit enim: *Sit tibi sancta Mater laus, tu es pretiosa margarita orbis terrarum.* Ubi advertendum est, quod conchylum, in quo margarita generatur, licet inter medias aquas salvas marinas fluctet, atamen ne vel minimam illius elementi stillam intra sinum suum recipiat, suamque margaritam solo cœlesti rore mediante concipit: ita quoque beatissima Virgo Maria concha seu mater margaritæ nobilissima, licet in mari salso hujus sæculi à suis progenitoribus communis culpæ contagio contaminatis nata & concepta fuerit, ipsa tamen ne vel minimam amaritudinis peccati stillam in se recepit, eo quod in sinu animæ suæ à cœlesti rore, id est, divinâ gratiâ eam præservante præventa fuerit. Undè S. Bonaventura ait: *Cæli puritatem in se habere debuit Maria, de cujus mundissimis particulis illa purissima caro Verbi cælestis unibilis est assumpta.* Quis dubitat quin Filius Dei, increata illa Sapientia matrem sibi formaverit purissimam, im-

Hh

macu-

De Concep.
cept. Virg.

De Cõcep.
Virg. c. 3.

De cœlesti
Hierarch.
p 4 c. 7.

In cap. 2.
Sentent.

Pf 140, 10.

Prov. 9.1.

maculatissimam, quæ unquam in humana natura dari super terram poterat? *Sapientia adificavit sibi domum, excidit columnas septem.* Etenim quando increata illa Sapientia domum illam sibi fabricavit, in qua hinc in terris carne nostrâ mortali indutus novem mensibus commorari volebat, eandem ne ruinæ alicujus periculo subaceret, in ejus Conceptione septem columnis suffulcit, id est, donis & gratiis Spiritûs sancti in prima ejus creatione illam prævenit. Porro quod beata Virgo nullo unquam actuali peccato obnoxia fuerit, indubitatum est, ac proinde ad id afferendum, nequaquam opus erat dicere: *Macula non est in te: Tota pulchra es;* siquidem etiam sine hoc edito oraculo unusquisque veritati huic libentissimè subscripsisset: at vero quoad originalem maculam controversia maxima esse poterat; ac proinde ad hanc prærogativam ejus nobis insinuandam, filius ejus dixit ei: *Macula non est in te.* Suarez ait: *Major macula est originale peccatum quàm aliquod actuale, & magis facit subditum damoni.* Cujus ratio esse potest, quia veniale nos gratiâ & amicitia Dei non privat, sicut originale, quod insuper nos

Disp. 3.
sect. 5.
§. ult.

gloriâ privat, necnon dæmonis mancipia & tributarios efficit. Sedulâ igitur mente mysterium istud recogitate, & videte, quanta sit hujus monstri cum innocentia, puritate & dignitate Matris Dei incompatibilitas; ac proinde si ipsam à culpa veniali & actuali liberam reddidit, quanto magis ab originali præservare debuit? clarè id ipsum edixit B. Laurentius Justinianus hisce verbis: *Quotquot ex ipsa nati sunt propagine (id est, de stirpe Adami) exceptis duntaxat mediator Dei & hominum homine Iesu. & ejus Matre sub hac peccati lege sunt conditi.* Ad hoc propositum, uti ego quidem existimo, hisce verbis alludere voluit Ecclesiasticus, cum ait: *Edificatio civitatis confirmabit nomen, & super hac mulier immaculata computabitur;* etenim per hanc civitatem sanctam Ecclesiam intelligere possumus, quæ est civitas in quadro posita, & nomine Christi stabilita; huic autem mulier quædam immaculata præsidet, quæ alia esse nequit, quàm Maria, de qua dicitur: *Tota pulchra es, & macula non est in te.*

De casto
connubio,
c. 7.

Ecc. 40.
19.



Beatam

Beatam Virginem Prothoparentibus nostris in gratia creatis nequaquam inferiorem fuisse ostenditur.

DISCURSUS TERTIVS.

Inimicitias ponam inter te et mulierem; ipsa conteret caput tuum. Gen. 3. v. 15.

Postquam tortuosus ille inferni coluber protho-parentes nostros unâ cum toto genere humano in profundum peccati barathrum præcipites egisset, protinus sibi à Deo, utpotè de nostra salute maximè sollicito dici audivit: *Inimicitias ponam inter te, &c.* Quibus verbis ipsi supplicium intimavit, ob machinatum ab eo nobis omnibus ruinam ei infligendum. Porro S. Cyprianus modum, quo Deus loquitur, singulariter observat: *Inimicitias ponam; non certè pono dicit; ne ad Evam pertinere videretur, sed ponam.* Quia de Maria loqui intendebat; undè S. Bernardus hoc de Eva verificari inanimè potuisse scribit, utpotè quæ potius virulento morfu à serpente laesa fuerat: *Nisi fallor, hæc virgo est, quæ apud Salomonem legitur: Mulierem fortem quis inveniet? quæ aded fortis, ut illius serpentis caput conteret, cui à Domino dictum est: Inimicitias ponam inter te & mulierem.* Verùm enim vero nunc velim audiat, quàm aptè ad propositum ex hac historia immaculatam Virginis conceptionem deducere possimus. Alcinus ait: *Semen serpentis originalis peccati est primordium; atque ideo ecce tibi inimicitiam, quæ inter semen hoc serpentinum, & semen mulieris intercedit, idque à primis principiis, primoque instante conceptionis. Enimvero primi parentes nostri culpæ originalis fuisse authores, eam in totam usque humanam progeniem transfuderunt, non obstante quod in gratia & iustitia originali creati fuissent; quod quidem si verum est, prout est in-*

dubitatum, qua fronte prærogativam hanc magnæ Dei Matri denegare audeamus quod scilicet in statu innocentie & gratiæ concepta fuerit; quando prothoparentes nostri hac fuerunt prærogativâ gavisi? ipsa namque longè melius Evæ nomen, quod idem est quod *Mater cunctorum viventium*, promerita fuit; siquidem dem Eva potius generis nostri noverca fuit, utpotè *Mater cunctorum morientium.*

2. Porro partus Virginis tanto superior fuit Adamo, quanto certius esse noscitur, quod Adamus prothoplastes de terra & luto plasmatus fuit, hic vero cœlestis permanferit, licè se infuser mortalitatis nostræ exuviis induerit: *Secundus homo de cælo cœlestis.* Undè ad præsens propositum nostrum hunc in modum discutiere possumus: certum est enim, ut S. Bernardus ait, quod Deus Adamum de terra virgine, id est, nullo inquinamento culpæ infecta formârit, eumque in terrestrem paraditum, locum videlicet deliciarum collocârit, opulentos in animam ejus effundendo donorum gratiarumque cœlestium thesauros; *hinc primus homo de terra terrenus fuit: Filius autem ipsiusmet Dei, qui in progressu sæculorum nostra mortalitate induendus erat, dicitur secundus homo, sed de cælo cœlestis, atque ideo num vobis conveniens & decens esse videbitur, quod hic secundus Adam vestiatur à matre sua corpore & carne humana, quæ dæmoni aliquando subjecta fuerit, aut quæ aliquando, licet brevissimo tempore, culpâ aliquâ gravi fuerit cœ inquinata? quis credere aut persuadere sibi poterit Adamum purum hominem, paulò antè*

Hh 2

è limo

Lib. 2. ad
vers. Iud.
c. 9.
Serm. 9.
in Par.

Interrog.
7s. in Gen.

Tom. 4.
ser. 40. po
Pascha. 2.

è limo terræ plasmatum dignum fuisse, qui delictis frueretur paradisi; secundum vero Adamum, qui de cælo cælestis erat, in tale quoddam subingressum fuisse hospitium, quod ratione contracti originalis peccati sathanæ fuisset prostibulum? editumque fuisse è terra sentibus & spinis plenissima, è terra ab eodem Deo maledicta, qui indè enitendus erat? nullus profecto id valet apprehendere; siquidem ipsamet beatissima Virgo cunctis maledictionibus sine impostura erat: *Benedicta tu in mulieribus, benedictus fructus ventris tui*. Rupertus ait: *Non melior aut sapientior est artifex Spiritus sanctus quam Deus Pater; licet iste novus Adam, qui de Spiritu sancti operatione conceptus est, melior ac dignior illo sit vetere Adam, quem fecit Pater: sed melior terra, melior & divina rationis vicinior, à Spiritu sancto materia sumpta est*. Idem quoque venerabilis Doctor verba illa Ilaiæ ad propositum nostrum glossat & ponderat, in quibus de Christo agitur, nimirum: *Abscissus est de terra viventium, de carnis generatione*. Hic, inquit, rectè intelligitur, quia *abscissus est de terra viventium, de terra, inquam, non morientium, siue non mortuorum morte peccati, qua omnes in Adam mortui sunt: vel de terra viventium, id est, terra virginea per sanctum vivificatam Spiritum abscessus est*. S. Ambrosius huic veritati pariter testimonium perhibet dicens: *Expiata est à Spiritu sancto caro Domini, ut in tali corpore nasceretur, quale fuit Ada ante peccatum*.

3. De hoc altissimi Dei Filio scribitur: *Splendor paterna gloria, candor lucis aeterna, speculum sine macula*; quantum vero inconveniens futurum esset, si is, qui eo potissimum sine in terras venit, ut peccatum aboleret, talem sibi carnem assumeret, quæ peccato obnoxia esset? & quidem argumentum hoc, ad probandum conceptionem ejus immaculatam fuisse, solidissimum esse existimo; Verbum enim æternum ex purissimis Mariæ sanguinibus corpore vestiri debebat, nequaquam igitur conveniebat ut anima, quæ virgineo ejus corpori unita erat, à quodam inferni monstro, quale peccatum est, coinquinaretur.

4. Sancta illa mulier quondam ait: *Beatus venter qui te portavit*; & similiter Elisabeth Mariæ dixit: *Benedictus fructus ventris tui*; qua igitur ratione credere quis posset, fructum

hunc ab arbore maligna, & cum aliis omnibus maledicta pependisse? quomodo beatus futurus fuisset uterus ille, si vel femel culpæ locum dedisset? Richardus à S. Laurentio ait: *Congruè Lib. 7. appellatur Christus fructus, quia sicut fructus bonus arborem vel terram, de qua nascitur commendabilem reddidit; sic & Christus Virginem gloriosam, de qua tota benedicta totus est natus benedictus; unà & ei dicitur: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui; quia fructus facit cognosci, qualis sit terra aut arbor, unà oritur, sic Christus Virginem. Sanctus quoque de hoc felici stirpis suæ gerimine prædixit, dum ait: Benedixisti Domine ter-*

ram tuam, avertisti captivitatem Jacob. Ubi benè notandum est, quod non dicat: *abstulisti*; aliàs namque existimare quis posset, eam primò quidem incurrisse, postea vero fuisse immediatè sanctificatam, at vero ly avertisti, expressè preventionem significat, seu obstaculi occurrentis amotionem. S. Bruno ait: *Hac est incorrupta In Ps. 105. terra illa, cui benedixit Dominus; ab omni propterea contagione peccati libera, per quam vitam agnovimus*. Non est bona consequentia, si quis ita arguere velit: Virgo suam originem habet ex Adamo, ergo quoque omnibus pœnis in ipsum & totam suam posteritatem fulminatis obnoxia erit; quia tametsi modus ille ratiocinandi juxta legem ordinariam benè procederet, ab illis tamen pœnis per privilegium, tanquam supremi legislatoris mater dispensata fuit & exempta. Undè B. Petrus Damianus hanc quidem propositionem: *Caro Virginis ex Adam*

assumpta, admittit; hanc tamen consequentiam: ergo etiam peccatum ejus admisit, admittere renuit, cum expressè dicat: *Maculas Ada non admisit*; quia quotiescunque de privilegiis & gratiis ei collatis agitur, ipsa tanquam prima omnium creaturarum considerari meretur: *Primo genita ante omnem creaturam*. Idem quoque sanctus Doctor verba illa: *Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es auroram & solem*; ita glossat: *Tuus est dies, in quo Adam est conditus; tua est nox, in qua Adam à die est ejectus; tu fabricatus es auroram, id est, virginem Mariam; & solem, id est, justitiam, qui de virginali thalamo consurrexit*. Ecce tibi argumentum quoddam fortiter stringens: Adam peccatum commisit circa meridiem; siquidem Deus ob ejus transgressionem iratus: *Ambulabat ad au-*

ram post meridiem. Ergo jam aurora illa pridem illuxerat, de qua dicitur : *Qua est ista qua progreditur quasi aurora confurgens* ? vult enim Deus ut intelligamus , quod dum de hac labe peccati originalis agitur , de Maria matre ejus talis sit formandus conceptus , qualis de anima quadam ante Adamum creata , vel de creatura quadam ante eundem & priusquam extenderentur caeli, aut terra fundaretur, concepta : *Primo-genita ante omnem creaturam.*

5. Eva, quae appellatur *Mater cunctorum viventium*, quaeque, ut diximus, typus Virginis Mariae fuit , utpotè cui vel maximè dictum Evæ elogium convenit, ex costa Adæ eo tempore formata fuit, quando etiamnum chlamidè innocentiae & justitiae originæ induta fuit, & priusquam prævaricaretur; atque insuper productio isthæc in paradiso terrestri consummata fuit. Cùm igitur S. Augustinus dicat : *Auctrix peccati Eva, in ventrix meriti Maria*; quantò magis Maria, quae omnes ruinas nostras relaticivit & restauravit, privilegiari meruit præ protho-matre nostra Eva , quae omnis iniquitatis & miseriarum nostrarum origo & occasio extitit ? Adamus de terra ex campo Damasceno foris extra paradysum desumpta plasmatus fuit, ac deinde in illum deliciarum locum transportatus; ac proinde sola Eva hanc prærogativam habuit, fortiendi scilicet paradysum natalium suorum locum; idque quia Virginem in hoc privilegio præfigurabat, quo tanquam mater cunctorum viventium inter omnes alias animas gaudere debebat, nimirum in isto statu gratiae , quod idem est ac in paradiso conciperetur, utpotè quem serpens ingredi minimè præsumpsit. Justum quoque erat ut Eva ex costa Adami etiamnum innocentis & puri, non

verò de terra fabricaretur; per hoc namque singulare illud Mariae prænotabat privilegium, quae tamen si mortali carne in radice naturæ contaminatà vestita fuerit, per gratiam tamen ab illa omnibus aliis communi maculâ immunis præservata, fuit, utpotè quæ immaculatâ carne suâ ipsamet Dei Filium vestitura erat.

6. Porro in illa Evæ productione Sapiencia æterna dixit : *Faciamus ei adjutorium simile sibi*, id est, Adæ quoad innocentiae statum conforme. Quæ verba si in Maria quoque adimplenda erant, necesse est dicere, ipsam Filio suo tanquam secundo Adamo in omni eo similem extitisse , cujus sphaera humanae naturæ capax esse poterat; ac proinde sicut de Filio ejus dicitur : *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*; idque de Filio ejus ex naturæ ipsius exigentia verum esse noscitur : ita quoque de Maria verificari debebat per gratiam. Sicut Eva natales suos in paradiso habuit, ad quem nullus serpenti aditus patuit; ita quoque de Maria Spiritus sanctus sponsus ejus dicit : *Emissiones tuae paradysus. Cui paradiso, ut S. Joannes Damascenus ait, non patuit serpenti aditus.* Richardus à S. Laurentio textum illum Ecclesiastici : *Ego quasi aqueductus exivi à paradiso*; ita glossat, id est, *ab utero virginali.* Elychius quoque causam, cur B. Virgo Hortum conclusus appelletur, hisce verbis declarat : *Vocavit te hortum conclusum & fontem signatum is, qui ex te ortus est sponsus; hortum conclusum ob id, quòd falx corruptionis aut vindemia non te attigit; florem autem, qui ex radice lesse hominum generi pure exhibetur excultus tibi à puro intemerato Spiritu.*

Cant. 4. 15
De laud.
M. c. 21. 42

Serm. 2. de
laud. Virg.



Ex quo B. Virgo nobis velut luce amicta repræsentatur,
ipsam nullas culpæ tenebras admisisse
fatis clarè convincitur.

DISCURSVS QVARTVS.

*Ex te ortus est Sol iustitiæ Christus Deus
noster.*

DEi para Virgō in hodierna
Conceptionis suæ solemitate se quaquaversum
splendidissimis lucis radiis
circumdatam fidelium o-
culis objecit, ex altera ve-
rò parte illas audimus san-
ctæ Ecclesiæ voces, dicentis: *Ex te ortus est Sol
iustitiæ, Christus Deus noster*; ac proinde per ne-
cessariam consequentiam dicitur de ea debet, quòd
lucem inhabitat inaccessibilem, maximè cum ve-
rus Sol iustitiæ ex ipsa procedat, qui ait: *Ego
sum lux mundi*. In primis quoque Maturini le-
ctionibus hæc verba habuimus: *Ego feci in cæ-
lis ut oriretur lumen indeficiens*, in Epistola ve-
rò ad Missim ipsam audistis dicentem: *Quando
preparabat cælos, aderam*; undè ipsam in vera
luce consistere, nequaquam dubitare possumus,
maximè cum S. Joannes filius ejus adoptivus eam
in Apocalypsi amictam Sole, Luna calceatam,
stellisque coronatam conspexerit, & conse-
quenter *Tenebræ eam non comprehenderunt*.

2. Porro certum est, quòd ut in principio Ge-
neseos habemus, Deus lucem hisce verbis crea-
ri præcepit: *Fiat lux, & facta est lux*; prius-
quam prothoparentes nostri tuas ad hominum
veritutum manus extenderent, è quo omnium
culpæ venenum in totam humanam posteritatem
transfusum fuit. Et quidem S. Augustinus per
hanc lucem naturam Angelicam intelligit, verum-
tamen non desunt nobis rationes afferendi, quod

per hanc lucem Deipara Virgo intelligidebeat.
S. Vincentius Ferrerius Dominicanæ religionis
clarissimum sidus, in quodam sermone verba illa
Geneseos: *Spiritus Dei ferebatur super aquas.
Dixitque Deus: Fiat lux, & facta est lux*; expli-
cans, ita scribit: *Ecce conceptio Virginis Mariae;
Lux dicitur illa benedicta generatio Virginis
Maria, quia sine tenebris culpa facta est*; ac de-
mum verba illa: *Spiritus Dei ferebatur super a-
guas*, explicans, subjungit: *Ecce hic promissio de
Virgine Maria ad Ioachim, cum sleret, dicens:
Domine; si ista sterilitas venit ex peccato meo,
indica mihi*. Vel etiam per aquas illas culpam
originalem intelligere possumus: *Bibunt sicut
aquam iniquitatem*; universa namque humana
progenies in hunc culpæ torrentem irreparabi-
liter incidit; at verò Deipara Virgo hoc privile-
gio decorata fuit, quòd Sponsus ejus, id est, Spi-
ritus sanctus: *Spiritus Domini ferebatur super
aquas*; sese interposuerit, quòd minùs in hæc a-
guas incidere, eamque ab hoc impetuoso tor-
rente illam præservaret.

3. Verùm enim verò ut Discursus noster ad
lucem denuò redeat. Ex quo ab hac luce verus
ille iustitiæ Sol generandus erat: *Ex te ortus est
Sol iustitiæ*; ipsa que futura erat genitrix sui crea-
toris, conveniebat omninò, ut creaturarum om-
nium, quæ unquam ab omnipotentibus increata
sapientia manibus prodierunt, pulcherrima ef-
fetiæ proinde in luce figurata & expressa fuit,
ut potè quæ inter omnia creationis opera pri-
mum

Serm. 2. de
Nat. Ma-
ria.

Serm.
Nat.

num maximèque præcipuum fuit ; ac proinde dicitur ; *Primogenita ante omnem creaturam*, atque à comuni & informi omnium aliarum animarum massa separari meruit : *Divisi lucem à tenebris*, id est, Deus postquam ipsam in æterna mente sua in matrem suam elegeret ; eandem à communis culpæ, omniumque aliarum contagione sequèstravit. Clarum est etenim, quod peccatum in pluribus sacra Scripturæ locis tenebrarum nomine denotetur : *Abjiciamus operata tenebrarum, & induamur arma lucis*, ideoque in hoc casu nostro simili merito lucem hanc creatam dicere possumus, priusquam quidam tenebræ aut caligo culpæ esset, acriter ; hinc autem prius in hujusce Virginis anima præservativam præparasse gratiæ lucem, quam ab abyssu culpæ submersa obtenebraretur ; lucis namque titulus ei adscribitur, ut ab omni culpæ nævo totaliter exempta fuisse declaretur ; siquidem lux & tenebræ incompatibiles prorsus existunt.

4. In libro Sapientiæ de hac eadem Virgine sanctissima hisce verbis tractatur : *Emanatio quadam est claritatis omnipotentis Dei sincera, & ideo nihil inquinamenti in eam incurrit*; at verò superius in primo Discursu de hoc eodem festo satis probavimus, quod quicquid de divina Sapiencia dicitur, ab Ecclesia beatæ Virgini adaptetur ; ac proinde valdè notanda sunt illa verba : *Nihil inquinamenti*; siquidem illa de macula veniali interpretari nequeant, cum de illa, utpote à qua totaliter, ex communi omnium sententia, immunis extitit, nulla sit controversia; ac proinde de originali veniunt intelligenda. Ad hæc idem ipse Filius, qui ipsissima est sapientia increata, de ipsa prosequitur ulterius dicendo : *Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei majestatis*. Quibus verbis consonat titulus ille, quo eandem sanctus Joannes Damascenus commendat, dum ait de ipsa : *O virga & divina imago Dei, ad quam Deus ipse inventus est artifex* ! ac proinde cum ipsa imago & speculum quoddam sit, in quo se metipsum contemplatus fuit purissimus & innocentissimus ipsemet Dei Filius ; dicere necessarium est, ipsam ne minimam quidem contraxisse maculam, nec ullo unquam ævo fuisse contaminatam, maximè, cum, ut supra ostendimus, verè de ipsa dicatur : *Tota pulchra es, & macula non est in te*. Pergit insuper loco superius

insinuato de ipsa dicere increata Sapiencia : *Est hæc speciosior sole*. Et merito quidem ; siquidem Sol ipsi loco paludamenti alicujus ipsam adornantis deservit : *Mulier amicta sole* ; ipsaque stellarum astra elegantissimum capiti ejus diadema contexere fatagunt : *Et super omnem dispositionem stellarum luci comparata invenitur purior* ; quamnam verò in Maria puritatem majorem desideratis, quam eam, quæ ad Angelicam usque pertingit innocentiam ; cum illa namque S. Bonaventura Mariæ comparat puritatem, dum ait : *Maria est purior sole, quia superat spiritualem, id est Angelicam creaturam*. Angelicus quoque Doctor ita de ea scribit : *Beata Virgo excessit Angelos in tribus, in quibus Angeli excedebant alios homines, scilicet in plenitudine gratiæ, familiaritate Dei, & puritate*. Quibus omnibus suppositis optarem aliquem, qui perspicuè exponeret mihi, an beata Virgo par futura fuisset Angelis, an verò inferior, si peccati maculam in conceptione sua contraxisset ? Certum est enim ipsam in tali casu cum Angelorum puritate nequaquam comparari potuisse. Quid ergo ? Vultisne Angelos subditos ejus puriores fuisse, magisque immaculatos ipsâ, quæ ipsorum electa fuerat Imperatrix & Regina ? De ipsa scribitur : *Luna sub pedibus ejus*; sed quoniam putatis sine id ecepta dicitur ? Num forte Luna sub pedibus posita peculiarare quoddam nobilitatis ipsius insignis ? aut vero ideo planeta hic pedibus ejus subternitur, ut per hoc generosa & heroica omnium rerum terrenarum & sublunarium abrenuntiatio denotetur ? Porro sciendum est, Lunam solum esse imperfectionum atque defectuum ; siquidem ipsam defectuosam semper ferè conspiciunt ; *Stultus sicut Luna mutatur*. Verùm iniquies, quamobrem Luna hæc pedibus illius subternitur ? S. Bernardus ait : *Defectus omnis sub ea*; quali dicat : Luna, edibus Mariæ subtrata, ipsam omnibus defectibus, cunctisque culpis ex nostra fragilitate contractis superiorem fuisse demorat : *Et quicquid fragilitatis seu corruptionis est, excellentissimâ quadam sublimitate præ cæteris omnibus excedit & supergreditur creaturis, ut merito sub pedibus ejus Luna esse dicatur*. Quisnam vero in anima aliqua dari potuisset enormior defectus, quam sit culpa illa, quæ nos inimicos Dei, & æcelesti gloria exules atque extorres constituit ? hæc igitur verè

In Spec. Virg. c 3.

Ecc. 12. 12.

Serm. de verb. Apoc. Sign. 6.

m. 2. de st. Ma

Serm. 1. de Nativ.

Expos. 2.
c. 40. in
Cant.

venè pedibus ejus prostrata fuit, ut potè à qua totaliter fuit immunis. Richardus de sancto Vidore ait: *Est autem luna sub pedibus ejus, quia omnis homo prater eam defectum habuit.*

Isa. 14. 13.

5. Eodem profus tempore, quo sancto Joanni visio magnæ illius mulieris sole amictæ, coronatæ stellis, & lunâ calceatæ exhibita fuit, pariter visum est aliud signum in cælo: *Et ecce draco magnus; hic autem draco à potentissimo totius cœlestis militiæ Principe in abyssum deturbatus, ibidemque vincus fuit; scisne quamobrem id factum sit? In Isaia de hoc dracone scribitur, eum fuisse luciferum, qui solium suum super stellarum lucidissima sidera collocare constituerat: Super astra Dei exaltabo solium meum; ac proinde præceptus actus est in abyssi profundum. Et quidem, ut mysterium istud plenius intelligatis, sciendum est, draconem illum omni studio in id conmissum fuisse, ut stellatam hanc coronam è Mariæ vertice tolleret, eandem pariter ut alios homines, originali peccato mediante, jugo suo subjiciendo. Etenim prærogativa isthac, ipsam videlicet solam ab originali culpa præferatam fuisse, una est ex locupletissimis coronis, quæ personam ipsius elegantissimè adornant; ac proinde sanctus Michael tanquam generalissimus Angelicæ militiæ Archistrategus, immaculatam Reginæ suæ puritatem zelans se eidem opponit, atque in evidens victoriæ signum, ut serpentem infernalem nihil adversus ipsam prævalere potuisse ostenderet, eundem draconem Reginæ suæ pedibus prostravit. Superbissimus quidem lucifer thronum suum super Virginis verticem exaltare contendit, sed turpiter delusus atque deceptus fuit. Ex quo enim ipsa futura erat elegantissimus ipsiusmet Dei thronus (*Veni electa mea, & ponam in te thronum meum*) ideo ipsam veluti thronum suum ab hujus draconis veneno præservare voluit totaliter illæsum.*

Num. 24.
17.

6. Galfridus super illa verba scribens: *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel; ita ait: Mira res! humanum genus ex limo factum est, etiam ante culpam; & quomodo jam inde stella? quomodo ex terreno germine siderea proles? Cur Spiritus sanctus de humana Virginis progenie tractans, stellæ titulum eidem attribuit: Orietur stella? Nimirum*

ut intelligamus, quòd quando de Dei Genitrice agitur, ipsam considerare debemus, non veluti ex communi illa & contaminata Adæ massa procreatam; sed potiùs instar serenissimæ cujusdam lucis non solum à luna, vel à stellis; sed etiam ab ipsomet sole promicantis; imò instar talis cujusdam lucis, à qua ipsemet Sol increatus lucem suam sortitur; nam ut Ecclesia ait: *Ex te ortus est sol justitiæ. Qua est stella orta ex Iacob, nisi ea qua nobis nata est Virgo Maria ex progenie Abrahæ, clara est stirpe David? Stella profusus magis te, quàm nomine, cujus vita gloriosa lucem dedit sæculo?* In Abacuc peccati abyssus patulo nobis ore conspicuè exhibetur: *Dedit abyssus vocem suam; at verò paulò post sequitur: Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum; quasi textus ille dicere vellet: Non obstantè quòd abyssus os suum latè aperuerit, attamen tam sol quàm luna lumen & claritatem suam illæsam conservarunt, nec quicquam ex densis illis abyssi tenebris contraxerunt. Porro per Solem Christus intelligitur: *Ex te ortus est Sol; per Lunam vero beatam Virginem intelligere possumus: Pulchra ut Luna; ambo verò hi planetæ steterunt in habitaculo suo; non vero ceciderunt per lapsum aliquem, quia commorationem suam non habebant hinc deorsum in terras, atque ideo Scriptura sacra, quoties de beata Virgine loquitur, de eadem tractat potiùs velut de creatura cœlesti, quàm terrena. Neque ipsa aut filius ejus errantes planetæ fuerunt; siquidem filius ejus impeccabilis fuit per naturam; Mater autem impeccabilis extitit per specialissimam Filii gratiam.**

Hab. 3. 2.

Cant. 6. 9.

7. Valdè etiam ad propositum nostrum considerabilia sunt verba Psalmi: *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* In quo loquendi modo Deus noster nobis instar cujusdam è Maria nascentis, ex eaque velut è nuptiali thalamo procedentis sponsi ob oculos ponitur; at verò quod in istis verbis vel maximè considero, est, quòd eo ipso quo tabernaculum suum in Virgine collocat, (*qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*) sibi in clarissima Solis luce stare & collocatus esse videatur. Quis autem unquam in sole vel meridiana luce maculam aliquam deprehendere potuit? verùm enim verò

Psal. 6.

Orat. 43.

verò Nazianzenus circa eadem verba hanc considerationem instituit, videlicet quod Deus in omnibus quidem creaturis hanc regulam observavit, quod videlicet creaverit materiam, eamque postea forma sua vestiverit, præterquam in Sole; quod enim hoc solus solere at met, certo quodam modo dici potest, quod in illius productione prius creaverit formam, & postea materiam; *Forma enim Solis lumen est*, Deus autem prius lucem formavit, *sic lux, eidemque luci postea esse Solis attribuit*. Porro cælum & terram prius creavit informem, deinde verò hanc arboribus, plantis, herbis, floribus & mineralibus vestivit, illud verò variis planetis & stellis illustrando condecoravit; at verò formaturus Solem, lucem anticipatè fabricavit, & hanc paulò post in supremum Solis planetam univit & collegit, Idem quoque in Maria factum fuisse videtur, cum enim supremus ille rerum omnium artifex Deus in progressu sæculorum verum iustitiam Solem Christum ab Horizonte hic in terras edere vellet, prius ab æterno in mente sua divina esse quoddam luci dedit, id est, ut ex S. Vincentii æterni sententia superius diximus, Virginem ejus matrem in illius conceptione ab omni labe præservare decrevit, ideoque gratiæ prævenientis lucem primò creavit, ne in unione immaculatæ animæ ipsius cum corpore aliquam contraheret maculæ caliginem, hancque lucis productionem ideo instituit, quia ab hac luce, id est, à Maria verò illi Soli, de quo dicitur: *Ex te enim ortus est Sol iustitiæ*, corpus ministrandum erat.

Orat. 1. de
nat.
Maria.

8. Enimverò benè ponderanda sunt illa S. Joannis Damasceni verba, dum ait: *Natura gratiæ factum ante vertere minimè ausa est, verum tantisper expectavit, quoadvisue gratiæ factum*

suum produxisset. In aliis rebus prius natura operatur, & postea gratia, hic vero lex ista mutatur, prius enim gratia operata est in Maria, utpote quæ *Mater gratiæ* futura erat, & postea natura operationes suas perfecit. Porro licet lux genitrix Solis existat, pariter tamen Solis denominari potest partus & effectus, id quod de hac luce mythica dicere similiter possumus: *Genuisti qui te fecit; Genuisti natura mirante tuum sanctum Genitorem*.

In Spec.
Virg. c. 9.

9. S. Bonaventura super illa Archangeli verba: *Dominus tecum*, optimè notat, quod Archangelus non dixerit, *est, fuit, erit*, sed absolute: *O Maria, Dominus tecum fuit, tecum est, tecum erit, tecum utique sicut Sol cum aurora*. Ecce igitur tibi qualiter Virgini adsit in aurora, id est, in primi diluculi luce, in primo conceptionis suæ instanti rutilat ad instar lucis & Solis. In quadam Antiphona de S. Cæcilia dicitur: *Dum aurora finem daret, cæcilia exclamavit, dicens: Eja milites Christi, abijcite opera tenebrarum, & induamini arma lucis*. Porro tenebræ peccata præfigurant, siquidem *qui malè agit odit lucem*: aurora verò tenebras dissipat, easdemque nequam patitur, aut admittit: Imò ferendum auroram unam eandemque rem esse cum Sole: ita prorsus se res habet in Maria, siquidem humanitas verbi ejusque caro ex virgineis Mariæ sanguinibus assumpta fuit; Aurora clara est, serena est & luminosa, utpote quæ tanquam Solis genitrix, eundem in sinu suo defert; *Ex te enim ortus est Sol iustitiæ*. Unde doctissimus Idiota ait: *Tota pulchra es ex generatione verbi divini, qui est splendor patris gloriæ, candor lucis æternæ, & speculum sine macula*.

In con-
temp. de
B.V. c. 2.



Ostenditur beatam Virginem à macula originali exemptam fuisse, ex eo quod Christi mater fuerit.

DISCURSUS QUINTVS.

Iacob autem genuit Ioseph virum Maria, de qua natus est Iesus.

Ser. 1. de
Assumpt.

Hodiernum Evangelium præcipuam rationem, ob quam beatam Virginem à peccato originali præservatam fuisse, credere debemus, duobus brevissimis verbis tangere videtur, dum ait: *De qua natus est Iesus.* Bernardus dicit, quod ad hoc, ut dignè concipere valeamus, quousque beata Virgo in se à ad cælos assumptione exaltata fuerit, duo hæc puncta graviter pro meritis ponderare sufficiant: *Cum tanto honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria, qua tantum decuit filium;* ac proinde pari quoque modo nos dicere possumus, omninò conveniens & a quum fuisse, ut ipsa tanquam mater, & quidem tanquam mater tanti filii ab omni culpa maneret illæsa, quantumvis originali, cunctisque aliis communibus.

1. Primum secundæ tabulæ præceptum, quod verbum æternum postea incarnatum proprio digito tabulæ lapideæ insculpsit, agit de honorandis parentibus, quod qualiter idem verbum post assumptionem à se carnem adimpleverit, facile colligi potest ex eo, quod nobiscum hic in terris vivens dixit: *Non veni legem solvere, sed adimplere;* Quis igitur dubitare poterit, quin idipsum executus perfectissimè fuerit respectu matris suæ adeo dignæ, tantique à se æstimatæ; *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Quoniam verò excellentiori honore ipsam afficere poterat, quam illam à monstro quodam infernali præservando, quale est peccatum, quod nos DEI amicitia & gloria privat, & cæli inimicos constituit? maxime quando verbum æternum optimè noverat, ipsam, ut de-

voti ejus pientissimè contemplantur, in ea fuisse animi præparatione constitutam, quod potius altissima Maternitatis Dei dignitati renuntiasset, quam quod peccatum etiam per umbram duntaxat contractum in se admittet, ut potè cujus filius ejus tam juratus hostis existit; Nec immeritò, quia perdere Deum ejusque divinam gratiam, etiam per modicum temporis momentum adeo ingens malum est, ut cum nullo quantumvis excellentissimo bono, imò ne quidem eum ipsamet Maternitatis Dei dignitate in comparationem venire possit.

3. Enimverò certissimum est, quod Filies Dei, ut jam diximus, matrem suam in ejuſdem ab hac vita exitu *cum tanto honore, quo tanta mater digna fuit, & cum ea gloria, qua tantum decuit filium,* honoravit, cur igitur non crederemus eundem quoque Dei filium sollicitum fuisse, ut eandem in primo ipsius in hanc vitam ingressu, in puncto videlicet conceptionis ejus, in quo anima corpori unita fuit, impense honoraret, eamque à dæmonis jugo, & servitute peccati præservaret, eandem super omnes alios communis massæ generis humani consortes privilegiando? An fortè dubitatis de ipsa intelligenda esse pulchra illa verba: *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum* & maxime cum paulò ante in eodem Psalmo dictum fuerit: *Dominus custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus.*

4. Notandum proinde est Christo in electione matris suæ non accidisse idem, quod ordinariè evenire solet omnibus aliis, quibus necessum est ut matri illi, quam illis errare nescia cæli providentia destinavit, absque ulla contradictione acquiescant, cum in nostra

Pf 120. 8.

nostra minimè positum sit potestate genitorum, à quibus nascamur, eligere: at verò Dei Filius Mariam ab æterno in suam elegit matrem; unde ipsa dicit: *Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret; & consequenter ad magnam ipsius animam egregiè & superabundanter locupletandam, infinitos eidem præparavit donorum & gratiarum thesauros, ipsamque omnium creaturarum primam esse voluit: Primogenita ante omnem creaturam.* Et consequenter cum eidem Dei filius unico duntaxat voluntatis actu ipsam à reatu culpæ originalis eximere, atque ab ignominioso illo lapu præservare potuerit, quamobrem id eum minimè fecisse credemus? maximè cum donum ei acceptius hac gratiâ conferri non potuerit, ipsaque illius gratiâ meritissima extiterit: *Tanta mater tanto honore digna fuit.* At vero quod in prædictis verbis maximum pondus habet, est, quòd id ipsum tantum docuerit filium, cum enim ipsa DEI filium enixura esset, decens omninò erat, ut illam præservaret. Unde Dionysius Carthusianus ait: *In matris igitur utero Maria sancta fuit eò abundantius, quo præ famulus mater veneranda exitit. At verò tam excellenti puritate venusta exiit puellaris caro, ut eam supersplendenti Divinitati uniri dignum esset, ideoque ab omni prorsus macula præservanda fuerat, qua tanto mysterio congrueret.*

De dignit.
Maria
art. 13.

Sap. 1. 4.

5. Ipsomet veritatis spiritu distante scribitur: *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Quando igitur sapientia Patris incarnanda erat, hæc utique nunquam fetali cupiam matri adtrinxisset, cujus anima paulò antè propter reatum culpæ DEI inimica & terrea peccati extitisset, quin potiùs ideò novem mensibus in ejus voluit utero commorari, quia sanctorum erat Spiritus sancti, & quia speciem referebat delitiosissimi cujusdam Paradisi: *Emissiones tuæ Paradisus,* tecus enim exhorruit fet Virginis uterum, si is antea antiqui serpentis fuisset receptaculum, & veneni infernalis passus fuisset toxicum.

6. In toto Testamento novo nullam Spiritus sanctus sive matris, sive patris Mariæ fecit mentionem, prouti alias meminerat parentum Præcursoris sui sancti Joannis Baptistæ & aliorum; Nostisne quonam id mysterio factum sit? Nimirum quia tametsi

verissimum sit ipsam à Joachimo & Anna sanctissimis parentibus genitam fuisse, implem tamen Dei filius certo quodam in hoc gloriari voluit, quod pariter filius ejus & pater esset: *Tu qua genuisti natura mirante tuum sanctum genitorem,* ut vel sic faciliùs crederetur ipsam tanquam matrem & filiam Dei nullam humanæ generationi annexam contraxisse maculam; *Vnus est altissimus creator omnipotens, ipse creavit illam in Spiritu sancto,* id est creavit illam plenam Spiritu sancto, adeò ut nullum peccato locum dare potuerit. S. Petrus Damianus de divino ejus filio dicit: *Qui antequam nasceratur talem creavit eam, ut ipse digne nasci potuisset ex ea.* Idem quoque alibi clarius scribit: *Dei cum virgine unius natura habet identitatem, quia idem est quod illa, adeoque si bene rem consideremus, verissimum est quod ipsa Deo verè dicere potuerit: Substantia mea apud te est, idque tali prorsus modo, ut nonnulli Theologi, & inter illos præcipuè Suarez, existimaverint, carnem illam, quam virgo Christo subministravit, in eodem semper fuisse conservatam: Facile credi potest illam substantiam carnis, quam Christus assumpsit ex Virgine, nunquam fuisse omninò dimissam, aut continua caloris naturalis actione resolutam, sed eandem omninò fuisse semper conservatam, & verbo DEI unitam.* Sanctus Augustinus in sermone quodam de ejus Assumptione ita scribit: *Caro Christi, caro est Maria, ac demum præfatam Theologorum opinionem authenticare velle videtur hisce verbis: Quamvis gloria resurrectionis fuerit magnificata, eadem tamen mansit, quæ suscepta est ex Maria.* Hoc igitur supposito quæro num conveniens vobis esse videatur, hanc filii DEI carnem à matre ejus susceptam, in qua DEI Patris dextera gloriosus assistit, aliquod cum peccato, aut Diabolo quantumcunque etiam brevissimo temporis spatio habuisse commercium? quid magis à DEO distat, aut vehementius eidem repugnat, quam culpa & offensa ipsius? quidem à puritate & candore Mariæ magis alienum quam peccati macula? Idemmet S. Augustinus in alio quodam sermone tale facit argumentum: *Si elegit divina voluntas sola gratia inter crepitantes vehementium ignium flammæ non solum puerorum corpora servare illæsa, verum & ipsa vestimenta servare inusta, cur ab-*

Eccl. 1. 9.

Ser. de Assumpt.

Ser. de nat.

To. 2 in 3.
p. 9. 27. art.
1. disp. 1.
sect. 2.

Cap. 5.

Hom. 4. de Assumpt.

nuas in matre propria, quod elegit in veste aliena? Quamto rationabilis erat, ut magnam matrem suam ab illo præfervaret igne, qui fumo suo obscurat, & ardore suo omnes alios adurit?

7. Sanctus Apostolus de Christo sub figura prothoplasti Adami tractans, ita de eo loquitur: *Secundus homo de cælo cælestis*. Sed quid loqueris ô sancte Apostole? quid dicis? Nunquid ex fidei nostræ magisterio scimus, quod *Verbum caro factum*, quomodo igitur de eodè incarnato verbo dicis, quod sit cæleste? *Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, homo est ex substantia matris in sæculo natus*, quod totum verisimè quidem dicitur, veruntamen S. Apostolus aliud quippiam intendere videtur, nimirum vult ut sciamus, quod tamen si filius Dei ex Maria carnem acceperit, nõ tamen ob id ex vitiosa Adæ stirpe & progenie descendebat, non erat ex aliqua maledictæ illius terræ portione, quæ spinas & tribulos germinat, procreatus, sed caro ipsius tamen si mortalis & humana fuerit, talis tamen extitit, ac si ex mundissima cælorum puritate descendisset. S. Augustinus aliud in super & fortius stringens facit argumentum, dicens: *Inde scimus, quod ei plus gratia collatum sit ad vincendum omni ex parte peccatum*; at verò unde argumentum istud deducit? quod concipere & parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum. Quotiescunque Deus noster aliquem ad ministerium quodpiam eligit, semper ei illa confert talenta & dona, quæ illum ad tale munus obeundum efficere possunt idoneum, unde Apostolus dicebat: *Idoneos nos fecit ministros*; Ex quo igitur Mariam non in ancillam, sed in filii sui generatricem elegit, cur non dicemus ipsam pariter tales ipsi præparasse gratias, quæ ipsam dignam tanti partus constituerent matrem? *Hæc est mulier, quam præparavit Dominus filio Domini mei*; quæ verò ratione ipsam melius præparare potuisset, quam ipsam à servitute peccati omnibus ex progenie Adæ descendentibus posteris communi exigendo? *Ecceur Deum id re ipsa fecisse non credemus, quando ipsam pro tali sibi collato beneficio gratias affectuosissimas retulisse constat? Liberasti me, inquit, secundum multitudinem misericordie nominis tui à rugientibus præparatus ad escam, de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum.*

8. Enimvero considerandum, quod quando beatissima Virgo ad sublimem illum Ma-

ternitatis Dei gradum per verbi æterni conceptionem evecta fuit, Archangelusque Gabriel in solemni illa legatione se ei ob oculos sistens, dixit: *Ave gratia plena, Dominus tecum*, ipsa, prout in Tomo I. ubi de hoc mysterio tractatur, fusius diximus, omnibus illis inexhaustis gratiarum thesauris; quibus Altissimi sapientia & omnipotentia animam aliquam creatam locupletare poterat, repleta fuerit, nam prout omnes sacri Doctores fatentur, mundum quidem pulchriorem & ampliolem creare potuit, non vero excellentiorem matrem, quæ vero ratione de ipsa verificari potuisset, quod *gratia plena* esset, si hanc ei gratiam, hæcque à peccato originali præfervationem non contulisset. Quando vas aliquod liquore quodam repletum est, nullus alteri liquori admittendo aditus dari potest; ita quoque si anima beatæ Virginis in illo instanti, quo unita est corpori, gratiã uberrimè repleta fuit, venenum serpentis & culpæ nullum in ipsam habere aditum potuit, quia gratia excludit culpam, maxime illam, quæ nos inimicos Dei constituit, *Dominus tecum*. In præcedenti Discursu S. Bonaventuræ interpretationem ad illa verba adduximus, in qua tandem concludit, Deum hunc semper ac perpetuum cum Maria fuisse, etiam in conceptionis suæ primo instanti. Non dixit Angelus, *Dominus nobiscum*, sed *tecum*, quia ut Doctor angelicus declarat: *Aliter est Dominus cum B. Virgine, aliter cum Angelo, quia cum ea ut filius, cum Angelo ut Dominus*, prout filius matri suæ ab ipsa æternitate strictissimè conjunctus fuit; *Dominus possedit me in initiis viarum suarum*. Insuper quoque Archangelus addit: *Benedicta tu in mulieribus*. Quasnam verò benedictiones Maria aliis omnibus superioribus accepisset, si ipsa tantum fuisset in materno utero sanctificata, cæterum eidem maledictio: *oni, quæ adversus totam infectam massam progeniei ab Adâ descendens fulminata fuerat, fuisset subiecta? S. Fulgentius ait: cum dixit gratia plena, ostendit iram exclusam prima sententia, & plenam benedictionis gratiam restituta.*

9. Verum enimvero pulcherrimam circa illa verba: *Invenisti gratiam apud Dominum*, audite Hugonis Cardinalis ponderationem; etenim non dixit (prout etiam Albertus Magnus optimè advertit) *Habes gratiam apud Deum; sed invenisti*, id namque propriè inveniri dicitur, quod perditum est; iustitia igitur & innocentia origi-

Ser. de
laud. Ma-
ria.

Serm. 3. de
Annunt.

originalis, siue gratia primis nostris parentibus collata ab ipsis perditā fuerat, à beata Virgine autem reinventa fuit; notandum quoque quod Angelus beatæ Virgini, quando Mater filii Dei futura erat, insuper dixerit: Spiritus sanctus superveniet in te. Ubi Lyranus ait. Non dixit veniet, sed superveniet; bene dixit superveniet in te, quia prius venerat Spiritus

sanctus super virginem adhuc in utero matris existentem, illam ab originali præservando. Idiota pariter ait: Invenisti virgo Maria gratiam cœlestem, qua fuit in te ab originali labe præservatio. Lucas Burgenfis denique ait: conc. 2. de B. Virg. Gratia plena: quod expers esset, semperque fuisset omnis peccati originalis & actualis.

Hoc speciale privilegium præservationis ab originali B. Virgini debitum fuisse probatur rationibus, & nonnullis objectionibus respondetur.

DISCURSUS SEXTVS.

Felix es virgo Maria, & omni laude dignissima.

Verba illa hodiè ad Missam lecta, quibus sancta mater Ecclesia gloriæ & honori hodiernæ conceptionis festivitatis applaudit, mysteriis utique turgent, per ea namque nobis privilegia, prærogativas insinuare intendit, quibus ipsa (& jure quidem meritissimo) super omnes alias animas electas exaltata fuit. Etenim indubitatum est, quin omnes, quotquot in Paradiso sunt sancti, laude digni sint, non tamen omni laude, veluti mater Dei, S. Petrus commendari meretur eo, quod ex cœlesti quodam instinctu Christi divinitatem mundo manifestarit, verum tamen timore adactus eundem quoque turpiter negavit. Sanctus Paulus dignissimus est laude, utpote vas electionis, Doctor gentium, & sonora Spiritus sancti tuba, sed persecutus est Ecclesiam Christi. Sanctus Joannes apostolus ob virginitatem suam laudari meretur, utpote ob dotem sæculo rarissimam, nec non quia ab ipsomet Dei Filio, declaratus fuit matris suæ filius adoptivus: verum tamen primarum sedium se ambitione ustum esse, haud obscure ostendit;

Præcursor Domini tanta fuit laude dignus, ut ipsamet sapientia incarnata ejus se panegyristam exhibere non erubuerit; verum tamen nec ipse dici meruit omni laude dignissimus, quia tametsi in utero materno sanctificatus fuerit, culpam tamen originalem contraxit; solam Christi matrem specialissimo hoc privilegio dignam fuisse credibile est, ut à labe originali præservaretur, & consequenter de ipsa sola asserere possumus: Felix es sacra &c. Paulus de Palatio super illa verba: Inter natos mulierum non surrexit major Joanne Baptista, ita scribit: Ex quo loco sub aliorum censura aperte colligo, virginem Mariam in peccatum originale non cecidisse; Pater manifestus; Joannes major est omnibus, qui ceciderunt & surrexerunt. At non est virgine major; igitur virgo non cecidit; fateor, nescio hoc argumentum dissolvere. S. Augustinus expresse dicit: Cum de peccatis agitur, nullam prorsus questionem habeat de virgine. Quando in Concilio Tridentino controversia de peccato originali mota fuit, idem Concilium illud quidem omnibus hominibus communè esse declaravit, subjunxit tamen & defini-

In cap. 1. de Matth.

Lib. de natura & gratia c. 25.

vit se sub hoc universali Mariam nequaquam comprehensam esse velle : *Declarat tamen hac ipsa sancta Synodus, non esse sua intentionis comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginem Mariam Dei genitricem.* De ipsa etenim sola pleno ore canit sancta Mater Ecclesia : *Sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo ; hoc autem de ipsa asseri nequaquam posset, si sanctificata, non verò præservata fuisset, siquidem etiam sanctificationis aliorum existerent exempla, ut in Joanne Baptista & Jeremia clarissimè liquet.*

2. Doctissimus Salmeron hoc argumentum utitur : *Quemadmodum sola mater Christi est & virgo, sola etiam corpore & anima in cælum assumpta, ita etiam sola ab originali crimine excellenter præservata.* Tritum quoque est illud sancti Bernardi axioma : *Quod vel paucis constat fuisse collatum, fas certe non est suspicari tanta virgini esse denegatum.* Hoc igitur tanquam verissimo supposito, certum est, quod ex quo aliæ creaturæ è manibus verbi æterni filii ejus egressæ (*per quem omnia facta sunt*) in statu innocentia & gratia formata fuerunt, quamobrem hanc eandem prærogativam & gratiam Matri ejus denegatam fuisse credemus ? maxime si illam cum aliis comparare velimus, quod nequaquam convenire nemo non diffitebitur, cum ipsa citra ullam controversiam omnibus aliis superior existat.

3. Dicetis fortasse solos Angelos fuisse in gratia creatos, utpotè creaturas nobilissimas, & cœlestis curiæ ephebos ; sed respondeo, posito id verum esse, nunquid decebit subditos & servos aliquo frui privilegio, cujus fruitione eorundem Regina & Imperatrix fuerit destituta ? veruntamen minime verum est solos Angelos in gratia fuisse creatos ; nunquid enim eandem sortiti sunt prærogativam intra ipsam naturam humanam prothoparentes nostri ; tamen ex loro plasmati & non puri spiritus fuerint ? & tamen Mariam Evâ inferiorem fuisse existimabimus, cum tamen de illa canat sancta Dei Ecclesia : *Quod Eva tristis abstulit, tu reddis ?*

4. Chrysostomus optime ponderat, quod quando Salvator noster ingenti cum sollicitudine matrem suam dilecto discipulo in Cruce commendavit, de alijs Mariis, quantumvis bonè de ipso meritis, ne verbo quidem

mentionem habuerit, illiusque hanc reddit rationem, quia *Quiddam amplius matribus tribuendum.* Quod si ita se res habeat, dicendum est utique Deum majus privilegium matri suæ indulgere debuisse, quàm Angelis servis suis, è quibus multi rebelles fuère ; vel etiam quam primis nostris parentibus, qui pariter legis Dei fuère prævaricatores, Ergone decuisse putatis, quod quæ in matrem gratiæ electa fuerat (*Maria mater gratia*) etiam per unicum duntaxat momentum culpa inficeretur ? scribit sanctus Dionysius Areopagita, quod perfectionis inferiorum modo quodam eminentiori in iis, quæ superiora sunt, recludantur ; cum igitur beata Virgo Maria in ordine gratiæ primum locum obtineat supra omnes creaturas tam humanas, quam Angelicas (*In plenitudine Sanctorum detentio mea*) consequens perfectio est, quod excellentias, privilegia, & specialiores gratias tam naturæ humanæ quam angelicæ collatas perfectissimè participavit, adeo ut si sive in cœlo, sive in terra creatura aliqua inveniat, quæ in statu gratiæ creata sit, idipsum de beata Virgine Maria longè magis credendum sit, *Quod vel paucis constat fuisse collatum, fas, &c.* S. Paulus Christi super omnes Angelos præminentiam demonstraturus, ita scribit : *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditavit ; cui enim dixit aliquando Angelorum ; Filius meus estis, ego hodie genui te ? & rursum : Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium.* Cur igitur nobis etiam ad ostendendam Mariæ super omnes Angelicos spiritus præminentiam, simile facere argumentum non liceat ? *Cui enim Angelorum aliquando dixit : Genuissime ? de iisdem eodem in loco scribitur : Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis ; & hocce tales administratorii spiritus in eadem cum ipso Regum æstimatione habebimus ? seu potius illos cœlorum Regiæ audebimus anteferre, cum servi illius & subditi existant ? Regina Angelorum.*

5. S. Bernardinus in Salutationem Angelicam scribens, ita dicit : *Fuit E Virgo sine tyranno concupiscentie peccati originalis, quia sine eo concepta est, sicut teste Salomone Cant. 4. dicimus, qui ait : Totâ pulchra es amica mea, & macula scilicet originalis culpa non est in te.*

De cœlest. Hierarch.

L. 30. leg.

Heb. 1.4.

Exod.

Orat. 2. nat. D.

Ser. de Virg.

Tome 1. ser. 52. de la b.

Nec

Nec valet, si dicas Angelos hujus maculæ contrahendæ incapaces fuisse, utpotè qui tanquam puri spiritus labem hanc contrahere non possunt, licet eadem in corruptam naturam nostram quotidie transmittatur; hoc etenim argumentum benè procederet, si peccatum corpus contingeret, nunc verò constat id verum non esse, siquidem anima illud contrahit in eodem momento, quo corpore unitur, non verò corpus; atque ideo ex quo filius Mariæ supernos illos spiritus in gratia creavit, jure querendum venit cur non etiam preparare potuerit talia gratiarum antidota in sanctissimæ matris suæ animâ, quibus hæc in sui unione ad corpus procul à se labem hanc arcere potuisset, maxime cum is, qui legem aliquam tulit, facillimè quoque in eadem dispensare possit? *Princeps legibus solutus est*, inquit Ulpianus, qui iterum aibi scribit: *Augusta licet legibus soluta non sit, principes tamen eadem illis privilegia tribuunt, quæ & ipsi habent.*

6. Corpus nostrum in pulverem redigi speciale quoddam est nobis propter reatum peccati originalis infictum supplicium: *Pulvis es, & in pulverem reverteris*, Deus autem ut toti mundo palam faceret, matrem suam quoad hoc peccatum omnis esse reatus immunem, eandem ab hac pulverulentæ corruptione præservare voluit, siquidem ut omnibus constat subito post mortem animâ & corpore tenus in cælum assumpta fuit. In hujusce quoque præservationis manifestum indicium, fomes quoque peccati in ipsa extinctus fuit, utpotè qui pariter ejusdem peccati in cunctis aliis pœna exiit.

7. Vitus olim à Moyse fuit rubus ille, qui igne quidem flagrabat, nec quicquam tamen ab inde consumebatur, audivitque Moyses inde auribus suis insonantem vocem, ipsum proprius accedere prohibentem, nisi prius sese discalcearet: *Solve calcamentum de pedibus tuis; locus enim in quo stas, terra sancta est.* Ecce tibi quoque Mariam inter medias spinas, mediasque flammâs consistentem, sed absque ullius puncturæ sentu; seu ardoris læsione, siquidem fuit lilium inter spinas. Peccatum, ut ait Gregorius Nyssenus, in scriptura vocatur *spina*, atque ideo inter spinas progenitorum tuorum, qui in peccatis concepti tuè & nati, ipsa in sua conceptione immaculata permansit. Unde B. Petrus Damjanus

ait: *Sicut lilium inter spinas sic beatissima Virgo Maria enituit inter spinas, quæ de spinosa propagine Iudaorum candescebat.*

8. Quodnam obicere in eo existimatis latere mysterium, quod Evangelista in hodierno Evangelio tot aliorum heroum genealogiam teneat, ne verbo quidem meminerit generationis Conceptionis Mariæ, nec Joachimi patris aut Annæ matris ejus? (citissime causam? nimirum Spiritus sanctus tanquam Sponsus Mariæ Evangelistarum calamum dirrigens noluit, ut communi aliorum turbæ annumeraretur, sed singulare eidem indulgere voluit privilegium, ut mirum de illius conceptione cum formaremur conceptum, tanquam creaturæ alicujus è cælo potius ad nos delapsæ, quam in terris per naturalem propagationem natæ. *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, refugium meum, & liberator meus, DEUS meus & susceptor meus.* Ecce tibi debitam gratiarum actionem ob luvâ peccato præservationem DEO exhibitam; etenim altatus ille serpens in puncto Conceptionis ejus in procinctu erat, ut hanc quoque animam veneno suo imbueret, prouti aliorum solet hominum animas intoxicare; at verò DEUS ille, qui ipsam in matrem sibi elegerat gratiæ suæ tubmiculo fortiter se eidem opposuit, inimicum ab ea procul arcendo, ne caderet: *Miseriordia ejus prævenit me; salvasti de necessitatibus animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spatiose pedes meos.* Idemmet Ptaltes regius alibi beatissimæ Virginis Mariæ natiuitatem in spiritu Prophetico prævidens ait: *Fluminis impetus latificat civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum altissimus;* quibus verbis ad gratiarum alludit abundantiam, quæ cæliis in ipsam utpotè per civitatem DEI denotata (*Gloriosa dicta sunt de te civitas DEI*) sive in ipsam tanquam ejusdem summi DEI tabernaculum (*Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*) depluisse notatur. Emmerit id, quod specialissimè hic observari meretur, est, quod idem David de mystica hac civitate dicat: *Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam altissimus;* ex illis namque verbis deducitur, eundemmet, qui filius ejus est, ejus quoque creatorem esse & Patrem: *Genuisti qui te fecit;* ad propositum verò nostrum advertendum est, quod

Ps 17. 2.

Ps 30. 8.

Ps 45. 5.

Ps 85. 5.

dici.

L. 30. ff. de leg.

Exod. 3. 5.

Orat. 2 de nat. Dom.

Ser. de nat. Virg.

Ps. 45. 6.

dicitur: *Deus in medio ejus*; quid vero inde sequitur? non commovetur; id quod concordat cum illo, quod Ps. 45. ait: *Adjurabit eam Deus mane diluculo*; quod non nisi de ejus conceptione quoad præservationem intelligi potest; siquidem sanctificatio aliis pluribus communis exitit. Nec obstat, quod Apostolus dicat: *In Adam omnes moriuntur*; siquidem virgo aliis nequaquam connumeranda venit, adeoque sub illo signo universalis omnes ipsa minimè includitur.

1. Cor. 15. 22.

9. S. Jacobus Apostolus dicit: *In multis offendimus omnes*, & tamen virginem nullum commisisse actuale peccatum certum est. Egregia quædam immaculatæ conceptionis ejus figura, ex Genesi, ni fallor, clarè deduci posse videtur; in diluvio namque universalis, in quo omnes arbores præter unam submersæ fuerunt, columba ab arca egressa, & ad eandem sine inquinatione reversa, quando totus mundus in vastum quoddam mare redactus fuit, expressus; quidam Mariæ typus exitit: *Vna est columba mea*; aut verò sic dicere possumus; quod Noë diluvio cessante, ut securum legeret aquas jam notabiliter defecisse ac diuturnas esse, columbam foras emisit, qua requiem suam in quodam Olivæ ramo captavit. Circa quam historiam S. Ambrosius & alii quæ-

Iac. 3. 2.

Gen. 8. 8.

runt, quomodo columba virentem Olivæ frondem ad arcam deferre potuerit, quando aquæ omnes arborum frondes tanto cum impetu avulserant, respondetque sanctus: *Gavissus est vir justus videns fructum de veteri semine aliquem reservatum. Et inde collegit misericordie insigne divina qui fructum demonstraret, cui non possent nocere diluvia*, quasi diceret sanctus ille seniculus Noë, summè gavissus sui videns, quod in communi & universalis teritæ exterminio post eradicatas & evulsas omnes arbores, una nihilominus ab universalis diluvio illæsa & præservata remanserit, oliva nimirum, quæ in pristina sua viriditate & vigore permanfit & perseveravit. Porro Noë typus fuit Patris æterni, qui è cæli arca super Mariam Virginem Spiritus sancti columbam demisit (*Spiritus sanctus superveniet in te*) virgo autem per Olivam præfigurata fuit (*Quasi oliva speciosa in campis; Ego autem quasi oliva fructifera in domo Dei*) evulsis igitur & subversis cunctis arboribus, id est, susque deque everfo toto genere humano (*video homines quasi arbores ambulantes*) sola hæc oliva immaculatæ innocentie suæ viriditatem conservavit, atque in conceptione sua illæsa permanfit, &c.

Pro Conceptione immaculata B. Virginis aliæ deducuntur rationes ex eo deductæ, quod templum Dei nominetur.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Beata Dei genitrix Maria virgo perpetua, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo.

1. **V**T discursum præsentem in tam ampla materia nonnihil intra certos limites restringamus, hoc unicuique nobis scire sufficiat, quod cum Dei mater

eiusdem quoque Dei templum existat, ipsam originalem contrahere maculam, nequaquam convenerit, maximè cum Ecclesiæ DEI minimè sufficiat, quod illam templum DEI deno-

dénominet, quin insuper adjungat: quod sit *scrarium Spiritus sancti*; ac tandem concludat: *Sola sine exemplo placuisti Domino nostro.*

Orat. 1. de
Nativ.
B. V.

2. *Templum Domini.* Ingens illud templum, quod velut unicum mundi miraculum à Salomone fabricatum fuisse noscitur, augustissimum illud magna Dei Matris templum præfiguravit; ac proinde Damascenus de ipsa scriptum reliquit: *Templum Dei sanctum, quod Princeps Salomon construxit & habitavit.* At verò ubinam templum istud fabricatum fuit? In monte Moria, qui *Mons visionis* dicebatur; in quo Abraham ex Dei præcepto ad Isaacum sacrificandum sese accinxit. Porro de cœlesti hoc Virginis templo longè potiori jure dicere possumus, illud nimirum in hoc monte fuisse erectum; siquidem ex quo satis probabilis est illa plurimum authorum sententia, quod videlicet beata Virgo per modum transeuntis (ut si holar. loquuntur) suos in divinam essentiam defixerit oculos (prout de Moysè & S. Paulo pariter creditur, consequenter ab Authoribus valdè classicis, magnæque autoritatis concluditur) quod si in hac mortali vita quoad hanc gratiam privilegiata fuerit, multò magis eadem gratia eidem in primo Conceptionis suæ instanti convenerit, & consequenter ne minimum quidem culpæ nævum contrahere potuerit. Et quidem ob hoc fortasè mysterium sancta mater Ecclesia beatissimam Virginem nobis hodiernâ die splendidissimis lucis radiis circumquaque cinctam ob oculos ponit, alludendo nimirum ad eoruscum illud gloriæ lumen, quod ei in puncto Conceptionis per modum transeuntis fuit communicatum. Etenim S. Bernardus in celebri illo sermone de verbis Apocalyp. per hoc in Virgine conspicuum Solis paludamentum claram Dei visionem exprimi docet, ut potè cujus præquavis alia anima copiosissimè particeps fuit.

3. *Templum Domini.* Pro hujus Salomonici templi erectione, David pater ejus adeo opulentos ac prædivites apparatus ac præparationes instituit, ut si ab alio calamo, quàm qui à Spiritu veritatis gubernabatur, descriptæ essent, merito tanquam fabulose fortasse exploderentur. Legatur obsecro caput 29. libri 1. Paralipomenon, & invenietur quòd computata, quæ ibidem describitur, summa, in argento ascenderit ad mille quadringentos & quadraginta miliones scutorum; auri verò summa pertigerit

Mansi Sanctuarii Tom. IV.

ad mille sexcentos & octoginta tres miliones. Enimvero extra omnè est controversiam, quod hæc omnia in figura continebant illis; siquidem David superiori quodam Spiritu permotus dixit: *Neque enim homini preparatur habitatio, sed Deo.* Ac demum Salomon ait: *Ergone putandum est, quòd verè Deus habitet super terram?* ac proinde omnes hi congregati apparatus, thesauros præfigurabant donorum & gratiarum cœlestium, quæ ab æterno Patre pro illo præparabantur adificio, quod Filius ejus per solidum novem mensium decursum inhabitaturus erat. *Neque enim homini preparabatur habitatio, sed Deo.* Idemet David Plalmo 86. ut præcedenti discursu vidimus, de Maria sub sanctæ civitatis Hierusalem, seu civitatis Dei symbolo loquitur, dum ait: *Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.* Porro quod hisce verbis de Deipara loquatur, id ipsum ut paulò antè pariter observavimus, ex illis verbis clarè deducitur: *Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus.*

4. Porro architectus templi hujus idem fuit, qui unico duntaxat verbo cælum & terram fabricavit: *Ipse dixit, & facta sunt;* putatisne igitur, quod qui æterna Patris Sapiencia erat, & ut sapiens architectus fundamentum posuit, primum ejus lapidem in Conceptione ejus intra sordes peccatorum collocârit? Doctissimus Idiotæ ait: *Tota pulchra es in tua Conceptione;* sed quo fine? *ad hoc solum effecta, ut templum esset Dei altissimi.* Enimvero ne cœptam de templo materiam deseramus, oportune hic mihi in mentem venit, quod Salomon, qui figura Christi fuit (*Ecce plusquam Salomon hic*) Fundamenta templi jaciens, tale præceptum operariis dedit: *Præcepit Rex ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarent eos.* At vero quis unquam lapides expolitos, lævigatos, & affabre elaboratos & quadratos lapides, & quod admirationem vehementius adauget pretiosos magnique valoris lapides in fundamenta fabricæ alicujus conjici vidit? *Civitas in quadro posita est,* dicitur de cœlesti illa Hierosolyma, verò Mariæ typo, ut potè quæ mysticum Dei templum est, ac proinde Salomon illa præcipiens non ad figuram, sed ad figuratum oculum suum directum habebat; siquidem expoliti, quadrati, secti & pretiosi illi

3 Reg. 8 27

In Con-
templ. de
B. V. c. 2.

3. Reg. 5. 17

K k lapides,

1. Paral.
29. c.

lapides, dona figurabant, gratiasque cœlestes : quæ ut à peccati originalis macula præservaretur, in primo Conceptionis ejus instanti in animam ejus cœlitus depluerunt : *Fundamenta ejus in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob*. Porro per hæc Sionis portas templum sanctum intelligitur, utpotè quod in Sion ædificatum fuit, in quo deinde templo beata Virgo intelligitur : *Beata Dei Genitrix Maria, virgo perpetua, templum Domini*. Per tabernacula autem Jacob, quæ fundamenta non habent, alii Sancti intelliguntur; siquidem de illis dici non potest : *Fundamenta eorum in montibus sanctis*; cum concepti & nati fuerint filii iræ. Hoc igitur supposito David dicit : Sciendum est cunctis quod Deo plus diligit, majorisque æstimet Sionis portas, id est, sanctitatem, innocentiam & puritatem Mariæ in primo ejus ingressu in hanc vitam per ejus conceptionem, quam æstimet cunctorum aliorum suorum suorum sanctitatem; adeoque jure merito de ipsa asserere possumus, ipsam majorem assecutam esse in instanti Conceptionis suæ gratiam, majoremque innocentiam, quam habuerint omnes Angeli, cunctæque electorum animæ simul in toto spatio illo, quo mereri potuerunt.

5. Propria ipsius verba hæc sunt : *Radicavi in populo honorificato*; quæ tamen alibi in ejus laudem expoluerimus, extra tamen orbitam propositi mei non censebor progredi, si illorum considerationem hoc in loco replicavero. Sanctus Antoninus per honorificatum hunc populum paradisum intelligit; sed quamobrem beata Virgo hoc loco dicit : *Radicavi*? cur non potius dicit : *Exaltata sum*; vel quid simile? Respondet Sanctus : *Radix est principium arboris; imitemur ergo summitatem perfectionis gloria Beatorum esse in Seraphim ordine supremo*; q. d. Imaginemini vobis ac si omnium Beatorum, cunctorumque spirituum Angelicorum sanctitatem usque ad eam, quæ supremus cœli Seraphinus imbutus est, videretis, ac tunc deum liberè diceret, quod omnis hic immensus & imperceptibilis gratiarum & sanctitatis cumulus, primus sit lapsus, à quo magni hujus augustissimique templi fundamenta suum ducant exordium : *Ibi incipit perfectio gratiæ & gloriæ Virginis*.

6. Solet communiter supra Sanctorum verti-

cem in sanctitatis eximie signum diadema quoddam collocari in forma & specie mediæ lunæ efformatum; at vero ut perspicue nobis insinuetur, quod summum maximumque gratiæ culmen, ad quod omnes paradisi Sancti pertingere potuerunt, primum sit sanctitatis beatæ Virginis principium, luna, utpotè sanctitatis virginæ; adeo eminentis perspicuum insigne pedibus illius substernitur : *Singulis gratia est largita per partes*, inquit Chrysologus; *Maria verò simul se totam dedit gratiæ plenitudo*.

7. *Templum Domini*. In ædificii Ecclesiæ alicujus erigendi exordium, prout in Pontificali Romano habemus, nosque superius in Discursu aliquo de sancto Andrea diximus, primus totius ædificii lapis ab Episcopo, vel alio quopiam superiore multis ritibus & cæremoniis sacris benedici solet; inter cæteras autem benedictiones una sub hac forma verborum exprimitur : *Signum salutis pone Domine Iesu Christe in loco isto, & non permittas introire Angelum percutientem*. In prima autem oratione, in qua ad templum Salomonicum alluditur, ita legimus : *Effugiant omnes hinc nequitia spirituales*. Et quo ritu indissolubile quoddam efformari potest argumentum, nimirum : Quod si tanta cura Ecclesiam tenet, ut in nova templi fabrica à muris illius jam Deo dedicandis, & à jactis ex rudibus saxis fundamentis, eo quod hæc exteriori duntaxat Dei cultui destinatos parietes sustinere debeant, hostis tartareus cum universis insidiis suis abarceatur; cur non etiam dicemus Deum in jaciendo primo lapide, primisque corporalis huius Dei templi, hujus, inquam, Spiritus sancti sacrarii fundamentis omni in id studio contendisse : *Ne permetteret introire Angelum percutientem*? Quis enim dubitat, quin Deus ille, cui omnes creaturæ obediunt, seriò præceperit : *Effugiant omnes hinc nequitia spirituales*? Porro certum est, quod teste Patre Suarez, peccatum originale magis faciat subditum demoni, quam actuale; ac proinde quod si temeritatis merito arguitur, quisquis beatam Virginem peccatum aliquod actuale etiam minimum commisisse dicere auderet, consequens esse videtur, quod si quoad peccatum actuale demoni nequaquam subiecta fuit, multo minus quoad peccatum originale subjiçiat; siquidem hoc ipsum magis facit subditum demoni.

8. In festo Dedicationis templi hæc communiter

P. 4. tit. 15
c. 45. §. 4.

Disp. 3.
sect. 3.
art. 5.

Cap. 24.
v. 10.

P. 3. tit. 15.
c. 5. § 1.

munitur verba in officio divino usurpare sole-
mus : *Vidi civitatem sanctam Ierusalem de
cælo, à Deo paratam sicut sponsam ornatum
viro suo.* Per hanc autem civitatem, prout ex
sancto Antonino habemus, beata Virgo Maria
intelligitur, id quod etiam à pluribus aliis affir-
matur, in cuius fundamentis visi fuerunt lapides
pretiosi, & gemmæ inestimabilis valoris, raræ-
que pulchritudinis : *Fundamenta omni lapi-
de pretioso ornata. Descendentem de cælo, à
Deo paratam.* Ecce tibi eximios gratiarum
donorumque cælestium congregatos appa-
rus, ut illam non tam Matrem, quam Dei
Sponsam puram redderet & immaculatam, di-
gnamque efficerent, cui Verbum æternum uni-
retur. *Erunt duo in carne una: sicut sponsam
ornatam viro suo.*

9. Quodnam obsecro in eo latet mysterium,
quod Regum sapientissimus Salomon ex omni-
bus Palæstinæ arboribus ne unicam quidem a-
sciam in templi à se erecti ædificium adhibere,
sed omnia ligna ex peregrina natione àlteri do-
mino subiecta adduci voluerit? *Omnia in fi-
gura continebant.* Etenim statuta lex erat, ut
omnes Adæ posterii ex vitata illa propagine na-
ti originarium contraherent culpæ reatum : at
vero quia Deus verus ille Salomon oculos suos
in angustum hoc templum suum directos habe-
bat, ideo materiam illius non de terra, sed de
cælo sumere voluit; siquidem in beatæ Virginis
animam immensum tot donorum & gratiarum
cumulum è cælo empyreo submisit, ita ut ipsam
non jam à genitoribus mortalibus natam, sed,
ut ita dicam, suam ab ipsomet Deo originem
trahere videri voluit : *Descendentem de cæ-
lo;* atque ideo, ut suprâ notavimus, in tota Scri-
ptura sacra nulla sive patris sive matris ipsius
fit mentio; sed solum de ipsa, quod Dei Genitrix
fuerit, perhibetur : *De qua natus est Iesus qui
vocatur Christus.*

10. *Templum Domini.* In Psalmis scribitur:
Domum Dei decet sanctitudo. Porro sancta ma-
ter Ecclesia ut nobis, quantæ sanctitatis immac-
ulata Virgo Maria fuerit, significaret, nequa-
quam sibi sufficere censuit, si ipsam templum Al-
tissimi appellaret : *Templum Domini;* sed pro-
tius subdit : *Sacrarium Spiritus sancti.* Quis
igitur unquam dicere audebit peccatum sive dæ-
monem, aut maculam originalem, quæ omnino
idem inter se sunt, ullum vel unquam in hoc

Spiritus sancti sanctuarium habuisse aditum?
Eadem sancta Dei Ecclesia in eadem Antipho-
na immediate subiungit : *Sola sine exemplo pla-
cuisti Domino nostro;* quibus in verbis excellen-
tissimum quoddam ipsi sine exemplo concessum
privilegium perspicue exprimitur, id quod haud
dubie nullum est aliud, quam concessæ ab origi-
nali peccato præservationis.

11. Nonnulli contemplativi, erga Deiparam
Virginem eximie devoti, piè satis observârunt,
Spiritus sanctum tunc pridem sibi in Scriptura
sacra hunc sancti titulum vendicasse, quando
in hujus virginalis animæ sanctuarium ingressus
fuit; quoniam verò alio tempore primum in il-
lius animam aditum habuit, præterquam in
primo instanti Conceptionis eju? Undè san-
ctus Bernardinus ait : *Tanta fuit perfectio Vir-
ginis, ut soli Deo reserretur cognoscenda; jux-
ta illud Ecclesiastici: Ipse creavit illam in Spi-
ritu sancto, & vidit, & dinumeravit, & men-
sus est.* Quod si igitur verum est, sicut est verissi-
mum, quod creavit illam in Spiritu sancto,
quomodo ipsam in peccatum aliquod incidisse
possibile erit? *Cui enim proprium est peccata
expellere, huic & proprium est peccata odisse.*
*Ad hac: Qua societas luci ad tenebras? qua con-
ventio Christi ad Belial? qui consensus templi
cum idolis?* In hoc templo Filius Dei residere
voluit, Spiritus sanctus Mariam in sanctuarium
suum elegerat: quomodo igitur idolum Baali-
ticum in hoc templo, quantumvis etiam brevissi-
mo tempore, erigi potuit? *Qua vel Angelica
puritas, inquit S. Bernardus, dignitati illi audeat
comparari, qua digna fuit Spiritus sancti sacra-
rium fieri, & habitaculum Filii Dei?* Quod si
autem sanctuarium istud hac turpi labe inquina-
tum fuisset, utique longè fuisset inferior Angeli-
câ puritate, id quod S. Bernardus minime con-
cedendum esse cenet.

12. *Templum Domini.* Enim verò si ex hac
templi metaphora aliquam propositi themati
nostro adaptatam elicere velimus moralitatem,
dicere poterimus : *Suscipimus Deum misericor-
diam tuam in medio templi tui.* Quæ verba
S. Antoninus de B. Virgine dicta esse interpreta-
tur, qua mediante frequentes experti sumus di-
vinæ misericordiæ effectus. Porro quando ira-
tum Deum placare, nostrorumque peccatorum
veniam obtinere volumus, ad Ecclesias recurrere
solemus, in quibus Sacramenta nobis admini-

Tom. 2.
Conc. 52.
Art. 3. c. 1.

2. Cor. 6.

Serm. 4. de
Assumpt.

3. p. tit. 31.
c. 4. § 2.

strantur, orationes effunduntur, cœlestiumque recipiuntur gratiarum thesauri. Similiter dum à Deo omne bonum consequi satagimus, ad myrticum hoc Virginis templum recurrimus. Venturam tamen inter hoc templum & alia templa hæc advertenda est intercedens differentia; nam tamen etiam hæc reorum asyllum sint & speciale refugium, à sacris tamen Canonibus multi excipiuntur casus, in quibus rei nullâ in iisdem immunitate potiuntur: at vero si de hoc templo sermo sit, dici liberè poterit: *Quicumque confugerit in templum quod est Ierosolymis, obnoxii Regis in omni negotio dimittantur.* Etenim tamen aliquis totius mundi peccator maximus existat, attamen si animo poenitudine & contritione pleno suum ad ipsam cœperit refugium, optatâ utique potiatur immunitate: *Refugium peccatorum.* Verùm enim verò enormis est quorundam hac in parte error, qui in peccatis etiamnum pertinaciter perseverantes, in Mariæ tamen intercessionem plurimum confidunt, quæ utique falluntur turpissimè; advertendum namque est ipsam à peccato adeo abhorruisse, ut non solum ab actuali, verùm etiam ab originali pec-

1 Mach. 10
v. 63.

cato exempta fuerit, ideoque tamdiu illa nobis succurrere intermitteret, quamdiu ad ipsius imitationem peccata non exhorruerimus, atque ad veram reducti poenitentiam de iisdem fuerimus contriti, vel cum Sacramento attriti. Idiota scriptor doctissimus pariter & piissimus ad beatam Virginem conversus ait: *Trabe me peccantem, ut me reddas poenitentem.* Dicite sodes, ubinam Christus etiam nū parvulus à parentibus suis dolenter amissus reinventus fuit? In templo; ac proinde si fortè magna cum animæ iactura perdidimus Deum, ad vivum & animatum hoc Dei templum, id est, Mariam recurramus; hic enim Deus protestatur se ad exaudiendum eas, quas ad ipsum fundimus preces, aures semper patulas præbiturum esse: *Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem ejus, qui in loco isto oraverit.* Hugo Cardinalis super illa verba: *Inclinato capite tradidit spiritum,* ita scribit: *id est, ex parte Matris suæ, quasi diceret: per ipsam veniam petite, quia ipsa est oraculum misericordiæ.*

2. Paral. 7
v. 15.



DE S A N C T A
L U C I A
V I R G I N E
E T
M A R T Y R E
DISCURSVS QVINQVE.

- DISCURSUS I. De mysteriis sive causis, ob quas S. Lucia immobilis facta fuit.
DISCURSUS II. In vita & martyrio sanctæ hujus Virginis, oculorum proprietates considerantur.
DISCURSUS III. De verbis illis à S. Agatha ad Luciam dictis: *lucundum Deo in tua virginitate habitaculum preparasti*, discursus instituitur.
DISCURSUS IV. De Præconiis & Virtutibus S. Luciae sub lucis symbolo agitur.
DISCURSUS V. Causæ, ob quas sancta hæc Virgo columna immobilis appellatur.

De mysteriis sive causis ob quas S. Lucia immobilis facta fuit.

DISCURSV PRIMVS.

Tanto pondere fixit eam Spiritus sanctus, ut Virgo Christi immobilis permaneret.

Inter alia, quæ in martyrio S. Luciae acciderunt miracula, unum & quidem valdè præcipuum fuit, quòd tyranno ipsam ad prostibulum perducì imperante, divinâque virtute operante Spiritus sanctus eam totaliter reddiderit immobilem, adeo ut per nullius adhibiti instrumenti violentiam, nec per quamquam boum fortitudinem à loco

vel situ suo dimoveri potuerit. Undè meritò de ipsa canit sancta Mater Ecclesia: *Tanto pondere, &c.* Verùm enim verò ut ab historia ad mysterium transitum faciamus, statui varias verbi propositi thematis adhibere interpretationes, ex iisque varia sanctæ Virginis & Martyris elicere encomia.

2. *Tanto pondere.* S. Augustinus amoris ponderis titulum indidit: *Amor meus pondus meum*. Lib. 13. Confess. 1

eò feror quocunque feror. Etenim pondus quod Virgunculam hanc ceteroquin teneram adeo reddidit immobilem, ardens ejus erga Deum amor fuit, eidem à Spiritu sancto cum plenitudine donorum & gratiarum suarum infusus, adeo ut idem sit dicere: *Tanto pondere, quam si diceretur: Tanto amore fixit eam Spiritus sanctus, ut virgo Christi immobilis permaneret.* Hic amor ipsam inter omnes mundi blanditias, sentaumque illecebras constantem, & ad Paschafii minas intrepidam, inter flammam immobilem, ac demum in ipsa crudelissimorum tormentorum carnificina immobilem perseverare fecit. *Quod ferrum, inquit Chrysologus, qua vulnera, qua pana, qua mortes amore prevalent superare perfectum? Amor est impenetrabilis lorica, respuit jacula, excutit gladium, periculis insultat, mortem irridet. Denique si amor est, vincit omnia.* Et quidem hic Dei amor tantò in ipsa gravius pondus subinferebat, quantò major horror & odium erat, quo mundum detestabatur, siquidem juxta proportionem odii, quo mundum averfabatur, ardens quoque erga Deum amor crescebat; jam vero hodie in ejus laudem pleno ore cecinimus dicentes: *Odisti qua in mundo sunt.* Cujus quoque evidentissimum signum edidit, quando se sponsalitiis, quod mater ipsius contra ejus voluntatè cum sponso quodam pacta fuerat, illecebris privavit, delitiis quoque, voluptatibus, libertati & divitiis, quas possidebat, liberè nuntium remisit, easdè inter pauperes distribuendo. Ad hæc amor Dei pondus quoddam est, quod in procelloso hujus mundi mari anchoræ instar in cunctis adversitatibus nos imperterritos conservat & constantes, ne aliquod in profundo inferni patiamur naufragium.

Homil. 7.
in Evang.

3. S. Basilii certi cujusdam piscis, parvuli quidem, sed valdè sagacis, qui Echinus dicitur, admirabilem refert proprietatem; is namque in mari navigantes vicinæ, proximèque imminentes admonet tempestatis: siquidem forti alicui saxo firmiter adhærescens naves immobiliter sistit, intereà ventorum furiam irritò & casso eventu debæchari permittens. S. Lucia excitandas à tyranno tempestates, minas videlicet & supplicia, quibuscum luctatura erat, prævidens, omnibus se divitiis exiit, ne ipsi ad expeditius in cœlum evolandum oneri esset aut impedimento. *Terrena namque substantia, inquit S. Gregorius, supernæ felicitati comparata, pondus est, non subsidium; e contra vero solidæ illi petræ, de*

qua scriptum est: *Petra autem erat Christus;* arctissimè sese astrinxit, atque ideo ad quamvis obviam tempestatum furiam ita immobilis stetit, ut in ejus laudè in veritate dici possit: *Columna es immobilis;* cumque Christo sponso suo velut una eademque res effecta fuit: *Lucia sponsa Christi Qui adhaeret Deo, unus spiritus est cum eo.*

4. Audite obsecro, quales fuerint, qui adversus ipsam moti & excitati fuerunt, insultus, si invictum & intrepidum animi ipsius robur obstupescere desideratis. Primò igitur tyrannus ipsi falsis Diis suis ut sacrificium immolaret, præcepit; ipsa vero promptè respondit: Verum, Deoque acceptum sacrificium in eo consistere, ut scilicet desolatæ visitentur viduæ, earumque necessitatibus prospiciatur, huicque pio muneri se jam solidi triennii spatio emixæ addictam fuisse, cuncta quæ possidebat pauperibus erogando; cumque nihil præter personam suam propriam sibi sit reliquum, nihil se æquè desiderare, quam ut se divinæ majestati tanquam hostiam vivam offerre possit. Mox furibundus subintulit Paschasius: Mera hæc esse Christianorum delicta, ideoque frustra illa coram se recenseferi, utpotè qui antiquæ religionis, legumque Cæsarearum profiteretur observantiam. Cui intrepida Virgo contestim subjunxit: Tu quidem Principis tui leges observas, iisque morem geris, ego verò Dei mei veneror & adimpleo leges; tu terræ hujus Imperatorem ejusque potentiam times; ego vero cum timeo, qui cœlorum modò Imperator existit: tu hominem quendam mortalem offendere formidas; ego verò immortalis Deo injuriam facere abnuo: tu tuo Domino placere desideras; ego vero Creatoris mei benevolentiam & gratiam duntaxat ambio; ac proindè casso labore te fatigas, si tibi quod me ab amore divellere possit, persuideas. Tyrannus ad hæc verba magis indignatus, sanctæ Virgini, quod malè vivendo tuum dissipasset matrimonium, exprobrare non erubuit; sancta verò Martyr quoad hoc se justificans respondit: se securum in locum suum deposuisse patrimonium; addiditque horrore sibi semper eos fuisse qui inficiunt animas, bonosque mores corrumpunt: tales autem revera esse, qui ut quis Creatorem pro creaturis deserdit, persuadere fatagunt. Cui tyrannus respondit: Tu quidem multa verba effutis, at verò *Cessabunt verba cum ventum fuerit ad verbera.* Cui Lucia replicavit: *Falleris tyranne, falleris, neque enim servis Dei verba desesse possunt, quibus hæc fuit facta*

facta stipulata promiffio: *Cum feteritis ante Reges & Præsides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos estis qui loquimini; sed Spiritus sanctus qui loquitur in vobis.* Cuius a Paschasio interrogaretur, an persuasum sibi haberet, quod in se resideret Spiritus sanctus? respondit: *Cassè & piè viventes templum sunt Spiritus sancti.* Quibus verbis auditis exandeleens, iniquam illam fulminavit sententiam, qua ad publicum jubebatur deduci proflibulum: *tubebo te ad lupanar duci, ut te Spiritus sanctus deserat.* Cui Virgo constans intrepidè replicavit, dicens: *Si in vitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* Quare Paschasius irâ inflammatus Luciam edrabi iussit, ubi ejus virginitas violaretur; sed divinitus factum est, ut firma Virgo ita consisteret, ut nullâ vi de loco dimoveri possset. Unde nam vero pondus illud, quod illam firmam adeo reddidit atque immobilem, processerit, optimè declaravit sancta mater Ecclesia, dum illud à Spiritu S. quo cor ejus perfusum erat, proficisci docet his verbis: *Tanto pondere eam fixit Spiritus, ut Virgo Christi immobilis permaneret; ad eoque pondus hoc fuit ejus erga Deum amor ardentissimus: Amor meus pondus meum.* Hoc igitur viso miraculo truculentus persecutor: *Circum ipsam pice, resinâ, ac ferventi oleo perfusam ignem accendi imperavit; sed nec flamma eam laesit.* Scitilne cautam? Nimirum in sancta hac Martyre duæ inter se flammæ luctabantur, flamma nimirum ignis elementaris, & flamma ignis qui in sancta Virgine ardebat divini amoris, è quibus hæc victrix & superior evasit, tamen id ipsæ magiæ & diabolicis incantationibus tribueretur à Paschasio; nec mirum, quia *Animalis homo non percipit ea que sunt spiritus. Flamma peccatus ejus comburens,* inquit vetustissimus Tertullianus de S. Joanne ferventis olei dolium ingresso, *ignis actionem, qui in lebetem agebat, suspendit, ibiq; duos ignes inter se pralio dimicantes, tandem ignis amoris superior evasit, victoriam reportans.*

4. de Pra-
scrip. c. 26.

5. Haud immeritò hoc in loco considerandum, quod sancta hæc virguncula una cum matre sua Cataniam versus proficiscendo, ut sepulchrû S. Agathæ invivendo honoraret, nequaquam defatigata fuerit, similiter qua quæ verum per vicus & plateas discurrerit, ut tot prospiceret & subveniret pauperibus, ac desolatis viduis, demique ad

mortem & supplicia nõ eundo, sed volando potius processerit, & tamen modò nequaquam moveri possit; quoniam potius ad quamcunque ipsi, ut locum mutando ambulare, illam violentiam immobilis nihilominus permanfit. Quod factum ut melius intelligatur, per quandam similitudinè declarabimus: Situla namque sive urceus aquâ plenus intra putei aquas nautiquâ ponderat aut gravitat, imò erit qui in mari vel in lacu aliquo natabit, habebitq; in humeris mille aquarum babilia, nec tamen onus illorum perferent; at verò si a quam illam è mari, lacu, vel puteo foras extrahat, etiâ unicum duntaxat aquæ barile humeris impositum valdè aggravabit; siquidem *elementa in propria sphaera non gravitant.* Ad eundem prorùs modum ratio, cur sancta hæc Virgo nostra agilis, expedita & velox fuerit currendo quocunq; ipsam charitas & amor proximi impellebat & vocabat, hæc est, quia tunc erat in suo centro. Ad sepulchrum S. Agathæ exultavit ut gigas; ut nimirum impetratâ ab hac prodigiosa Sancta sanitate matri, in hujus beneficii compensationem hoc à matre obtineret, ne deinceps vel verbulo terreni sponsi ipsi copulandi mentionem amplius faceret, prouti postea re ipsâ factû est; at verò quando de honestate ejus in proflibulo, publico mercatui prostituentia agebatur, tunc veluti extra centrum & sphaeram suam utpotè virginitatis suæ conservandæ ingens zelotes, polita, immobilis permansit; videbatur enim tanto pondere onusta, ac si in humeris suis positos haberet vastissimos montes.

6. *Ut Virgo Christi immobilis permaneret.* Notate verba illa: *Virgo Christi.* Ex illis enim clarè satis colligitur, pondus hoc in ipsa nil aliud fuisse, quàm iugens quædam sensuatiatis & lubricitatis carnalis exhorrescentia & abominatio. Undè S. Joannes Apostolus, qui pariter virgo extitit, in Apocalypsi sua hoc eodem pondus titulo illibata continentia virtutem circumscribit, dum ait: *Non mittam super vos aliud pondus;* continentia etenim à voluptatibus carnalibus gentilibus ad Evangelium amplectendû venientibus, velut insimul quoddam pondus fuit. Et ad hoc illa Aduum Apostolicorum verba pulchrè alludunt: *Visum est Spiritus sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulachrorum & fornicatione.* Vocatur autem hæc continentia pondus, attentâ debilitate ipsorum, qui antea in vita voluptuosa habituati, cõsequenter

Apoc. 2. 24.

Act. Ap.
15. v. 10.

quenter in primis initiis singularem experiebantur continenti difficultatem: at vero S. Lucia, quæ virginalis integritatis tam ardens zelotes erat, solum fornicationis nomen immensum quoddam pondus esse videbatur: *Nec nominatur in vobis, sicut accet Sanctos*. Ipsa etenim tanta puritatis amatrix erat, ut alia quædam jam in cælis cum Christo triumphans Virgo eidem dixerit: *Iucundum Deo in tua virginitate habitaculum preparasti*.

In Diction.
V. Anima.

7. Retert Berchorius scriptor diligentissimus, Alexandro Magno olim allatum fuisse lapidem quendam eâ virtute & ponderositate præditum, ut si in alterius lateris balance integer quidam mons fuisset repositus, lapis ille nihilominus multo præponderaret: veruntamen quando vel modico pulvere aspergebatur aut maculabatur, omnem suam penitus deperdebat virtutem. Enimvero dicite fodes, si noltis, quoniam hic tam immensi ponderis lapis erat? utique virginitas illibata. Hanc prudens ille negotiator, cuius facta est in Evangelio mentio, adinvenit, proque illius comparatione quicquid in facultate sua habebat, erogavit: *Inventa una pretiosa margarita vendidit omnia quæ habuit, & emit eam*. Est autem virginitas isthæc adeo delicata, ut quisque quantumvis minimus desiderii alicujus vel obtutus, vel tactus, gestus, aut verbi alicujus lascivi malo sine prolatis, ad pretiosam hanc margaritam perdendam, omnemque ei virtutem & meritum adimendum abundè sufficiat; veruntamen id ipsum Sanctæ nostræ minimè evenit: siquidem Spiritus sanctus tantus fuit integritatis & puritatis ejus zelotes, ut ad solum infamis loci hujus nomen: *Tanto pondere fixit eam, ut Virgo immobilis permaneret. Gratia super gratiam mulier sancta*. inquit Ecclesiasticus, & pudorata: *omnis autem ponderatio non est digna continentis anima*. Enimvero si Archimedes, qui si unum duntaxat pedem extra terram figere posset, se universam terræ molem, quanta quanta est, susque deque everfurum esse inaniter jactabat, si, inquam, hic omnia instrumenta, cunctasque machinas applicuisset, eam nec quicquam loco dimovere prævaluisset, quia *Non est digna ponderatio continentis anima*.

2. Cor. 4.
v. 17.

8. *Tanto pondere*. Apostolus dum suos in paradisi gloriam defixos haberet oculos, ita scripsit: *Id enim quod in presenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in*

sublimitate æternum gloria pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ eadem consideratio S. Luciam ad omnes tyranni comminationes, atque ad acerbissimorum tormentorum acerbitates immobilem profus stare fecit: *Traduntur igni Martyres, & bestiarum dentibus armata sævit unguis tortoris insani manus; nudata pendent viscera, sanguis sacratus funditur, sed permanens immobilis*. At verò undenam virtus isthæc, adeoque miraculosa constantia derivatur? nempe à *vita perennis gratia*.

9. *Tanto pondere*. In libro Job scribitur: *Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui*. Quæ verba S. Gregorius de divini judicii tormentorumque in altera vita præparatorum severitate interpretatur; etenim dum anima non solum in æternam retributionem, verum etiam in divini judicii rigorem, pœnarumque infernalium atrocitatem & perpetuitatem oculum suum defixum habet, ad omnes mundi & carnis persecutiones, molestias, seu etiam blanditiarum lenocinia, aut quævis alia, quæ aliquod ad offensam Dei incentivum præbere solent, immobilis perseverat.

10. *Tanto pondere*. In Proverbiis scribitur: *Pondus æquum voluntas ejus*. Quibus verbis Dei voluntatem ponderis titulo agnominat; hæc enim in animabus electis pondus est, quod judicii nostri libram in omnibus attemperat; quanto enim quis divinæ conformior est voluntati, tanto erga omnes occurrentes adversitates inæquabilior & constantior efficitur. Cujus in S. Virgine & Martyre nostra manifestum habemus exemplum; siquidem hæc ex una parte virginitatem suam rigidissimâ custodiâ servare, nec quicquam illi adversum admittere decreverat; ex alia vero parte nesciebat, an cœlestis Sponsus ejus ipsam adversus pessimos illos honestatis suæ insidiatores defensusus esset, ideoque se in divinæ voluntatis beneplacitum totaliter resolvit, firmiter tamen apud se statuens se nunquam admitturam esse, quantum est ex parte sua, ut infidelis ei sponsa aliquando deprehenderetur. Undè protestabatur: *Si invitam jusseris violari, astitas mihi duplicabitur ad coronam*; atque ideo Spiritus sanctus *Tanto eam pondere fixit*.

11. *Tanto pondere*. Enimvero per pondus hoc protectionem quoque ejus intelligere possemus, qua commendatam sibi patriam

S. Lu.

S. Lucia jugiter tutata fuit. Dicit enim beata Agatha: *Sicut per me civitas Catanensium sublimatur à Christo; ita per se Syracusana civitas decorabitur.* Etenim quæ administrantur honorifica munera onera appellari solent. Sic enim Moyses Deo totius populi Israelitici imperium sibi imponenti dixisse legitur: *Cur imposuisti pondus universi populi hujus super me.* Porò hanc sibi quidem Syracusæ a vendicare potest gloriam, quod à celebri illo Architecto, cujus supra facta est mentio, erecta fuerit, qui inventis à se instrumentis & machinis imensa pondera loco suo movere mira cum facilitate poterat, verum tamen majorem Syracusæ gloriam S. Lucia attulit, per suam in illatis sibi à Tyranno supplicis firmitudinem & immobilitatem, perque solidissimam in conservanda virginitate, fideique orthodoxæ confessione continuanda stabilitatem & perseverantiam, Archimedes per adhibi-

tas etiam universas artis suæ machinas impedire non potuit, quo minus patria ejus in inimico suo in prædam ageretur; at vero S. Lucia Patriam suam ab iniquo Tyranno pessundari & opprimi videns, tanta se illi generositate opposuit, ut omnes cives Syracusani ab eo illatis injuriis exasperati, ad verus Pothasium insurrexerint, eumque tanquam communis patriæ devastatorem cæcenis vincum Romam usque, ubi mortis condemnatus fuit, raptarint. Etenim sancta hæc Martyr nostra non solum Syracusæ protectrix fuit, verum etiam totius generis humani patrocinium insignie gessit; ideoque ab hoc nobilis adeo instrumenti naturalis, quale oculus est, advocata electa fuit; Ideoque jure de ipsa dici potest, quod Divina providentia: *Imposuit pondus universi populi super eam*, in ordine scilicet ad lentus adeo præcipui & nobilis, qualis visus est, patrocinium.

In vita & martyrio sanctæ hujus Virginis oculorum proprietates considerantur.

DISCURSUS SECVNDVS.

Illuminet oculos nostros. Baruch. i. v. 12.

GLoriæ S. Lucie, quam cuncti fideles tanquam oculorum Advocatam venerantur, aptioribus verbis applaudere, patenterque auxilium ejus implorare posse videor, quam assumpti thematici propositis verbis ex Prophetia Baruch desumptis, nimirum: *Illuminet oculos nostros;* A sancta etenim Lucia nobis imploranda venit non solum lux corporalis, sed etiam quæ majoris ponderis est, atque momenti lux spiritualis. Equidem in vitæ ejus historia nunquam eam aliquod in oculis passam fuisse tormentum legimus & tamen in quibusvis in veneratione habetur ob patrocinium, quod circa

Mansi Sanctuarii, Tom. IV.

visum oculorum ab ea expectant, partem videlicet corporis nostri adeo præcipuam & delicatam. S. Agatha ob mala pectoris imploratur, eo quod in mamillis passa fuerit. Ad S. Apolloniam in dolore dentium recurritur, eo quod dentes illius violenter fracti & comminuti fuerint, Et sic consequenter de aliis sanctis discurre licet; at verò quod hanc nostram Martyrem attinet, potius antiquum & receptum Ecclesiæ usum esse videmus, quod oculorum expertus, aut verò oculis ejus eritis in disco repositis depingi soleat. Universalis autem devotionis fidelium oculorum lucem eidem commendantium causa, ut ego quidem existimo, hæc est, quod in proprio suo nomine lucem præ se ferat; Quamvis & alia insuper causa

addi possit, videlicet quia in heroicis vitæ & mortis suæ actibus oculorum proprietates accuratè expresserit.

Zach 3.
v. 9.

2. In Zacharia scriptum reperio: *Super lapidem unum septem oculi sunt.* Per hunc vero lapidem Christus intelligitur, de quo dicitur: *Petra autem erat Christus.* Super hoc namque mystico lapide septem oculi conspiciuntur, id est, septem insigniores S. Lucie virtutes totidem oculorum proprietatibus optimè adaptatæ. S. Bernardus de intrepido Martyrum animo & jubilo, quo talem in suis tormentis gestierunt, tractans, ita scribit: *Vitunt anima Martyris? in petra, nempe in vulneribus IESU;* Et ideo septem hocce oculos, id est, septem insigniores sanctæ hujus Martyris virtutes, non alibi quam in hoc mystico Christi Sponsi sui lapide competuntur; Ipsa namque dicere poterat: *Non ego, sed gratia Christi mecum.*

Serm. 62.
in Cant.

3. *Septem oculi.* Prima oculi conditio est, quod materiam habeat à toto reliquo corpore distinctam, siquidem constant ex crystallino & cœlesti humore. Hæc autem qualitas eminentem ejus supra alias Virgines perfectionem nobis exprimit, quia sola virginum Regina & primiceria excepta, nescio an alta quæpiam reperiri possit, cui Ecclesia adeo frequenter Spiritum sanctum associet, sicut huic Virgini: *Tanto pondere fixit eam Spiritus sanctus, ut Virgo Christi immobilis permaneret.* Ubi notandum est verbum illud, *fixit*, per illud namque insinuat, quod sacrosanctus ille Spiritus ipsam totaliter possederit, & verè ita dicere convenit, ipsa namque eadem est satis declaravit, quod Spiritus sanctus in ea loqueretur, sacrumque ejus templum esset. Porro cœlestis hic & crystallinus humor ex verbis S. Agathæ, quibus hanc Virginem affata fuit, clarè satis deducitur; huic namque sancta Martyri videbatur, quod licet hæc Virgo etiamnum in terris moraretur, in cœlo tamen inter Angelos miris splendoribus coruscaret: *Coruscas cum Angelis.*

4. *Septem oculi.* Secundæ oculi proprietas est, quod pupilla ejus per quam videt, licet ad instar puncti alicujus indivisibilis sit, capax tamen sit alicujus quasi infinitæ amplitudinis, eo quod ad stellarum usque cœlum ipsa pertingat. Inter Athenienses Philosophos aliquando publicè deceptum fuit, quidnam in naturæ operibus illud esset, quod simul omnium esset minimum & maximum; Cui quæstioni tandem sapientissimè responsum fuit, id nihil esse aliud

quàm oculi alicujus pupillam, hæc enim cum ad instar puncti alicujus sit; cali tamen terræque effigiem in se recipit. Porro in hac mystici oculi S. Lucie pupilla summè admiranda est humilitas, & contemptus sui ipsius, seu nihilum ejus. Ipsa namque indignam se reputabat, quæ à Deo, licet Sponsus ejus esset, gratias reciperet. Unde se Catianam versus subito recepit, ut S. Agathæ pro se intercessionem apud Deum interponeret; Quæ ei dixit: *Quid à me petis quod ipsa poteris prestare continuè matri tuæ?* Cum hac vero parvitate immensitas illius unita erat: *Quem cœli capere non possunt*, siquidem ipsamet sancta Martyre teste: *lucundum Deo in sua virginitate habitaculum preparaverat.*

5. *Septem oculi.* Est & alia quædam oculorum qualitas, nimirum connexio, quam cum cerebro habent, ab hoc namque duo nervi derivantur, qui visus sunt instrumentum. Unde Aristoteles scribit: *Oculi in cerebrum finiunt.* In hac autem proprietate admirabilis ejus nobis sapientia declaratur, de qua canit S. Mater Ecclesiæ: *In conspectu Principis loquebatur sapientiam;* Et quidem quis eximiam quam in responso suo prodebat sapientiam non admiretur summo opere? Et quidem hanc cum primis, quam post se reliquit præclaram sententiam: *Si in vitam jusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.*

6. *Septem oculi.* Quarta oculi proprietas est, quod ab ipso lachrymarum quidam fonticulus scaturiat, quæ quinta quædam sanguinis essentia appellari possunt. Enimvero sancta Virgo nostra non solum lachrymas ab oculis effudit compunctionis, verum etiam sanguinis rivos è venis manare fecit: *Sanguine proprio inimicum vicisti.* Quotidiana quidem docemur experientia, quod quæ in præliis accidit sanguinis effusio potius illos, à quibus emanat, in prælio victos & prostratos significet, quàm victores, siquidem tales una cum sanguine vitam pariter prodigunt: In hac autem Martyre nosita contrarium omnino accidit, siquidem quando ferrum collum ejus pertransit, Imperatoribus Christiani nominis inimicis moriendo pacem Ecclesiæ prædixit.

7. *Septem oculi.* Quinta hujus sensus proprietas est, quod oculus in unam partem flecti nequaquam possit, quin eodem tempore alter quoque oculus in eandem partem flectatur. Quia in proprietate insinuat ardens ille, qui in corde sanctæ hujus Martyris exarsit:

Lib. 1. hist.
Anim.
cap. 10.

Ro.
2.

La.
Po.
ca.
M.
32

exarist amoris erga Deum & proximum ignis, Haymo super Epistolam ad Romanos ita scribit: *An dilectione proximi consistit & dilectio Dei, neque enim proximus sine Deo, nec Deus sine proximo diligi potest.* Et quidem fide amore Dei sermo sit, sufficit dicere; *Lucia Sponsa Christi, Dominus omnium dilexit eam.* Si verò de proximorum amore agatur, ipsa cum ad sacrificium falsis numinibus offerendum extimularetur, respondit, verum Deoque gratissimum sacrificium perfici visitando viduas, Orphanos, aliosque miserabiles homines, seq; pium illi no huic ministerio solido triennio impensè debitam fuisse, omnia quæ habebat pauperibus dispensando, Cajetanus à moderno quodam Authore citatus in ea est opinione, quod videlicet oculorum protectio siue sanatio, ideo sanctæ huic Martyri attribuat, quia dum illa matre etiamnum vivente, omnia quæ possidebat, inter pauperes distribueret, materque ejus se ei licet frustra opponeret, dicendo: *Claude primo filia oculos meos.* Ipsa replicavit lumen opportunus præmitti homini, quam eundem sequi, id est, bona temporalia in elemosynas distribuenda à nobis esse, dum vivimus.

8. *Septem oculi.* Est insuper alia oculorum qualitas, videlicet quod varias intra se recipiant montium, lacuum, arborum, florum, animalium, saxorum, cunctarumque aliarum rerum visibilibus species, absque ulla quæ in oculo percipiatur, mutatione, utpote quæ licet omnibus huic societibus imbutus sit, unus semper idemque perseverat adeo ut aquam conspiciens, non humectetur, in ignem directus oculus ejus nec quicquam sentit voracitatem, lutum respicit, nec tamen inde conquinatur. Qua in proprietate magna quæ in S. Lucia respicitur omnium harum terrenarum rerum abnegatio figuratur, siquidem erga cuncta terrena magnum in corde suo habebat honorem & odium: *Oasisi qua in mundo sunt* Ipsa quidem in bonis fortunæ ditissima fuit, sed ea magna cum liberalitate inter pauperes distribavit, rara quoque pulchritudine prædita fuit, hanc autem ne mortali cupidam homini desponsaretur, contempsit, & soli Sponso celesti adstrictam esse voluit, vitam suam non alio sine pretiofam aestimavit, quam ut illam pro Dei sui gloria & fidei confessione inter cruciatus & tormenta prodigere posset, atque ideo licet corpore tenus hic demoreretur in terris, cum Apostolo tamen dicere poterat: *Con-*

versatio mea in calis est, siquidem & S. Agatha ei dixit: Coruscas cum Angelis.

9. *Septem oculi.* Septima oculi proprietates est, quod per quemvis etiam minimum pulveris atomum offendatur, Enimverò quis sufficienter explicare poterit, quanto cum zelo innocens hæc virguncula suam fuerit integritatem profecuta? Quando S. Agnes ad locum infamem perducta fuit, Angelus quidam ad ejus defensionem cælitus submissus fuit: at vero in casu nostro, quando Paschasius huic Virgini dixit: *Iubebo te ad lupanar duci:* Spiritus sanctus sanctuarii & templi sui honestatem ardentissimò zelo protegens effecit, ut ne gressum quidem movere potuerit: *Tanto pondere fixit eam Spiritus sanctus, ut Virgo Christi immobilis permaneret.* An non igitur vobis videbitur reapse in hoc factio verificatum esse, quod cœlestis ejus Sponsus *Custodivit eam quasi pupillam oculi sui* siquidem ne vel ab aspectu vel præsentia intamis loci illius ipsam contaminari voluit.

10. Verum enimverò valdè notabilis nobis hoc in loco occurrit difficultas, quam etiam à principio tetigimus, nimirum quæ ratione S. Lucie oculorum tutela & præsidium adscribatur, quæ ipsamet oculis orbata depingitur: Thomas Cantipratenfis de certo quodam Episcopo Franciæ refert, quod dum à Regina plurimum infestaretur, ut effræni lubricæ carnis appetitui condescenderet, severo & torvo in eam directo oculo suo generosè eandem à se repulerit; unde DEUS post ejus mortem effecit, ut cum totum corpus Episcopi illius in cineres resolutum esset, oculus tamen ille limpidus, clarus & serenus suoque humore crystallino imbutus remanserit, Ecce tibi perenne miraculum, quod Christus in hac Sponsa sua operatus fuit, quæ tantoperè suam zelata est corporis integritatem & honestatem, siquidem tametsi oculi ejus post tot sæcula intra discum seu lancem depicti conspiciantur, iidem tamen adeo elati sunt atque resplendente, ut omnium mortalium oculis lucem communicent, totumque genus humanum illuminent: *illuminent oculos nostros.* Advertendum est autem hanc Martyrem nostram protectione sua mediante hanc lucem aliis participare, tum dando illis visum acutum, qui oculorum defectibus laborant, tum eripiendo & obscurando oculorum aciem in iis, qui acuto visio pollent, at quonam putatis sine id ipsam facere? nimirum ut visum illis meliorem, hoc

Rom. 13.
v. 9.

Laur. à
Ponte in
cap. 8.
Matth. v.
22 num. 3.

bis
v.
9.

Hom. 8. in
Cant.

est, spiritualem communicet, S. Gregorius Nazianzenus scribit: *Est cæcus is, qui multis oculis ad vana respicit*; quasi diceret; Tamen si quis Argus sit, cæcus tamen est, si ad Deum offendendum oculis suis utatur. Unde S. Bernardus sermone de conversione S. Pauli, super hæc verba: *circumsulsi eum lux de caelo, apertisque oculis nihil videbat*, ita ait: *Pauli fecit cæcitas, quæ malè quondam illuminati in prævaricatione, tandem in conversione oculi salubriter excacati.* Salvator quoque noster in S. Luca salutare nobis monitum tradit dicens: *Vide ne lumen, quod in te est, tenebrae sint.* Quæ sententia prima quidem facile contradictionem quandam in se continere videtur, siquidem lumen tenebras excludit, ipsa que lux in tenebris pariter incomparabilis existit; & tamen verum est axioma Evangelicum; vultque nobis insinuare, cavendum nobis esse, ne oculus nobis incentiva præbeat ad peccatum, quod in scriptura tenebrarum nomine appellatur; siquidem *Qui malè agit, odit lucem*; *Abijciamus opera tenebrarum.* In scholis hæc solet ventilari a doctis Quæstio; An visio fiat per extra missionem, vel per intus susceptionem. Cujus quæstionis loco potius querendum esse existimo; An patrocinium & tutela, quam S. Lucia visui præstat, dirigatur ad videndum, an verò ad non videndum; Et quidem ipsa exemplo suo nos edocet, ut ad omnia objecta terrena, quæ suis nos lenociniis decipiunt ad ejus imitatio-

nem cæci simus; De ea namque dicitur: *Odisi qua in mundo sunt.* Horum namque terrenorum visio est illa, quam S. Hieronymus vocat *Concupiscentiam oculorum.* illuminet oculos nostros, ut illa luce, quæ est lux vera; aut vero si simul nobis lucem corporalem impetrare necessum sit, rogandus à nobis est Deus, ut illum ita gubernet, regulet & dirigat, ne in rejiciendas à nobis tenebras degeneret: *Abijciamus opera tenebrarum.* Hæc lux ordine ad evitandos omnes calus, qui nobis labendi occasionem præbere possunt. In casu autem quo sancta Martyr nostra hanc nobis corporis lucem non impetraret, firmiter nobis persuasum habeamus, id ipsum non nunquam ab illa in majus beneficium nostrum fieri. Unde ipse quoque gentilis Seneca Philosophus moralis quendam, qui oculorum visum amiserat, ita monet: *Quam multis cupiditatibus via incisa est? non intelligis partem innocentia esse cæcitatem?* Idem quoque oculos vocat: *irritamenta vitiorum.* Salvianus quoque paucis verbis multa eloquitur, dum ait: *Quam pura est pupilla oculi, tam pura est Christiani hominis vita.* Ac proinde in tali casu, quo S. Lucie oculis laborantes non exaudit, satis indicat, se innocentiam animæ unque vestrarum puritatem pluris facere, quam oculum aut visum corporalem, maxime quando hic futurus est incentivum ad culpam,

Lib. de re-
med. fort.

Lib. 3. de
gubernat.
Dei.



De verbis illis à S. Agathæ & S. Luciam dictis: *Iucundum Deo in tua virginitate habitaculum preparasti*, discursus instituitur.

DISCURSUS TERTIVS.

Iucundum Deo in tua virginitate habitaculum preparasti.

Digniores S. Lucie laudem attribueri non possumus, ea, quæ in ejus encomium à Paradiso detonuit. Etenim sancta hæc Virgine ad sepulchrum S. Agathæ in Catania ferventes pro impetranda sanitate matri suæ ad Deum preces fundente, immortalis illa S. Agathæ anima omnino luminosa, angelicisque turmis undiq; cincta eidem apparuit, dicens: *Lucia Virgo quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuo matri tuæ? quia iucundum Deo in tua virginitate habitaculum preparasti.* Enimverò quinam sibi excelsiorem gloriam imaginari poterit, quam fuerit illa quam secum cælestes Angeli animæque beatæ attulerunt, quando venerunt ut sanctæ Lucie perhiberent Deum iucundum in virginitate ejus preparasse habitaculum. Porro certum quidem est sanctam hanc Martyrem nostram cum ea quæ virginum Regina est in comparationem nequaquam venire posse, siquidem sola sine exemplo placuit Domino Iesu Christo, verum tamen si mihi licitum foret aliquam saltem à longe beatissimam Deiparam inter & sanctam Luciam comparationem institueri, dici posset, sanctam matrem Ecclesiam Deiparæ Virgini istud laudis præconium attribueri, quo ipsam altissimi habitaculum appellat, dum ait: *Omnipotens sempiternæ Deus, qui gloriosa Virginis Mariæ corpus & animam, ut dignum filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante preparasti*, quibus verbis prima quidem facie idem dici videtur, ac si di-

ceretur: *Iucundum Deo in tua virginitate habitaculum preparasti, Spiritu sancto cooperante*; Spiritus enim Iunctus in purissima hac anima residebat, quando per os ejus loquebatur; præterquam quod ipsa dixerit, quod ex virginitatis merito. *Caste virgines templum sunt Spiritus sancti*, cujus satis evidentes se in ea prodiderunt effectus; siquidem *Tanto pondere fixit eam Spiritus sanctus, ut Virgo Christi immobilis permaneret.* Verum enimverò singula thematis assumpti verba, utpotè mysteriis resecta, paulisper exaninemus.

2. *Iucundum* Dicat fortassis non nemo, quâ ratione fieri unquam poterit, quod Creator aliquod ex creatura gaudium aut iucunditatem accipiat, quando infinita inter utrumque distantia intercedit? Et tamen æternæ veritatis verbum est, quo divina sapientia dicit: *Delicia mea esse cum filiis hominum.* S. Thomas de Villa Nova in quodam sermone de S. Joanne Evangelista, considerans ipsum dixisse de semetipso *Discipulus ille, quem diligebat Iesus*, ac tandem ad stupendam ejus sapientiam se reflectens, subjungit: *Existimavit vir sapiens omnium gratiarum hæc præcipuam & maximam reputandam esse, quod à Deo dilectus sit: quâ namque major est, aut esse potest dignitas creaturæ, quam quod factori suo placeat, & diligatur ab eo, qui fecit eam?* Venerab. Bedæ prædicta verba: *Delicia mea esse cum filiis hominum*, interpretans, quandam themati nostro optimè adaptatam deducit expositionem dicens: *Quia Christus summè desiderat in animis nostris quiescere, in iisque quasi in templo & sacrario suo habi-*

Prov. 8. v.

31.

Lib. 3. c. 5. *icare*; imò tanto Deus noster animam quam puram prosequitur amore & complacencia, ut sancti Gertrudi dixerit. *Meus amor ad eò intrinsecè tibi conjungitur, ut nolim sine te beatè vivere.* Eum verò aliquam hanc virginem inter & laudam nostram notavi differentiam; De illa namque scribitur, quod cœlestis amator ejus ei dixerit: *Collocavi te in sinu paterna mea benignitatis;* hic verò idemmet Deus sinum animæ S. Luciae eligit, ut in eo commoretur & conquiescat. Agnus ille immaculatus pascitur, sed ubi? *Inter lilia, dilectarum sponfarum turba circumquaque cingitur, sed virginum turba: Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt.* Sanctus Joannes quoque quia virgo erat, supra pectus Domini quietem suam captavit.

Serm. 3. de script.

3. *Lucundum Deo.* Evidentissimum signum unde DEUM in Lucia commorari dignosci poterat, fuit, quod ignis illam offendere, nequaquam præsumperit. Eusebius & pueros de igne illo traçans, qui tres illos pueros in fornace Babylonica allatos conservavit, ita scribit: *Quanta castis visceribus reverentia debeatur, arbiter ignis agnoscit, extra fornacem sapiens ignis irascitur, & intus in fornace famulatur.* Aponius autem ita scribit: *Castitatis dilectione missi sunt inter Babylonicas flammam, in eis medius ardente fornace, quasi inter lilia, Dominus pascitur, eò quod semper requiescat in cordibus diligentibus castitatem.* Verùm enim verò dubium quoddam hic subnaicitur, an scilicet illud dy DEO de Christo solum intelligatur, an vero etiam de sanctissima Trinitate, id est, an ipsa habitaculum fuerit solius Christi, an verò insuper omnium aliarum trium divinarum personarum? Ratio dubitandi est, quia invenimus ipsam sponfam appellari Christi: *Lucia sponsa Christi;* similiter ipsam invenimus valde conjunctam esse Spiritui sancto: *Caste viventes templum sunt Spiritus sancti;* cur igitur non idem simul de æterno Patre dicendum erit, maxime cum sanctus Gregorius Nyssenus sanctissimam Trinitatem primam Virginem fuisse scribat: *Prima Trias virgo est;* Nec sancta Agatha distinguit inter Christum & Trinitatem; neque enim dicit: *Lucundum Christo, sed Deo in tua virginitate habitaculum preparasti.*

In Carm. de Virginit.

4. *In tua virginitate:* Enimvero tamen Deus noster in omnibus sibi virtutibus com-

placeat, præ omnibus tamen aliis vel maxime virginitas placet & attrahit. *Quid autem loquar* (inquit S. Ambrosius) *quanta sit virginitatis gloria, ut esset etiam corporale Dei templum? Virgo portavit, quem mundus iste capere aut sustinere non potest.* Et alibi quasi idiplum hisce verbis scribit: *Quanta est virginitatis gratia, qua meruit à Christo eligi, ut esset corporale Dei templum; in qua corporaliter habitavit plenitudo Divinitatis? Virgo genuit mundi salutem;* id quod de Dei matre, utique intelligit Quamnam vero inter DEI matrem & sanctam Luciam constituemus differentiam? An Maria habitavit plenitudo Divinitatis corporaliter, at vero in sancta Luciae virginitate spiritualiter. Verùm enim verò curiosa mihi hic incidit quæstio, an si sancta hæc nostra virguncula ad prostibulum perducta fuisset, prouti tyrannus jusserat, DEUS ab illa recessurus fuisset? Nequaquam; quin potius cœlestis hic sponsus in anima ipsius velut in purissimo sanctuario suo etiam in loco immundo commoratus fuisset; neque enim Sol lucem suam aliqua macula coinquinat, per hoc quod radii illius lutum aliasque terræ sordes pertranseat. Optime igitur sanctus Ambrosius scribit: *Vicunque Virgo est, Dei templum est; nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam;* id quod in iplo effectu clarè vitum est, quando S. Agnes ad prostibulum perducta fuit; De qua quoque veritate sancta martyr nostra per nobilissimam illam sententiam certiores nos reddidit, qua ait: *Si invitam jusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam;* Quibus verbis insinuare nobis vult, solam voluntatem esse, quæ anima puritatem maculare potest Porro à Tertulliano virginitas vocatur *Tota sanctitas* & talem S. Luciae virginitatem fuisse existimo, quando in corde ipsius una cum donorum & gratiarum suarum thesauris residebat Spiritus sanctus, Deique velut sanctuarium quoddam erat.

5. *Habitaculum.* DEUS per os Sipientis ait: *Ego in altissimis habitavi;* atque ut quinquam ille locus sit, ubi suum haberet thronum repositum, mox subdit: *Et thronus meus in columna* Ecce tibi autem qualiter sancta mater Ecclesia per hanc columnam sanctam nostram intelligat, dum de illa ita canit: *Columna es immobilis Lucia. S. Apostolus de eodem DEO nostro dicit, quod lucem inhabitat*

Lib. 3. Epist. 25.

Lib. 1. de offic.

Lib. 2. de virginit.

Lib. 1. ad uxor. c. 5.

Eccles. 24 v. 7.

1 Timot. h. 6. v. 16. in ac.

*inaccessibile. At vero ex quo Psalmista dicit :
Ps. 17. v. 2. Posuit tenebras tabernaculum suum, de quam
alia luce intelligi poterit, quod habitaculum
Dei sit, quam de S. Lucia? Porro si nomen istud
Habitaculum iusta mentis trutina ponderave-
rimus, inveniemus, quod per illud continua quæ-
dam familiaris & domestica societas & com-
moratio subintelligatur. Etenim de virginibus
scribitur: *Sequuntur Agnum, quocunque ierit*; Ideoque & in hymno quodam ab Ecclesia can-
nitur: *Quocunque pergis, virgines sequuntur,
atque laudibus post te canentes cursitans,
hymnosque dulces personant*. Enimvero tamet-
si Princeps aliquis cunctos suos familiares
& domesticos permagni æstimet, non tamen
omnes ad intimam conclavis sui penetralia, vel
ad specialissimorum favorum participationem
admittit, S. Hieronymus autem hanc specialem
virginum prærogativam observat, quod videli-
cet: *Nullus eis locus in illa celesti aula clau-
ditur, sed cuncta eis divinarum mansionum
habitacula referantur*, quod idem sanctus Hie-
ronymus de cunctarum virginum turba in
communi dicit, quodnam verò est sanctæ Lu-
ciæ super omnes alias virgines speciale privi-
legium: *Iucundum Deo in tua virginitate ha-
bitaculum preparasti*. Unde ipsemet Deus ani-
mam virginis hujus pro singulari delictatum lo-
co habere satagit; Et tametsi verum sit, quod Do-
minus in caelo sedes ejus, attamen ut sanctus Am-
brosius scribit: *In caelo patria est castitatis*.*

*Quod si mihi dicas: In sole posuit tabernaculum
suum: Responde cum sancto Augustino: Virgini-
tas Sol est, & sane sicut Sol lumen & lucem tri-
buit aliis, & splendore incomparabiliter exco-
dit, ita virginitas aliis virtutibus.*

6. *Preparasti. Sancta mater Ecclesia in Can-
delarum benedictione hisce inter alia verbis
utitur: Adorna thalamum tuum Syon, & susci-
pe regem Christum*. Quibus verbis sapientia
Divina ad morem alludit magni cujusdam
principis, quidem in viri alicujus privati do-
mum divertere statuit, prius aulae suæ prodro-
mos ad hospitium Principi præparandum præ-
mittit, qui eo sine ipsiusmet Principis au-
lae & tapetum peristomata secum addu-
cunt; Ecce tibi igitur, qualiter Spiritus sanctus
ad habitationem hanc ter maximo illi, infini-
tæque majestatis DEO præparandam, tan-
quam prodromus, ut ita dicam, leuina cum
inexhaustis donorum & gratiarum suarum

thesauris in sanctæ Lucie animam prius infi-
nuet; Quod si autem scire cupitis, qualiter hospi-
tium istud à Spiritu sancto emundatum fuerit;
sciendum quod ex quo Apostolus de cunctis
etiam præstantissimis hujus vitæ bonis dixit:
Omnia arbitror, ut stercorea, ideo sancta hæc
virgo ex eodem capite cor suum ab iisdem ad
stuporem usque purificavit; siquidem de ea scri-
bitur: *Odisti, quæ in mundo sunt*; Ipsa namque
ab omnibus rebus temporalibus adeo aliena erat,
ut tametsi hic nobiscum moraretur in terris,
per suam tamen innocentiam & puritatis can-
dorem, inter Angelorum choros resplendere
videretur in cælis; *Coruscans cum Angelis*. Ad-
hæc, ex quo aulae & peristomata, quibus cordis
nostri penetralia adornantur advenienti Chri-
sto, sunt Christianæ virtutes, hæc omnes in ipsa
ad stuporem usque emicuerunt. Et quidem in
primis Charitas egregiè in ea eluxit, in distribu-
tione cunctarum facultatum suarum inter pau-
peres: *Omnem pecuniam, quam ex facultatibus
venditis relegerat, pauperibus distribuit*; sicut
etiam in assidua pauperum, viduarum & orpha-
norum subventionem & miro subsidio, Humilita-
tem per infimum, quem de semetipsa habuit,
conceptum prodidit, quando ad sanctæ Agathæ
intercessionem confugit, cum tamen suamet in-
tercessio apud divinum sponsum suum effica-
cissima esset. *Quid à me petis, quod ipsa poteris
prestare continuo matri tue?* De eximia ipsius
patientia hoc in primatum vesperarum prima
Antiphona recensetur elogium: *In tua patientia
possedisti animam tuam Lucia*. Fortitudo
ejus in generosis illis intrepidisque responsis
satis emicuit, quæ Tyranno reddidit, crudeli-
tatem ejus nec quicquam metuens, sicut & in
gloriosa, quam de Tyranno reportavit victo-
ria: *Sanguine proprio inimicum vicisti*. Man-
suetudo quoque ejus in illis verbis clarè sa-
tis se patefacit: *Pro eo ut me diligenter detra-
hebant mihi, ego autem orabam*. Sapientia ejus
in responsum suarum provida circumspen-
sione resplenduit: *In conspectu Principis lo-
quebatur sapientiam*. Stabilitas & perseve-
rantia ejus ex illo encomio deduci potest,
quo dicitur: *Columna es immobilis S. Aga-
tha ad eam dixit: Sicut per me Civitas Carra-
censium sublimatur à Christo, ita per te Syra-
cusana civitas decorabitur*. Porro civitas Sy-
racusana olim prout in historiis scribitur,
valde effecta est celebris per Archimedem archi-
tecto.

Philip. 3.
v. 8.

chitectum adeo famosum ; Hic in ea sphaeram quaedam fabricavit adeo artificiosam, ut in ea distincte videri, & discerni possent Caelorum, solis, lunæ, & stellarum motus & revolutiones ; ac verò quamvis artificium & ornamentum istud, quo suam dignatus est honorare civitatem, proportionem habet, cum aeterna illa gloria, quæ sanctam sublimavit Luciam, quando per imma-

culatæ vitæ suæ eminentem sanctitatem, suæque virginitatis candorem ac ingentem heroicarum virtutum suarum lucem ex corde suo dignum tanto DEO habitaculum facere novit, quem cæli capere non possunt ? siquidem *juvandum Deo in sua virginitate habitaculum preparavit.*

De Præconiis & virtutibus S. Luciae sub lucis symbolo agitur.

DISCURSUS QUARTUS.

Iustorum semita quasi lux splendens.

Proverb. 4.

1. **S**apiens olim sanctæ cujusdam animæ felices progressus in splendoribus declarandos esse putavit, dum ait: *Iustorum semita quasi lux splendens* ; quod quidem nobilissimum præconium sanctæ Luciae potius, quam quicunque alteri animarum beatorum ac commodari certissimum est, *cujus nomen quidem*, ut cum sancto Ambrosio loquar, *est vacuum luce.* Sanctus Joannes Damascenus considerans lucem inter omnes creaturas, quæ unquam à sapientissima supremi artificis manu plasmata fuerunt, nobilissimam esse, illam dicit esse *Pulchritudinem & ornamentum totius visibilis creaturae*, cujus ratio est, quia sublata luce nullares creata suam in tenebrarum obscuritate pulchritudinem prodere potest, sine hac enim non distinguerentur inter se earum colores, argentum, aurum, gemmæ non resplendent neque stellæ, luna, Sol, aliaque astra scintillare poterunt, sed totum universum confusum quoddam chaos esse videbitur, Unde non nemo pro corpore Emblematis alicujus pulchram quandam unionem luci oppositam sibi assumpsit, cum hac subnexa Epigraphe: *Tu splendorem, tu decorem.* S. Luciam quoque insigni hoc præ-

conio honorare possumus, & dicere quod sit *Pulchritudo & ornamentum totius visibilis creaturae* ; Cum enim ipsi divina dispositione oculorum, utpotè partis pulcherrimæ & nobilissimæ corporis nostri commendatum sit patrocinium, adeo ut per suam tutelam in uniuscujusque influat vitum, consequens est, quod ipsa mediante quicquid in rebus visibilibus boni aut pulchri est, conspiciamus: *Tu splendorem, tu decorem.*

2. *Quasi lux splendens.* Sanctus Augustinus in ea fuit opinione, quod in productione lucis per illa verba: *Fiat lux* formata fuerit natura Angelica; Qua doctrina supposita, de hac sancta Martyre dicere possumus ; *Quasi lux splendens*, siquidem ipsa Angelo similis fuit, ipsamque Angelis permixtam esse S. Agatha eo tempore pronuntiavit, quo carne mortali indura, etiamnum in terris morabatur ; *Coruscet cum Angelis.* Quanam inter omnes virgines inveniri poterit, eo modo privilegiata sicut ipsa, non solum ut sponsa Christi esset, verum etiam ut in virginitate sua illi DEO verum quoddam sanctuarium prepararet, qui est *candor lucis, aeterna, & speculum sine macula.* Et quidem in hac puritate & integritate virginali adeo

adeo stabilita & confirmata erat, ut audacter pronuntiaverit, quod licet integritati suae manifesta irrogaretur violentia, per hoc tamen ne quicquam diminueretur, quin potius augendum in ipsa esset meritum honestatis: *Si invitam jufferis violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* Optimè Chrysolgas ait: *In carne prater carnem vivere, non terrena vita est, sed caelestis. Et si vultis scire, Angelicam gloriam acquirere magis est, quam habere*

Chrysol.
serm. 143.

2. Tim. 6.
v. 16.

3. Apostolus, qui caelesti luce illuminatus fuit: *Circumfulsit eum lux de caelo*; scribit, habitaculum seu sanctuarium Dei nihil aliud quam clarissimam quandam lucem esse: *Lucem inhabitat inaccessibilem.* Lux autem haec, sive habitaculum istud, prout in Discursu antecedente diximus, est sancta virgo Lucia, quae *jucundum Deo in sua virginitate habitaculum preparavit.* Neque credendum est sententiam hanc sancti alicujus Doctoris devoti sui pronuntiatum esse, quo gloriam ejus hoc elogio magis magisque extolleret. Neque humana quaedam inventio est dicere ipsam ipsiusmet Solis justitiae habitaculum fuisse, quin potius anima quaedam beata, quae Deum facie ad faciem intuebatur, scilicet S. Agatha ipsimet S. Luciae huic veritati testimonium perhibuit. Diodorus Siculus scribit, Arabiam felicem, ad invidiamusque aliarum mundi partium opulentissimas possidere gemmas, aves quoque producere pulcherrimas, flores denique odore & colore fragrantissimos germinare, hisque omnibus praerogativis vel ex illo solum capite gaudere, quod solem sibi vicino rem habeat: Eodem quoque modo nos de sancta Lucia discurrere possumus, dicendo quod adaequata ratio, cur ipsa supra quaslibet alias animas electas privilegiis, donis, gratis & virtutibus adeo singularibus gaudeat, ex sola Solis aeterni vicinia & proximatione procedat, ut potè qui *requievit in tabernaculo suo.* In Genesi legimus, lucem, mox ut creata fuit, in Solem fuisse repositam, veluti in vivam quandam luminis, lucis & radiorum featuriginem: at verò hic contrarium fieri reperimus: nam Sol aeternus lucem in tabernaculum suum sibi vindicavit: *Jucundum Deo in tua virginitate habitaculum preparasti.*

4. *Quasi lux splendens.* Lux infinitam quandam cum tenebris antipathiam habet; vix enim ipsa comparer, quin subito illa dispareant, *Mansi. Sanituaris Tom. IV.*

& in fugam agantur. Spiritus sanctus peccata in pluribus Scripturae locis tenebrarum nomine pellat, opera vero perfectioris & meriti vocat lucem: *Abjiciamus opera tenebrarum, & in duamur arma lucis.* Ideoque ipsa (quantum equidem humanae fragilitatis sphaera sustinet) ab omni huiusce caliginis atomo exempta fuit, atque inde deduci potest, quam ipsa ut reprehensibilis & immaculata extiterit; siquidem in vita sua coruscabat cum Angelis, & instar lucis splendescibat, quae ne per umbram quidem tenebras admittit: *Coruscas cum Angelis.*

5. *Quasi lux splendens.* Anaximander Philosophus, prout Plutarchus refert, in ea fuit opinione, quod videlicet lux & sol nihil aliud essent, quam ampla quaedam fornax igne repleta; cui consonare videitur quod in hymno quodam legimus: *Quarto die qui flammam Solis rotam constituens;* hanc autem opinionem ethiopsiori explicatione indigere existimem, nos tamen exinde nobis assumamus quod ad praesens nostrum conducit propositum, dicamusque, ornatum hanc sanctae Martyris nostrae lucem *Leithnam* quandam, seu vivam divini amoris formationem esse, ac proinde hoc igne ipsam igneam elementarem mirum quantum vicisse & superasse, quem circa ipsam carnifices ex omni parte accenderant, adò ut sine ullo ipsi illaro nocumeto suppressus & extinctus fuerit: *Benedico te Pater Domini mei Iesu Christi, quia per filium ignis extinctus est à latere meo.* Ideoque de ipsa dicere possumus quod de S. Apollonia dicit sancta mater Ecclesia: *Majori Spiritus sancti flammâ intus accensa, siquidem tanto pondere fixit eam Spiritus sanctus.* &c.

6. *Quasi lux splendens.* Lux haec est proprietate praedita, quod tamen si loca immunda illuminet, suosque radios in hujus terrae sordes & immunditias emittat, non tamen ob hoc aliquid claritati suae maculam inferat, ob quam proprietatem de hac sancta Virgine nostra quoque dicere possumus: *Quasi lux splendens;* ipsa namque aperte protestata fuit, quod tamen ad infamem prostibuli locum perduceretur, non tamen ob id puritas ejus aliquam contractura esset maculam. Unde celebris quidam nostri temporis Orator scribit, quod loca infamia ad Agnetum, Theodorarum, & Luciarum praesentiam in Sanctuaria quaedam re ipsa convertantur: *Si invitam jufferis violari, ait ipsa Paschasio, castitas mihi duplicabitur ad coronam.*

M m

7. *Quasi*

De Placit.
Phil.
l. 2. c. 2.

Rom. 13.
v. 12.

7. *Quasi lux splendens.* Habet quoque lux hanc proprietatem, quod quando excessiva est, visum oculorum hebetet & offuscet. De hac quoque S. Lucie luce dicere convenit, ipsam videlicet et simili quadam fuisse qualitate præditam, ut potè quam oculis orbatam fuisse in ejus imaginibus hodie videmus. Quodnam, obsecro, in eo hiet mysterium, quod sancta mater Ecclesia eam nobis oculis orbatam repræsentet, cum tamen visum oculorum spectatè eidem commendat? Credo omnino ideo id factum esse, ut intelligamus veram lucem, quæ ab ipsa nobis potestari dæ est, non tam corporis, quàm animæ lucem esse; ut potè quæ majori cum sollicitudine nobis curanda est. De S. Francisco Assisinate scriptum compertio, quod continuò pro suis, ut agebat, imperfectionibus & defectibus plorans, visum amittendi periculum non exiguum incurrit; cumque à medico moneretur, ut ad periculum hoc evadendum à lachrymis sibi in futurum caveat & temperaret, respondit: *Non est, frater medice, ob amorem luminis, quod habemus commune cum muscis, visitatio lucis aterna repellenda vel modicum; quia non spiritus propter carnem, sed caro propter spiritum beneficium lucis accepit: malebat siquidem corporalis visus lumen amittere, quàm lachrymas (quibus oculus mundatur interior, ut Deum videre valeat) repressâ devotione spiritus impedire.* Lux illi lucis titulo denominari nequit, quæ tenebrarum culpæ in animabus nostris genitrix existit; & ideo nequaquam patrocinium S. Lucie implorare necessum est, ut tantùm ad hujus undi bona conspicienda lumen nobis oculorum indulgeat; siquidem ipsa ad illa contuenda oculos non habuit, sed totaliter cæca fuit; *Odisti quæ in mundo sunt.* Facile autem nobis subveniet, si illam ab ea lucem poposcerimus, quæ per harum visibilium rerum contemplationem confert & conducit ad consecutionem bonorum invisibilium & æternorum; ac prouidè David dicebat: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* S. Ambrosius super verbum aliquod S. Lucæ pulchram quandam habet observationem. S. Lucas enim scribit, quod postquam Salvator noster cæcum illum haud procul à Jericho subsistentem illuminavit, cæcus ille *confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum.* *Aliiter enim non videret* subjungit sanctus ille Doctor, *nisi sequeretur Christum, nisi Domi-*

num predicaret, nisi sæculum præterires; quasi dicere vellet, visum hunc oculorum, qui cæco hinc homini restitutus fuit; lucemque illam, quam donavit is, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; quique de temetipso ait: Ego sum lux mundi, non tam in oculorum lumine, quàm in interiori anima lumine consistere, per quod quis se in Christi sequelam & imitationem, honorumque omnium temporalium recipit contemptum. Theophylactus modum considerat, quem Christus in hac visus restitutione servavit; ipse namque cæco dixit: *Respice & confestim vidit.* Undenam verò lux illa emicuit, quæ obtenebrosos hosce oculos illuminavit? num fortè à Solis luce derivata fuit? aut ab illuminato & inclarescente aère? Nequaquam; sed *vox à vero lumine progressa lumen cæco passa est;* ac prouidè videtur dicere me posse: *Vox à Lucia progressa lumen cæco fiat.* Quotquot obscena ac lubrica objecta intuentur, quæ illis vera sunt ad peccandum incentiva, verè quoad animam cæci sunt. S. Job protellatus est olim dicens: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine.* Et ideo quoad similibus objectorum aspectum merito nobis hæc sancta Virgo imitanda est, quæ tametsi Lucis nomen in suo nomine fuerat, nihilominus tamen nec oculos, nec lucem habet, quæ illa aspiciat, quæ hic leducere aut placare possunt. Num fortè ad modum illum vos reflexistis, quem incarnata Sapientia cæco à *nativitate*, oculorum lumen impertiens servasse scribitur? oculos ejus salivâ adimplevit, usdemque manus superimposuit, ac tandem an videret, ipsum interrogavit; ubi Chrysologus ait: *Domineo spūto vacuas replet oculorum lachrymas, divino ore luciferam dat salivam.* Ejus etenim saliva nostræ similis non erat; cujus ratio est, quia ipse est qui dixit: *Ego sum lux mundi;* idèque unâ cum spūto oculis imperso, lucem pariter usdem immitit. Quot quæso sunt, qui ob oculorum defectum, quo laborant, S. Lucie patrocinio se commiserunt, vota que sua in ejus honorem ad aras suspendunt, & tamen non ideo subito visum recipiunt? num fortè sancta Martyr nostra preces nostras surdâ aure aufcultat? scit sine quid ad hoc responderè possit? *Divino ore luciferam dat salivam;* id est, spirituales nobis lucem impetrat, quæ longè desiderabilior existit. Considerandum quoque est, quod Christi

Iob. 31. 7.

Marc. 8. 23

Serm. 176.

Lib. 3. c. 5.

Lib. 8. in
Lucam.

flus super impositis cæci hujus oculis manibus, eundem an videret, interrogârit. Crea quod Chry-
 sologus ait: *Si humana esset virtus, utique et si
 videret, manibus super oculis impositis videre
 non poterat*; at verò, subjungit idem Sanctus: *Manus Domini omnibus oculis clarior est. Ma-
 nus illa Dei, manus Domini tetigit me, id est, vi-
 sūs infirmitate me affecit, quæ utpotè ad anima-
 rum nostrarum salutem ordinatâ majoris tibi æ-
 stimanda est, quàm si Argus quidam esses. Nam
 bonum tibi est luscum introire in regnum Dei,
 quàm duos oculos habentem mitti in gehennam
 ignis. Ascendit mors per fenestras nostras. Pe-
 trus Abbas Claravallensis cùm in infirmitate u-
 num oculorum suorum amisisset, dixit: *Vnum de
 inimicis evasi, & plus à residuo quàm à perdi-
 to reformido.* Quod ipsum de B. Jordane Ge-
 nerali Ordinis S. Dominici legitur; hic enim u-
 no oculo amisso & ipse dixit: *O felix nuntium!
 jam unum inimicum minus solito habeo.* Verùm
 enim verò ex quo de fenestris mentionem facere
 cepimus, addendum esse censeo, quòd S. Augu-
 stinus carceres illorum, qui illis pro Dei amore
 inclusi ingemiscunt, coeli fenestras nominârit.
 Enimverò quòd si cæcus aliquis, qui nullum un-
 quam vidisset palatium, auditis palatii alicujus
 præconiis ad illud se perducere faceret, cùmque il-*

lud oculis videre perhibeatur, illud ipsum mani-
 bus tangere vellet, ac tandem ad fenestras il-
 lius perveniens illas minorum aperturas inveni-
 ret, quid putatis cæcus ille dicturus esset? Veri-
 simile est quòd serpentem in modum tuum esset
 instituturus sermonem: *Vos quidem ædificium
 istud miris apud me laudibus extulistis, ego au-
 tem variis in locis magnas illius invenio aper-
 turas atque hiatus, qui ædificiorum dehe nstant
 elegantias. Hic autem talis viri error ab ejus
 utique cæcitate proveniret; hæ enim fenestras
 sunt, per quas lumen domum ingreditur, undè fa-
 bricæ elegans architectura, conclavia, statua,
 aulæ & tapetes, aliique palatii apparatus & pi-
 cturæ conspicuæ omnibus redduntur; hæc enim
 omnia sine luce in obscuritate delitescerent ab-
 scondita. Eodem prorsus modo, mundus qui cæ-
 cus est, visum oculorum amisisse, & non videre,
 magnum damnum esse existimant, & tamen ve-
 rissimum est, quòd si hæc cæcitas nostra ad ma-
 jus animæ nostræ beneficium ordinetur, quantò
 magis fenestras illæ clausæ sunt, tantò ampliùs
 veræ lucis eò ingrediatur; anima namque homi-
 nis tribulati lumen Dei participat, id quod præ
 quovis alio debet desiderari; siquidem *manus
 Domini omnibus oculis clarior est.**

Marci 8.
 v. 46.
 Jerem. 9.
 v. 21.

Lub. 22.
 cont. Fati-
 sum c. 2.



Causæ, ob quas sancta hæc Virgo columna immobilis appellatur, declarantur.

DISCURSVS QVINTVS.

Columna es immobilis Lucia sponsa Christi.

Quam sancta mater Ecclesia hanc Virginem, cuius hodie natalitium diem celebramus, æstimet, vel ex hoc solum arguere licet, quod eundem ei triumphum attribuat, cum quo Spiritus sanctus aliàs ipsammet Ecclesiam honorare solet; vocat enim illam Ecclesiam stabilem & immobilem. *Ecclesia Dei vivi columna, & firmamentum veritatis* vocatur ab Apostolo; de S. Lucia autem hodie sic canit Ecclesia: *Columna es immobilis Lucia sponsa Christi*. Enimverò nobilissimi hujus epitheti examine velim latentia mysteria. *Columna es*. B. Laurentius Justinianus in columna fidem agnoscit: *Est enim viva fida & salutaria columna, æducens per desertum mundi hujus*; quibus verbis ad illam columnam alludit, quam Deus in deserto veluti ducem populo suo submitit, ut eum in terram promissionis perduceret. Fides homini Christiano in hac vita ducatum præstat, ut veram promissionis terram, quæ cælum est, securè acquirere & possidere valeat. De nostra igitur sancta Martyre pariter dicere possumus: *Columna es, eo quod, teste S. Agathâ, vivacissimâ fide prædita fuerit*; undè ei dixit: *Lucia virgo quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuo matri tuæ? nam & fides tua illi subvenit*. Porro qualis, quàmque viva fides ipsius fuerit, satis in eo demonstravit, quod in hac vita omnibus se bonis exuerit, inter pauperes eadem dispensando, consilio Evangelico firmiter credens, nimirum: *Theaurizate vobis thesauros in caelo, Eandem quoque fidem in eo-*

fatis probavit, quod mortalem sponsum repudiavit, ut Christo se despondere posset: *Sponsa. Osee 2. v. 20. bo te mihi in fide*. In odio quoque eadem fides emicuit, quod erga universa bona terrena concepit, oculis & corde in bona invisibilia firmiter defixis; ita enim fides definitur: *Substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium*. *Odisti quæ in mundo sunt*, ait ad eam S. Agathâ. S. Cyrillus Hierosolymitanus de Cornelio centurione pro eo tempore tractans, quo ex divino instinctu S. Petrum in domum suam recepit, ut ab eo unâ cum universa familia baptismi lavacro tingeretur, ita dicit: *Cornelius erat vir justus, & Angelorum visione dignus habitus*; cuius causa eadem profus est, quæ in nostro quoque casu militat, quia sancta hæc Virgo quicquid facultatum habebat, in eleemosynam erogavit; dumque ad sepulchrum S. Agathæ orationi insisteret, cælestibus fuit visionibus honorata: *Angelorum visione digna fuit*. At verò idem ille Sanctus subjungit: *Cum tanquam columnam bellam in caelo, Deo suas orationes & eleemosynas constitisset*. Ecce tibi hujus columnæ videm trophæis, id est, orationibus, eleemosynis, aliisque aliis operibus & virtutibus heroicis illustrata vivam effigiem.

2. *Columna es*. Quando Deo nostro populum Israëliticum è servitute Pharaonica, maxime autem ab exercitu ejus, quem ad maris rubri litora petenda, ut stragem dicto populo inferret, cœgit, liberare complacuit, dicit sacer textus: *Et ecce respiciens Dominus super castra Egyptianorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum, & subvertit rotas eorum, ferebanturque in profundum*. *Ecquis est*

2. Tim. 3. 15.

Eib. delig. vita def. de c. 5.

Catech. 3.

Exod. 14. v. 24.

ita iudis, qui nesciat Paschasium præfectum longè fuisse in populum Christianum crudeliorem, quàm Pharaò olim in Hebræum populum fuerit? Deus autem fragilem hunc mediante hac columnâ in proprii virginei sanguinis mari rubro submergi voluit: *Respicens per columnam*, id est, per S. Luciae præclara merita. Undè de ipsa canimus: *Sanguine proprio inimicum vicisti*. Eodem namque tempore, quo ipsa per sanguinis sui effusionem martyrium sustinuit, Pharaò ille captus, vincus, atque ad mortem condemnatus fuit. Ad hæc sancta Virgo nostra Imperatoribus Ecclesiam persequentibus mortem, conquisita autem S. Petri navicula brevi ad futuram serenissimæ pacis tranquillitatem prædixit: *Prædicens Ecclesia tranquillitatem, qua futura erat Diocletiano & Maximiano mortuis*. S. Hilario quondam S. Antonium Magnum hoc ei attributo titulo salutavit: *Pax tibi columna lucis, qua sustines orbem terrarum*. An non verò eloquium illud S. Luciae pariter adaptari posse videtur, ut potè quæ per orationes suas, martyriique sui constantiam, non solum mundum, sed etiam universam Ecclesiam, fidemque orthodoxam propter truculentissimas Imperatorum illorum persecutiones vacillantem sustinuit? Idem quoque elogium S. Martinus in glorioso illo Episcopo fidei Catholicæ suo tempore invictissimo propugnaculo S. Hilario agnovit: *Qui*, ut Alcuinus refert, *tunc temporis quasi firmissima fidei columna exiit*. S. Augustinus S. Petrum non quidem pro eo tempore, quo Spiritus sanctus in linguis & flammis super eum venerat; sed quo præ frigore rigidus in atrio Caiphæ ad ignem appropinquabat, quando urgente timore magistrum suum trinitas negavit, considerans ait: *Ecce columna firmissima ad unius aura impulsus tota contremuit*. Verùm quidem est quòd paucis post diebus te in ejusdem Christi & fidei confessione solidam & immobilem esse columnam probaverit, quando publicè est protestatus: *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus*; at verò sancta hæc Virgo nostra temper se tanquam invictam constantissimamque columnam exhibuit, undè de ea dicitur: *Tanto pondere fixit eam Spiritus sanctus, ut immobilis permaneret*. Ardentissima quoque charitate coreus æstuebat (*perfecta autem charitas foras mittit timorem*) prout satis evidenter ex genoso & intrepido, quem adversus Paschasium ex-

hibuit, animo cognoscere licet. S. Paulus, qui Spiritus sancti sonora tuba fuit, se tres columnas auxiliatrices habuisse scribit: *Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columna esse, dexteræ dederunt mihi*. S. Lucia autem in tam crudeli certamine & lucta, quæ ei cum tyranno intercedebat, neminem qui ei assisteret, habuit, præterquam Spiritum sanctum, qui per os ejus loquebatur, & tamen ex generosis responsis ejus satis evidenter deduci potest invictum animi ejus robur & constantia.

3. *Columnæ*. Scriptor quidam ex moderrioribus refert, S. Paulum Apostolum urgente ipsum zelo salutis animarum tunc paganarum ex Melitenis insula se Rhegium Calabriae transfuisse, ut inde Romam concederet; cum verò in portu Rhegienti appulisset, vidissetque ingentem populi ad ipsam videndum concurrentis multitudinem, rogavit illos ut se ad illos paulisper perorantem audire dignarentur, saltem pro modico illo tempore, quo parva quædam & modica candela, quam columnæ cuidam, cui naves alligare consueverant, imposuerat, arsura esset; cum igitur ille admirabili cum eloquentia de fidei nostræ dogmatibus & veritatibus prædicaret; jamque candela consumpta esset, columna illa lapidea, cui candela imposta fuerat, instar facis cujusdam ardere coepit: ex quo miraculo auditores pagani & idololatæ obstupefacti, atque ex apostoli prædicatione convicti ad Christum conversi fuerunt; cujus rei testimonium Hymnus quidam perhibet, quem in illa ecclesia canere solent, in quo ita dicitur:

*Ave columna nobilis, electo & auro ditior,
Illaque Moysi signa columnâ fortunatior,
Quod ore Paulus prædicat, te conflagrante,
Rhegium
Christi fidem complectitur, &c.*

4. *Columnæ*. Ita quoque S. Luciae dicere possumus, non quòd ipsa aliquando ab igne materiali exarsit, licet tyrannus ignem circum ipsam accendi imperarit: *Circa ipsam pice, resina, ac ferventi oleo perfusam ignem accendi imperavit: sed ne flamma quidem eam laesit, sed quia veluti columna illo igne, qui in die Pentecostes super cœnaculum Sioniticum descendit, illaque flamma, quæ in ipsa per totidem loquaces linguas, quot fuerunt divini illius incendiis scintilla, ardebat, conflagravit; undè multis Gentilibus data est occasio, ut victas Christianæ*

Galt. 90

Novarr-
nus l. 11.
Schedias.
c. 11. n. 86.

In vita
Patr. l. 15.
c. 17. n. 20.

In vita
S. Martin.

Tract. 113.
in Ioan.

Act. Ap. 5.
29.

religioni manus darent; hdelibus autem, qui ob persecutionum barbariam vacillabant, ut in sua fide & religione conseruarentur & stabilirentur,

In cap. 1.
5. *Columna es.* Columna patientiæ & fortitudinis symbolum quoddam est. Uadè Dydimus in Catena Græca, quam super librum Job compilauit, ita de eodem scribit: *Vt character formæ fortitudinis tanquam in columna inscriptus est.* In Apocalypsi, quoque legimus: *Qui uicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei.* Quæ uerba ad duas illas columnas alludunt,

Apoc. 3. 12.
quæ in templo Salomonis inter alia insignia positæ erant; quibus hic Regum sapientissimus uictorias & triumphos Davidis patris sui iusculpi fecerat. S. Lucia pariter columna dici potest ob inuictum animi robur & fortitudinem, quam in habito cum tyranno certamine, obtinuitque aduersus eundem uictoria clarè satis liquet: *Sanguine proprio inimicum uicisti;* sicut etiam ob inuictam illius patientiam: *In tua patientia possedisti animam tuam Lucia.* Accuratè uelim & sigillatim trutinatis ex una parte minas tyranni, carnificumque ac licitorum supplicia; ex altera uerò parte reflectatis ad eam, quam in responsionibus suis præ se tulit, animositatem & sapientiam; necnon ad intrepidum & exultandum, quem in suppliciis suis semper probauit, animum, & tunc haud dubiè fatebimini uerba illa à Deo ad Jeremiam dicta ad ipsam uerè & propriè referenda esse, nimirum: *Ego quippe dedi te hodie in columnam ferream, & in murum æneum; bellabunt aduersus te, & non præualebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.*

Jerem. 1. 18.

Lib. 1. c. 3. Hist.
6. *Columna es.* Solemnis ueterum mos erat, quo ea, quæ posteritati ad perpetuam memoriam impressa esse uolebant, columnis insculpere; ac proinde Joseph Hebræus dicit, filios Seth posteris suis omnem disciplinarum eruditionem & instructionem duabus insculpsisse columnis, quarum una anea erat, ut illa ab impetu seruaretur aquarum, altera uerò erat latericia, ut à flammis immunis euaderet. Certum est autem diuinam Sapientiam etiam in hac S. Lucie columna

mystica multa Ecclesiæ suæ relinquere uoluisse salutaria monita, prout ex responsionum suarum mira sapientia faciliè colligi potest, quarum hæc faciliè sunt præcipua, uidelicet quòd seruis Dei uerba deesse non possint, cum in illis loquitur Spiritus sanctus. item quòd illata corpori suo uolentia uirginitatis flori nequequam præiudicari possit. Denique quòd anima pure & casta templum quoddam sint Spiritus sancti; & similes aliarum quamplures,

Lib. 49.
7. *Columna es.* Pierius Valerianus inquit: *Columnarum ratio fuit, ut cuius nomini dicata essent, gloria super ceteros mortales attollerentur.* Quis autem enuntiare ualeat, qualis & quanta per hanc Christo consecratam columnam fidei & Ecclesiæ Christi gloria resultarit, dum ipsa aduersus impium tyrannum adeo strenuè Christianam defendit religionem? Ulpianus in oratione Demosthenis contra Leptinem ait: *Columna lignum erat aut lapis quadratus, ubi inscripta erant præmia.* Olim namque præmia in medio theatri in columna quadam exponebantur, ut inde certantes tantò acrius exstimularentur ad pugnam, uel curlum. Sic quoque quot fuère tenellæ uirgines, quæ directo in hanc columnam, & in gloriam quæ ab ea & in terra & in cælo redundauit, oculo, suam pro Christo ultro citroque prodegerunt vitam, ad hoc ipsam ab egregio Lucia exemplo animatæ & exstimulatæ, cum aliàs & ætatis & sexûs conditione debilissimæ essent puellulæ?

8. *Columna es immobilis.* Sancta hæc Martyr nostra tunc præcipuè immobilis facta est, quando de ea ad prostibulum perducenda tractabatur. Ast scitisne causam cur tunc, & non antea, uel post? nimirum habebat Spiritum sanctum, cuius fructus est continentia & castitas; in illis autem, qui in puritate & castitate corporis vitam transigunt, hic Spiritus stabiliter perfeuerat; cuius conerarium illis accidit, qui uoluptates sectantur carnis: *Non permanebis Spiritus meus in homine, quia caro est.*

D E

S. T H O M A
A P O S T O L O
D I S C U R S V S S E X.

DISCURSUS I. Ex ethymologia nominis Thomas, quod idem significat quod abyssus, sapientia deducitur, qua sanctus hic Apostolus mundum de Christi divinitate edocuit.

DISCURSUS II. S. Thomæ fidelitas & fervor, quo se mortalibus pro Christo periculis exposuit, considerantur.

DISCURSUS III. Nonnulla considerantur motiva, ob quæ Ecclesia in hujus sancti Apostoli laudem tali Evangelio hodie utitur, in quo mentio fit de ejus incredulitate.

DISCURSUS IV. S. Thomas quoad suam incredulitatem defenditur.

DISCURSUS V. Agitur de nonnullis bonis, quæ ex hujus sancti Apostoli incredulitate consequuntur; necnon de quibusdam mysteriis in verbis illis; Dominus meus & Deus meus, latentibus.

DISCURSUS VI. Excusatur ambitiosa à S. Thoma Christo proposita petitio, dum manus suas in opulentissimum illud sacrorum vulnere ærarium immit-tendi licentiam postulavit.

Ex ethymologia nominis Thomas, quod idem significat quod abyssus, sapientia illa deducitur, qua mundum quo- ad Christi divinitatem erudit.

D I S C U R S V P R I M V S.

Thomas unus ex duodecim, qui dicitur Dydimus.

Ioan. cap. 20.

Serm. 154.

Sanctus Petrus Chrysologus nominum etymologiam considerans ita scribit: *Sapè nomina merita indicant.* Quia doctrinam suppositam facile nobis erit ad majorem

rem hujus Apostoli gloriam admirabilem ejus deducere sapientiam.

2. Glossa ait: *Thomas abyssus vel geminus Matt 11. 3. interpretatur, Græcè Dydimus.* Et quidem primam faciem nonnemini videri posset, Hugonem In 10. 20.

Car.

In Capill.
1027.

Cardinalem gloriæ S. Thomæ in explicatione hujus nominis haud parum derogare; siquidem ait: *geminus, quia dubius*. Idemque Albertus Magnus scribit, dum ait: *Dydimus, hoc est geminus, siue dubius*; veruntamen idem Cardinalis paulò post in ejus laudem subjungit, dicens: *Dubitando profundius novit, & firmius stetit*. Glossa quoque ita scribit: *Quòd cæteris diutius dubitavit, eò alius veritatem resurrectionis agnovit*. Voluit enim increata illa Sapientia ut etiam hoc, quod est dubitare de resurrectione Christi, quòd aliis magnum innuit defectum, in majorem redundaret Apostoli gloriam & meritum.

Tim. II.
Tr. 27.

3. Verùm enim verò ut hunc Discursum nostrum ad *ly Abyssus* restringamus, certum est, quòd ut ad profundù sapientiæ hujus abyssi pertingere valeamus, opus nobis sit cognoscere sapientiæ profunditatem alterius abyssi, id est, alterius cujusdam Thomæ; siquidem *abyssus abyssum invocat*. Salmeron de hoc nostro Apostolo tractans ait: *Est autem abyssus Gracè aqua multa, cujus profunditas ab homine nequit comprehendi*; hæc igitur abyssus imperscrutabilem illam divinitatis Redemptoris nostri penetravit abyssum. Enimverò celebris est illa ab Ezechiele habita aquarum illarum visio, quæ è dextro templi latere egredientes meridie versus decurrebant. In has aquas Ezechiel ductus fuit ad usque medias tibias; & postquam Angelus, qui dux illius erat, mille cubitos mensus fuisset, de novo mensus est eorundem alios, & confestim aqua ad renes usque pervenit; denique postquam iteratò easdem aquas mensus fuisset, in talem usque altitudinem excreverunt, ut *intumuerint aquæ profundi torrentis, qui non potest transvadari*. Porro per aquam istam divinatorum mysteriorum scientia, (*aqua sapientia*) necnon passionis Christi notitia intelligitur: (*De torrente in via bibit*) hunc autem torrentem transvadare, nihil est aliud, quam fundum hujus abyssi posse attingere, id quod alterius cujusdam abyssi, id est, Thomæ opus fuit; hic enim ad usque Christi divinitatem pertigit, atque insuper in transfixam & vulneratam ejusdem humanitatem penetravit; & ut paucis multa eloquar, solidissimæ nobis sublimiorique Theologiæ notitiam, quam hæctenus per tot retrò sæcula Ecclesia didicit, nobis communicavit. *Altitudinem cæli & latitudinem tor-*

Eccles. 1. 6.

ra, & profunditatem abyssi quis dimensus est? Porro per cæli altitudinem divina in Christo natura intelligitur, sicut natura humana per latitudinem terræ; denique per profundum abyssi infinita & immensa ejus misericordia innuitur; quis autem est, qui utriusque dimensus fuit mensuram, nisi hic noster Apostolus? Christus ei dixit: *Vidisti me Thoma? Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus & Deus meus*; quo tempore adimpletum fuit illud Abacuc propheticum oraculum: *Dedit abyssus vocem suam; necnon aliud illud Davidis effectum: Abyssus abyssum invocat*. Id quod Salmeron declarat dicens: *Invocas abyssum divina mea misericordia, in voce casaractarum, id est plagarum, quæ vocalissima sunt apud Deum ad impetrandum omnia*. Porro sanctus noster Apostolus in hisce vulneribus mysteriorum divinitatis fundum alioquin inassequibilem penetravit; ac proinde vulnera & cicatrices Redemptoris non sine causâ Seraphico Doctore glorioso hoc appellantur nomine: *Omnis charitatis perfectio, omnis scientia plenitudo*. S. Bonaventura quoque hujus nominis Thomæ mysteria declarans idem scribit his verbis: *Et Thomam qui interpretatur abyssus, per quod intelligitur profunditas eruditionis credendorum*. Porro ut hæc magnæ scientiæ ipsius abyssi melius intelligatur & penetretur, operæ pretium erit, si quendam Psalmistæ textum, qui habetur in Psalmo 32. optimè & maxime ponderaverimus: *Verbo Domini, inquit Psalmista, cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum, congregans sicut in utro aquas maris, ponens in thesauris abyssos*. Circa quæ verba relicto sensu literalì, mysticum non nihil consideremus. Constat igitur in primis quod per cælos Apostoli intelligantur (*cæli enarrant gloriam Dei*) hi enim à Verbo æternò primò quidem electi, postea verò per communicationem spiritus ejus, qui est Spiritus sanctus in die Pentecostes infusus, in gratia stabili fuerunt & confirmati. Per mare autem mundus intelligitur: *Hoc mare magnum & spatiosum*. Per aquas denique populi intelliguntur: *Aqua multa populi multi*; hi autem Apostolorum prædicatione mediante, tametsi in varias terræ partes dispersi sint & divisi, in eadem tamen doctrina, fide, miraculis, & sacramentis, aliisque omnibus intimè inter se sunt conjuncti: *Congregans*

Habac. 3.
10.

Scim. div.
amor. p. 1.
c. 2.

In Luc. 6.

Pf. 32.

gregans sicut in utre aquas maris, ponens in thesauris abyssos, quasi diceret per seruditionem Ecclesie sue reposit in thesauris suis abyssos; quod equidem valde est difficile intellectu; etenim si dixisset, quod thesauros suos, id est, auri vel argenti fodinas possidet intra abyssos. verqorum prædictorum intelligentia facilis utique esset, sed tunc ad propositum præsens nihil attineret. Enimverò pro meliori verborum illorum intellectu dici posse existimo, quod Pater æternus duos præcipuè thesauros inestimabiles in filio suo repositur, quorum primus est ille, de quo Apostolus ait: *In quo sunt omnes thesauri sapientie & scientia absconditi*; alter verò thesaurus vulnera ejus fuerunt, quæ sunt velut ærarium quoddam, è quo infinitum humanæ redemptionis pretium deprom ptum fuit. Sanctus Bonaventura de aperto Christi latere ita scribit: *Ecce apertus est thesaurus divina sapientie & claritatis æternæ*. Sanctus Ambrosius eadem vulnera hoc nomine condecorat; *Pretia nostra libertatis*. Habuit quoque Christus duos abyssos, id est, duos Thomas, ab ipso præcunctis aliis vehementer discretos, nimirum Apostolum hunc nostrum, & sanctum Thomam Aquinatem; ex quibus hunc primo thesauro locupletavit, cujus rei tot ab ipso conscripti libri Theologici evidens perhibent testimonium, quibuscum sanctam DEI Ecclesiam illuminavit: *Bene scripsisti de me Thomas*; alia verò abyssus, id est, alter Thomas Apostolus, non solum ad secundum thesaurum admissus fuit: *Vide manus meas, affer manum tuam*, verum insuper ex illarum beatarum cicatricum contactu ex illo Crucifixi multo plus didicit & profecit, quam unquam didicerit exinde Doctor Seraphicus.

4. In Apocalypsi scribitur: *Dignus es aperire librum, & solvere signacula ejus*. Hic autem liber huic Apostolo nostro patefactus fuit, eique in vulneribus istis cœlestium penetralium secreta revelata fuerunt; unde eadem nobis quoque manifesta reddidit, siquidem in verbis illis, quæ post lectum hunc librum ore suo pronuntiavit, tantum edixit, ut alius quidam sanctus Thomas de Villanova aucter scribat: *Quicquid fides habet, brevi elogio comprehendit*. S. Thomas Doctor Angelicus, tot quidem ad Ecclesiam

Mansi Sanctorum, Tom. IV.

crudiendam libros conscripsit, ut ad illos omnes accuratè & attentè pervolvendos vix unius hominis ætas sufficerat; verò sanctus Thomas Apostolus in pauculis illis verbis longè amplius edixit, quam in omnium Ecclesie Doctorum Theologicis voluminibus concludi possi. Unde Hugo Cardinalis ait: *Thomas abyssus profunda intelligens*. Idem paulò ante citatus Archiepiscopus Valentinus ait: *Si ille codices ederet non ita Ecclesia profuisset*. S. Bernardus de illis agens, qui ad sublimitiorum & imperscrutabilium secretorum increatæ illius sapientie admissi fuerunt, & dicit: *Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in sinu Patriæ, Paulus in tertio cælo, secreti hujus gratiam sunt affecti: quis nostrum dignè distinguere sufficiat has varietates meritorum, vel potius prætorum?*

5. Non est mihi dubium, quin S. Thomas in aperto illo Redemptoris latere valde sublimiter edoctus fuerit; unde Surius de profunda ipsius sapientia tractans dicit: *Hæbebat in se Christum Magistrum* enim verò ex quo de S. Joâne facta est mentio, de quo Ecclesia canit: *Fluente angely de ipso sacro Dominici pectoris fonte potavit*, quis est, qui nesciat librum illum tunc nondum apertum fuisse, Thomæ autem liber hic apertus exhibitus fuit, atq; idè S. Thomas S. Joanni in sapientia & scientia, mysteriorumque Divinitatis intelligentia, nec quicquam cedit. Unde idem S. Thomas de Villa-Nova ita scribit: *Felix manus, qua Dominici pectoris secreta rimavit quas divitius non intus invenit? Ab illo pectore arcana cœlestia Ioannes hauserat dormiendo in illo: Thomas grandes thesauros reperit scrutando; grandis ille scholæ, qua tales discipulos facit. Inde alter super astra volans mira de divinitate dicitur cum ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum; tandem verò ad nostrum Apostolum perveniens dicit: Alter radio veritatis tactus sublimiter exclamat: Dominus meus & Deus meus; major incredulitate confesso, altius sonare non potuit. Ex quibusnam libris sanctus Paulus Apostolus, qui Gentium Doctor fuit, quique in æternæ sapientie scholam raptus, audivit arcana verba, adeo sublimem Theologiam, quam in Epistolis suis descripsisse noscitur, edidit? audite ipsummet id exponentem hisce verbis;*

NB

Nihil

In cap. 3.
Marci.

Ser. 13 in
Cant.

Coloss. 2. 3.

De Trin.
c. 1.
Lib. 10. in
Luc.

In ocl.
Pasch.

1. Cor. 2.

Nihil me scire arbitratus sum apud vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Quis igitur non videt S. Thomam præ omnibus aliis Apostolis ex hoc libro melius & profundius studuisse, doctioremque evasisse, prout ex Evangelio in hodierno festo nobis prælecto clarè deducitur, S. Thomas de Aquino mysterium huius nominis Thomas, quo hic noster Apostolus insignitus fuit, interpretans ita dicit: *Thomas abyssus quia altitudine divinitatis certa fide penetravit.* Theoph. lactus quoque scri-

In cap. 20.
Ioan.

bit: *Vide quomodo is qui prius incredulus tactus lateris verbum optimum indicavit, nimirum quando dixit: Dominus meus, & Deus meus: Duas enim naturas & unam hypostasin unius Christi docuit; dicendo enim Dominum, humanam indicat naturam nam de hominibus dicitur Dominus; adducitque Magdalene exemplum, quæ Christo, quem hortulanum esse existimabat, dixit Domine si tu iustulisti eum, dicito mihi, dicendo autem Deus meus, divinam substantiam ostendit.*

S. Thomæ fidelitas & fervor, quo se mortalibus pro Christo periculis exposuit, consideratur.

DISCURSUS SECVNDVS.

Dixit ergo Thomas, qui dicitur Dydimus ad condiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo.

Ioan. c. II. v. 16.

3. **V**idetur omnino, quod in Evangelio hodie de S. Thoma lecto, quod potius commissus per incredulitatem Apostoli nostri error & defectus memorentur, quam quod aliquid, quod in ejus gloriam cedat, adducatur in medium, ac proinde non inopportune facere, aut extra propositi orbitam salire censebor, si propositi thematis verba, in quibus ejus erga Magistrum suum fervor & fidelitas elucescit, arctius non nihil pondera vero. Christus igitur ut Lazarum à mortuis in vitam revocaret in Judæam denuò redire decreverat, dumque huic se deliberationi Apostoli opponeret dicendo: *Rabbi nunc querebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?* S. Thomas ad condiscipulos conversus Christum in concepta resolutione persistere videns, ait: *Eamus & nos, & moriamur cum eo: Ad condiscipulos minus alacres se convertit (in-*

quit Cornelius Jansenius) eosque ad confectandum Magistrum suum animare & extimulare etiam cum vitæ periculo voluit, & moriamur cum eo Surius hanc Apostoli nostri constantiam tanquam valde memorabilem multum commendat dicens: *Thomas prompte & alacriter solvens Apostoli molestiam, eamus & nos, inquit, & moriamur cum ipso: est enim quavis vita melior, quæ cum Domino accipitur occisio.* Enimverò tamen si Spiritum sanctum nondum accepisset, qui timoris glaciem ab ipsorum cordibus dissolveret, nihilominus etiam tunc morrem, quæ homini in Christi qui vera vita est, societate accidit desiderabiliorem æstimabat vita longa & prospera. *Atque hac quidem, inquit Surius, sic se habebant, & Apostolorum animos detinebat admiratio, cogitantes con discipuli audaciam ad mortem subeundam; mortem enim hoc titulo appellabant, siquidem ante receptum Spiritum sanctum, non percipiebant ea, quæ sunt spiritum.*

2. Porro

2. Porro si hunc Apostolum servi Christi nomine appellare voluerimus ipsum fidelem verè servum fuisse comperimus : *Fidelis servus & prudens*. Imò ipsemet Redemptor noster Apostolis suis dixit : *Iam non dicam vos servos sed amicos*. & ideo si ipsum amicum appellare voluerimus , ipsum deprehendemus amicum fuisse per omnia fidelissimum , quia dum condiscipulis suis ait : *Eamus & nos & moriamur cum eo*, dicere voluisse videtur, prout Dionysius Carthusianus observat: *Facilius Magistro nostro adhaereamus ad mortem*. Vel ut Doctor Angelicus ait, dicere voluit : *ire vult, periculum mortis ei imminet, nunquid & nos remanebimus, ut vivamus absit sed eamus, & moriamur cum eo*. Præ cunctis aliis verum se amicum fuisse probavit, tunc enim quis bonus amicus esse censetur quando nulla quantumvis maxima pericula metuit, sed ut amicum defendat ipsimet etiam se morti exponit : Lucas Burgenfis scribit, quod ex quo sanctus Thomas pertinax & irreconciliabile odium Judæorum adversus Christum competum habebat, videbatur sibi se neutiquam dubitare posse, quin Redemptor noster in Judæam concedendo, manifestum adiret mortis periculum, seque pariter cum aliis discipulis eidem periculo implicandos esse: *Sed non est æquum, ita Salvatorem nostrum loquentem introducit ut ideo deseramus charissimum Dominum, cui debemus & nos & vitam nostram; præstat nobis ut cum illo moriamur, quam ut sine illo vivamus*. Idem quoque notat hanc ad condiscipulos ab hoc Apostolo habitam exhortationem, bonæ cujusdam & solidæ amicitiae fuisse indicium, *sunt viri fortis & sincers amici*. Viri fortis siquidem pectus sibi generosum nullo mortis metu percussum inesse probavit; *Magni fervoris, imparvique animi*, inquit Cajetanus, *verba sunt hæc Thomæ adhortantis alios discipulos; Non ire, sed eamus cum Iesu, & cum ipso Iesu simul moriamur, simul lapidemur, simul occidamur*. De eadem quoque Constantia Cornelius Jansenius ita scribit: *Verba sunt ergo viri constantis juxta Bedam & Rupertum, quibus addit Thomam Aquinatem Doctorem Angelicum, dicentem: Thomas præ omnibus socios hortatur, ut irent & morerentur cum eo, in quo magna ejus videtur esse constan-*

tia. Cardinalis Toletus ait: *Verba sunt dilectionis erga Christum, & fortitudinis; Dilectionis quidem, quia sine Christo vitam contemnebat propriam, Fortitudinis, quia à periculo, quod animo conceperat, non recedebatur, quo minus sequeretur Magistrum*. In eodem quoque sensu Dionysius Carthusianus scribit: *In quibus verbis dilectionis Thomæ ad Salvatorem, & fortitudo animi ejus patet*.

Ser. 4. de
S. Thomæ

3. Salvator noster universo collegio Apostolico in celeberrimo in ultimâ cœnâ habito sermone dixit : *In hoc cognoscite omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem*. Hoc autem amore se sanctus Thomas præ quovis alio ardere probavit; siquidem omnem à corde suo merum & formidinem profligavit, ut Christum Magistrum imperterrito animo sequeretur, tamen etiam in mortem sibi abueundum esset; in hoc siquidem perfectio charitatis suæ præcipue eluxit, quod nec quicquam fuerit meticulous. *Perfecta charitas foras mittit timorem*.

Ioan. 15. 2

Porro eximius ille hujus Apostoli fervor magna quidem apud factos expositores in æstimatione fuit, sed in longè majori habitus est consideratione penes cœlestem ejus Magistrum, Glossa interlinearis, super illa verba: *Eamus & nos & moriamur cum eo*, ita scribit: *Ecce verus amantium affectus, vel cum eo vivere, vel cum eo mori*. Lucas Burgenfis ita scribit: *Nonne Paraphrasis est, eamus quo vir ille amabilis est, ut cum eo in dilectione moriamur uno communi interitu*. Alius quidam interpret antiquus super illa verba: *Paratus erat una cum Christo de vita periclitari, & quo amore in suum præceptorem ferveret, subindicat & hic sese exerunt amoris officia; Id quod paulò post amplius declarat, hanc reddens illius rationem: Hominis est de prosperitate sui amici gaudere & de adversitate tristari, nec cum in extremis periculis relinquere*.

Ioan. Ar-
boreus.

4. Porro tria est illa Chrylogogi sententia dicentis: *Amor impenetrabilis lorica est, jacula respuit mortem ridet, periculis insultat*. Hujuscemodi lorica S. Thomas utique communitus fuit, quando se ad Christum in mortem usque consecrandum adeo generoso & intrepido animo resolvit. Unicam duntaxat dubium circa illa verba: *Jacula re-*

Spuit, moveri posset; siquidem in lectionibus matutinalibus de ipso legimus: *Telis confosus Apostolatus honorem Martyrij corona decoravit*; Prouti & in ejus vita legitur. Cum enim die quâdam in spelunca ante quandam ab ipsomet in petra quâdam incisam crucem orationi insisteret à totidem famelicis lupis, quot Christianæ religionis persecutores erant, in vasum fuit, qui dum ipsum fustibus & lapidibus crudelissimè impeterent, unus illorum pedtus ejus lancea acutissima transfodit, atque ideo quomodo de ipso salva veritate dici poterit, eum impenetrabili quâdam lorica fuisse armatum, qui ex unico hoc ictu mortuus fuit cui objectioni facillimè responderetur, ictum illum corpus quidem lethalter, nequaquam verò animam vulnerasse, imò hanc tunc vel maximè æternam sibi vitam acquisivisse; *Mortem risit*.

5. *Vetus est paræmia, quam proinde sæpius haud dubiè audiveritis, quod videlicet Amor pares facit, aut invenit*. Thomas manus suas lateri aliisque Christi vulneribus immisit, & ideo veluti ardentissimo erga Dominum suum amore flagrans, eidem in morte conformis esse desideravit, quod & obtinuit, Inam latus quoque ipsius ictu seu cuspede lanceæ cujusdam perforatum fuit. Et quidem verisimile est hanc amoris ejus flammam tunc magis exarsisse, postquam vidit quod Salvator, ut ipsi ab incredulitate sua sanaret in glorioso corpore suo vulnere cicatrices servaverit, & quidem vel maximè postquam illum tanta cum clementia & benignitate recepit. S. Bonaventura Christi vulnera flammam appellat charitatis: *Inflammatio charitatus*; Porro de amore, qui corda nostra inflammat superius diximus, quod *periculis insultet*, in quot verò pericula sanctus hic apostolus in regionibus illis incultissimis maximeque barbaris sese immerferit, quis est, qui non videat? *Beatissimus Thomas* (inquit Dionysius Carthusianus) *Apostolus mortificavit seipsum*; cum enim secundum inferiorem hominem ad loca adedò remota, ad ignotum proflus clima, & inhu-

manissimum sævumque populum adendum maximoperè horreret, semetipsum tamen vicit & mortificavit, ad ostendendum se ecclestem magistrum suum revera diligere, cum charitatis proprium sit commoda & satisfactiones proprias nequaquam, sed potius bonum aliorum querere & profequi *Charitas non querit quæ suæ sunt*; subjungit paulò post idem Dionysius, *non sibi met vixit, sed innumera pro Deo persecutiones patientissimè tulit, infatigabiliter laboravit*. Hæc quoque ferventi charitate se etiam in hoc puncto exarsisse probavit, quia enim *charitas patiens est*, ideo omnia adversa patientissimè tulit, imò & infatigabiliter, quia indefesse laboravit, nam ut S. Augustinus scribit: *Qui amat, non laborat, solus amor est, qui nomen difficultatis erubescit*.

Ser. 46. de temp.

6. Verum enim verò sanctus Bonaventura super hæc verba, egregium quandam in medium adfert mortalitatem, illis qui perfectionis viam ingredi volunt, summè utilem: *Figurantur duo, inquit, quæ debent esse in viris perfectis, quorum primum est de virtute in virtutem ire*: adducitque illud sancti Augustini testimonium dicentis: *Imus in Deum non ambulando sed amando*. adedque tantò plus in sequelam Christi nos recipiemus, ejusque sectabimur vestigia, quanto ardentius illum amaverimus, eumque haud dubiè assequemur, licet etiam passibus nos gyganteis præcurreret. *Secundum necessarium est*, inquit idem Sanctus, *concupiscentiarum mortificatio*: *Moriatur cum eo*; *fortis enim ut mors dilectio scilicet divina, quia sicut mors interimit corpus, sic ab amore rerum corporalium charitas occiditur, ut ait Gregorius*. Enim verò ut ambos hosce fines assequamur, edò nos oculos nostros dirigamus, ubi S. Thomas manus suas reposuit, id est, in vulnera Redemptoris, ibi namque veræ mortificationis inveniemus myrrham, veræque charitatis & amoris Divini validum ignem: *In vulneribus salvatoris est perfectio virtutum*, inquit sanctus Augustinus.

1. p. sim.
s. o.

Serm. 6.

Nonnulla considerantur motiva, ob quæ Ecclesia in hujus Apostoli laudem tali Evangelio hodie utitur, in quo de ejus incredulitate fit mentio.

DISCURSUS TERTIVS.

Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Ioan. Cap. 20.

Quismam est ille aded insolitus modus, quem sancta Dei Ecclesia S. Thomæ Apostoli festum celebrando tenet, tale proponendo Evangelium, in quo expressa fit in diversos turpes errores lapsuum mentio tangitur enim in hoc Evangelio lapsus ejus in incredulitatem Resurrectionis; in ignorantia obstinationem, in præsumptionem, qua sibi manus suas in latus aliaque Christi vulnera immittendi arrogavit facultatem; in contumaciam octo solidis diebus continuatam, nec non in sui à cæteris Apostolis segregationem; in quibus omnibus primâ facie nil aliud præterquam meri defectus sese prodere videntur: Nunquid igitur convenientius in die ipsius illud legeretur Evangelium in quo, ut discursu præcedenti diximus, sanctus Thomas Apostolus ad confectandum Christum & moriendum cum ipso, si opus foret, extimulasse legitur? Aut verò illud Evangelium assumi potuisset, in quo ipse simul cum aliis ad Apostolatam electus fuisse refertur. Pro hujus difficultatis resolutione sciendum est, Ecclesiam à Spiritu sancto illustratam & directam, in Festis Sanctorum, quæ per anni circulum celebrantur, non solum Sanctorum laudem, verum etiam cunctorum fidelium utilitatem & profectum intendere; unde benè S. Bernardus quærit: *Ad quid Sanctis lapsus nostra, qui bonorum nostrorum non egent?*

Serm. in fest. omr. Sanct.

Sciendum est insuper, quod justus plus DEI gloriam, quam suam propriam diligant & prosequantur; Et ided defectus, errores, & transgressiones suas toti mundo manifestari gaudent, sciunt enim, quod inde Divina erga ipsos misericordia magis eluceat, ut potè quæ ipsos ad veram respicientiam unice perduxit; hoc etiam modo se erga benefactorem summum, optimum, & maximum gratos exhibent, si proprias suas culpas & errores humiliter agnoscant; sic Paulus Apostolus dicebat: *Ecclesiam Dei persecutus sum* Sanctus Matheus in proprio Evangelio se appellavit Publicanum; Sanctus Augustinus quoque errores suos in confessionibus suis unicuique hominum ingenuè manifestos reddidit; Denique sacra Scriptura multorum Patriarchatum, aliorumque insignium Sanctorum peccata palam recenset, v.g. ebrietatem Noë, incestum Loti, Aaronis idololatriam, Davidis adulterium, sanctæ Mariæ Magdalænæ lasciviam, Petri negationem, & sic de cæteris, cur igitur incredulitas sancti Thomæ subtrahi debuisset? Enimvero Spiritus sanctus hosce errores non ided recenset, ut ad Deum offendendum animum addat, sed ne ullus hominum post lapsum de divina misericordia desperet. Celebris est illa S. Augustini sententia: *Melius judicavit de malis bene facere quam mala nulla esse permittere*; Et quidem cœlestis hæc sapientia in præsentia casu nostro quam maxime, & ad stuporem elucescit, quando DEUS ab hujus Apostoli incredulitate immensa bona elicere novit.

Nn;

Quis

In Enchirid. cap. 25

Quis enim dubitat, quin divinus ille Atlas, qui tribus digitis mundum sustinet univertsum, cui David dicit: *Diligam te Domine fortitudo mea*, Apostolum hunc sustinere poterit, quo minus caderet: Veruntamen sapientissimi mo consilio suo meliùs iudicavit de malis bene facere. Sanctus Paulus ait: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Quæ verba S Bernardus ponderans, subdit: *Super manum Domini cadit, & miro quodam modo etiam ipsum ei peccatum in iustitiam cooperatur*: Scimus enim, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum; nonne bonus ille casus in bonum, unde & humiliores efficitur & cautiore? Hæc incredulitas sanctum Thomam de Resurrectione Domini, quam non credebat, non solum certum atque securum reddidit, verum etiam eundem huius, (si humanam consulamur ratiocinationem,) tam ad credendum difficilis articuli, acerrimum reddidit defensorem; Imò ipse est, qui hunc articulum: *Tertia die resurrexit à mortuis*, Apostolico symbolo adjunxit, ut advertit sanctus Augustinus. Unde quoque per verba ore suo prolata fidem nostram adeò stabilivit, ut Ecclesia nos hodie in oratione, quæ in ejus honorem legitur, ad ejus fidem consecrandam feridè invitet: *Ejus fidem congrua devotione secemur*. Unde optimè Haymo Halberstadiensis Episcopus ait: *Nulli nobis profuit dubitare Thomam, quam certissima fides Mariae dicere enim potuit id ipsum, quod S. Joannes scribit: Quod audimus, quod vidimus oculis nostris, quod perpeximus, & manus nostra contrectaverunt, testamur*

Serm. 2. in Pf. Qui habitat.

Serm. 115 de temp.

1. Ioan. 1.

In Cat. D. Th.

2 Porro bonitas & misericordia DEI in nulla occasione magis elucescit, quam dum vel unicam duntaxat animam ad respiscentiam perducit, prout fit in casu præsentis; Et idè licet certum sit, quòd alioquin cicatrices & vulnera corpori al cui glorioso, impassibili, & immortalì magnam concilient deformitatem & imperfectionem, benignissimus tamen Redemptor noster pectus suum vulneratum, nec non perforatas manus & pedes sibi retinere voluit, ut vel unicam errandam oviculam, S. Thomam videlicet, ad ovile suum reduceret: *Considera Dominatoris clementiam*, (inquit Chrysostronus,) *qualiter & pro una anima ostendit seipsum vulnera habentem, & accedit ut salvet unum*. Ad eundem quoque sensum Emilianus scribit Christum

hoc solum sine vulnera prædicta in suo glorioso corpore aperta retinere voluisse: *Quia per hæc ejus discipulum sanare. & ejus mentis vulnera curare disponebat*. Et idè sanctus Augustinus Redemptorem nostrum hoc modo Apostolum hunc alloquentem introducit: *Occisus sum propter te, per locum, quem vis tangere, sanguinem fudi ut redimerem te. Ardentissimum igitur amorem suum demonstrare voluit, quo vel in unicam duntaxat, terebatur animam, ut eandem in securum salutis suæ statim reponeret, quasi dicere vellet, quod si id necessitas exposceret, paratum essem pro securitate salutis tuæ ad hoc, ut latus meum de novo perforaretur lancea, manufque & pedes iteratò clavis perforarentur. Idemmet Augustinus optimè ponderat exclamationem istam: *Domine meus, & Deus meus*, ab Apostolo Thoma factam fuisse, postquam vivos illos pietatis & misericordiæ fontes spectasset & tetigisset: *Modò est Dominus & Deus tuus, quia voluit, ut videres, ne incredulus te animam perderes*; Justum quidem esse videbatur & æquum, quod Magister discipulo legem præciberet, non vero discipulus Magistro, & tamen Thomas Filio DEI modum præscribere non dubitavit, quem observare, ut eum credere faceret: *Nisi videro, nisi mittam manum meam, & tamen benignissimus Salvator se ei, quòd discipulum prætereundum noverat, ultro citòque & sponte propria submisit: Venit Iesus, & dicit Thoma: Infer, & pactisque & conditionibus sibi à discipulo suo propositis per immensam benignitatem suam libens condescendit. Gratentis in sermone quodam de hoc festo, in persona Salvatoris nostri loquens ait: *Æquum erat, ut in quidem Thoma voluntati meæ annueres, non ego tuus, hoc est, ut tot resurrectionis meæ testibus crederes, sed quoniam eò res deducta est, ut nolit servus, quod præcipit Dominus, velit Dominus, quod exigit servus*. Ubinam inveniri poterit, qui ab inimico suo graviter offensus & contumeliatus, primò tamen sit, qui se ad reconciliationem cum illo ineundam offerat, eumque deprecetur & roget, promptamque se exhibeat ad condescendum in omnes ejus, quantumvis indiscretas prætenfiones? Equestris certè nobilitatis poltrina similes tractatus nequaquam admittit; at verò DEUS noster, qui exultat, ut misereatur nostri, cum ab hoc Apostolo & in puncto aliquo valdè notabili**

Serm. 35. de verb. Dom.

Serm. 119. de temp.

To. Ca. 10.

In. gia. dis.

notabili, qualis erat fides Resurrectionis suæ
 offensus esset, atque in incredulitate sua quo-
 ad hoc punctum integro octiduo contumax
 permanisset, primus fuit cui eum studiosè
 inquisivit, reconciliationem obtulit, annun-
 tiavit pacem, eumque summa cum benigni-
 tate & amore recepit, omnes ei satisfactio-
 nes indulgendo, quas præterdit. Theophy-
 lactus ait: *Vide autem quomodo propter unum
 hominem Thomam non dedignatus est, ita con-
 descendere Dominus. & latus ostendere, ut sal-
 vetur animam unam.* Lucas Burgenfis quoque
 in hoc facto consideravit, quantoperè se
 Deus etiam unius tantum animæ zelatorem
 ostenderit: *Dicit Thoma, dans ei intelligendum
 se ejus præcipuè causa venisse, ne vel unius ex
 suis salutem negligeret.* Nimirum docere nos
 voluit Dominus, quòd quando de anima-
 rum salute agitur, nequaquam insistendum
 sit nugaci punctualitati humanæ reputatio-
 nis, vel respectuam humanorum, quin poti-
 us quantumvis ab adversario nostro offensi
 fuerimus, eidem tamen omnis offerenda est
 benevolentia & reconciliatio, ut ipsum DEO
 lucremur. Etenim hic supremæ Majestatis
 Dominus post Resurrectionem suam impas-
 sibilis & gloriosus existens, licet paulò antè
 ab omnibus Apostolis turpiter derelictus fue-
 rit, quando relicto eo omnes fugerunt, licet
 etiam hic noster Apostolus se in abnuenda fi-
 de Resurrectionis ejus obstinatum & conta-
 macem exhibuisset, sibi tamen ut supremo
 honori nequaquam probrosum esse judica-
 vit, si eidem primus occurreret, & reconci-
 liationis gratiam offerret, indulgeretque illi,
 licet obstinatè incredulo quicquid ab eo po-
 stularet; Et quo putas sine id facit? *Vt salvet
 unum* Sanctus Thomas de Villa-Nova ait: *Di-
 scant Prælati, quàm commissis ovis sollicitu-
 dinem exhibeant, si pro una sola Dominus ap-
 paruit; omnis sollicitudo, omnis labor unius
 anima negotio minor est.*

3. Ab hoc quoque hujus Apostoli lapsu
 magnum bonum in Ecclesiam redundavit;
 siquidem hic Apostolus in Divino servitio
 longè ferventior surrexit. Unde S. Ambrosius
 ait: *Sancti sicuti forte ut homines corrue-
 rint natura magis fragilitate, quàm peccandi
 libidine, alacriores ad currendum resurgunt;
 pudoris stimulo majora reparantes certamina,
 ut non solum nullum attulisse astimetur lapsus
 impedimentum, sed etiam velocitatis incentiva*

Tom. 4. in
 Cap. 10.
 Ioan.

In Apolo-
 gia Davi-
 dis cap. 2.

cumulasse Enimverò, postquam hic po-
 stolus Evangelii sementem in Judæa disper-
 sisset, in Orientem se recepit, ubi tres illos
 invenit Magos Reges, qui Christo infanti
 quondam in Bethlehemitico tugurio fidei
 homagium præstiterant, quos à se baptiza-
 tos suos sibi adscivit in prædicatione colle-
 gas & socios, Christianæque religionis lu-
 mine Persas, Medos, Parthos, & Hircanos
 illustravit, quibus Martyrologium Roma-
 num adjungit Erachmanes; In Æthiopi-
 am quoque penetravit, maximèque in Septen-
 trione remotas Indias; ac proinde nunquid
 vobis in ipso adimpletum fuisse videtur, *Serm. 3.*
 quod Chrysologus quoque scribit: *Apud
 cælestem Patrem filius surgit plus à venia, In cap. 23.
 quàm corrui de reatu? Cajetanus ait: Tho-
 mas prioris incredulitatis culpam magnitudi-
 ne professionis pensavit; imò addendum puto,
 quòd eandem quoque culpam compensarint,
 multitudine gentium ab ipso conversarum,
 nam ut Dionysius Carthusianus ait, innume-
 rabiles animæ ab ipso ad veræ fidei agnitio-
 nem perductæ fuerunt Sanctus Gregorius *3. p. Pæste-
 ral adm. c. 29.*
 quoque ad propositum nostrum scribit: *Ec-
 ce sit plerumque Deo gratior amore ardens
 vita post culpam, quam securitate torpens in-
 nocentia.* Sanctus Thomas Doctor Angeli-
 cus hanc inter electos & reprobos quando ca-
 dunt, notat differentiam: *Apparet signum
 Divina pietatis, quòd electis suis in casu citò
 subvenit, licet cadant, cadunt enim electi ali-
 quando sicut & reprobi, sed diffrenter, quia
 reprobi franguntur, electis vero citò Deus sub-
 ponit manum suam, ut resurgant. Psalm. 26.
 Cum ceciderit justus, non collidetur, quia Do-
 minus supponit manum suam; Item: Si dice-
 bam, motus est pes meus, Domine misericordia
 tua adjuvaba me* Hanc quoque utilitatem
 DEUS noster ex hujus Apostoli lapsu eli-
 cuit, quòd per hunc nos in pedibus erectos
 sustineat, timorem queadam & formidinem
 cordibus nostris imprimendo, quia si qui-
 dam ex Christi schola discipulus cecidit,
 quis se securum esse existimabit? Transgre-
 siones Sanctorum toti mundo manifestæ fi-
 unt, ut nemo aliorum hominum in statu
 suo, quantumvis is summæ sit perfectionis
 & sanctitatis, securus existat, quia ex Colle-
 gio Apostolico, adeoque electo & modico
 numero Judas irreparabiliter cecidit, Petrus
 Christum negavit, Thomas in ipsum in-
 credulus*

credulus fuit. Evangelium proinde est velut quædam mappa mundi, quam ad securè navigandum Nauclerus inspicit, in quo deteguntur syrtis, scopuli, arenarum colliculi, ut inde discant imminencia evitare naufragia, qualia etiam expertissimi navarchæ fuere perpeffi. Sanctus Ambrosius ait: *Error Petri doctrina iustorum est, titubatio Petri omnium petra est*. Monet quoque sanctus Augustinus: *Non cadendi exemplum propositum est, sed si cecideris, resurgens attende, ne cadas, non sit delectatio minorum casus majorum, sed sit casus majorum tremor minorum*. Ad hæc sanctus

Lib 10. in
Luc. c. 22.

In Ps. 50.

Thomas lapsu suo singulare superioribus præbet documentum, ut videlicet subditorum suorum compatiantur defectibus & erroribus, quia mirum non est, si stellæ errantes Eclypseos patiantur deliquium, quando etiam stellæ firmamenti fixæ à cælo decidunt. S. Thomas optimè illam ponderat circumstantiam, quam sanctus notavit Evangelista, dum ait: *Non erat cum eis, quando venit Iesus, & sic amisit solatium Dominica visionis pacis eulogium, & sancti Spiritus afflatum, instruimur autem per hoc à societate separari non debere*.

S. Thomas quoad suam incredulitatem defenditur.

DISCURSUS QUARTUS.

Noli esse incredulus, sed fidelis.

Ioan. Cap. 20.

Sanctus Augustinus instantiam, qua sanctus Thomas, ut se de facta Resurrectione Domini certiorer redderet, Redemptoris nostri manus, & latus, ac vulnera in iis prius tangere, & oculis contemplari desideravit, benè ponderans, ait: *Vox ista inquirentis est, non negantis, dum hoc dicit, doceri voluit, confirmari desideravit; cuius etiam opinionis Eusebius Emillenus fuit: Argumentum autem, quo præfatus Augustinus ad id opinandum ducitur, est, quia videlicet benignissimus Magister Thomam non reprehendit, imò promptissimè in id condescendit, quod ab eo permitti desiderabat: Dicit Thomas: *Ufer digitum tuum huc, & vide manus meas, & aser manus tuam, & mitte in latus meum*. Cum igitur responsura Christi, (qui sciebat, quid esset in homine, & scrutatur renes & corda) aded benignum fuerit; verisimile est, quod nullam in eo deprehenderit contumaciam, vel malitiosam incredulitatem, aut aliqua reprehensione dignam hæsitati-*

Ser. 54 in
Append. oe
diver.

Hom. 9. de
Pasch.

tionem: *Dum benignum præbet veritas moderata responsum in Apostolo suo, non dubitatio nis vitium, sed sollicitudinis instruxit affectum*. Velim igitur ut in hujus Apostoli honorem formatum processum defensivum patienter auscultetis.

2. Isaias, qui, quoddam novæ legis gratiæ felices eventus aperte prophetavit, per antonomasiam Propheta Evangelicus appellatur, de erectione Ecclesiæ ex ore quasi Messiæ venturi loquens, ita scribit: *Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem pretiosum, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum, & confestim ac immediate subiungit: Qui crediderit, non festinet*. quod illi Ecclesiastici monito perfecte consonat dicentis: *Qui cito credit, levis est corde*; Quod etiam monet S. Joannes Apostolus, dum ait: *Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint*: quot etenim sunt qui ab astutissimo serpente fuere decepti, ut potè qui sæpenumerò transfiguratur se in Angelum lucis. Mirum igitur non est, si prudens hic discipulus in mysterio quodam aliàs humano

Isaia: 8.
v. 16.

Eccles. 19.
v. 4.

1 Ioan. 4.
v. 1.

intel-

intellectui adeo imperceptibili debita eum
caurela & circumsp̄ctione procedere volue-
rit. Nam ut S. Thomas de Villa-
ova ait : *Inter fidei nostra orthodoxos articulos, unus ex
difficillimis & magis arduis restititio mortuo-
rum invenitur, quæ causa est, quod alii quo-
que discipuli à principio magistram suum à
mortuis suscitatum videntes, existimabant se
Spiritus videri, unde Christus, ut videre est
Cap ultimo S. Marci, priusquam ad cœlos
ascenderet: Exprobravit incredulitatem eorum,
& duritiam cordis, quia his qui viderunt eum,
resurrexisse non crediderunt; Et tamen ipsum
coram oculis suis præsentem habebant, cum
tamen sanctus Thomas de Magistri sui resur-
rectione nullam aliam habuerit noticiam,
quam eam quam ex aliorum relatione hause-
rat; Imò Salvator aoster ut fidem totius Colle-
gii Apostolici circa hunc adeo arduum arti-
culum tanto fortius consolidaret, eosdem ma-
num & oculorum experientia explorare vo-
luit, corpus suum, corpus verum & reale, non
verò phantasticum esse: Videte manus meas &
pedes, quia ego ipse sum; palpate & videte,
quia Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me
videtis habere; Et cum hoc dixisset, ostendit eis
manus & pedes; adhuc autem illis non creden-
tibus & mirantibus præ gaudio dixit: Habe-
tis hic aliquid, quod manducetur? at illi obtu-
lerunt eis partem piscis assi & favum mellis, &
cum manducasset coram eis, sumens reliquias
dedit eis. Quod si igitur omnes alii Apostoli
ad resurrectionis veritatem declarandam si-
gnis quibusdam opus habuerunt, & iis qui-
dem benè multis, valdeque evidentibus, cur
obsecro sanctum Thomam tanto cum rigore
reprehendemus, dicentem: Nisi videro &c.?
quamobrem ad hunc articulum credendum
adeo debuisset facilis esse, de quo passim om-
nes alii anxie dubitarunt, adeo quod ut in
fide sua antea facillante confirmarentur, tot
habuerint evidentibus testimoniis opus? S.
Cyrillus Alexandrinus scribit: Non facile cre-
duntur, quæ rationem omnem excedunt, sed solo
visu quasi necessitate quadam approbantur ad-
ducitque hujus Apostoli exemplum, eumque
quod à principio non adeo facile crediderit,
multum commendat, dicens: Idcirco Thomas
sapientissimus Salvatoris discipulus testantibus
de Resurrectione Domini ceteris non credidit;
non dicit, quod attestantes & monentes con-*

Manus Sanctuarium, Tom. IV.

templetit, sed quod ad credendum facilis non
fuerit; neque se idem ab aliis sequestravit,
quod illos aspernaretur, vel quod illos in sua
credulitate æstimaret delusos. Unde circa illa
verba iterum erant discipuli ejus intus, & Tho-
mas cum eis. Cornelius Jansenius ita ait: Quia
quævis non crederet, non tamen se à creden-
tibus tanquam illis separabat: Multo minus
culpæ alicujus defectui adscribendum venit,
quod prima vice cum discipulis congregatus
non fuerit, quando Christus illis post resurre-
ctionem suam primitus apparuit, fuit enim
Alqua occasione inde digressus, antequam ap-
pareret Christus, ut vult Augustinus. Et qui-
dem hæc Jansenii opinio ex illo capite cen-
seri potest verisimilis, quia ob hoc, quod ab
aliis eo modo divisus & ab aliis separatus fue-
rit à Christo minimè fuit reprehensus. Lucas
Burgensis hac de re ita scribit *Græciputans à* Lib. 4. in
tempore quo dispersi Apostoli fuerant, & reli- Evang. in
quæ præceptore fugerant, nondum cum reliquis c. 26. Joan
convenisse, verisimilius conjicit Augustinus,
inde exisse antequam Dominus appareret occa-
sione aliqua, quali egressi fuerant duo illi disci-
puli profecti in Emaus. Surtius in vita sancti
Thomæ hanc ejus absentiam, non alicui ejus
defectui, sed potius divinæ dispositioni adscri-
bit: Solus autem Thomas absuit, qui divino
quodam, ut videtur, consilio non aderat, ut cum
miraculum magis examinasset, esset prælarior
præco resurrectionis Salvator quidem cum sui
spectaculo impertisset Apostolos, recessit pro-
tinus, moxque hujus rationem huic nostro
proposito satis accommodam reddidit, dicens:
Perfectiorem contemplationis visionem Thoma
amico ut videtur, reservans. Beatus Laurentius
Justinianus in sermone quodam de hodierno
fecto, dicit sapientissimum DEUM nostrum
per altissimum consilium suum ita disposuisse,
ut sanctus Thomas inter cæteros Apostolos
solus abesset: Maximo artium sua studio DE I
permisi sapientia ut hic electus Apostolos du-
bis erraret in fide. Clarum quoque habemus
sancti Gregorii testimonium scribentis: Egie
namque miro modo superna clementia, ut di-
scipulus dubitans & Unde dubitatio hæc san-
ctæ Thomæ mystica, & à minimè errante
Cœli providentia miro quodam artificio or-
dinata fuisse videtur, ut resurrectio Salva-
toris cum cunctis seculis futuris tanto am-
plius redderetur manifesta. Idem quoque

00

Su-

In octava
Pasch.

Luc. ult.

Lib. 12. in
Joan. c. 37.

Surius hunc Apostolum se coram aliis suis discipulis hunc in modum excusantem hisce verbis introducit : Ad Iudaeos emittor praeco resurrectionis: si vos proficiscor Apostolus ad docendum gentes resurrectionem, quomodo ergo quibus non fui socius spectaculo, suscipiam aequae atque ipsi legationem? quomodo lingua ea docet confitentur, quorum testes non habet oculos? verbis credam solis: sed Iudaeis ero in fide suspectus, meque facilitatis aamabunt & levitatis; Gentiles quoque verba mea non admittent: potius autem meum ridebunt testimonium, qui ex solo auditu praedico resurrectionem. Ex quo discursu deducit 1. ipsum justum aliquod habere potuisse motivum, ut Salvatorem a mortuis suscitatum fuisset oculis videre vellet.

3. Verum enimvero non desunt adhuc aliae rationes ipsum ab omni culpa justificandi. Et enim Albertus Magnus in ea est opinione, quod nullam commiserit culpam aut defectum considerabilem, cujus opinionis hanc habet rationem: Quia multa signa infirmitatis videbat & quamvis resurrexisset non crederet: tamen nec contrarium assererat, nec uni, nec alteri firmiter adhaerens, & tales sunt tardi ad credendum, & quando credunt, firmissime credunt sicut enim dicit Chrysostomus: Laudabile est rem non probatam non cito credere; Quando vero Salvatorem nostrum vidit & tetigit, tunc in illa adeo viva fide, quam postea praedicavit, fidelibusque circa hunc articulum hactenus adeo controversum impressit, confirmatus & stabilitus fuit, adeo ut ipse fuerit qui hunc articulum intra symbolum Apostolorum inseruit; in eademque occasione illam adeo sublimem humanitatis & divinitatis Christi fecerit confessionem, dicendo: Dominus meus & Deus meus. Doctissimus quoque Salmeron hunc Apostolum per nonnullas considerationes defendit; Quadam ait, ejus incredulitatem extenuant erat enim suapte natura Thomas & Didimus, hoc est dubitator; accedebat dolor & moror, quod Dominum, ut abij, non vidisset, ac se amplius non visurum putaret, ut tradit Cyrillus. Eiusdem quoque sententiae est Lucas Burgensis, qui super illa verba, quae prima facie nimis praesumptuosa videntur: ille autem dixit eis, n. s. videro &c. subjungit: Tristes de absentia

sua. S. Cyrillus Alexandrinus ait: Quamvis mihi Thomas videri soleat non infidelitate magis, quam summo morore perturbatus fuisse, quia Dominum oculis suis non viderat. Et paulo post idem repetens subjungit: Morore igitur, quia ipse quoque non viderit, & latitia singulari affectus, quia resurrexisset audiebat ad infidelitatem dilavitur Surius eundem sensum habet: ille propter id quod audiebat, latitia affectus, quod fieri desiderabat, hoc factum esse audiens, non crederet: solent enim ingentis latitia exsuperationes esse tardiores ad ea credenda, quae dicuntur. Atque hinc est, quod ut à principio diximus, Salvator illum non reprehenderit, nec ullum ediderit displicentiae aut indignationis signum, quin potius summa illum cum benignitate receperit. Salmeron verba illa, quae Christus ei dixit, nimirum: Noli esse incredulus sed fidelis observans dicit: Suavis & paterna admonitio, siquidem eum tanquam filium blande alloquitur. Noverat non ex malitia (inquit Lucas Burgensis) sed ex imbecillitate peccare; neque ab illa rogari expectat, neque quicquam tale audire, inquit Chrysostomus, sed nihil eo dicente ipse Iesus primum ejus satisfecit desiderio, ostendens se, cum ea discipulo diceret adfuisse.

4. Sanctus Ambrosius itidem ipsum defendere fategit, dicens: Thomas non de resurrectione Domini, sed de resurrectionis videtur qualitate dubitasse: facilius credimus, quae videntur; habuit admirandi causam Thomas, Eusebius Emisenus pariter ipsum innoxium pronuntiavit, finem, propter quem DEUS hanc incredulitatem permisit, considerando, dum ait: Necessarium erat, ut manifestarum praesens expressio cicatricum crucifixi corporis faceret fidem, quia splendor nova lucis pristinae obauxerat veritatem, & agnitionem quidam modo claritas obscuraverat; visis ergo cicatricibus, respondit Thomas, Dominus meus, & DEUS meus. Chrysológus denique huic Apostolo intra sacrosanctum illud vulnere ararium haerenti considerando immoratur, & quatit: Cur Thomas vestigia Fidei se requirit? cur tam pie patientem, tam dure discussit resurgentem? Cur ea vulnera, quae manus infixis impia, de ota dextera sic resultat? Cur latus quod impij militis lancea percussit, refodere manus nititur obsequen-

Lib. 12. in
Ioan. c. 57

Ioan. 20.

Tom. 19.
Tr. 27.

Lib. 10. in
Luc.

Serm. 84.

vis ubi notandum, quod Thomam nequaquam alicujus curiositatis vel præsumptionis arguat, siquidem dicit: *De ota dextera, manus obsequentis*. Denique postquam aliud quidpiam ad hoc propositum subiunxit, in ejus favorem

concludit dicens: *Thomas non solum cordis sui, sed omnium hominum curabat incertum, & prædicaturus hæc in gentibus, quemadmodum tanta fidei astruebat Sacramentum executor, strenuus perquirebat.*

Agitur de nonnullis bonis, quæ ex hujus sancti Apostoli incredulitate consequuntur, nec non de quibusdam mysteriis, in verbis illis: *Dominus meus, & Deus meus* latentibus.

DISCURSUS QUINTVS.

Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus & Deus meus. Ioan. Cap. 20.

Hodiernæ Historiæ Evangelicæ telam bene consideranti, facile patebit, Evangelistam in illius recensionem expertissimi pictoris alicujus æmulatum fuisse artificium, hi enim ut colores magis elucescere faciant, umbras adhibent: eodem quoque modo priusquam S. Joannes ad assumpti thematis verba recensenda, quæ altissima in se mysteria & sacramenta ineffabilia continent, descendat, suam nobis exponit incredulitatem, idque haud dubie eopotissimum sine, ut exinde vivacissima ejus fides magis elucescat, quamvis in super ipsammet ejus in non tam subito admittendo resurrectionis Domini nuntio perplexitatem suis non carere laudibus reperiam; Dicit enim S. Augustinus: *Quam bona ignorantia, quæ erudit ignoros, quæ instruit incredulos? quam bona infidelitas, quæ seculorum fidei militat viti?* Quid nam de ipso excellentius dici potuit, quam quod tantæ autoritatis Doctor Ecclesiæ asserat, incredulitatem ejus omnium sæculorum stabilivisse & confirmasse fidem. B. Laurentius Justinianus in sermone de hoc festo scribit, infinitam Dei sapientiam per hujus Apostoli vacillationem universam docere voluisse Ecclesiam: *Per unius incredulitatem universam voluit erudire Ecclesiam, atque ideo S. Thomam*

nullam per incredulitatem meruisse reprehensionem existimat; *Hinc Thomas non est redarguenda dubietas, quæ illum inquisitorem fidei nostræ fecit esse sollicitum;* Etenim quantum sustinere valet humanæ capacitatis angusta sphaera, inter omnes humanitatem Christi concernentes fidei articulos nullas est magis suspectus, aut qui creditu difficilior existat, quam vera Christi resurrectio, non obstante, quod idem articulus unica fidei nostræ basis esse agnoscat, quia *si Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra,* inquit Apostolus, *inanis est & fides.* Imò S. Petrus testimonium de Redemptoris resurrectione ferendum tanti æstimavit, ut quando de alio in locum Judæ in Apostolatam substituendo agebatur, prima & præcipua circumstantia, quæ in eo, qui ad hoc munus concurrere debebat, requirebatur, hæc fuerit, quod talis testis futurus esset prædictæ resurrectionis; *Testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum existis.* Hoc igitur supposito, inquit sanctus Augustinus, nequaquam præsumptuosæ curiositatis sancti Thomæ adscribendum est, quod in puncto quodam adeo essentiali & arduo se quoad fieri poterat, certificare voluerit, *In his Apostoli verbis mundi utilitas agitur* quando nimirum ait: *Nisi videro &c. Nisi mittam, &c.* totum enim ad universalem Ecclesiæ DEI utilitatem ordinatum erat, ut scilicet omnes fideles

Serm. 34.
in Append
de diversis

1. Cor. 15.
14.

ad finem usque sæculorum usquequaque certi & securi essent, Filium Dei à mortuis resurrexisse. *Illo in tempora tanti mysterij novitas versabatur* Surius in principio historię vitæ hujus Apostoli, quam scripsit, dicit: *Thomas, qui est fidei nostra pater ex incredulitate index per se* *Etus veritatis* S. Bernardus ait: *Thomas dubitando, palpando, constantissimus factus est Dominica confessor resurrectionis* Atque idem cum alii Apostoli omnes à principio de Domini resurrectione dubitarent, de S. Thoma utique verificatur id, quod præfatus historicus de eodem scribit, nimirum quod *Fidem Apostolorum per incredulitatem effecit firmiorem*; suaque in fide perplexitate, fidem omnium aliorum Apostolorum stabilivit. *De filij resurrectione*, inquit sanctus Bernardus, *citius quidem ego, qui infirmus sum, crediderim Thoma dubitanti & palpanti, quam Cephs audienti, & credenti* Quod optimè consonat illi, quod sanctus Gregorius hisce verbis scribit: *Minus mihi Maria Magdalena præstitit, qua citius credidit, quam Thomas, qui diu dubitavit, ille enim dubitando vulnerum cicatrices tetigit* & de nostro pectore dubitationis vulnus amputavit. Neque sanctus Cyrillus ambiguos nos relinquit de eo, nimirum quo sine DEUS hanc in sancto Thoma fidei tarditatem permiserit, ut potè qui illam benè ordinatam fuisse certo sciebat; ait enim: *Ego autem per dispensationem patris permillum fuisse Thomam in infidelitatis crimen incidere, ut nos per exquisitam suam ipsius, carnem Christi, qua de cruce pependit à patre per filium in vitam fuisse revocantam credamus*. Enimverò eximium dignissimumque est illud Epithetum, quo beatus Petrus Damianus digitum S. Thomæ, quo vulnera Salvatoris tetigit, honoravit dum ait: *Thoma dignus factus est magister mundi, qui principi quidam dignitate verè dicendus est index quia veritatem Dominicæ carnis ignorantibus indicavit* Et quidem sicut index sancti Præcursoris præ cunctis aliis prophetis Messiam perfectius & excellentius indicare potuit: ita quoque Thomæ digitus & incredulitas ejus certius ediderunt resurrectionis Domini nostri testimonium, quam omnes alii Apostoli, & scholæ Christi discipuli. Unde Salmeron ait: *Articulum resurrectionis tertia die peracta Thomas, postquam de ea dubitavit simbolo apposuit, tanquam certissimam atque exploratis* *firmam veritatem*, Petrus Chrysologus obser-

vat, Redemptorem, Thomam ad immittendum cicatricibus suis digitum ejus invitantem, hoc præcipuè intendisse, ut Apostolus Thomas per hanc experientiam ferventior factus, ejus deinceps resurrectionem in omni parte mundi iustantiùs prædicaret: *Infer digitum tuum huc, ut infundant toto orbe iterum te aperiente hac vulnera fidem*. Enimverò quando nonnunquam validus aliquis, expertusque ac generosus belli Dux in fugam se suumque exercitum vertere videtur, id nequaquam ignaviæ argumentum est, sed stratagematis cujusdam militaris consilium; id namque eo præcipuè consilio facit, ut inimicum suum in adjacentem quandam sylvam, aut alium sibi commodum locum evocet, ad eundem quoque modum in casu nostro discurrere possumus, & dicere, quod increata illa sapientia hanc in S. Thoma circa punctum resurrectionis credendi difficultatem & tarditatem permiserit, non ex defectu voluntatis & amoris Apostoli erga se, siquidem ipsum sibi fidelissimum esse sciebat; *Eamus & nos, & moriamur cum eo* sed potius ut per hanc de ejus resurrectione acceptam experientiam; vivacius & certius de illa testimonium perhibere, nobisque simul indicare posset Christum ditissimum illud pietatis suæ ararium (id est vulnera sua, quæ mera sunt misericordię viscera viscera miserorũ Dei nostri, in quibus visitavit nos) apercum retinuisse

2. Verùm enim verba ejus, quæ protulit, nimirum: *Dominus meus & Deus meus*, maturius non nihil ponderemus. B. Petrus Damianus ait: *Dum scrutatur vulnera Salvatoris evertit errores atque versutus hæretica pravitas palpat enim veritatem carnis & intelligit omnipotentiam Deitatis* Ac proinde illa nunquam citans cœli providentia hanc incredulitatem quoque ad multarum hæresum quæ progressu sæculorum in Ecclesia pullulaturæ erant, destructionem ordinavit; siquidem hæc à S. Thoma in hac occasione prolata verba solidissimum semper fuerunt, & deinceps erunt nostræ religionis fundamentum; Et quidem Manichæorum in primis prosterunt religionem, qui existimabant Christum apparenter tantum, non verò realiter crucifixum esse, Item Chérinthi, qui ipsum necdum resurrexisse dicebat: hæresim quoque deleverunt Appollinaris & Valentini, qui delirabant dicentes resurrectionem Salvatoris aëream &

phan-

Hom. 1. sc
permissus
est.

Hom. 9 in
Evang.

Lib. 11. in
Joan. c. 17.

Serm. 4.

Tom. 11.
Tr. 27.

Serm. 84.

Serm. de
S. Barth.

phantasticam esse, non verò in carne contigisse: Errores quoque eliminant Arianorum, qui Christum creaturam, Patreque minorem esse blasphemabant, adeò ut Chrysologus super hæc verba: *Respondit Thomas & dixit, Dominus meus, & Deus meus justam habuerit rationem exclamandi: Veniant, & audiant hæretici, & sicut dicit Dominus, non sint increduli, sed piteles* Salmeron quoque paucula hæc verba ponderans scribit: *Est brevis, sed perfecta Dominus Christi ac Divinitatis, sive humanitatis ac divinitatis, sive avarum naturarum in una hypostasi Christi confessio; Neque verba illa illis Petri verbis quicquam inferiora esse existimat, quando dixit: Tu es Christus filius Dei vivi. Unde & S. Thomas de Villa Nova ait: Laudatus est Petrus qui dixerat: Tu es Christus filius Dei vivi, expressius intonat Thomas: Dominus meus & Deus meus, simplici verbo utramque naturam in Christo confessus. Cajetanus hanc ei valde considerabilem laudem attribuit; Primus fuit, qui professus fuit expressè Iesum esse verum Deum. Lucas Burgensis quoque ait: Quo majorem præ se tulerat incredulitatem, eo perfectiorem edidit fidei confessionem, tanto excellentiorem, quanto tardior, priorè culpam subsequenti virtute pensans, dum primus disertis verbis profiteretur Iesum esse Deum. Porro confessio hæc illis verbis facta: Dominus meus, & Deus meus, ab Ecclesia Dei magno perè semper æstimata fuit, eodemmet sancto Archiepiscopo Valentino teste, qui ait: Quam aperte, quam fideliter, quam nuac Christum vocent Deum! O verbum Ecclesie Dei utilissimum, & necessarium, quod multa hæreses & validissima olim ab Ecclesia extirpata sunt. Valdè etiam notabiles sunt multæ, quæ hac confessionem comitantur circumstantiæ. Et quidem in primis advertendum est, quod Apostolus tunc præcipue ea protulerit, quando creatrices vulnerum Redemptoris nostri tetigit. Unde sanctus Augustinus scribit: *Figuram perspicit corporis, & Deum prædicat majestatis* Cajetanus quoque considerat, quod Apostolus solam oculo suo humanitatem conspexerit: *Vidit hominem, carnem, foramina, credidit autem non quæ vidit, sed illum esse verum Deum & Dominum; neutrum siquidem horum vidit, sed credit.* Cui consonat illud S. Augustini super Jo-*

annem scribentis: *Non verbum sed carnem tetigit, non incorpoream Dei naturam sed hominis corpus curiosis manibus contrectavit. Tandem verò concludit plus credidisse Apostolum, quam tetigit, aut vidit: Hominem itaque tetigit & tamen Deum cognovit. Dignum quoque est consideratione ly illud Meus replicatum. Cornelius Janenius circa illa verba: Dominus meus & Deus meus ait: *Supplet, et est enim trunca oratio præ affectus vehementia, quæ agnoscit & veneratur eum, tanquam qui sit verè Dominus suus* Lucas Burgensis de illo ly Meus ita scribit: *Particula magna fidei affectusque declarativa; emphatice suum bis appellat, quem intelligit esse omnium, ut significet se ex vi o & sero fidei assensu loqui* Dicit quoque non incongruè posset, quod Apostolus Christum bina vice Deum & Dominum suum appellaverit, ob Creatoris & Redemptoris duplicem relationem. Idem citatur Janenius ait: *Itaque simul humanitatem ejus veram ac Divinitatem profiteretur in unam coeuntes personam, utrumque pleno reverentia ac pietatis affectu, ut Ambrosius, quod insinuat vocula Meus; nam ut Augustinus in Psalm. 49. Deus suus ei dicitur propriè, quem familiarius habet Deus, tanquam in mancipio suo, tanquam in peculio suo* Neque mirum alicui videri debet, quod hic Apostolus ob benevolentiam & decorem Magistri sui illectus, eum tunc præcipue, quando gloriosa erat carne circumdatus, tantæ teneritudinis vocula suam appellatit, siquidem de sancta Theresia legitur, quod vel ex eo duntaxat, quod unicam Redemptoris nostri manum in medio vulneratam aspexerat, adeò in ejus pulchritudinem absorpta fuerit, ut deinceps omnes alias terrenas creaturas exhorruerit, seseque totaliter Divino amori consecrarit. Sanctus Thomas quidem se tanto erga Christum amore ardere probavit, prout ex prompta illa oblatione clarè satis liquet, quæ ad moriendum cum Christo pronissimum esse his verbis dixit: *Eamus & nos & moriamur cum eo*, nam fortis est ut mors dilectio, quanto igitur credibilius est vastam hanc amorem s flammam majora in ipso sumpsisse incrementa, postquam manus suas in illam ardentissimæ Charitatis officinam subintulit.*

Serm. 45.
in Append
c. de di-
versis.

Excusatur ambitiosa à S. Thoma Christo proposita petitio, dum manus suas in opulentissimum illud sacrorum vulnerum ærarium immittendi licentiam postulavit.

DISCURSUS SEXTUS.

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum:

Ioan. Cap. 20.

DUm sanctus Bernardus, qui erga vulnera Salvatoris devotissimus semper extitit, S. Thomam Apostolum in quodam soliloquio suorum, obingens manus suas lateri Salvatoris imponendi desiderium, virum desideriorum appellat, omnia me induxit, ut hæc ejus verba: *Nisi mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam nequaquam præsumptioni, temeritati aut arrogantiae alicui attribuenda esse existimem;* Et quidem hac in opinione tantò magis confirmor, quanto certius esse suo Salvatore huic ejus petitioni haud ingravatè detulisse. Verba S. Bernardi hæc sunt: *Sicut Thomas ille vir desideriorum, totum eum videre desidero, & tangere non solum, sed accedere ad sacrosanctum latus ejus vulnus.* Equidem vulnera corpus aliquod impassibile & gloriolum multum dedecere videntur; Et ideo Emisseus quaerit: *Ad quid Dominus suorum vulnerum cicatrices reservare voluit? quia per has discipulum sanare & ejus mentis vulnera curare disponebat.* Etenim increata illa sapientia Apostolum suum sacrosanctorum vulnerum illorum immensam experiri voluit virtutem & efficaciam, & ideò prudentissimus hic ejus discipulus, per hanc vulnera illa contrectandi aviditatem, desiderium suum manifestavit, quo se in iisdem locupletare voluit. Porro alius quidam Thomas de Re-

demptoris nostri cicatricibus & vulneribus ita scribit: *Vulnera quæ permanserunt in corpore Christi, non permanent ad corruptionem vel defectum, sed ad majorem cumulum gloriæ.* Etenim in omnibus glorificato illius humanitatis membris lucis quidam radii relucebant, & que intensiores seu minus intensi secundum quod membra fuerant operationum magis vel minus heroicarum actionum instrumenta: at vero in illis vulneribus quæ vivæ fuerunt humanæ redemptionis scaturigines & fontes, quidam, ut Doctor Angelicus ait, *specialis decor apparebat;* ac proinde sanctus Thomas ab excessiva hujus gloriæ pulchritudine raptus adeò avide in ditissimum illud Paradisi ærarium admitti desiderabat. Porro quanto splendore luminosa & venusta illa Christi vulnera scintillaverint, fide dignissimum de hoc testimonium perhibent ipsarummet Angelicarum hierarchiarum excessivi stupores, quibus attoniti & rapti una alteram admirabunda interrogavit: *Quis est iste, qui venit de Edom tinctus in stribus de Bosra?* idque dicebant, ut Hugo Cardinalis ait: *Quia tunc apparebant cicatrices ejus.* Unde & S. Augustinus dicit: *Viderunt cæcæ cuncti speciosum vulnere Christum.* Quod si igitur Angeli vulnera Christi conspicientes in admirationis verba prorumpunt, nequaquam mirum videri debet, quod etiam S. Thomas per stuporis nimii affectus raptus exclamavit: *Dominus meus & Deus meus bona foramina,* inquit S. Bernardus, *quæ fidem adstruunt resurrectionis, & in Cant.*

3 p. qu. 14
art. 3.

Isaia 63.
v. 1.

Serm. de
Ascensi

Serm. 61.
in Cant.

Christi;

Tom II.
Tract. 27.

Christi Divinitatem. Porro Euthimius in ea fuit opinione, quod Apostolus noster ad primum sacrorum vulnere aspectum, priusquam suas in illa manus infereret, omne de Resurrectionis veritate dubium deposuerit: *Videns in manibus eius vestigium clavorum, & latus ipsius apertum, continuo credidit non expectans dum contrectasset: Salmeron verò e contra opinatur, Apostolum sacra vulnera prius tetigisse, quam magnam illam ederet confessionem; unde de digiti ipsius honore scribit: Digitus Thomæ venerabilior aservatus Roma ostenditur in ade S. Crucis in Hierusalem: Tetigit igitur, ut fertur, alias non erat, cur magis eius digitus, quàm aliorum servaretur, quemadmodum etiam digitus, quem Ioannes extendit, ut indicaret Christum cum diceret: Ecce agnus Dei, etiam in Ecclesia aservatus peculiariter esse fertur. Idem quoque Lucas Burgensis velut indubitatum in verborum illorum expositione tenet hisce verbis: Propius ad Thomam accessit Dominus, & extensas manus exhibuit contrectandas, oblatas etiam pedibus, id quod subaudit Evangelista, digitum indicem, huc, in loca clavorum, in vulnera manuum pedumque meorum & vide & cognosce evidenter, postquam tantum exploraveris Omnes quæso superiorum temporum pervolvatis historias, chartasque sacras, & videte num quispiam in tota humana vel Angelica natura inveniri possit, qui hoc eximio vulneribus manuum, pedum, & lateris Salvatoris nostri à mortuis resuscitati, & eo modo, quo de facto Patris dexteræ affider, gloriosi, digitos manumque suam inserendi privilegio & favore condecoratus fuerit, ac hic noster Apostolus. De sancta quidem Maria Magdalena tantoperè à se dilecta lego, quod Christum se ab illa tangi minimè permiserit: Noli me tangere; Huic autem Apostolo vulnerum cicatrices digito & manu sua penetrare permittitur. Porro dum Princeps aliquis aulicorum tuorum quempiam eo honore dignatur, ut humeris illius manum suam imponat magnæ ipsi suam confidentiæ, benevolentiæ, & estimationis evidens est inditium, quid igitur dicemus, si servum quempiam ad illum benevolentæ gradum admisum esse viderimus, ut manus suas cordi Domini sui immittere possit? Hic autem*

honor sancti Thomæ reapse exhibitus fuisse noscitur: Infer digitum &c. *Volebas non solum videre, inquit Lucas Burgensis, non solum attrectare, sed quodammodum etiam metiri plagas Christi, & persecutari; id quod ipsi reipsa quoque indultum fuit, prout ex verborum qua protulit, ponderatione, perspicue vidimus.*

2. In memoriam quæso revocate, quod de seniculo oculorum lumine orbatò Isaac scribitur, hic enim experientiam facturus, an is, qui juxta lectum suum pro benedictione sibi imperticada se præsentabat, verè Elau esset, an verò fucum faceret, dixit: *Accedo huc, ut tangam te filium, & probem, utrum tu sis filius Esau vel non,* simile namque factum in hodierna historia Evangelica nobis ob oculos ponitur, cum hoc tamen discrimine Christus namque in Isaac repræsentatus, ipsemet fuit, qui Thomam ad sacratissimi corporis sui contactum invitavit; ut verè experiretur, oculatoque testimonio deinceps comprobare posset, se verum esse mundi Redemptorem à mortuis resuscitatum. Isaac se perplexum fuisse etiam post filii sui contactum hisce verbis sufficienter innuit, dum ait: *Vox quidem vox Iacob est, manus autem Esau.* Sanctus Thomas autem post auditam Christi vocem, post palpata & contrectata Christi vulnera, Dominique sui aspectum, omni dubio & perplexitate deposita clare confessus est, dicens: *Dominus meus & Deus meus.* Unde cum Psalmista dicere potuit: *Deum exquisivi manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus.* Ipse namque in ignorantia & cæcitatibus tenebris Dominum suum per vulnere ejus contactum & contrectationem quæsit & invenit, neque ipsum talem qualis erat, confitendo, fuit deceptus: *al-pav: Thomas verbum (inquit Chrysoctomus) in incredulitate & non est deceptus, Christum Deum illum confessus in fide*

3. Sanctus Bonaventura de Christi vulneribus hunc in modum scribit: *O beata lancea! O beati clavi! qui aperitionem hujusmodi facere meruerunt; O si fuisset loco illius lancea, exire de Christi latere noluissem, sed dixissem, hac requies mea in saculum saculi; Quantum igitur magis nobis de S. Thoma persuadere possumus, ipsum similes in animo suo versasse cogitationes, prouti ex verbis illis: Dominus meus*

Gen. 27.

Psal. 76.

Scim. Di-
vin. amor
p. 1. e. 1.

meus. & Deus meus. clarè deduci potest, hæc namque verba pronuntians à latere illo, cui manum suam immiserat, se nequaquam avelli posse, arbitrabatur.

4. Sed quoniam putatis sine Christus Thomæ dixit: *Infer digitum tuum huic?* Chrysologus id ipsum exponit dicens: *Vi effundant toto orbe, iterum se aperiente, hæc vulnera fidem.* Sanctus Thomas namque fidem hanc de Christo cum vulneribus à mortuis resurgente per totum mundum diffusurus erat. Hugo Cardinalis ait: *Totum orbem percurrit, & in mediis plebibus occisionem meditantibus vol. ebat.* Dionysius Carthusianus quoque scribit: *Ferventissimè atque latissimè evangelizavit fidem ac legem Christi.* B. Laurentius Justinianus existimat, eorum, quos hic Apostolus ad fidem convertit numerum sine numero fuisse, quia procuravit innumerabilem conversionem populorum. Idemmet Carthusianus Serm. 1. de hoc Festo dicit: *Copiosissimum & innumerabilem populum infidelem convertit ad Christum.* Credibile est etenim ipsum in variis mundi partibus cum inmenso fructu sementem Evangelicam dispersisse, siquidem maximam universi partem discurrendo peragravit. Thomas inquit Didacus Stella, *Bonè de Christiana pietate meritus, tam in Medos, quàm in Persas, Hircanos, Brachmanos, & Indos multis editis miraculis Christi fidem augens; lancea confosus in India fuit.* Porro Magistri sui pectus lancea transfossum fuit, dumque in illud hiulem lateris vulnus manum suam immisit, ipsimet ut planè verisimile est, cor transfossum fuit, ideoque simul cum Deo suo eodem modo transigi desideravit. Sanctus Bonaventura vulnera filii Dei *Fundamentum fidei* appellat; vide igitur undenam fides illa, quam Thomas allatavit & annuntiavit, primitus profu-
xerit.

Serm. p. 1.
c. 6.

In me-
nuali c. 21

Cornel.
Lansen.

5. Dominus meus, & Deus meus Quibus verbis affectus spiritus, & devotionis suavita-
tem spirantes eduntur. Neque id mirum est, quod in tales affectus proruperit, siquidem ut S. Augustinus advertebat: *In vulneribus Salvatoris est multitudo dulcedinis, plenitudo gratia, & perfectio virtutum, & ideo secus fieri non potuit, quam ut ei suavitas hæc in magna copia communicaretur, ideoque ait; Dominus meus, & Deus meus: Est enim truncata oratio hæc præ affectus vehementia, ut quidam modernus Expositor ait; Plenitudo gratia quoque ex*

hisce vulneribus ab eo hausta fuit, siquidem quando lapsus in barathrum obstinationis proximus erat, à divina manu preservatus, gratiarum cælestium charismatibus impleti meruit, neque enim in magnam & excellentem ad eam confessionem prorupisset, nisi locupletissimo à vulneribus Christi hausto gratiarum thesauro fuisset cumularatus, hæc enim ejus confessio juxta S. Augustinum: *Sæculorum fidei milita vis.* Ad hæc sanctitas ejus ad eam eminentem usque gradum excrevit: ut Surius miraculum quoddam, quod filio regis, qui mortem ei intulerat, accidit, fufius describens dicat: *Dum hic in desperato salutis statu versaretur, rex ille miraculorum à sancto Thoma in aliis patratorem memor, aliquam Apostolici corporis reliquiam inquirens, & minimè inveniens: Saltem pulverem qui illud tetigisset, iussit afferri, quod quidem cum factum esset, pater egrotanti filio pulvere imposito sanum vidit eum, quem putabat moriturum.* Est quoque in vulneribus Salvatoris Perfectio virtutum, siquidem anima hujus Apostoli ex lætorum vulnerum contactu omnia generis virtutibus ad stuporem usque locupletari meruit, & quidem in primis perfectam quandam cum divina voluntate conformitatem in se exhibuit: nam ut S. Bonaventura ait: *Christo volenti eum mittere ad Indos, respondit: Tu es Dominus meus, & ego sum servus tuus, fiat voluntas tua.* In ipso quoque præ aliis omnibus ardentissimus fervor, constantia & fortitudo heroica, & integritas irreprehensibilis eluxit, nam teste Hugone Cardinali: *Omni- bus fortior factus est, & irreprehensibilior & calidior.* Admiratione non caret, nam ut Surius ait, vitæ quoque ejus austeritas, & rigor nimius fuit: *Coma sordidus, vultu pallidus, totus aridus, exsanguis, & planè succo carens, & ut semel dicam, non tam corpus, quam umbræ corporis circumferens sordido & trito amictus pallio.* fuit item mansuetissimus; hanc enim virtutem in cælestis Magistri sui schola sibi singulariter comparavit, qui monebat: *Discite à me, quia mitis sum.* unde Historicus vitæ ejus, præterquam quod ipsum moribus lenem appelleret, insuper adjungit, quod in gentis illius conversione: *Magis usus fuerit mansuetudine & blandis verbis.* Profundissima denique humilitate dotatus fuit; unde vitæ ejus historiographus dicit, quod *Humilioribus se accommodabat, insigni Christi humilitate valde ornatus,* Carthusia-

Serm. 3.

In Luc. 6. 16.

Serm. 1.

De SS. Trin.

Isai. 4. V. 23.

nus illa S. Thomæ ad Salvatorem quondam prolata verba: *Domine nescimus, quo vadis*, observans ait: *In verbis istis insinuat humilitas B. Thomæ quia ignorantia suam non erubuit confiteri*. Idem quoque alibi dicit: *Thomas abyssus, id est humilitas*. Admirabili pariter tolerantia quadam fuit conspicuus. Unde Surius ait, quod fuerit *Instrutus ad patientiam in laboribus*. Tandem Dionysius in hujus Apostoli laudem paucis verbis multa edixit, nimirum quod cunctæ diversarum gentium conversiones, quarum innumerae fuerunt, ob singularem eximiarum virtutum suarum respectum fuerint subsequutæ; Dicit enim, quod tot tantasque provincias & idololatriæ dedita regna *Virtutibus ad aeternam perduxit salutem*.

6. S. Bonaventura de vulnerato Christi latere scribens, ait: *Ecce apertus est thesaurus uterque sapientia, & charitatis aeterna: Intra ergo per vulnerum aperturam, & cum cognitione magna delicias obtinebis*. S. Thomas igitur aditum ad hoc thesauros obtinere concupivit, ut cælestis sapientiæ thesauris sese locupletaret. Unde Glossa ait: *Thomas abyssus, quia altitudinem divine virtutis in resurrectione certa fide penetravit*. Porro divinorum mysteriorum scientia per aquam symbolizatur, unde dicitur: *Aqua sapientia salutaria potus illum jam dudum verò per Isaiam prædictum fuerat: Haurietis aquam in gaudio de fontibus Salvatoris*;

Et ideo mirum non est, quod S. Thomas sacra illa vulnera, quæ fontes sunt Salvatoris, tangendo, magnum de Divinitate Christi noticiæ lumen acceperit, atque ut bene S. Thomas de Villa-Nova circa illa verba: *Dominus meus, Deus meus* notavit: *Quicquid fides habet, brevi elogio comprehenditur*.

7. B. Laurentius Justinianus ait: *Cujus saxum pectus non emolliant vulnera Salvatoris*. Et S. Bonaventura dicit: *O vulnera corda vulnerantia, & mentes congelatas inflammantia, & pectora adamantina liquefacientia*. Enim verò priusquàm S. Thomas sacris illis vulneribus manus & digitos suos ingereret, saxo & impetrabili corde præditus esse videbatur, ac verò quantoperè divini amoris igne accensus & inflammatus fuit, postquam ad illorum sacratissimorum vulnerum admissus est contractum, gelu incredulitatis suæ totaliter liquefactum fuit, ignemque illum concepit, quem cælestis ipse magister in hanc terram dispergere advenerat, idque eo præcipue fine, ut gelidum mundi septentrionem, plurimasque alias ignotas maximèque remotas mundi partes eodem igne accenderet: *Post acceptum Spiritum sanctum in multas provincias profectus est ad prædicandum Christi Evangelium, Parthis, Medis, Persis, Hircanis & Bactris Christiana fidei & vitæ præcepta tradidit; postremo ad Indos se conferens eos in Christiana religione erudit*.

De Casto
Gonzub.
c. 8.

Stim. c. 8.

D E

NATIVITATE CHRISTI

DISCURSUS TREDECIM.

- DISCURSUS I. De ingratitude humana, qua Christum in sua Nativitate recipere renuit; nec non de modo, quo ipsum spiritualiter parturire possumus.
- DISCURSUS II. Omnes creaturæ Creatorem suum recipere certatim contendunt, solo homine, pro quo nascebatur, excepto.
- DISCURSUS III. Christi divinitas per comparisonem ad vilitatem corporis

PP

allum-

assumpti consideratur; nec non Nativitatis ejus prodigia tantæ humilitati ponderantur conjuncta.

DISCURSUS IV. Rationes declarantur, ob quas in stabulo nasci voluit.

DISCURSUS V. Alia quædam considerantur motiva, ob quæ Salvator noster in præsepio quodam nasci voluit.

DISCURSUS VI. Christus natus est, ut totus & totaliter noster esset.

DISCURSUS VII. De pannis quibus nascens in terris Dei filius involvi voluit.

DISCURSUS VIII. Explicantur mysteria, ob quæ in Bethlehem nasci voluit; pariterque ostenditur, quod ad hoc ut cœlestem hunc panem dignè degustare valeamus, Pastores à nobis imitandi sint.

DISCURSUS IX. De quibusdam motivis, ob quæ Christus natus ante quosvis alios se Pastoribus manifestari voluerit.

DISCURSUS X. Aliqua tanguntur mysteria, ob quæ velut tener infantulus in hunc mundum venire decreverit.

DISCURSUS XI. Varia considerantur Nativitatis Christi prodigia.

DISCURSUS XII. De Gloria, quam Angeli annuntiarunt.

DISCURSUS XIII. De Pace, quam hominibus bonæ voluntatis annuntiarunt Angeli.

De ingratitude humana, qua Christum in sua Nativitate homines recipere renuerunt; Nec non de modo, quo ipsum spiritualiter parturire possumus.

DISCURSUS PRIMVS.

Non erat ei locus in diversorio. Lucae Cap. 2, v. 7.

Ecce tibi tandem post tot elapsa sæcula adimpletum illud Davidis, è cujus progenie promissus Messias nasciturus erat, vaticinium, quando in spiritu Prophetico Patrem æternum in terram prospicientem, totumque genus humanum considerantem vidit, num fortè quispiam esset inter homines, qui Filio suo in terris nascenti exhibiturus esset hospitium: Dominus de caelo prospexit super filios hominum, ut videt, si est intelligens aut requirit Deus. Enimvero credibile est, quod tam S. Josephus,

quàm sanctissima Virgo Sponsa ejus circa imminetent Divini partus horam, omnem quidem in conquirendo sibi hospitio adhiberint industriam & diligentiam; at verò ab omnibus repudiabantur: *Omnes declinarunt aded quod non erat ei locus in diversorio; In propria venit, & sui eum non receperunt; Ioan. 1.* unde necessum fuit quod à duobus animalibus suam exposcerent refugium. Chrysologus dum considerat hodie natum infantem fabricasse mundum, nobisque in vasta illa totius univèrsi amplitudine tantam procurasse bonorum abundantiam, tantisque nos vitæ commoditatibus cumulasse atque delitiis, &

Luca
v. 59.

Psalter
v. 12.

Serm. 60.

In Luca

tamen eandem, dum hodie ad salutem & beneficium nostrum de cælo in hanc terram descendit, modicumque pro se locum à nobis exposcit, eundem à nobis obtinere nequaquam potuisse, dicit: *Mundum suum pauper ingreditur, ubi notandum est illud ly suum, idemque condistinguendum contra illud ly pauper, vagitu suo implorat, inquit, exigit, quam tibi præsistit ipse pietatem Locum non habuit inquit sanctus Gregorius Thaumaturgus, qui calum & terram verò extruxit; Veruntamen minimè idipsum mirandum est: Quoniam cum dives esset, propter nos factus est pauper Si enim cæli, qui ab ipso unico tantum verbo fuere creati: Verbo Domini califirmati sunt; immensitatem ejus capere non possunt, quem cali capere non possunt, quid mirum si locum in terra minimè inveniat, utpotè quæ in comparatione ad cælestium sphaerarum amplitudinem, punctum duntaxat, & atomus quidam est? utique Maria mater ejus considerans, quod hic filius ejus, quem enixa fuerat, suum in Cherubinis thronum haberet: Qui sedes super Cherubim, has in corde suo cogitationes versabat: Ergone, quem peperit filium in præsepium inter animalia reponam? saltem ad minus in Nazareth in paupercola domo mea, in qua sanctus Gabriel Angelus me futuram esse Dei matrem mihi annuntiavit, vilis quædam & modica cuna non deerit; Hæcine igitur est illa mihi è cælis facta promissio: Dabit illi Dominus sedem David patris ejus & regnabit? Ergone in sua ipsa civitate dabit, cujus regni successorem hæreditas filio meo promissa fuit, neminem repertura sum, qui me aut filium meum hospitio excipiat? Ergone decens erit, ut in stabulo benedictum ventris mei fructum enitar? *Ulpes foras habent, & volucres calinidos, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet?* Et tamen filius meus ille ipse est, qui cum æterna & infallibili veritate de semetipso testatur, dicens: *Meus est orbis terra & plenitudo ejus; Cælum, & terram ego impleo.**

Luca 9.
v. 59.

Psalms 49.
v. 12.

2. Verum enim verò incarnata illa hodie nascens sapientia per altissimum quoddam sacramentum ita disposuit, ut nullibi locus aliquis particularis, in quo nasceretur reperiri potuerit, quia omnibus hominibus in via quadam publica expositus esse volebat: *Qui per Divinitatis essentiam inquit Beda, veritas & vita permanes, per incarnationis mysterium*

In Lucam.

*via factus est, qua nos ad patriam, ubi veritate & vita frueremur, reduceret. Iden, ille Deus, qui dixit: Ego sum via, jure meritò in via quadam publica nasci voluit, teste Gregorio, qui dicit: Non in domo parentum sed in via nascitur, nobis enim omnibus qui veri viatores sumus, indifferenter voluit esse expositus; Rexque ille supremæ majestatis & gloria, nulli profus hominum occludere voluit ad se veniendi aditum. Unde sanctus Cyprianus existimat tugurium illud Bethlehemiticum ex omni parte fuisse apertum: Nullum domus arcta à verso foris occultabat, nec secreti recessus erant illius castula, Albertus Magnus quoque rationem reddit, cur in via publica nasci voluerit, quia nimirum præsepium illud mutis seu mænibus Bethlehemiticis proximè erat contiguum, omniumque viatorum promiscuo usui destinatum: *Quadruplici ex causa natus est in via, ut scriberet se peregrinum in hoc mundo ostenderet; ut se viam demonstraret, ut mundum contemnere doceret, ut semper patriam inquirere exemplo suo probaret.**

Hom. 8. in
Evang.

3. Quapropter valde ad præsens propositum verba illa Psalmi mihi servite videntur, quibus dicitur: *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via just.* Ubi septuaginta loco verborum illorum: *Apprehendite disciplinam legunt: Osculamini filium; Hieronymus verò legit: Adorate filium, quo legendi modo rationem tacitus insinuant, qua D E U S reconciliari possit, quo minus, eo quod in hunc mundum pro nobis natus à nullo hominum receptus fuit, suam contra nos evomat indignationem; Osculamini filium; Adorate filium, secus enita justo Dei officio peribimus & aberrabimus à via, quæ ad beatam vitam perducit: Ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via justa.*

Psalms 2.
v. 12.

4. Glossa intertinearis rigorosam patitur & utilem: *Non erat ei locus in diverso foris adducit expositionem, ut per illam nos ad debitam gratitudinis exciter affectus: Loco eget, inquit, ut nos plures in calis habemus mansiones, quasi diceret: Ideo se intra vilis illius tugurii contrahere angustias voluit, ut in cælo empyreo ampliorem & latiore haberemus mansionem. Et ideo S. Bernardus in ea est opinione, quod si cælum inter Beatos cælitè dividendum esset, unicuique beato tanta cessura esset portio, quantam universa terra moles in se continere noscitur.*

5. Sanctus Maximus autem postquam interrogasset: *Nunquid tanta illius erat angustia manupnes, ut nati suo hora parvi illi membra non caperent?* mox subdit: *sed idcirco mystico refertur sermone non inveniri locum in diversorio, quia ingressus mundum Christus fidem in qua possit requiescere, non invenit.* Pro quorum verborum intelligentia necessarium memorandum nobis est, quod propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, quodque locus quem penes non ambit, spiritualis potius sit, quam materialis, siquidem animas & corda nostra requirebat: praecipuum enim quod a nobis expetit, est: *vobis fili in cor tuum mihi.* Sanctus Augustinus ait: *Non erat illi nisi angustia in terris; Quamnam vero humilis reddidit rationem?* Verissimum est, quod id non dicat ideo, quod in terris nullus sit locus aut situs infantilibus membris ipsius capiendis idoneus; quia si toti universo unico duntaxat verbo esse suum dedit, poterat utique idemmet verbum, licet modo incarnatum mille de novo create mundos, sed hoc tantum sanctus hic Doctor dicere voluit, quod hanc in hoc mundo arcitudinem & angustiam sustinere voluerit, ut tanto promptius homo ipsum in suo corde reciperet: *Ut tu et locum cordis tui sibi proprium dilatares.*

6. S. Basilium detestabilem illam hominis erga Deum ingratitude graviter hisce verbis ponderat: *Quidnam tecum agendum est? O homo! In sublimi Deum agentem minime quaerebas, ad te vero per carnem venientem & incum convertentem non recipis?* Deo etenim in caelis in throno majestatis confidente, universum genus humanum, modico illo Judaeae angulo duntaxat excepto, sua idolis genua flectebat, neque ad agnoscendum Deum vivum & verum oculos habebat: nunc vero postquam è Paradiso in hanc descendit lachrymarum vallem, ut illum nobis à tot saeculis observatum recluderet, verumque nobis lumen, quo illum agnosceremus, communicaret, pretioso suo nos sanguine redimeret, & infernum occluderet, nullus est hominum, qui ad illum recipiendum aut hospitandum se moveat, praeterquam bos alius & asinus: *Non erat ei locus in diversorio, reclinauit eum in praesepio. Sed pietate animi motus dices forsità (Ita Didacus Stella meditatur) si ego illic essem, utique illos reciperem, sed quomodo illud facies, cum quozodie clamat ad osium cordis tui, nec*

aperis illi? Claudio Christo portam, & diabolo ipsius inimico aperis & dicit te illis daturum hospitium? Tandem idem propositum ulterius profequitur dicendo, quomodo Jelu Mariae & Joseph daturus es in domo tua hospitium, qui illud pauperibus impertiri detrectas, cum tamen Evangelium perspicuis verbis dicat: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis!* Pergit ulterius & dicit: *Nos quidem summa cum sollicitudine ad usum nostrum superba erigere aedificia satagimus: Christus autem ex altera parte apud nos longè inferioris est conditionis ipsis vulpibus, quibus sua latibula & foveas indulgemus, & tamen Christo hospitium à nobis petenti denegamus: in vita non habuit, ubi caput suum reclinaret. & tu alta palatia adspicias, cum sis vilita terra vermiculus.*

7. Enimverò quodsi filius DEI in hanc terram descendisset absconditus nobisque id ignorantibus, excusationem utique haberemus, quò minus ad illum condignè excipiendum nos praeparassemus: nunc verò nihil est, unde excusare te possis: In prima Antiphona quae heri ad primas hujus Festi vesperas decantata fuit, ita cecinit Ecclesia: *Rex pacificus magnificatus est, cujus vultum desiderat universa terra.* Similiter quoties in praeterito Adventu hunc Salvatorem hodie natum desideravimus & expetivimus dicentes: *Rorate cali desuper, & nubes pluant justum: utinam disruperes calos & descenderes, veni & noli tardare: quoties in eodem Adventu tempore repetita fuerunt verba illa: Parate viam Domini: rectas facite sentias ejus.* Quamnam verò est ratio, quod eum quem haecenus tot tamque ardentibus votis desiderarunt, nunc in terris natum unusquisque omni studio à se repellat & fugiat: *Omnes declinaverunt?* Causam hujus eandem esse omnino existimo, quae Apostolis occasionem praebuit Christum, priusquam in caelum ascenderet, interrogandi: *Quando restitues regnum Israel?* Credebant enim Christum temporaliter regnaturum esse, ideoque se sceptris, coronis, thronis honorandos, locupletandosque esse sperabant: at verò quando ipsum in tanta nuditate, paupertate, & abjectione descendere viderunt, unusquisque ab ipso fugit: *Non erat ei locus in diversorio.* Unusquisque sibi quidem Deum praesentem esse vellet, sed in exoptata prosperitate & felicitate humana, non verò in passionibus, laboribus & æ-

rumnis:

Proverb.
23, 26. ci-
tatus à S.
Bona v. in
cap. 2. S.
Luca.

Hom. 25.

104
19.

Can
4.

Ioan 1. v.
19.

rumnis : Mundus etenim honores querit ,
atque delicias , ac promde *Mundus eum non
cognouit* ; nihil enim eum habebat , aut por-
tabat , quod ad mundum pertineret , quia
Mundus in maligno positus est . Et tamen
tempus præfens urget , ut divinum hunc in-
fantem condignè excipiamus , ideo Ecclesia
roties repetit : Parate viam Domini , procul-
dubio , inquit Cajetanus , actibus virtutum ,
si enim nos hoc tempore in virtutibus Chri-
stianis benè exercuerimus , apparatibus pro-
fectò summè ipsi gratis & acceptis ipsum ex-
cipiemus .

8. Sanctus Bonaventura *de quinque festi-
vitatibus pueri Iesu* , optimum nobis modum
tradit , quo cœlestem hunc partum feliciter
eniti & parturire valeamus . Primò enim con-
cipiendus est à nobis , quod fit consentien-
do divinis inspiratiombus , quibus ad vitæ
emendationem , moresque nostros refor-
mandos invitamur . Partus autem hic DEI
est , eum sit gratiæ suæ opus peculiare ; Nasci-
tur autem sive gignitur , quando hæc à DEO
facta inspiratio , indeque conceptum bonum
propositum executioni mandatur : De hoc
partu Angeli impensè lætantur , quia *Gaudi-
um est Angelis Dei super uno peccatore peni-
tentiam agente* . Mox verò ut divinus hic par-
tus in lucem est editus , lachrymis nostris est ab-
luendus , sanctisque meditationibus foven-
dus & alendus , affectuum quoque & cogi-
tationum cœlestium fasciis involvendus est ,
ac demum cum eximæ devotionis temeri-
tudine à nobis est exosculandus , ac tunc fe-
lix anima exemplo sacra sponsæ dicere de-
bet : *Tenus eum , non dimittam , donec introdu-*

Cant 3. v.
4.

*cam illum in domum matris meæ , & in cubiculū
genetricis meæ* intimis namque animæ nostræ
præcordiis adstringendus à nobis est , ne un-
quam ipsum amittamus Idem S. Bonaventu-
ra invitatorium illud : *Parate viam Domini* ,
interpretando dicit , id fieri *per observantiam
mandatorum : rectas facite semitas ejus , per ob-
servantiam consiliorum* ,

9. Hugo vero Cardinalis ad Regem hunc
gloriæ decenti cum reverentia suscipiendum
alium nobis apparatus præscribit , dum
ait : *Parate viam peccata abijciendo : appa-
ratus gratia Dei Salvatoris nostri omnibus ho-
minibus erudiens nos , ut abnegantes impietatem
& secularia desideria , sobriè , & iuste , &
pie vivamus in hoc saeculo* , q. d. vultis scire ,
quid faciendo DEUM hisce diebus in anima
vestra recipere valeatis ? sufficit , si peccata à vo-
bis abijciatis ; ut ad recipiendum hunc DEI
Filius hodie è sinu Patris pro nostra salute
stabulum Bethlemiticum descendenteæ di-
gnè vos præparetis , sufficit benè & legitimè
facta peccatorum vestrorum confessio . Por-
rò ut magnus aliquis & potens Princeps di-
gnè recipiatur , quot non adhibentur im-
pendia , quot non explicantur in penetralibus
taperes & peristromata , quot non fiunt ap-
paratus ? ut autem DEUS ille à nobis recipia-
tur , quem laudant Angeli , adorant Domina-
tiones , tremunt potestates , hoc unicum abun-
dè sufficit , ut scilicet *abnegemus impietatem at-
que ab animarum nostrarum hospitio procul
abijciamus iniquitatum & culpæ nostræ
sordes* , quod ubi hodie præstiteri-
mus , divinus utique in nobis feli-
citer nascetur Iesus .

Tit. 2. 13.



Omnes Creaturæ creatorem suum recipere certatim contendunt, solo homine, licet pro eo nascatur, excepto.

DISCURSUS SECVNDVS.

Cognovit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui, Israel autem me non cognovit.

Isaia Cap. I. V. 3.

DEus olim de ingratitude ne populi sui lamenta instituens per os Isaiae Prophetae inter caetera dixit, duo bruta animantia bovem videlicet & Asinum grata se erga praesepe Domini sui, eo quo poterant modo se exhibuisse, Israelem vero ipsum nequaquam agnoscere voluisse; id quod hodie in nobis revera adimpletur; Dum enim nos hodie Filium Dei in stabulo sordido natum, atque ab iisdem praenominatis brutis velut ex compassione quadam circumdatum, halituque ipsorum devotissime calefactum & forum videmus, nostram ex alia parte inexcusabilem ingratitude cernimus; tamen si enim nobis duntaxat & pro nostra salute natus fuerit (*Hodie nobis caelorum Rex de Virgine nasci dignatus est ut hominem perditum ad caelestia regna revocaret*) à nobis tamen probrose spernitur & abjicitur: Et ideo quis est, qui non videat nos non solum eadem, qua populus Hebraeus ingratitude esse obnoxios, verum etiam in debita erga communem creatorem gratitudine à duobus brutis animantibus in maximam confusionem nostram turpiter superari? *Cognovit bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui, Israel autem me non cognovit.*

Aggai 2. 7.

2. *Commovebo caelum & terram* (inquit Deus per os Aggai Prophetae) *& veniet de sideratus cunctis gentibus* Ecce qualiter caelum & terra, omnesque aliae creaturae tam se sibi-

les, quam insensatae aliquod erga divinum hunc infantem obsequii specimen exhibere, certatim studeant; Etenim caelum novam quandam produxit stellam, quae supra tugurium Bethlehemiticum insolita luce sua mirabiliter emicuit: Empyreum quoque caelum sese pandens spirituum Angelicorum copiosos exercitus in aera submitit, qui hymnum illum intonarent Angelicum: *Gloria in altissimis DEO, Facta est cum Angelo multitudo militum caelestium laudantium Deum*; Similiter caelestium orbium sphaerae, nectare & ambrosia fuere respersae, unde Ecclesia canit: *Hodie per totum mundum mellis sui facti sunt caeli*. Ingens quoque illud solaris Planetæ jubar suos in oriente multiplicavit radios, aded ut coram oculis nostris tres se in caelo soles videndos steterint. Visus quoque est in aere circulus quidam aureus, in cujus medio Virgo quaedam erat, quae infantem quandam parvulum in brachiis suis ferebat, voluissentque orbes caelestes, si ita fieri potuissent, sese transformare in fascias, ut beatum hunc hodie editum partum tanto sibi arctius adstringere possent.

3. Ubi vulgata nostra in Isaia legit: *Rorate caeli desuper*. Septuaginta legunt: *Florete* Notandum est autem, quod *ly Rorate* ad rorem, qui quidam est caeli fructus, pertineat; *florete* autem ad gemina, quae terrae partus sunt, spectet, quasi caelum & terra, flores & stellae suavi quodam certamine in creatore suo honorando & adorando inter se concertare velent. Caeli namque mox ut creatorem suum

in ter-

in terram viderunt descendere, utique esse coelorum iponte propria relinquere, & terra fieri maluissent, tenellis se odoriferisque contendo floribus, ut hac ratione rudibus & asperis paleæ auleis, quibus Jeshus recens natus intumbebat, subtractis, ipsi jam floridi effecti infantilibus se ejus membris sustinere possent.

4. Dicit quoque idem Propheta *Commovebo terram* Quia hic Romæ in parte Transtyberina torrens quidam olei & balsami scaturit; prætata quoque in horrido licet gelidoque frigore revirescere cœperunt: *Tunc exultabunt omnia ligna sylvæ* rum à facie Domini, quia venit Sic quoque ab ultimis terræ finibus tres approperrant orientis reges, ut debitæ servitutis Regi regum recenter nato præstarent homagium. Imò in ipsomet sui centro terra commota fuit, siquidem Christo nato rotas infernus conturbatus fuit, ipsomet tenebrarum principe idipsū coram Cælare Augusto attestante dum ait:

*Mé puer Hebraus divos Deus ipse gubernans
Cedere sede jubet, tristemque redire sub orbem.*

5. Enimverò qualiter omnes creaturæ Salvatorem hodie natum agnoverint, & suo quo poterant modo veneratæ fuerint, Chrysológus paucis quidem, sed valde emphaticis hinc verbis declarat, dum ait: *Natura suspicit, cæli narrat, annuntiat firmamentum, ostendunt stellæ, Magi prædicant, Pastores adorant, pecora cognoscunt* In hymno quoque hodie in Ecclesia decantato, hæc inter cætera verba habentur: *Hunc cælum, terra, hunc mare, hunc omne quod in eis est, auctorem adventus tui laudans exultat cantico.* Imò boves & Asini eo se reverenter inclinant, sui que otis spiritu ipsum calefaciendo fervent: *Ece jumenta adulansur caudis,* inquit Chrysológus, *blandiuntur auribus, linguas lambunt, & mora quo possunt auctorem suum fatentur;* Et quidem valde est verisimile, quod hæc animalia, ut nudum infantuli corpusculum hyberni frigoris tempore calefacerent, suam in illud halitum continuè emiserint, ab omni se esu continentibus, ut scenum aut paleas cui incumbebat, tenello ipsius corpusculo substraherent

Abacuc. 3. 2. 6. Abacuc olim prædixit: *In medio annorum notum facies,* eademque verba de Messia in hunc mundum adventu intellexit: Septuaginta verò legunt: *In medio duorum animalium cognosceris.* In præteritis quoque matutinis Responsorium quoddam cecinimus hujus tenoris: *O magnum mysterium & admirabile sacramentum, ut animalia viderent Dominum natum jacentem in præsepio quasi dicere vellet, magnopere bruta isthæc enormis vos ingratitudeis condemnant, ut potè, qui in tot nominibus Jesulo hodie nato debita gratitudine à duobus illis stolidissimis animalibus vos superari permittitis, maxime cum idem ille infantulus illorum creator duntaxat, vester autem pariter Salvator & Redemptor existat: Tu homo se non mox cum Angelis, inquit Chrysológus, agnosce vel tardissime cum jumentis, ne dum moraris ipsis jumentis, quibus ante comparatus fueras, postponaris, S. Ambrosius quoque negligentiam & socordiam nostram affectuosissimis hisce verbis extimulare voluit; dicendo: *Infans ausus vagitus, non ausus bovis Dominum agnoscentis mugitus, agnovit enim vos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: q. d. Consideres velim o homo pro quoniam Deus iste super foenum natus fuerit, aut pro quo præ nimio gelu contremiscat, num fortè pro brutis istis animantibus? Nequaquam, quin potius servide corpus induit, ut carne carnem liberans, ne perderet quos condidit Audite obsecro, quam aptè hac de re sanctus Thomas de Villa-Nova locutus fuerit: *Deus pro homine homo factus est, inquit, brutum prosternitur, jumentum adorat, & non sua beneficia recognoscens stabit homo?***

7. Enimverò bonâ ponderatione digna sunt verba illa: *Israel autem me non cognovit;* siquidem Israel idem est, quod videns Deum: Etenim nunquid Deus noster jure meritisimo conqueri & lamentari potest se ab illo populo non esse agnitum, cui præ cunctis aliis totius terræ populis insigne fidei lumen sui que notitiam communicarat, cuique tam ingentia contulerat beneficia? ut proinde David non immeritò de hoc populo dicat: *Non fecit taliter omni nationi.* Et idem idem sanctus Archiepiscopus dicit: *Israel inquam, pro quo veni, pro quo hæc omnia pertuli, me, ceteris omnibus adorantibus ignoravit, abiecit, & vilipendit, cum insensibilia omnia, in majorem ejus infamiam, venienti mihi in mundum reverentiam, & obedientiam præstiterint.* Ad idem quoque propositum Chrysológus

Serm. 147.

Lib. 2. in

Luc. c. 14.

Cone 1. de
Nativit.

Serm. 136.

Sola

sologus quaerit: *Cur Rex Iudaeorum in praesepe jacet, & non decumbit in templo? cur non fulget in purpura sed squalens in pannis? cur later in specu & manifestus in sanctuario non habetur? receperunt jumenta in praesepe, quem in domo vestra recipere vos spreveritis; agnovit, sicut scriptum est, bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui, tu autem Israel tuum Dominum non quaesisti.*

8. Verum enimvero nos qui populi illius ingratitude tantoperè detestamur, praesentem discursum ad nos ipsos non nihil convertamus, utpotè qui egregios effectus & immensa è nativitate Salvatoris derivantia bona longè excellentius praè illis participamus; siquidem ut jam diximus, *Propter nostram salutem descendit de caelis, quoniam grati animi specimine sanctis ejus natalibus correspondimus? Nicetas Commentator Nazianzeni ait: Deus per Prophetam Israeliticum*

In Orat. 38 *populum & ingratum & recorem acriter objugans ait: Cognovit bos possessorem suum, & c. quibus verbis Iudaeos mutis animalibus prope modum stupidiore extitisse ait: mox verò ad omnium Christianorum summam confusionem subdit: Omnibus inique & ingratis erga Deum affectus hac oratio congruit. Certissimum est equidem, quod inter omnes totius universi populos, nullus sit tanto lumine illustratus, tantaque beneficiorum mole cumulatus, quemadmodum nos, qui in Ecclesiae gremio vivimus, & tamen Deus noster, qui ad nostram redemptionem in hanc terram descendit, tam parvi à nobis aestimatur.*

9. *Interroga jumenta, & docebunt te* A stolidis saltem hisce animalibus, quae Deo suo meliori, quo possunt modo serviunt, exemplum capiamus. Enimvero quotidiana experientia testatur & docet, quod potior occupatio, cui potior Christianorum pars hisce diebus vacat, in eo potissimum consistat, quod dediti sint exhibendis sibi mutuo complimentis & caeremoniis apprecando bona festa, mutuis se muneribus, conviviis, aliisque similibus conversationibus honorando, nihil interea de tam sublimi & arduo mysterio, quale est incarnationis & nativitatis Domini nostri cogitando; Natus hodie Jesus non plorat ob nuditatem & paupertatem, in qua nascitur, non propter gelidissimae hyemis rigores, non ob fœtorem &

squalorem stabuli, nec ob ulla alias, quas patiebatur ærumnas & miserias, utpotè quae omnia voluntariè & sponte propria ab ipso assumpta fuerant; quin potius quia vider, quod cum nos unum pedem veluti in inferno positum habeamus, ipse verò idem præcipue de caelo descenderit, ut nos ab aeterna perditione eriperet, plorat inquam, quod nos nihilominus hæc omnia nihili faciamus, aut aestimemus, haud secus ac si de animæ salute & aeternitate nequaquam ageretur; plorat, quia vider, quod Asini & boves in obsequiis erga ipsum venerabundi existant, nos verò Christiani, qui sanguine ipsius redempti sumus dorsum ei vertamus, eumque contemnamus.

10. Optimè igitur nos S. Thomas de Villanova monet, dicens: *Accede saltem jam nunc rationalis homo, accede ad praesepe, ut istud, & qui peccando jumentis insipientior es, & similis factus es illis, creatorem tuum, vel inter ipsa jumenta recognosce, ne ipsis etiam jumentis posterioriorem te vilioresque demonstres.* Salmeron optimum nos modum edocet, quo devota hæc animalia imitari possumus, nimirum nostram erga cœlestem hunc infantem fidem exercendo, confitendo ejus Divinitatem, in ejusque locum pauperes suscipiendo: *Quemadmodum animalia hæc spiritu calore* *Tom. 3. 11.*
fide & confessione proficiunt, ita & nos ipsum 33.
fide & confessione proficiamus, eumque in egenis & pauperibus fovemus.

11. S. Franciscus licentiam obtinuisse legitur, ut hac nocte in tugurio quodam in praesentia duorum illorum animalium missam celebrari curare, & ad populum praedicare posset, ut tanto vivacius mysterium istud representaretur: Fuitque à nonnullis visus infautulus quidam in illius tugurii praesepe jacens, quem sanctus Patriarcha inter brachia sua accipiens à somno excitare videbatur, multum quoque de seminis super tugurii illius pavementum dispersit, ut hoc ipsum illucescente diluculo à volucribus acceptum, earum linguas ad decantandas communi creatori nostro laudes & gratias laxaret. De beata Margaritha de Castello scribitur, quod cum erga hodiernum festum devotissima esset, Christi Nativitatem continuo meditando, tandem post mortem ejus, in corde ipsius margarita quaedam stupendae magnitudinis inventa fuerit, cui mysterium istud

stu-

Serm. 2. de
Nativit.

stūpendo quodam modo insculptum erat, ipsaque eorum puerulo genu flexa veluti Jesulū adorans conspiciebatur. *Amplectimini Christum in nostra carne nascentem, inquit S. Leo, ut eundem Deum gloria videre mereamini in sua maiestate regnantem.*

12. Regius Propheta David olim dicebat: *Ut jumentum factus sum apud te. Et ego semper tecum.* Et verè si Deum nobiscum semper esse volumus, necessum erit, ut neque nonnunquam ab ipso separemus; Deus enim nun-

quam nos deserit, nisi prius deferatur à nobis; atque ideo si ipsum hodie in Bethlehem, id est, in domo panis, vel in Eucharistia accepimus, cavendum nobis est, ne ipsum amittamus. S. Bernardus foelices appellat illos, qui cum eodem Davide dicere possunt: *Ut jumentum factus sum apud te; talia enim jumenta agnoscunt possessorem suum, et praesepe Domini sui, in quo positum est eis piissimum foenum, ipse qui est panis Angelorum.*

Serm. 3. de
Circum,

Christi Divinitas per comparisonem ad utilitatem corporis assumpti consideratur; nec non Nativitatis ejus prodigia tantæ humilitati ponderantur conjuncta.

DISCURSUS TERTIVS.

Verbum caro factum est.

2. **C**eritissimum est, quod inter cuncta opera, quæ de manu altissimi prodierunt, nullum sit prodigiosius, magisque stupendum, quam fuerit Incarnatio verbi, & hypostatica unio, quæ Divinitas vili humanæ naturæ luto unita fuit; Quod satis liquet, si infinita consideretur distantia, quæ est inter significata duarum illarum vocum, *verbum & caro.* Hanc autem prodigiosam unionem oculus humanus hodie in praesepe Bethlehemitico potest conspiceret. *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. suscipitur, inquit S. Leo, à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab aternitate mortalitas.* veruntamen scimus, inquit idem Pontifex alibi, quod *verbum caro factum est provectione carnis, non deflectione Deitatis.* Quod si verò quispiam quaerat, cur Deus ad hominem redimendum de cælo descendens, ipsemet simul homo fieri voluerit, divinam tamen nequaquam deponendo, naturam? Huic ego respondeo, id factum esse,

voluit namque ut omnibus se Deum esse innotesceret, simulque intelligeretur, se in hac passibili natura nostra pati velle pro consummanda humana redemptione. Porro in praesenti discursu circa *ly verbum*, prout illud humanæ mortalitati contra opponitur considerationes aliquas instituemus.

2. *Verbum caro.* In memoriam quæso id revocemus, quod Isaac Patriarchæ accidit, quando mortis proximus in procinctu erat, ut suam primogenito suo benedictionem impertiretur; Et quidem quia stratagemata, quæ Jacob ex matris suæ suggestione ulus fuit, notissimum est, illud pertransseo, hoc solum notans, quod bonus ille Senex filium suum, an primogenitus esset, exploraturus, cum cæcus esset, adeoque tangendo veritatem experiri deberet, quoad hunc quidem sensum delusus fuerit, quoad vocem tamen nequaquam fuerit deceptus, quia dixit: *Vox quidem vox Jacob est, manus autem manus sunt Esau.* Sed dices fortassè quomodo seniculus ille persuadere sibi poterat, quod unus idemque homo Esau pariter & Jacob esset? Et ideo respondeo, justam quidem Isaacum habuisse obstupescendi rationem, veruntamen

Gen. 27.
v. 22.Serm. de
Nat.Serm. 4.
de Nat.Serm. 8. de
Nat.

Mansi Sanctuarii, Tom. IV.

quia omnia in figura congingebant illis, ideo si vultis in uno eodemque subiecto Isaacum pariter & Esau videre, de quo proinde verè dici possit: *Vox quidem Iacob, maxus autem Esau*; Ecce vobis in uno eodemque DEI filio Israël & Esau, id est, naturam divinam, seu verbum & animam, quæ clara DEI visione fruitor, & naturam humanam olim maledictionis condemnatam, & peccato subiectam: *In similitudinem carnis peccati*. Vultisne veram Israëlitis vocem audire? aures vestras cœlestis militiæ exercitui, qui super tugurium Bethlehemiticum hodie descendit, porrigite; audietis enim illos festivo voto canentes: *Gloria in altissimis Deo*. Vultisne etiam manus Esau videre? præsepe tugurii huius inspiciatis, ibi namque divinum hunc infantem super rudes sceni & palææ seu straminis stipulos jacentem, & præ nimio frigoris rigore trementem invenietis. Cœlestes quidem Hierarchiæ de cœlo Empyreo certatim descendunt, ut ipsum adorent: *Et cum iterum in: roduci primogenitum in orbem terra dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei*: ex alia verò parte ipsum conspicietis in medio duorum stolidorum animalium positum: *In medio duorum animalium cognosceris*: super tugurii Bethlehemitici præsepio, nova quidem & prodigiosa stella scintillat, illa tamen Deum in fœtido quodam & sordido stabulo demonstrat; Eadem hæc stella tres quidem Reges orientales ad eum adorandum invitat: at verò alius quidam Rex insanè agitatur furia ad eum occidendum: Pastores in sacram Ipecum advocantur, ut se coram noviter nato Rege humiliter prosternant: ex alia tamen parte sacerdotes, scribæ, & synagoga principes eum aspernantur & abiciunt; Non erat ei locus in diversorio. Optimè S. Maximus ita scribit: *Quod si sensuum suorum fragilitate, minus dignum videtur Filium Dei natum de femina credere, virginem cogita pepeisse, si tibi panni quibus obvolutus est, fortasse vilescunt, Angelos collaudantes, & multitudinem cœlestis exercitus admirare, si præsepe in quo infans jacuit, despicias, erige paulisper oculos, & novam in cœlo stellam protēstantem mundo Nativitatem Dominicam intueres, si cordis vilia, crede mirifica*. Miracula enim & prodigia in Divinitatis testimonium deserviunt, vilitas autem, humilitas, & contemptus mortalitatis nostræ utum demonstrant.

Rom. 8.
v. 3.

Heb. 1. v. 6

Hom. 4. de
Nat.

3. Mirifica. Hugo Cardinalis tres hodie Soles in oriente comparuisse scribit: *Qui paulatim in unum solare corpus rediisti sunt, ad significandum, quod fidestrini & unius DEI toti mundo manifestanda esset*, Albertus Magnus autem quoad hoc tres Soles in alia est opinione, dum ait: *Tres Soles exorti trium naturarum signant radios, corporalis, & spiritualis, & Deitatis, qua in unum collecta in unitate persona Christi totum illuminaverunt mundum*. Salmeron antiquorum authorum testimonium adducens dicit quod in loco S. Mariæ trans Tybetim flumen quoddam merum oleum manans integro Nativitatis Dominicæ die scaturiverit. *Christi gratiam gentibus communicandam portendens, & quod natus esset ille, qui unctus erat oleo pra consortibus suis*. Ulteriùs Cæsarem Augustum altare quoddam in Capitolio cum hac inscriptione: *Ara primogeniti Dei*, extisse refert, eò quod Sybilla in aureo quodam Solis circulo virginem quandam pulcherrimam in sinu parvulum hujulantem viderit, eumque Augusto sensibilibiter demonstraverit, dicendo, puerum hunc Regem futurum ipsomet Augusto longè potentiorum, vocemque quandam auribus ipsius insonare dicentem: *Hæc est ara cæli*, quod nomen in Ecclesia illa, quæ in ejusdem Augusti Palatio fabricata fuit, semper deinceps perleveravit.

In Lucam.

In Lucam.

Tom. 3. tr.
33.

4. Mirifica & vilia Albertus Magnus ait: *Ecce in stabulo ponitur, qui continet mundum, jacet in præsepio & super ipsum mugient animalia, qui in nubibus tonat; mirabile pro certo mysterium, Regem cæli, cui talia famulantur obsequia, ut scribit Ambrosius, nunquid enim thronus præsepi, aula regia stabulum, panni confusi & veteres regalis purpura, nodi colligationis & involuionis fibula, curia regali frequentia Ioseph & Maria*; Ac tandem ipsum ex puro erga nos amore, ut nimirum pro nobis moreretur & pateretur in terram descendisse, ait: *Propter hæc enim invenienda ab alitis descendit ad humilia, à regalibus sedibus ad jumentorum stabula*. Et quidem in eo quod patitur, verum se demonstrat esse hominem, in prodigiis verò inusitatis maximum se & infinitæ Majestatis ostendit esse Deum. *Ex utero funditur, inquit S. Ambrosius, sed coruscet à cœlo terreno in diversorio jacet, sed cœlesti lumine fulget; nupta peperit, sed virgo concepit; impta concepit, sed virgo generavit*. Dionysius Carthusianus optimè

Lib. 2. n.
Luc. 6. 2.

time quid Redemptori nostro tanquam homini, & quid eidem tanquam filio Dei convenerit, considerat, dicens: *Tanquam homo à puella concipitur, in stabulo nascitur, pannis involvitur, in præsepio ponitur, circumciditur & in Ægyptum fugatur: at verò tanquam Filius Dei ab Angelo nuntiatur, à Virgine generatur, ab Angelico exercitu commendatur. Similiter S. Thomas de Villa-Nova admirabilem celestium prodigiorum cum abiectione & contemptu humano conjunctorum contextum admiratur; dum ait: Admirantur nimis celestis curia principes immensam intra tenerrimi corporis sacellum inhabitantem Domini Majestatem, Majestas simul & humilitas eodem spectaculo proponuntur. Etenim vilitas hæc carni nostræ, celestis autem magnificentia verbo correspondet. Unde idem Sanctus subjungit: *Nascitur ex muliere, sed ex virgine; jacet in præsepio, fulget in celo, sociatur brutis, & adoratur ab Angelis; pannis involvitur, & à prostratis coram se Regibus colitur; obmutescit in gremio, & proditur radiante celo; absconditur in stabulo, & celestibus hymnis ejus natalitia celebrantur.**

Luc. 2.

5. S. Evangelista de simplicibus Pastoribus scribit: *Et omnes qui audierunt, mirati sunt de his, quæ dicta erant à Pastoribus ad ipsos. Sed quidnam ab illis Pastoribus dictum fuerat? Illud nimirum, quod in Bethlehem oculis suis viderant, sed quodnam est illud, quod ibidem conspexerant? Ipsam sapientiam Patris obmutescentem, fortissimum imbecillum, magnum humilem & abjectum, impassibilem passibilem, divitem pauperem, infinitum finitum, ita Didacus Stella in hac materia meditatur, & paulò post interrogat: *Quid rogo magis occultum & inauditum, quam quod Christus tanquam peccator floreit & quid manifestius, quam gloriam ejus Angelos cantare; & illum pleno ore Salvatorem dicere?**

6. Verùm enim verò non minus in divino hoc infante admirandum est, quod is à primo conceptionis suæ instanti homo fuerit, perfectissimo rationis usu, nec non eadem prorsus sapientia, donis & virtutibus præditus, quas

nunc ad æterni Patris dexteram constitutus possidere noscitur; unde dicitur de eo: *Famina circumdabit virum; Similiter beatissima illa anima in membris licet infantilibus subsistens divina fruebatur essentia: Nasciturus in carne inquit Beda, Dei filius, sicut parentes sibi quos voluit, & locum Nativitatis, quem voluit, elegit, eosque ad ipsum locum, priusquam nasceretur, quomodo voluit, advexit, ita etiam tempore, quo voluit, in quo ipse una cum Patre & Spiritu sancto à sæculis disposuerat, perque ora Prophetarum prædixerat, mundum ut salvaret, intravit; Veruntamen ut se hanc mortalem carnem nostram assumpsisse testaretur, novem in utero materno mensibus portari, & haud secus ac illi infantes fasciis involvi, lactari, membra tenella & pusilla infantia conformia habere, siti, fami, frigori, planctui cunctisque aliis accidentibus tali ætati annexis subijci voluit; Et tamen ut S. Petrus Damianus scribit: *ita magnus in forma Dei, sic brevis in forma servi, ut nec ista brevitatem magnitudinis illa minueretur, nec illa magnitudine ista brevitatem premeretur.**

7. Porro quicquid in hac filii Dei Nativitate vile & contemptibile est, hoc totum in nostram prorsus utilitatem redundat. Unde optimè S. Maximus ait: *Sed fortassis hunc, qui natus prædicatur ex fœmina, dum vilibus obvolvitur pannis, dum jacere contentus est in præsepio, dum lacrymosis vagitibus concrepat, dum maternis lactatur uberibus, Deum esse diffidis? Imò per ista frater, adverte, eum & ut hominem infirma pro infirmis pertulisse, & ut Deum potentiam exercuisse celestem. Nullum proinde habemus stabulo Bethlemico & pauperculis pannis, quibus obvolutus fuit, indignandi causam, siquidem in vilissimo stabuli illius præsepio ex solo erga nos amore expositus fuit. Unde Guerricus Abbas ait: *Vos igitur fratres mei, qui cognovistis præsepium Domini vestri, Dominumque in præsepio, quem Israel non cognovit, vos igitur, quibus Salvator ideo non viluit, quia misericors esse voluit, sed eo vobis tenerrior in affectu, quo minor est in aspectu cantate, & exultate, & psallite.**

Jerem. 31. 22.

In Lucam

Serm. de Nat.

Hom. 3. de Nat.

Serm. 3. de Nat.

Rationes declarantur, ob quas in stabulo nasci voluit.

DISCURSUS QVARTVS.

*Et peperit filium suum primogenitum, & reclinauit eum
in praesepio. Lucæ 2. v. 9.*

In Luc.

Equidnam filius DEI è celesti Paradiso in hanc extremam terram descendens, aliud præter stabulum quoddam reperire poterat? Cardinalis Cajetanus, dum confiderat Angelos quidem Patribus signum quoddam dedisse, ex quo natum hodie Dei filium in praesepio positum invenire possent, nec tamen signum illud in particulari specificasse, existimat, signum illud publicum quoddam, omnibusque expositum stabulum fuisse: *Notorium, unicum, ac commune; alioquin Angelus aliquam particularem conditionem addidisset, ad distinguendum illud praesepe ab aliis; alioquin dicendum fuisset, in praesepio talis domus, aut talis Domini. adcoque juxta hanc opinionem, quæ verisimilior esse videtur, locus, in quo Salvator noster natus est, generico nomine praesepe appellabatur, utpotè notum, publicum, cunctorumque hominum usui expositum.* Lyranus scribit, Sanctum Josephum in hoc itinere, quod è Nazareth Bethlehem versus confecit, quoddam secum conduxisse jumentum, in quo beatissima Virgo prægnans & gravida portaretur, ne fortè ipsa pedestri itinere cum evidenti partu, quem intra viscera virginea fovebat, damno & præjudicio se conficiens fatigaretur, imò insuper bovem quendam secum conduxisse, ex cujus venditione necessariam sibi comparare posset pecuniam, unde sumptus in victum aliasque occurrentes necessitates necessarios exsolvere possent, eundemque duo hæc animalia in idem stabulum collocaße, adducitque superius relatum Abacuc Prophetæ vaticinium, juxta versionem septuaginta interpretum ab Ecclesia in officio

divino acceptatam, nimirum: *Domine audivi auditum tuum & timui, consideravi opera tua & expavi, in medio duorum animalium: fuit enim Propheta admirationis pavor, quod in loco tam humili reclinaretur Salvator. Hic enim uti S. Bonaventura advertit, in se adimpleri utique voluit, quod de semetipso postea dixit: Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.* Idem quoque sanctus Doctor oculum suum in jumentum istud, & viam publicam in qua expositus erat conficiens, scribit, Salvatorem verè dicere tunc potuisse: *Ego ad nihilum redactus sum & nescivi; ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Et veritatum est illud Jeremiæ 14. *Expectatio Israel Salvator ejus in tempore tribulationis, quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?*

2. *Et reclinauit eum in praesepio, ut cibum jumentorum, inquit Hugo Cardinalis, Homo enim jumentum factus est Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ideo Dominus factus est fœnum, quod est cibus jumentorum, id est, caro, Isaia 40. Omnis caro fœnum. Quare, inquit Didacus Stella, in praesepio animalium & bestiarum locor. Quia Adam erat in Paradiso terreno & cum honore; cum autem misere lapsus fuit, animal factus est, & in locum animalium ejectionis; cum autem puer iste hominem perditum quarat, eum in loco suo quarit; praesepe enim locus est jumentorum; consideret, rogo peccator ubi Dominum esse voluisse, ubi sua peccata illum collocaverant.* Eusebius Emisenus hortatur, ne ab hujus stabuli foetibus deterriti, inde nos subducamus, dicens: *Factor tibi esse non potest, ubi est flos campi & lilium*

Hom. de Nat.

convallium, cuius odore delectata Ecclesia dicit: *Trabe me post te, in odorem curremus unguentorum tuorum.*

3. Chrysoſtomus in vilibus præſepii illius excrementis & ſordibus peccata noſtra conſiderat, quæ de cœlo deſcendens divinus ille infantulus ſibi erat vindicaturus, ad reddendum de illis rigorofum divinæ juſtitie computum: *Non invenis locum in ſancto ſanctorum, quod auro, gemmis, ſerico, & argento fulgebat, & ſamen non naſcitur inter aurum & divitias, ſed in ſtercore naſcitur, hoc eſt, in ſtabulo, ubi cunquæ enim ſtabulum, ibi & ſtercus eſt, ubi erant ſpurciora peccata noſtra, propterea in ſtercore naſcitur, ut eos, qui ſunt de ſtercore ſublevet.* Unde in ipſo adimpletum fuiſſe putat, quod David quondam prædixerat: *De ſtercore erigens pauperem, ut collocet cum principibus.*

Pſ. 112. 7.

Hom. 2. de Nat.

4. Reclinavit eum in præſepio Sanctus Maximus ideo id factum eſſe ſcribit, ut undum doceret, ſe ideo potiſſimum ad nos deſcendiſſe, ut nobis paſtor ſimul eſſet & paſcum: *V. d. te quanta ſapientia collocari Chriſtus dicitur in præſepio, qui gemina quadam gratia humani generis, & eſca erat futurus paſtor.* Peccatis noſtris ita demerentibus in animalia & beſtias transformari eramus, atque ideo non ſine myſterio Salvator noſter in fœnum tranſmutatus fuit, atque in præſepium depoſitus, ut cibus noſter fieret; ſiquidem ut ſcriptura ait: *Omnis caro fœnum.* Ex alia verò parte *Verbum caro factum eſt,* vel enim dici poteſt, quod ex quo filius Dei panis eſt Angelorum, in præſepium & ſuper paleam collocari voluerit, ut relicto beſtiarum cibo, eſcam apprehendamus Angelorum; Et tamen prædolor, quos ſunt qui potiùs avidiſſimè non jam farinæ, ſed paleæ Ægypti inhiant, cœleſte hoc manna totaliter naſeantes, Guericus Abbas tandem aliquando ætatem ſive ſæculum aureum nobis ſuperveſiſſe ſcribit, plenitudini temporis huius per omnia ſimile, in quo Angelorum panis, qui omnem in ſe continet ſuaſivatem, iſpis quoque jumentis cibi loco proponitur: *Homines enim & jumenta ſalvabis Domine, quæ a modum multiplicavi miſericordiam tuam Deus, inſinitè multiplex hæc tua Deus miſericordia, ut qui panis eſt Angelorum, non ſolum hominum dicitur ac beatiſſicæ menſas, ſed etiam fœnum factus jumentorum repleas præſepia.*

Serm. 4. de Nat.

5. Reclinavit eum in præſepio David ſpeluncam illam conſiderans, in qua ut Saulis Regis iram declinaret, abſconditus fuerat, & in qualicet eundem Regem facillimo negotio occidere potuiſſet, ſemetipſum tamen vitæ, ipſum illæſum & intactum dimittendo (ob quod factum idem Saul ipſum tunc Regem futurum eſſe prolamavit, dicens: *Scio certè ſiſine quod regnaturus ſis*) ad Deum converſus *21.* dixit: *In petra exaltaſti me;* Id quod veriſimè *Pſ. 60. 3.* dicere poterat, revera enim ex eo factum, quod ſub iſta petra patrarat, regnum ejus fortunatiſſimum cœpit augurium. Idem quoque æterno Patri ſuo dicere poterat Chriſtus in ſpelunca illa Bethlehemitica commoratus: *In petra exaltaſti me;* Quam enim in cunctis ſæculis glorioſa effecta eſt petra, ſeu ſpelunca illa? Ab hoc ſtabulo omnibus animabus per totum univerſum cœleſtis ſe gloria inſudit, ut divini huius infantis agnitionem ſive notitiam acciperent. In illa paupertate mira ejus pulchritudo mirabiliter illuxit, inquit S. Cyprianus: *Ornamenta qua deerant, etiam ſi aſſent, oculos inſpectores non haberent, quia præſentia parvuli ſic eorum, qui aderant, oculos occupaverat, ſic illuminaverat animos, ſic corda illuxerat, ut in hoc ſummo bono omnium bonorum unita collectio videretur.* Ad oſtendendam Majeſtatem ſuam miniſimè ei neceſſarii erant apparatus, ſuperba palatia, aut numerofi aulicorum greges, ſiquidem ſola ejus præſentia illum in hac nuditate & paupertate venerabilem reddebat atque magnificum.

6. Reclinavit eum in præſepio. Ponderandum quoque hoc loco eſt quoddam divinæ ſapientie ſtratagemata providiſſimè excogitatum; Hæc enim coram aſtutiſſimo Inferni colubro ſe abſcondere volens, non ſolum ut alii homines naſci voluit. *Habitu inventus ut homo, verum inſuper in ſtabulo quodam, beſtiarum receptaculo in lucem edi, ut minus quam homo eſſe videretur.* Hanc conſiderationem S. Leo his verbis tradidit: *In quo conſpectu pro nobis imito, magno & mirabili aſtutatis jure certatum eſt, cum omnipotens Dominus ſaviſſimo hoſte non in ſua mæſtate, ſed in noſtra congregitur humilitate, obijciens ei eandem formam eandemque naturam, mortalitatis quidem noſtra participem ſed peccati rotius expertem;* Hanc igitur noſtram vililitatem cum ſtabuli humilitate aſſociare voluit.

Serm. 1. de Nativ.

Conc. de
Nativ.

7 Reclinavit eum in praesepio. Salmeron id factum esse ait: *Vt exemplum paupertatis nil ter sustinenda praeberet* Suo namque exemplo docere nos voluit, paupertatem quam omnes & singuli aspernantur & fugiunt, nobis nequaquam fugiendam esse: *Intrat virgo regia inquit S. Thomas de Villa-Nova, pauperis hospitij incompensatas angustias intrat domicitium paleis & animalium stercore sordidatū, domunculamque vento & frigore perviam gra-
tanter inhabitat; Non ibi sella, non lectus, non mensa, non ignis, non deniq; alia suppellex praeter humile praesepium pascendis animalibus aptum. Haec sunt bone Iesu partus solatia, quae matri puerpera praeparavit haec delicia, haec ampla palatia, hic ministrantium apparatus* Conclusio autem, quam ex omnibus hisce praemissis deducit, utilissima est omnibus illis, qui sub hujus vitae arumnis pressi dolent plurimum & ingemiscunt: *Quis jam de adversa fortuna conqueratur? Domina & Regina calorū tali hospitatur hospitiorū & indignabitur vilis vermiculus quicquid illi accidat, quomodocunq; tractetur, & pauper non gratias agat, in tam despecto loco filium Dei videns se similem Dei nostri in paupertate cognoscens?*

Serm. I. de
Nativ.

8. Porro stabulum istud altissimo consilio illius infantis, qui aeterni Patris est sapientia electum, factum nostrum condemnat atque superbiam. Unde Gerson exclamat, dicens: *O cadaver elatum! O saccum simo plenum! cur inflaris? Si omnes tuae miseriae non sufficiunt ad humiliandum, respice quāso Regis tui, Domini tui, & Dei tui humilitatem; Quodsi hoc spectaculum superbiae nostrae infirmitatem non sanat, verè plagam tuam incurabilem esse dicere possumus. Quot sunt, quos praesepii istius paupertas magis curavit, quam templi Salomonis opes atque divitiarum? David pro erigenda templi illius magnifica fabrica octingenta talentorum auri millia, & mille milliones & septemdecim talentorum argenti millia congregavit, praeter ingentem metalli & ferri, quod ad pondus aut mensuram reduci minimè poterat, copiam; & tamen postquam filius ejus Regum sapientissimus templum hoc, cui in divitiarum multitudine,*

ne, venustate, & amplitudine mundus nullum aliud simile vidit, crexisset, intellexit, quod idem ad plenam sui perfectionem jam perductum, Dei illius immensitati capiendae minimè sufficeret: *Ergone putandum est, quod verè Deus habitet super terram? Si enim calum & cali calorum te capere non possunt, quare magis domus haec quam adificari. Quodsi Salomon hunc Deum in Bethlehem Civitate Hierosolymae proximè vicina praegelido frigore tremulum, palea incumbentem, atque in medio duorum animalium in praesepio & foetido quodam stabulo ex compassione receptum vidisset, quidnam obsecro facturus aut dicturus fuisset? Num fortè ipsum intra magnifici templi se aedificati recepturus fuisset hospitium? verum quidem quod nulla ipsi praesentari potuisset aptior Deum hunc personaliter recipiendi occasio, quam illa, quantumvis se hoc honore censuisset indignum; Et tamen valde credibile est, quod id nequiquam facturus fuisset, sed potius ipsum absque omni compassione in eodem relicturus fuisset praesepio, maxime quando lascivis tot concubinarum involutus erat amoribus, quae ipsum ad eam usq; redegerunt infaniam, ut eum etiam apostatare, & coram idolis suis genua flectere coegerint, Nequaquam igitur ipsi praebiturus fuisset, si in domo sua regia, si in templo hospitium, nisi fortè simul intellexisset, necessum sibi esse ut eum in humilitate, paupertate, omniumq; horum terrenorum bonorum contemptu imitaretur. Caeterum turpissimè semper, ut S. Bernardus ait: *Errat, qui forte ei sublimia quaerenda arbitraretur esse palatia, ubi cum gloria Rex gloria susciperetur non propter hoc à Regalibus sedibus venit.* Deus noster non eo fine in hunc mundum venerat, ut in regibus nasceretur palatii, secus enim è sublimi throno suo caelesti nõ descendisset, quin potius id solum in descensu suo spectavit, ut paupertatem & humilitatem suam cordibus nostris firmiter imprimeret. Salmeron ait: *Pauper voluit esse, ne divitiis redderetur suspectus, quod eorum bona videretur velle occupare: Quibus in verbis alia tibi insinuat ratio, cur reclinarit eum in praesepio,**

3. Reg. 8.
27.

Alia quædam considerantur motiva, ob quæ Salvator noster in præsepio quodam nasci voluit.

DISCURSUS QUINTVS.

Et reclinauit eum in præsepio. Lucae 2. v. 9.

1. **V**erba illa: *Reclinauit eum in præsepio*, quantumvis paucula sint, seridè tamen ponderari merentur, infinita etenim in primis inter stellas & stabulum intercedit distantia; siquidem de DEO illo, qui

in hoc præsepio positus conspicitur, Ecclesia dicit, quod *stellatè sedet folio*. Præterea ea quæ reclinauit eum in præsepio, est ipsamet Virginum Regina, quæ puritatem & candorem tanto perè amare consueverat; Dilectissima inquam & amantissima mater quædam, qualis erat Maria, illa ipsa est, quæ ipsum in stabuli cuiusdam sordidum præsepium, & quasi super finetum quoddam collocat. Adhuc ponderandum est verbum illud. *Eum*; Etenim quod DEUS ille, quem laudant omnia astra matutina, qui thronum suum super Cherubim collocatum habet, qui volat super pennas ventorum, qui universam mundi machinam tribus digitis sustinet, qui unico solum verbo totum universum formavit: *Dixit & facta sunt, mandavit & creata sunt*, de quo cum veritate dicitur: *Domini est terra & plenitudo ejus, orbis terrarum & universi qui habitant in eo*, quod ille inquam in vili quodam tagurio, in abjecto quodam bestiarum nascatur receptaculo, quidnam eò prodigiosum magis imaginari sibi poterit? Quænam inter se magis sunt disparata quam Paradisus cælestis, & horridum præsepium, verbum æternum, & steruus seu fœnum? palea & Divinitas? jumenta & boves, & imago Patris perfectissima? *in præsepi* (verba sunt Salmeronis) *omnia sunt viliè visus, ingrata auditui, olfactui*

molesta, gustui insuavia, atque tactui dura & aspera. Ubinam unquam adeò extrema audita fuit paupertas, quæ causam dederit, ut partus matris cuiusdam quantumvis egenæ & inopis alium, in quo in lucem ederetur, locum non habuerit, quam stabulum? *Qua major unquam audita est humilitas*, inquit Didacus Stella *quam in stabulo nasci? qua major paupertas, quam involvitam pauperibus pannis qua major asperitas, quam in tam tenera arbor: in præsepio reclinari?* In Lucam.

2. Rachel Idola, quæ Patri suo Laban ablata secum asportata, abscondere volens, eadem subtrus fœnum, quod camelis ad manducandum porrigebatur, recondidit: *Subter stramenta casei*, omninò sibi illa ibidem securissimè latere persuadens; neque enim imaginari sibi poterat, Patrem suum unquam crediturum fuisse, quod Idola illa in tam vili loco reconditura esset. Quodsi igitur de Laban præsumitur illum minimè crediturum esse, quod falsa Dæmonum numina subtrus paleam & fœnum abscondenda essent, eò quod locus ille nimis esset indignus & abjectus, cur igitur Maria adeò discreta Mater, sui que filii in eminentissimo materni amoris gradu amantissima, *reclinauit eum in præsepio*? cur non potiùs partus sui tempore approximante, Hierosolymam se recepit, ut ibidem in loco quodam templo civitatis illius adjacente eum in lucem eniteretur? *Dominus in templo sancto suo, Dominus in celo sedes ejus*. *Qua tam dura & rigida mater est* inquit Didacus Stella *qua filium suum modo sine indulgentia tractat? Quod si dixeris non esse locum in diversorio, nunc in ulnis tuis non est locus? Credo equidem ibi contentus erit, & potiùs quam in cunctis regalibus aulis. Cur illum*

illum ab uberibus removes. & in praesepe collocatur, moxque per valde mysticam quandam sententiam respondet: *Utiq; ed. Ita a julo hoc fecit*: O quanta tunc erant, inquit B Petrus Damianus: *Regum mundi turrica palatia, quanta miris lapidibus ornata triclinia? & tamen omnia illa contempfit, qui praesepe ad cunabula sua Nativitatis elegit*. Qua in sententia valde considerabile est verbum illud *Elegit*; Etenim alii infantes ab illis sunt genitoribus concepti, quos divina illis providentia disposuit, ideoque eorundem electionis nullam ipsi partem habent, sed pariter nascuntur ubi & quando, & à quibus Dei providentia vult & disponit; neque ullo sunt rationis usu praediti, nisi in solo annorum progressu: at verò in hoc infante Divino Propheta Evangelicus olim praedixit: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emanuel, Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum*. Quae etiam S. Bernardi observatio fuit, dicentis: *Non eligunt parvuli ceteri, quando nascuntur, quippe quibus adhuc vix incipientibus vivere nullus subest rationis usus, nulla eligendi libertas, facultas nulla deliberandi* moxque idem Sanctus subdit: *Non ita huic accidit infanti; Nam Christus etsi homo erat, erat tamen in principio apud Deum, & Deus erat ejusdem, cujus est nunc sapientia & potestatis, utpote Dei virtus, & Dei sapientia*. Tandem idem sanctus Bernardus concludit: *Nasciturus itaque Dei filius (cujus in arbitrio erat, quodcumq; vellet eligere tempus) eligit quod molestius, praesertim parvulo, & pauperis matris filio, quae vix pannos haberet ad involvendum, praesepe ad reclinandum*. Sanctus Thomas de Villa-Nova hoc stabuli mysterium pia meditatione considerans, hunc ferè in modum intra se discursit: *Non deerant Virgini vires ad sustinendum puorum, neque illum utique tali loco posuisset, nisi magnum aliquod in illo praesepe mysterium ageretur: Altissima namque nobis inde paratur eruditio; magna cathedra praesepe illud, ex quo cunctis mortalibus Dei loquitur sapientia caelestis, in stabulo magister legit*. Porro lectio quam toti generi humano pro cuius salute natus est, praelegere intendit, humilitatem, cunctorumque terrenorum bonorum contemptum persuadere nititur. Unde sanctus Bernardus ait: *Quid ergo stabulum elegit? Placeat ut*

reprobet gloriam mundi, damnet saeculi vanitatem.

3. Peritiores Medici, ut infirmitatem aliquam curare valeant, causam illius & originem omni studio eradicare & submovere, omnesque malignantes humores divertere satagunt, quem eundem curandi modum caelestis Prothomedicus noster observavit, qui ait: *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus*. Mox enim ut de caelo in hanc terram ad nos venit, infirmitatum nostrarum primae origini, id est, superbiae, *Initium omnis peccati superbia*, remedium applicavit; amor enim proprius cunctarum iniquitatum humanarum prima est scaturigo, & hic ut sanctus Augustinus asserit, Babyloniam, quae filiorum confusionis & perditionis universitas est, erexit; ab hoc enim amore proprio alia haec pessima germina, nimirum aviditas divitiarum, honorum ambitio, sensualium voluptatum concupiscentia derivantur; ambitio autem causa est odiorum, bellorum, discordiarum, invidiae, &c. avaritia quoque radix est iniquarum extorsionum, contractuum illicitorum, omnemque prorsus extinguit Charitatem & compassionem; *Radix omnium malorum cupiditas*; Denum verò quot sunt voluptatibus carnalibus vitia annexa? Ab his tribus venenosis radicibus, prout sanctus Joannes clarè testatur, cuncta derivantur mala, quae per irreparabiles generis humani ruinas universam terram inundant: *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitia*. Cùm igitur unigenitus Dei filius eo potissimum fine in hanc terram descenderit, ut peccati subverteret & eliminaret tyrannidem, *Ut peccatum non regnet in nostro mortali corpore*, omninò conveniens erat, ut ferrum radici admooveret, id est, totum illud, quod omnis mali primaria & principalis causa erat, id est, superbiam & amorem proprium suo exemplo condemnaret; atque ideo humilitatem in semetipso exhibuit, ut proscriberet superbiam; paupertatem experiri voluit, ut bonorum temporalium cupiditatem condemnaret; austeritati quoque vitae subjacuit, ut delicias reprobare & voluptates: *O magna cathedra praesepe istud*, inquit S. Thomas de Villa-Nova *in quo*

Eccles. 10.
15.

1. Ioan. 2.
16.

Conc. 1. de
Nativ.

Serm. de
Nativ.

Isai. 8. v.
14.

Serm. de
Nativ.

Conc. 1. de
Nativ.

Serm. de
Nativ.

In quo residet divina sapientia magister orbis
 totum ibi legitur Evangelium: quicquid enim
 bone Iesu postea verbo docuisti, hic statim ortus
 opere demonstraisti. Quid enim aliud homines
 quarunt, nisi delicias, divitias & honores? quod
 caelestis magister damnat, mundus probat, quod
 ille probat, mundus condemnat; vide cujus vis
 esse discipulus S. Bernardus frigidus rigores, in-
 fantis nuditatem, nec non asperitatem præ-
 sepi considerans ait: Cum esset tanta necessi-
 tas, nullam audio fieri pellium mentionem. Pri-
 mus Adam pellibus vestitur tunicis, pannis se-
 curus obvolvitur, non est tale iudicium mun-
 di aut isto fallitur, aut mundus errat; sed divi-
 nam falli impossibile est sapientiam. Denique
 concludit idem Sanctus: Merito proinde &
 carnis prudentia mors siquidem & ipsa inimi-
 ca est Deo, & saculi quoque prudentia scilicet
 nominatur. Quid enim Christus, qui non falli-
 tur, elegit, quod carni molestius est, id ergo me-
 lius, id utilius, id potius eligendum, & quicquid
 alius doceat, vel studeat, ab eo tanquam à sedu-
 ctore cavendum. Tandem idem sanctus Ber-
 nardus indubitata hanc conclusionem, ta-
 meti eam mundus nec credat, nec intelligat,
 ita stabilis: Malum ergo voluptas corporis, bo-
 num vero afflictio est, siquidem & hanc eligit, &
 illam reprobat puer sapiens, verbum infans. Ex
 quo eo præcipue sine in præsentem mundum
 venerat, ut pestifera voluptatum, gaudiorum
 divitiarum, deliciarum, honorum gemina
 radicitus extirparet, minime conveniens
 erat, ut in superbis palatiis, mollibus lectis,
 linis delicatis nasceretur, sic enim præstantis-
 simas hæc virtutes proprio suo exemplo mi-
 nimè comprobasset. Quin potius ut doctis-
 simus Salmeron scribit: Quia Adam in Para-
 diso deliciarum loco peccaverat, voluit reponi
 præsepio belluarum loco, Præsepium hoc durum
 (ita Didacus Stella meditatur) delicias huius
 mundi condemnat, hoc stabulum efficaciter de-
 monstrat, quam vanis sint honores mundi, &
 viles illi panes, quibus Divina Majestas fuit in-
 voluta nobis ostendunt, qualis conditionis sint
 divitiae huius sæculi.

4. Reclinavit eum in præsepio, quia non erat
 ei locus in diversorio. Enimvero causa cur ei

nullus superfuisset in diversorio locus, hæc
 est, quia divites & vitæ commoditatibus de-
 diti, qui pecuniarum nervo prævalebant, iis,
 qui pauperes & egeni erant, præferbantur,
 hi enim nequicquam sese restringi aut coar-
 ctari patiebantur, ut Filio DEI quoque in e-
 dem secum diversorio locum cederent. Præ-
 terquam quod experientia quotidiana satis
 demonstrat, quod DEUS noster se ut pluri-
 mum divitibus, aut voluptatibus & vitæ
 commoditatibus operam dantibus, nequa-
 quam associer, sed potius hominibus tribu-
 latis & afflictis. Unde Guericus Abbas ait:
 Quid enim adhuc tu superbis terra & cinis, postquam
 Deus factus es humilis? adhuc magnus es in oculis
 tuis, postquam Deus parvulus factus es sub oculis
 tuis? Deus ille infinitæ majestatis infans factus
 est parvulus, & quidem in stabulo in medio duorum
 stolidissimorum animalium, ecce quoniam redactus
 fuerit ille, quem adorant Angeli, adorant Dominationes,
 tremunt potestates. Didacus Stella ait: Quæ
 major medela esse potuit, ad nostram superbiam
 curandam, quid vehementius in humilitatis
 amore nos incendere potuisset, quam cum
 Christum videamus inter bruta animalia in
 medio præsepio constitutum? valde in hoc
 mysterio considerabilia sunt quædam do-
 ctissimi Salmeronis verba dicentis: Clamat præ-
 sepium contra immania nostra, insanaque ad-
 ficia, in quibus velut in diversorio est commo-
 randum ad tempus, clamant stragula ex fæno,
 clamat etiam præsepio, & damnat lectos nostros
 aureos, omnibus mollitie refertos. Idem quoque
 Bonaventura hisce verbis scribit: In hoc dam-
 navit Christus lectos delicatos contra quos dici-
 tur: Va vobis, qui dormitis in lectis eburneis, &
 lascivitis in stratis vestris. Quid dura stramen-
 ta detestaris, inquit S. Bernardus, cum tener
 infantulus, in cuius manu sunt omnia, tuis se-
 ricis, tuis plumis, duras sumentorum stipulas
 prælegeris? Porro S. Bonaventura per præse-
 pio in sensu morali conscientiam intelligit: Præ-
 sepio est conscientia inferius clausa per con-
 temptum mundanorum, superius
 aperta per desiderium eter-
 norum.

Serm. 1. de
 Nativ.

Tom. 3.
 Tr. 33.

In Lucam.

In Luc. 15

Tom. 3.
 Tr. 34.

Christus natus est, ut totus totaliter noster esset.

DISCURSUS SEXTVS.

Natus est vobis hodie Salvator. Lucae 2. v.ii.

1. **H**odie in invitatorio maritali Divinum officium hisce verbis exorifiuimus: *Christus natus est nobis, venite adoremus;* hæc autem declaratio, qua Christum pro nobis natum esse contestamur, cum annuntiatione ab Angelicis exercitiis Pastoribus intimata perfectè consentit: *Natus est vobis hodie Salvator.* Scio equidem, quod Lyranus & alii legant nobis, quasi cœlestes illi spiritus dicere voluissent, Salvatore in ipsorum quoque beneficium & utilitatem natum fuisse. Unde Hugo Cardinalis ait: *Vel nobis, quia consortio hominum imitandus est numerus Angelorum;* Et Dionysius Carthusianus ait: Alii qui sic legunt: *Natus est nobis, ut Angelus faceretur Christum natum non solum ob hominum saluationem, sed ob Angelica quoque reparationem ruina;* Cajetanus tamen in Lucam legit: *Natus est vobis hodie Salvator, quia non erat natus Salvator Angelorum, sed hominum, Salvator siquidem Angelorum natus erat non hodie, sed ab aternitate;* Præterquam quod S. Bernardus dicat: *Parvulus natus est nobis, non sibi, non Angelis, qui cum magnum haberent, parvulum non requirebant;* Deus noster ne vel gressum unicum fecit, ut tot redimeret miliones Angelorum, Potestatum, Dominationum, Cherubinorum, Seraphinorum, qui in barathrum infernale irreparabiliter præcipites facti fuerunt: Solum propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est Guericus Abbas ait: *Puer natus est nobis non sibi, non Angelis, sibi inquam natus non est, ut scilicet hac Nativitate esse, aut melius esse inciperet: quia antequam temporaliter nasceretur, aternaliter erat, & perfecta beatitudo sibi erat: Angelis natus*

non est, quia nec Angelus ille, qui in veritate stabat, reparatione indigebat, nec illius qui ceciderat, casus irreparabilis erat.

2. *Christus natus est.* Quamobrem factum esse putas, quod inter tres Personas divinas filius DEI pro homine redimendo de cœlis descenderit: etenim juxta modum discurrendi humanum filius DEI vel maximam causam habebat sese ab hoc nos salvandi munere subducendi; siquidem ipse nostro intelligendi modo inter cæteras Divinas personas vel maximè offensus & contumelia affectus fuerat, cum enim Patri potentia, sapientia filius, Spiritui verò sancto bonitas attribuitur, prothoparens noster in primo insultu, quem peccando fecit, offendit filium, attributi ejus usurpationem præsumendo ob spem quam habebat, futurum scilicet esse ut serpentis suggestio tandem verificaretur dicentis: *Eritis sicut Diis scientes bonum & malum;* Verum enim verò tantum abest, ut hæc in eum commissa offensa ab ordianda redemptione nostra quicquam moraretur, ut etiam hæc offensa, ut Richardus à sancto Victore testatur, principale fuerit motivum carnem nostram assumendi, ut hominem redimeret, ut ubi abundavit delictum superabundaret & gratia. Considerari pariter mereatur persoaa, quæ in tempore nascitur; cum de ea scriptum sit: *Ante luciferum genitus, & ante sæcula.* Circa quæ verba S. Bernardus dicit: *Ante sæcula, ait propheta, & in sæculum tu es Deus, & ecce factus infans unius diei.* Nunquid non ipse idem ille Deus est, de quo S. Joannes ait: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum; Omnia per ipsum facta sunt: & tamen concludit: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, quia natus est nobis hodie.* Non quidem natus est nobis qualiquo nostrum, vel aliquâ rerum nostrarum

Serm. 4.
sup. Mis-
sus est.

Serm. 1. de
Nat.

Ps. 15 v. 1.

rum indignisset, cum verissimum semper maneat, quod David de ipso testatur: *Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Imò ideo ipse, qui ab æterno mundum create decreverat eundem non ab æterno, sed in tempore è nihilo produxit, ut homo sciret & videre perspicuè posset, se nec illius nec ullius alterius rei creaturæ opera indigere, cum idem ille Deus hodiè sit æquè sanctus, æquè bonus, æquè beatus, ac fuit ante omnem universi creationem: & ideo Apostolus in Atheniensem Areopago prædicans dicebat, *Nec indigens aliquo* Cui accedit quod utique à tot Cherubinorum & Seraphinorum, aliorumque spirituum Angelicorum millionibus longè dignius recepturus fuisset obsequium, quam ab hoc fragili luto & vilissimo terræ vermiculo, qualis est homo.

Ab. Ap. 6 17. 15.

3. Verum enimverò, id, quod beneficium hoc Nativitatis suæ inestimabile reddit, est quod nasci voluerit eo fine, ut nos, qui Dæmonis mancipia eramus per ignominiosam crucis mortem redimeret. Unde sanctus Ambrosius meritò exclamat: *O mira circa nos tua pietatis dignatio! ò inestimabilis dilectio caritatis, ut servum redimeres, filium tradidisti* Quidnam obsecro diceret, si Rex unigenitum filium suum, qui post eum est regnaturus, Algerium inter Turcas mitteret, ut ibidem in locum filii tui, qui miserabilem eodem in loco agit servitutem catenis & compedibus ultro citroque se subjiciat? hac enim similitudine necessario nobis utendum est, ut hoc adeo sublimè sacramentum rectè intelligamus, scilicet quod nativitas DEI illius in cuius fœmore scriptum est: *Rex regum, & Dominus dominantium*, ab æterno ejus Patre eo præcipuè sine ordinata sit, ut servus ipse factus hominem servum redimeret: *Qua sumus omnipotens Deus, ut nos unigeniti sui nos aper carnem Nativitas liberet, quos sub vocati jugo vestra servitus tenet.* Et in Antiphona quâdam dicitur: *Hodie nobis cœlorum Rex de Virgine nasci dignatus est, ut hominem perditum ad cœlestia regna revocaret.* Sanctus Bernardus in sermone quodam de hodierna festivitate, qui est tertius in ordine, hac utitur similitudine: Imaginare tibi aliquem qui in plateis subsistens jocatur, ridet, nugatur, &c, dum interea in Regis sui palatio mortis contra eum profertur & cauciatur sententia: *Audivit hoc unigenitus ejus, exiit*

posico diademate, sacco vestitus, aspersus cinere caput, nudos pedes, fletus & ejulans quod morte damnatus esset servulus ejus. Quem quidem casum sanctus proponit ad excitandum corda nostra ad aliquem extimæ gratitudinis affectum: *Intueor illum procedentem stupeo novitatem, causam percunctor, & audio, quid facturum sum? tandem verò concludit, quod ex effuso ejus sanguine, qui ad vulnera nostra curanda præstantissimum est balsamum, facillimè in lethaliū vulnerum nostrorum, eorundemque gravitatis notitiam deveniri possit: Mittitur filius DEI altissimi, & jubetur occidi, ut vulneribus meis pretioso sanguinis illius balsamo, medeatur.* Isaias Prophetæ, postquam Incarnationem Redemptoris prædixit, dicens: *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis*, immediatè postea ad ejusdem alludit Passionem dicens: *Factus est principatus super humerum ejus.* Advertendum namque est, quod hac carne nostra assumpta, verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, nam ut pati & cruciari pro nobis posset, hanc, cujus in præcedentibus discursibus mentionem fecimus, excogitavit ad inventionem; etenim beata Christi anima à primo Conceptionis ejus instanti æterna perfruita est beatitudine, & consequenter ab ea transmitti quoque debebant in corpus quatuor dotes gloriosæ, adeo ut corpus illud jure meritissimo, utpotè à beata quâdam anima animatum debuerit esse impassibile; Et tamen primum quod verbum incarnatum patravit miraculum in eo consistit, quod in portione animæ superiori ita retinuerit beatificam gloriam, ut tamen illa minimè transmitteretur ad corpus, ad hoc ut illud omnium passionum & tormentorum recipendorum capax præ nimio frigoris rigore tremere, ploraret, à reconditis sub fœno stipulis pungeretur, fœtorem sentiret, nec non famem pateretur & sitim, omniaque alia adversa & persecutiones in magnum nostrum commodum sustineret, siquidem hic proprius finis ejus fuit, ob quem in hunc mundum est natus.

Isai. 9. 6.

Isai 54. 3.

4 S. Maximus de hoc Nativitatis mysterio ita scribit: *In nativitate ejus nostra omnium habet vita natalem.* Quamobrem factum esse existimatis, quod mediæ noctis tempus in Nativitatis suæ horam sibi elegit? *Dum medium silentium tenerent omnia*

Hom. 1 de Nat.

Et nox in suo cursu medijs iter haberet? Didacus Stella respondet, dicens, *Adverte Christum media nocte fuisse natum, ea noctis hora, qua homines rerum omnium, & sui etiam oblitum, cum nulla exat illos sollicitudo, tunc singulare hoc beneficium pissimus Dominus hominibus praestat, unde merito in Cantico dicitur: Ego dormio, & cor meum vigilat. Etenim quando vel maximè salutis nostrae oblitum eramus, vel potius quando in profundo quodam vicio-ram nostrorum lethargo eramus sepulti, tunc se Salvator noster de nostra salute vel maximè ostendit esse sollicitum, ut nos ad divinae gratiae suae lucem caelestisque gloriae lumen exsuscitaret. Unde Guericus Abbas ait: Vere tu misericors puer natus es nobis, non tibi, luera nostra, non augmenta tua nascens de nobis quassisti, qui ad hoc solum nasci dignatus es, ut nos minoratione tui proveheres.*

Serm. 2. de
Nativ.

S. Sanctus Thomas quoque de Villa-Nova Salvatorem nostrum suum in natalibus cuncta qua fecit, in nostrum beneficium ordinasse, optimè consideravit, dicens: *Felices lachryma, quibus nostra abluuntur crimina; felices ploratus, quibus aeterna gaudia possidemus; felices panni, quibus nostra nuditas operitur; felix arctitudo praesepij, quae nobis calidam amplitudinem naturae. Omnes namque hujus divini infantis passiones sua homini solida gaudia pepererunt: ille parvulus, ille infansulus (inquit Ambrosius) ut tu vir possessis perfectus, ille involutus pannis, ut tu mortis laqueis sis absolutus; ille in praesepibus, ut tu in altariis. Ille in terris, ut tu in caelis: ille locum in diversorio non habebat, ut tu plures haberes in caelestibus mansiones. Didacus Stella dicit, quod quicquid Salvator noster patebatur, id totum eo directum erat, ut omnem à nobis passionem averteret: Totus noster est, jus lachryma nostra, labores nostri, nostra ejus ipsius mors, nostra redemptio.*

Lib. 2. in
Luc. 6. 2.

6. Deus quondam prothoparenti nostro per ironiam dixit: *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis id quod adimpletum non fuit, nisi in solo secundo Adamo, secundum Adam de caelo caelesti. Unde S. Bernardus ait: Ecce in hac die mutata vice factus est Deus ad imaginem & similitudinem nostram, ut totus noster fieret. S. Thomas de Villa-Nova ait: Nobis ergo puer natus est, nobis filius Dei: datus est, meus est obone Iesu, & unde quaeque meus est, mihi natus à matre, mihi donatus à Patre. Salmeron vinculum*

Serm. 5. de
Nativ.

Conc. 4. de
Nativ.

em. 2.

& unionem, qua hic Infans Divinitatè cū humanitate nostra strictissimè univit, ponderans: ait: *Verbum caro factum, ut humanam naturam cohaeresceret, non solum affinitatem cum ea contrahendo ea ratione, qua humana natura cum divina hypostasi verbi velut quodam matrimonij vinculo indissolubili copulata est, verum etiam consanguinitatem nobiscum inijt, admirabili modo natus ex virgine, ut omnibus conjunctionis modis cum Christo uniremur.*

Tr. 3. 4.

7. In Bethlehem quoque nasci voluit, quae interpretatur domus Panis ad significandum quod in panem transmutari decreverit, ad hoc ut in sacramento Eucharistico strictius nobis uniretur. Unde Guericus Abbas ait: *Qui enim semel datus est mundo in forma carnis, & certis diebus aut horis datur fidelibus in specie panis, scilicet in esse sacramenti sui sapius, & incertis horis datur devotis in gustu spiritus sui; primum ad redemptionem, secundum ad sanctificationem, tertium ad consolationem. Sanctus Bernardus quoque paucis verbis multa effatus est, dum ait: Totus siquidem natus est mihi, & totus in usus meos expensus. Hunc enim finem sibi Pater aeternus in mente proposuit, dum filium suum in hunc mundum misit, ut scilicet liberaliter nobis illum donaret, & totaliter nostrum efficeret. Unde ipsemet Deus filius die quadam Nicodemo dixit: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Ideoque de divino hoc filio verè dicere possumus, quod omnibus omnia factus sit. Factus enim est magister noster, ut nostram instrueret ignorantiam; medicus noster, ut nostras sanaret infirmitates; Pater noster, ut nos aleret; lux nostra ut nos illuminaret; pastor noster, ut nos dirigendo duceret, sponsus noster, ut suis divinis amplexibus animas nostras demulceret. Se nascens dedit socium, convalescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans dat in primum. Ex quo igitur Pater aeternus hunc nobis filium donavit, consequens est, ut nos omnibus caeli thesauris pariter locupletaret: Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit Guericus Abbas ait: *Inde probatur, quod natus est nobis, quia scilicet datus est nobis, nunquid potest enarrari, quae & quantae sunt datae nobis, cum iste filius datus esset nobis? nonne universas opes caeli, omnes thesauros Dei secum nobis advenxit?**

Serm. 2. de
Nativ.

10. 3. v. 6.

Rom 8. 32.
Serm. 2.
de Nativ.

8. Valdè quoque considerabilis est dictio illa,

illa nobis ob nimiam indignitatem nostram :
*Commendat autem charitatem suam Deus in
 nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus,
 Christus pro nobis mortuus est, gravioresque
 peccatores eramus, quando nascebatur, pro
 uti . . . Bernardus in sermone 1. de Adventu,
 dum hæc ejusdem sancti Pauli verba : Quando
 venit plenitudo temporis, misit Deus filium
 suum, glossa sua illustrat, optimè advertit,
 dum ait : Nimirum abundantia temporalium
 oblivionem fecerat terrenorum Sanctus autem
 Chrysostomus dicit, Ex terra & cinere factos,
 & innumeris peccatis obnoxios, & male de se
 meritos & ingratos dilexit, nobis natus, probè
 sciens nihil in ullo nostram esse, quod bene-
 ficio ad eò immenso corresponderet ; imò in-*

gratitudinem nostram sibi optimè perspe-
 ctam habens, & maximè eam, quam popu-
 lus specialiter ab ipso dilectus, totque ab eò
 beneficiis cumulatus turpiter erga ipsum ex-
 hibuit, & tamen expressè protestabatur, se
 specialiter illi populo nasci, à quo carnem
 suam assumpserat. At verò ut optimè Guerri-
 cus observat : *De iudæis quidem est natus, sed
 nobis est natus, quia illis ablati nobis est datus.*
 Quod si verò modum scire desideramus, quo
 ei quā antenàs gratā mente correspondea-
 mus, hunc nobis Didacus Stella haud obscu-
 rè insinuat, dum ait : *Considera Christum, qui
 omnibus nascitur, & se totum cunctorum utili-
 tati accommodat, ita & utilis esto omnibus pro-
 ximis tuis.*

Serm 2. de
 Nat.

De pannis quibus nascens in terra Dei Filius involvi voluit.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Et pannis eum involvit. Lucæ 2. v. 7.

Ecce tibi hodie Regem gloria,
 de quo regius Propheta
 scribit: *Amictus lumine, sicut
 vestimento, pauperculus pan-
 nis involutum, & in jumentorum
 vilii præsepio exposi-
 tum: Et pannis eum invol-
 vit.* Is qui amplas vastasque celo-
 rum sphaeras luminosa illa Zodiaci fascia
 cingit, is hodie in terris vilibus laneisque
 constringitur fasciis involutus ; Et quidem
 id quod maximam nobis admirationem seu
 stuporem meritò conciliat, est, quod eosdem
 pannos tanto in pretio habeat & æstimet,
 ut eosdem velut infallibile Majestatis &
 Divinitatis suæ signum elegerit, idèdque
 voluit, ut Angeli Pastores ad eum recens
 natum adorandum invitantes, iidem dicerent:
*Natus est vobis hodie Salvator, qui est
 Christus Dominus in civitate David. Et hoc
 vobis signum invenietis infantem pannis
 involutum.* Notandum solertius, inquit
 Beda, quod signum nati Salvatoris datur,
 infantem non Tyrio exceptum ostro, sed
 pannis squaleatibus involutum non ornatis
 auro stratorijs, sed in præsepibus inve-

niendum, hoc est, non tantum humilitatis eum
 & mortalitatis, sed & paupertatis habitum
 suscepisse pro nobis.

¶ Verum inquires, quā ratione pauper-
 culi & repetiati panni, qui infimæ cujusdam
 mendicitatis existunt indicium, signum pa-
 riter divinitatis suæ esse possunt ? Et hæc vobis
 signum, inquirunt cœlestes illi nuntii, in-
 venietis pannis involutum. Scio equidem
 quod in hujus nati Regis scemore scriptum
 sit : *Rex regum & Dominus dominantium ;*
 Scio etiam quòd luce Solem vestiat, prar-
 herbis, arbores frondibus, hortos floribus,
 magnates quoque cocco & purpura induat
 & exornet : at verò infantilia & præ frigoris
 algore rigida membra vix vilibus & pauper-
 culis pannis contegi patiatur, qualem hæc
 erit Majestatis & filiationis Dei alicujus
 indicium ? Nunquid aliquando quàm sint ter-
 reni Reges ex seipsis debiles & infirmi con-
 siderastis ? Hi etenim in tantum quidem
 potentes existunt, in quantum à subditis suis
 armata manu & opulentiis tribuit susten-
 rantur & eriguntur : at verò si eorundem
 subditorum obedientia & promptum obse-
 quiu m

quium deficere inciperet, potestas quoque ipsorum pariter defectura esset: in tantum terreni magnates magni sunt; mundoque terribiles & formidabiles existunt, in quantum emanantia ab iisdem præcepta & leges debitam in subditis partitionem inveniunt, simulque æraria sua argento & auro bene facta possident: at verò in hoc Rege gloria quæ hodie in mundo natus est, omnino contrarium accidit, siquidem is nuditate, infantia, paupertate & abiectione, ac contemptu omnes terrenos Reges in confusione redigere satagit; *Turbatus est Herodes, & omnia Hierosolyma eum illo. ipse in quoque totius mundi Imperator Cæsar Augustus commotus fuit; tres quoque coronati Reges ab ultimis terræ finibus ad præsepium ejus accelerant, universus infernus susque de quoque invertitur, denique ad deorsum mittendas Angelorum Hierarchias cælum ipsum se pandere non dubitavit: Omnia quaecunque voluit, Dominus fecit, in cælo & in terra, & in omnibus abyssis.*

Psal. 134. v. 6.

Serm. 5. de Nat.

In Luc.

Apoc. 21. 27.

3. *Pannis eum involvit.* Miseri hi panniculi, quibus Jesus hodie natus involutus fuit, preciosiores utique fuerunt purpuris auro argentoque phrygio opere in ornamentum & divitiarum nostrarum ostentationem exornatis. Guericus Abbas ait: *Tota pietate cogitemus Christum in pannis, quibus mater eum operuit, ut æterna felicitate videamus gloriam & decorem, quem ei Pater induit, gloriam quasi unigeniti à Patre; at verò quis est, qui nesciat, quod ad gloriam hanc obtinendam, omnino in candidis stolis adornemur, necessum sit nos amictos esse stolis albis, verè etenim ita est, hæc autem stolas his pannis unicuique sibi conquirere licet. Unde Beda ait: *Quis totum mundum vario vestit ornatu, pannis vilibus involvitur, ut nos stolas primam recipere valeamus. quod idem Glossa interlinearis confirmat, dum ait: *Vilibus induitur pannis, ut stolam immortalitatis recipereamus. Porro æternæ veritatis propositio est: Non intrabit in eam aliquid conquinatum, id est, in gloriam; & tamen hi ad eum miseri, viles, & pauperculi panni, quos beata Virgo non solum ad Divinum hunc partum involvendum, verum etiam ad abstergendum ab animabus nostris cunctas maculas præparavit, viam nobis pandunt ad gloriam.***

Unde S. Augustinus ait: *O gratissimi delectabileque vagitus, per quos stridores dentium, æternosque ploratus evasimus! O felices panni, quibus peccatorum nostrorum sordes extersimus?*

4. *Pannis eum involvit:* Hugo Cardinalis ait: *Pondus est in verbo pannus enim vilitatem & vetustate innotat Dionysius Carthusianus quoque panniculorum istorum paupertatem considerat, dicens: Dominus virtutum, Rex gloria. Deus majestatis immensa, assumpturus & redempturus naturam humanam in cunctis elegit, qua secundum mundum abiectiora sunt. Ipse namque eo præcipue sine in hunc mundum venerat, ut paupertatem & terrenorum bonorum contemptum insinuaret, superbiamque, fastum, & pompam omnem condemnaret. Unde Salmeron ait: *Clamant panni, nostrumque in vestitu splendorem condemnant.* Albertus Magnus quoque ait: *Pannus involutus paupertatem & asperitatem, propter hoc venit à regalibus sedibus, ubi nullius paupertatis indigentia fuit, ut paupertatem eligeret & pauperes. Ideoque in creata illa sapientia paupertatem inter omnes octo Beatitudines octavo loco reposuit, ac proinde nil mirum quòd sanctissima ejus mater Sedes sapientia pannis eum involvit.* Qua de re S. Bonaventura opportunè loquitur, dum ait: *Christum pauperis mater pauperem peperit, ut nos ad paupertatem invitaret, & sua inopia diceret, secundum illud: Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi; quoniam propter vos egenus factus est, cum dives esset, ut illius inopia vos divites essetis.* Hugo Cardinalis ad illud pannorum involutum ab Angelicis Pastoribus signi loco datum: (*Hoc vobis signum invenietis pannis involutum*) unde dignosci ab illis posset, reflectens, ita scribit: *Tanta Christi humiliatio augmentum est danda nobis ab eo salutis signum est salutis nobis acquirenda, id est, exemplum est nobis & indicium quæ via debeamus quarere salutem. Nam per superbiam salutem amisimus, idèd necesse est, ut si redire volumus, per oppositam viam redeamus, id est, per humilitatem.* Glossa interlinearis super iisdem verbis: *Hoc vobis signum.* Et ita ait: *Signum salutis fidelibus humilitas Salvatoris, quæ est opposita superbia, per quam mors intravit in mundum. Idem ille Deus, qui dixit: Ego sum via, per quam**

Tom 3. tr. 3.

In Lucam.

Serm. Nat.

Lib. cap.

quam

quam scilicet nobis eundem est ad cœlestem patriam, idem inquam nascitur juxta viam publicam pauperulis pannis involutus, ut nos doceret humilitatem & paupertatem regiam esse viam ad cœlum. Hugo Cardinalis super prædicto textu S. Lucia ita scribit: *Nota quod tria signa dat Angelus Pastoribus, per quæ possunt Dominum invenire, scilicet puritatem, paupertatem, humilitatem, puritas intelligitur per infantem: paupertas per pannorum involuptionem: humilitas per præsepis reclamationem; de his signis dicit Ecclesiasticus cap 36. Innova signa, & immuta mirabilia; Innovata fuerunt hæc signa nativitatis in passione. Notandum enim quod Salvator noster in Nativitate fuit mutus infans, in Passione vocem suam exaltavit: videns, quod sic clamans expirasset: In Nativitate pannis involutus fuit, in morte autem pannis suis fuit spoliatus: In Nativitate fuit reclinatus in quodam præsepio, in morte autem fuit suspensus in patibulo; Immutata fuerunt & mirabilia, quia ibi ortus est Sol in media nocte, hic occidit in meridie: Ibi Ioseph Deum pannis involutum reclina vit in præsepio, hic Ioseph alius Deum syndone involutum posuit in sepulchro; Ibi æternus nascitur, hic æternus moritur.*

5. Verùm enim verò nostrum denuò de pannis istis repetamus discursum. Pannis involutus est, inquit Guericus Abbas, ut habentes tantum, quibus regamur, his contenti simus; Et hoc correspondet illi prophetia, ubi dicitur: *Et Iesus erat indutus vestibus sordidis*. Quamvis omninò existimem Seraphicum Doctorem verbis prædictis nequaquam dicere voluisse pannos illos, quibus involutus fuit Iesus, sordidos fuisse, sed tantum quod panni illi pauperuli & viles modicique valoris fuerint, licet alias verisimile sit, quod fuerint mundi. In revelationibus S. Birgittæ scriptum reperio, quod quando dicta sancta præsepium Domini veneratura in Bethlehema se contulit, visio quædam eidem obtigerit; in qua sanctissima Mater Domini hunc in modum ei representata fuit; duos panniculos lineos, & duos laneos mundissimos & subtilissimos extraxit, quos secum portabat ad involvendum nasciturum infantem. Pro quorum verborum faciliiori intelligentia advertendum est, quod tamen Christus Dominus paupertatem impensè dilexerit,

eisque de causis pauperulis semper parumque valentibus vestimentis contactus fuerit, curam tamen semper habuerit, ut eadem munda essent & nitidæ; sic namque vestem quidem gestavit inconsutibilem, sed virgineis intemeratæ matris suæ manibus per omnia contextam; sic quoque in Evangelio dicitur, quod Ioseph corpus Domini involvit in syndone munda; Denique post Resurrectionem, amictus fuit lumine sicut vestimento, ut per hæc omnia puritatem nobis insinuaret, quacum nobis ad sacrosanctum & divinum corpus illius semper convenit accedere. P. Magister Joannes Avila inter cæteras, quas scripsit epistolas, unam de hoc festo scriptam ad Monialem quandam direxit, eidemque pulchrè ostendit, qualiter Divinus hic infans super omnia puritatem amaverit, urpotè qui de matre Virgine nasci voluit; demum verò subjungit, quod idem infans valde sibi complacere soleat, si à puris virgineisque manibus concipiatur, nascatur, involvatur & habeatur. Unde S. Maximus optimè nos exhortatur, ut diligamus præ omnibus castitatem, quia ut placere hanc sibi Christus ostenderet, pudicitiam uteri virginalis elegit. Similiter S. Thomas à Villa-Nova cœlestem hunc infantem in tugurio Bethlehemitico jacentem, considerans dicit: *Ad tantum spectaculum nemo pollutus accedat, prius mundetur conscientia, nam gravis sit injuria puero, si Dei Virginis purissimum silium quispiam pollutis manibus attingat; unde ut hujus nos puritatis admoneret Propheta, assumpti prophætæ eulogium sapienter pramissit; Quia omnis violenta pradatio est tumultu. & vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem & cibum ignis; Et statim quasi rationem assignans subjungit: Parvulus enim natus est nobis, &c. ac si diceret, mundam sibi ex hoc quisque carnem suam custodiat, quoniam verbum Dei factum est caro, alioquin æternum sibi paratum noverit incendium; vestimentum enim mixtum sanguine, caro est libidinis sordida; violenta pradatio anima est tentationis impulsu superata.*

6. Beatus Laurentius Justinianus pulcherrimum nobis modum tradit, quo infantem hunc, qui intra corda & animas nostras hospitari desiderat, excipere debeamus: *Nativitati autem illius humilitati deversorium spirituali-*

Matth. 27
v. 29.

Par. 2.

Hom. 3. de
Nat.

Conc. 4.

Serm. 3. de
Nativit.

Lib. 7.
cap. 21.

Serm. de
Nat.

*Spiritualiter parva tua vilis arboris fœno repletum. meditationum contexe præsepe, ubi requiescat
in quo diversarum virtutum & spiritualium Christus,*

Explicantur myſteria, ob quæ in Bethlehem naſci voluit, pariter-
que oſtenditur, quod ad hoc ut cœleſtem hunc Panem dignè
deguſtare valeamus, Paſtores à nobis imitandi ſint.

DISCURSUS OCTAVVS.

*Paſtores loquebantur ad invicem, tranſeamus
uſque Bethlehem.*

S Implices illi Paſtores, poſt
acceptum ab Angelis nati Sal-
vatoris nuntium ſeſe mutuo
certatim provocabant, ut na-
tum recens Meſſiam adoraturi
in Bethlehem ſeſe reciperent :
*Paſtores loquebantur ad invicem,
tranſeamus, &c.* Enimvero minime
dubito, quin vix ullus veſtrum ſit, qui Pa-
ſtoribus illis ingentem hanc fortunam na-
rum adorandi Meſſiam non invidet, aut
verò qui non optet in eorundem ſe fuiſſe
ſocietate, unaque cum illis ovium gregem
in agris & ſylvis cuſtodire, ut hac ratione
cum illis pariter coram divino hoc infante ſe
liceret proſternere, eumque adorare; & ta-
men ſi fidem conſulamus, certum eſt, quod
tameſi non abeamus in Palæſtinam, Beth-
lehem tamen invenire poſſimus, omniaque illa
obſequia præſtare poſſimus huic pani noſtro
vivo, qui de cœlo descendit. Nam ut S. Gre-
gorius in Homilia prima matutinali hodie
optimè dicit: *Bene etiam in Bethlehem naſci-
tur, Bethlehem quippe Domus Patris interpretatur,
iſe namque eſt, qui ait; Ego ſum panis
vivi, qui de cœlo descendi. Locus ergo in quo
Dominus naſcitur, Domus panis antea vocatus
eſt, quia futurum proſcèdè erat, ut ille ibi per
materiam carnis appareret, qui electorum men-
tes interna ſatietate reſciceret.* Gloſſa quoque
interlinearis hanc nominis Bethlehem ethy-
mologiam, qua ut diximus, idem quod *Do-
mus Panis* ſignificat, conſiderans ait: *Quia*

ibi natus eſt, qui ſuos reſcicit aeterno pane. In il-
lum namque locum de cœlo descendere de-
bebat panis ille vivus, qui deinceps in pro-
greſſu ſæculorum electas animas vivificatu-
rus erat ad vitam immortalè & æternam. His
conſonat ſanctus Bonaventura dum ait: *In hoc autem
secundum mysticum intellectum, quod natus eſt in
Bethlehem, intelligitur, quod eſt panis vivus, nam
Bethlehem Domus Panis interpretatur, id eſt, ut
Albertus Magnus ait: Domus panis reſcientis,
confirmantis, nobiſcum permanentis, vivificantis,
delicias præbentis, omne delectamentum gratia
habentis.*

2. Verùm dicat aliquis, quamobrem pa-
nis hic in Bethlehem descendere volens, in-
superper altiſſimam ſapientiam ſuam intra
quoddam ſtolidorum jumentorum præſepium
collocari voluit? S. Bernardus ad hoc ita re-
ſpondet: *Iſe eſt panis vivus, de quo vivere de-
buit homo, ſed quia jumentum factus eſt & pa-
nis factus eſt fœnum, ut vel ſic vivat de eo; Et
hujus quidem mutationis Sacramentum die
Nativitatis celebratum eſt, quando verbum
caro factum eſt, cum ſit omnis caro fœnum.* S.
Bonaventura aliam nobis adfert rationem,
ob quam inter paleam & fœnum reponi vo-
luerit; Dicit enim: *In hoc, quod in præſepio po-
ſitus, denotatur, quod eſt cibus ſimplicium &
humilium ratione carnis aſſumpta.* Gloſſa
interlinearis ait: *Et ſancta animalia carnis ſua
frumento reſciant, qui panis eſt Angelorum.*
Quia enim homo propter culpam beſtiis al-
ſimilatus fuit: *Homo cum in honore eſſet, non
intel.*

Hom. 2. in
Evang.

Serm. 3. de
Circumc.

intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis ideo ecce Deus noster in præsepium quoddam descendere voluit, ut nos de se jam pane facto aleret & nutrirer, vel etiam cum S. Maximo dicere possumus: *Quod vero in præsepi, ubi pastus est animalium, sua collocari membra permittit, in acernam refectioem descendit à mortalibus suum corpus ostendit* Sanctus Augustinus discursum suum ad Dei matrem in tugurio Bethlehemitico parvulum suum lactantem convertens dicit: *Lacta mater cibum nostrum, lacta panem de caelo venientem, & in præsepi positum, velut prorum cibaria jumentorum* Idem quoque Bethlehemiticum honorat stabulum, ea refectioem motus, quod intra se non solum nostrum, verum etiam Angelorum panem contineat: *O præsepe splendendum, in quo non solum jacuit famem animalium, sed &ventus est Angelorum; siquidem in Paradiso visione tua spiritus reficit Angelicos: In quem desiderant Angeli prospicere.* Imò panis jam Eucharisticus effectus in ordine ad gloriam pariter animas nutrit fidelium; Merito igitur descendit in Bethlehem, quæ est domus panis, quia *se nascens dedit socium, convalescens in adultum.*

3. Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Porro suum in nobis incolarum & habitationem habet, dum animabus nostris in comunione unitur, Unde S. Bonaventura ait: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, caro enim carni amicus est, passibilis, sensibilis, estivus, filius ergo Dei, qui est verbum, caro factus est, ut esset amicus pro desiderio, passibilis pro triumpho, estivus pro Sacramento, sensibilis pro exemplo, ut sic in carne Christi esset dilectionis fomentum* Et quidem quis est, qui erga divinam hunc infantulum ardenti non accendatur amore, dum enim super sceno & palea ex frigoris rigore tremulum jace re videt, ut nos igne accenderemur Seraphico, nostraque carne vestitum, ut se nobis daret in cibum, nosque tameris vilissimos terræ vermes aleret, ut vitam acquireremus beatam? Probe satis agnoscebat homines factos esse carnales, nec alteri rei, quam ut corporis commoditari servirent, esse deditos, quid igitur fecit? S. Bonaventura ait: *Videns Deus homines omnino carnales effectos, tantam eis dulcedinem in carne sua exhibuit, ut durissimi cordis sit, quisquis eum ex toto affectu non*

Manus S. Chrysostomi, Tom. IV.

diligit. Idem quoque Seraphicus Doctor, ut nos erga verbum hoc incarnatum per veram devotionem accendat, hunc in modum discurret: *Diligitur quandoque caro multum aliena, magis autem diligitur propinqua, maxime autem proxima: Diligenda est caro Christi, tanquam propinqua nobis in primo gradu; frater enim noster est, frater noster, & caro nostra est; ipse enim est verus Ioseph.* Pergit ulterius ostendere, quantum erga hanc carnem hocque sacrosanctum & divinum corpus debeamus esse devoti: *Diligenda est caro Christi quasi propria, nemo enim unquam carnem suam odio habuit; Etenim corpus Christi Eucharisticum in qualitate nutrimenti unum sit idemque nobiscum; n. me manet, & ego in eo; id quod etiam per ly Communio satis insinuat*

4. Verum enim verò ad hoc ut efficaciter excitemur & commoveamur, ne ad hunc panem prorsus indigni accedere presumamus, audite, quid S. Bernardus ad præsens propositum scribat: *Sanctificamini hodie, nec enim videbit majestatem, qui contempserit in* *Hom. 9. de*
terim sanctitatem, nec orietur ei Sol gloria, cui Sol *Vigilia*
justitia ortus non fuerit, nec illucescet ei dies *Nat.*
crastina, cui non luxerit hodierna; quibus verbis mellifluus Doctor de die natalem Domini antecedente, id est, de vigilia loquitur, dicitque optimam circa illum diem præparationem futuram esse, si nostras mundaverimus & purificaverimus conscientias, easque sanctitate imbuerimus. Aliam verò nos præparandi methodum idem nobis Bonaventura tradit, videlicet Pastorum perfectam imitationem; Tria consideranda sunt, primo quòd supra gregem vigilarunt; secundo quòd in via festinaverunt; tertio quòd in reditu Dei glorificaverunt; Hac inventio significat illam in altari, sicut enim in præsepio invenitur pabulum jumentorum, sic Christus in altari pabulum nostrum. Quibus verbis sanctus Doctor ostendit, quàm convenienter illum Pastores in Bethlehem quòd Domus panis interpretatur, inventus fuerit; Tria autem requiruntur ab illis, qui sic illum inveniunt, digna præparatio in accedendo, fervens devotio in percipiendo, gratiarum actio in recedendo Prima denotatur in sollicita pastorum super gregem suum vigilantia; Per gregem enim sensus & desideria, & motus & cogitationes nostra significari possunt. Vigilans namque sensuum potentiam

Ss rumque

Hom. 5. de Nat.

Serm. 1. de Nat.

Ser. 3.

Serm. 8. de Nat.

Serm. 9. de Nativit.

Hom. 9. de Vigilia Nat.

Serm. 6.

rumque nostrarum custodia aptissima est hominis preparatio, ut ad sacrum hoc præsepium dignè accedat, pretiosissimoque cibetur Angelorum pane: Fervens autem devotio denotatur in sollicitudine, quæcum ad Bethlehemiticum se tugurium receperunt: *Venerunt festinantes*. Adducitque S. Bonaventura in signum quandam S. Bernardi sententiam dicentis: *Qui amat ardentius, currit velocius*. Porro fervor ille quocum simplices illi Pastores ad Christum accurrerunt, valdè est admirabilis; Et idè Glossa verbum illud, *Festinantes*, hunc in modum considerat; *Non cum desidia Christi querenda est presentia, idè Pastores sine mora interveniunt, quia non ficta fide currunt videre, quæ audierunt*. Beda verò, quem Glossa adducit, ita subjungit: *Idè fortè nonnulli quærentes in venire non merentur quia desidiosè Christum requirunt*. Demum verò in quoniam sollicitudo ista consistat exponit, nimirum non in gressibus, sed in affectibus movendis, in virtutum Christianarum exercitio, majorique perfectionis incremento: *Ad quem festinanter ire est non pedum gressus accelerare, sed in fide semper ac virtute proficere*.

5. Enimverò quotidiana nos docet experientia, quod pauperes ad sacram Communionem ferventiùs & sæpiùs accedant, quam nobiles & divites; Et idè Didacus Stella ad propositum de hisce Pastoribus aptè considerat, prædictos Pastores nullo fuisse impedimento præpeditos, quò minus in Bethlehem properarent, neque enim in mollibus lectis quiescebant, neque opus ipsis erat rhedis aut lecticis, neque illis numerosum aliquod famulitium in ordinem redigendum erat, quinimò nullas formidabant sive temporum injurias, sive noctium tenebras, sive frigoris asperrimi rigores, sive denique itineris fastidia aut labores, utpotè qui hisce molestiis assueti erant, econ-

trà verò nobiles, divites, atque magnates Hierosolymis intra commodissima habitationum suarum domicilia relictæ fuere; siquidem de divino hoc Pane scribitur; *Esurientes replet bonis, fastidiosos divites dimittit inanes*. Et quidem tametsi tribus Regibus Orientalibus stella quædam ex Oriente illos Bethlehem versus feliciter deducens apparuerit, difficilem tamen valdèque laboriosam habuere viam, & non nisi post tredecim dies noctu diuque continuò peregrinando in Bethlehem usque pertingere potuerunt; unde etiam vel ex hoc ipso facile deducere possumus, quanta majori cum difficultate & labore ad hunc cœlestem panem divites & magnates præ pauperibus, hominibusque privatis accedere soleant. Tandem tertia conditio est, ut eum, quem de præsepio altaris suscepimus Deum, grata mente collaudemus & glorificemus: *Reversi sunt laudantes & glorificantes Deum, ubi ostenditur quod nullus sine gratiarum actione debet recedere de præsepio altaris*. Et quidem si Angeli, pro quibus Divinus hic infantulus natus non erat (qui proinde cum emphasi speciali dixerunt: *Natus est vobis hodie salvator*) de cœlo nihilominus descendentes, gloriosum illum & Angelicum hymnum: *Gloria in altissimis Deo* intonarunt, quanto magis nostra in nobis laxanda lingua, cordaque accendenda erunt, ut debitum Divino huic infantulo perolvere valeamus laudum gratiarumque tributum, maximè cum ipse non solum ad nos venerit, ut Redemptor & Salvator noster esset, verum etià ut nobis per unionem quandam ad eò intimam atque perfectam conjungi posset, qualis est inter cibatum & sacræ Communionis cibum & panem sanctissimum? *Simus igitur cum puero pueri, concludit S. Bonaventura, id est, puri à peccatis, quam puritatem per comestionem purissimæ carnis consequimur*.



De quibusdam motivis, ob quæ Christus natus, ante quosvis alios se Pastoribus manifestare voluerit.

DISCURSUS NONVS.

Et Pastores erant in regione eadem vigilantes; Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos. Lucæ 2. v. 9.

Pastores in illis Bethlehemi confinibus, in tali quodam loco gregem suum pascabant, in quo turris illa fuisse creditur, cujus Genesi cap. 35 fit mentio, quando Jacob post adhibitam Racheli conjugii suæ sepulturam, *Cap. 48.* *Fixit tabernaculum trans turrem gregis.* Est quoque situs loci illius valdè celebris ob Michææ Prophetæ vaticinium, quo ante tot retro sæcula Messie adventum fortunatissimo illi loco prædixit, dum ait: *Et tu turris gregis nebuloſa filia Syon usque ad te veniet. & veniet potestas prima regnum filia Ierusalem;* Id quod adimpletum fuit, quando Pastores hi vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum, ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno, & dixit illis Angelus: *Nolite timere; Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salyator*

2. Hic autem perspicuè videtur quam differens sit modus procedendi DEI ab eo quem mundus observare consuevit. Hic enim negotia ardua, maximumque in se pondus & momentum continentia (quale erat illud, in quo agitur de Nativitate DEI illius, in cujus scemore scriptum cernitur: *Rex regum & Dominus dominantium,* in cujus manibus Regum & Potentatum corda posita esse noscuntur) Regibus & Principibus omnium primo communicare solet, à quibus deinceps eorundem notitia ad inferiores transmittitur, adeo ut hi ultimi sint, ad quos ejuscemodi ne-

gotiorum eventus perferuntur, gens enim plebæ, quales sunt homines rustici, & pagani, siue Pastores in agris vel solitudinibus continuè oberrantes postremo loco similibus rerum notitia imbui solent; & tamen increata illa sapientia militiæ cælestis exercitiis præcepit, ut primo loco, & ante omnes alios homines rudes, idiotas, & simplices gregem armentorum suorum pascentes de suo in hunc mundum aditu & Nativitate certiores efficerent: *Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos.* Nonnulla mysteria, ob quæ id Deus fecit, paulisper examinemus.

3. Sanctus Bonaventura dicit: *Nota quod Pastores erant pauperes simplices, & contemptibiles, ideo ne timerent accedere, datum est eis in Christo infantia signum paupertatis & humilitatis at verò fortasse inquires, quamobrem illis hoc humilitatis & paupertatis signum datum fuerit? In hoc significatur, quatuor & à quibus invenitur Christus.* Moxque sanctus idem Doctor nos monet, ut ad nostram vocationem oculum nostrum dirigamus, ait enim: *Quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus.* Nimirum ab ipsis Ecclesiæ cum ipso nascentis primis principis indicare voluit, quod ad fidem suam plantandam, ad prosternendam idololatram, novamque legem Evangelicam promulgandam debilibus semper instrumentis uti voluerit: *Infirmi mundi elegit Deus;* siquidem præter simplices hosce & idiotas rudesque pastores, altissima quoque & ineffabilia fidei nostræ Sacramenta, vili-

Tom 3.
tract. 13.
1. Cor. 16

bus & abjectis deinceps piscatoribus revelavit. Unde Salmerou ait : *Voluit indicare, qui potissimum assumendi essent, ad percipiendam Messiamysteria, & alia propalanda, .Cor 1. Quæstula sunt mundi, elegit DEVS, ut fundat sapientes Idipsum quoque diuapitè Venerabilis Beda his verbis docuit, dicens : Non sapientes sed simpli. es, qui fuscare audita nescirent Dominus sui præcones elegit, non Rhetores, sed piscatores ad euangelizandum destinavit Sanctus Cyprianus verò dicit : Electa ad eum humanum personarum simplicitas, ut p. neretur regula, & indissolubilis daretur forma, quæd non nisi pauperibus spiritu Christi pateret humilitas ; Et postquam indubitatum hoc veritatis punctum confirmasset, nimirum : *Fundamentum sancti rati semper fuit humilitas*, mox subiungit : *Hanc primam gratiam ingredie is n. andum noster parvulus attulit ; atque idèd nemini mirum videri debet, quod ad ipsum agnoscendum & adorandum primi inter omnes electi fuerint viri humiles & pauperes : Confiteor tibi Pater Domine cæli & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus. & revelasti ea parvulis Idem quoque sanctus Cyprianus dicit : *Creati Pastorum cuneus, & exaltat, a sapientibus & prudentibus non querit testimonium, qui parvulus se revelat, in hujus doctrina initio statim fastus & ambitio con demnatur.***

Matt. 11.
15.

4. Nescio an hætenus aliquando observaveritis, non facer rexus de hisce Pastoribus dicat, quòd *timuerunt timore magno idque subito, postquam coram se viderunt comparentem cælestem illum Paranympum, luminosis beatorum spirituum exercitiibus gloriosè circumdatum : Turbatus quoque Herodes fuit, & cum ipso vasta Hierosolymorum civitas, sed ex valdè differenti motivo ; etenim Rex trepidare cepit, eò quòd à Magis novum quendam Judæorum Regem natum fuisse intellexisset, unde ab hoc se à throno suo exturbandum non immeritè formidabat : at verò Pastorum timor ab excessiva Paradisi luce procedebat, quæ ipsorum oculos perstringebat : Claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno ; ac proinde motiva timoris in ipsis alia non fuère, præterquam Angelicæ speciei apparitio, nec non monitum,*

quo ad natum illum Deum, quem adorans Dominaciones, tremunt potestates, venerandum invitabantur, at verò quando cælestis ille nuntius ad eos dixit : *Nolite timere : Invenietis infantem positum in præsepio, subito serenati fuère eorum animi, seque invicem sine mora animantes inter se mutuo dixerunt : Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quòd factum est. Aptissimè hoc loco ad propositum nostrum S. Ambrosius ait : *Nec mirum si Christi gratiam ante scire meruerit innocentia quam potestas, & prius cognoscere veritatem simplex rusticatio, quam superba Dominatio ; quod enim cognoverunt Pastores, Principes cognoscere nequiverunt Etenim superbi, divites, alique homines vitæ commoditatibus, delitiis & voluptatibus dediti ad Christum in cordibus animabusque suis recipiendum, adèd dispositi & faciles nequaquam existunt, prouti sunt pauperes, quia ut plurimum inimici sunt humilitatis & paupertatis, ad quam in discipulis suis insinuandam, Christus in terram venerat, Unde egregiè S. Bernardus ita scribit : *Non consolatur Christi infancia garrulos, non consolantur Christi lachryma cachinnan. es, non consolantur panni ejus ambulantes in stolis, non consolantur præsepe & stabulum, amantes primus cathedrus in synagogis sed æquanimitèr ferunt universam hanc consolationem expectantibus in silentio Dominum lugentibus pannosis pauperibus ; tales autem propriè hi pastores erant, utpotè viliter & abjectè induti, & laboribus assuefacti. S. Thomas de Villa-Nova in sancta hac Bethlehemica spelunca, Angelicas considerat hierarchias, totque Principatus, Dominaciones, potestates, Cherubim quoque ac Seraphim Christum natum adorantes, adorent eum omnes Angeli ejus, eisdemque Pastoribus & bubulcis permixtos, nec tamen locios hosce Pastores vel contentmentes vel dedignant. O mirandum factus omnibus spectaculum, videre Angelorum cuneos rusticis hominibus & jumentis permixtos solo prostratos, reclinatam in præsepio adorare majestatem ! cujus rationem esse dicit, quia tantoperè erant humiles : Nulla in eis ambitio dignitatis, ubi tanta inspicitur humiliatio majestatis.***

5. Et Pastores &c. Glossa aliud quoddam considerat motivum, cur divina & incarnata sapientia

Serm. 6. de
Nat.

Serm. 5. de
Nat.

Conc. 3. de
Nat.

Gloss.

sapientia sese inprimis & ante omnes alios pastoribus cognoscendum exhibuerit, dicit enim: *Præ cæteris Pastoribus beneficium hoc obtigit, quia præ cæteris simplicibus dolique expertes erant* Didacus Stella ad vitam quam Pastores hi traducebant, sese reflectit, hæc enim communiter rigorosa est & austera: *Pastorum vita paupera, dura & pœnitens est, his enim Deus manifestum se facit, & hos vult sua Nativitatis futuros prædicatores* quasi diceret, hi, qui inter pœnitentiæ rigores vitam agunt, ad annuntiandum mundo Evangelium, filiique DEI in carnem adventum præ aliis aptissimi maximeque idonei existunt. Notandum quoque est, quod virgo mater parvulum filium recens natum rudibus involverit pannis, qua de re Albertus magnus ita scribit: etiam ut docuit Richardus de S. Victore *mater Virgo verbum Patris pannis involvit, significans verbum Dei magis simplicibus sonis indui in prædicatione quam phaleris Rhetoricis*. Idem quoque Stella aliud quoddam motivum ingeniosè tangit, dum ait: *Pastoris est pascetes agniculos inter dumeta & saxa quarere, ite ergo* (sic præfatus author Deum Angelos alloquentem introducit) *& dicite Pastoribus, ut agniculum Bethlemisico in portu natum veniant quarere.*

Hom. sup.
2. Evang.

6 Notandum insuper verba illa, quæ Evangelista subjungit: nimirum erant vigilantes, mysteris plena esse S. Ambrosius in Homilia supra secundum Evangelium dicit: *Christus nascitur, Pastores vigilare caperunt, indeque deducit, necessariam quoque esse Prælatorum Ecclesiasticorum vigilantiam, grex populus, Pastores sunt sacerdotes*. Hugo adducto quodam Bedæ testimonio ita ait: *Vigilantibus Pastoribus apparet Angelus, & eos claritas circumfulget, quia illi præ cæteris sublimia videre merentur, qui fidelibus sollicitè præfunt super quos divina gratia largius coruscet*. Primum ad Timoth. 5. *Qui bene præfunt presbyteri duplici honore digni habeantur* Moxque rationem reddit, cur pastores illi medias inter nocturnas tenebras vigilarint, hæcque inde elicit salutarem doctrinam: *merito autem illa hora vigilare dicuntur pastores, quia natus erat summus Pastor, qui de suis ovis usque ad ultimum exiget rationem, cum venerit greges suos visitare, dicens cuilibet Pastori, & diciturus in die iudicij ubi est grex, qui datus est tibi, pecus*

Timot. 5.

inchoatum tuum? Didacus Stella severè reprehendit omnes illos, qui per ambitionis instinctum ab omni cura & sollicitudine ovis sui impendenda procul absistunt, dum ait: *His vero temporibus Prælati, qui deberent gregem suum potius custodire, in regalibus curis majorem vitam partem consumunt, & commissas oves arbitrio mercenarij regendas tradunt.*

7. Advertendum quoque est favores hæc cœlestes Angelorum nimirum apparitiones & visiones non contingere illis, qui somnum suum continuo dormiunt, aut qui in deliciis & voluptatibus perpetuo vivunt, sed vigilantibus duntaxat, cujusmodi sunt tot sancti Religiosi, qui aliis profundè dormientibus in choris suis psallendo Deum laudant, devotoque contemplationi dediti existunt. Unde S. Bernardus ait: *Va vobis dicitis, qui habetis consolationem vestram, ut jam non mereamini habere cœlestem, quam multi etiam nobiles secundum carnem, quam multi potentes, quam multi sapientes hujus sæculi hora illa in stratis mollibus quiescebant, & nemo eorum dignus habitus est, novam videre lucem, scire magnum illud gaudium, Angelos audire cantantes, Gloria in excelsis Deo? tandem S. Doctor ad consolationem illorum, qui continuo laborant, vigiliant, sudant, atque ab omni otio & deliciis procul absunt, ita concludit: *Agnoscant igitur homines, quia qui in laboribus hominum non sunt, visitari ab Angelis non merentur, agnoscant, quam placeat supernis civibus labor.**

Ser. 3. de
Nat.

8 Cajetanus dictionem illam *vobis* acute observat; Angelus etenim ait, *Evangelizo vobis, non Pontificibus, non sacerdotibus, non scribis, non Phariseis, non optimatibus, ut hinc percipiamus, quam chari sint Deo etiam vilissimi homines, utpote ad quos dirigit Angelos, quibus primum manifestat mysterium nati filij*. Sic quoque ad Apostolatum piscatores elegit, quibus proprium est nocturno tempore vigilare, laborare, omnigenisque aëris injuriis expòsitum esse, præterquam quod homines sint nativitate & professione viles & abjecti, ut hinc Deum nequaquam personarum acceptatorem esse intelligatur. Unde S. Thomas de Villa Nova ait: *Sed etsi quisquam peccatis gravatur, non dissidat, sed humilis & supplex accedat, peccatis enim mundandis hic puer nascitur; non eum adstantium multitudo Angelorum deterreat, quoniam & ibi invenitur societas*

Conc. 4 de
Nat.

cietas jumentorum; tandem S. Doctor differen-
tes quosdam hominum status distinguit, osten-
ditque qualiter omnibus indifferenter ad di-
vinum hunc infantem apertus pateat aditus :
*Qui ergo sanctus est, inquit, accedat cum Ange-
lu, qui purus, accedat cum Virginibus, qui di-*

*ves, accedat cum Regibus, qui pauper, cum pa-
storibus, qui autem peccator est, habet jumen-
ta, cum quibus associetur, quia non despicier
peccatorem humilatum, qui sordidum non
despexit stabulum, inter jumenta nascitur, ut
omnibus praebeat fiduciam accedendi.*

Nonnulla adducuntur mysteria, cur in specie tenelli infantuli in
hunc mundum venire voluerit.

DISCURSUS DECIMVS.

Hoc vobis signum, inuenietis infantem. Lucæ 2,

I.

Propheta Regius felicissi-
mum diem hodiernum in
spiritu prævidens, universum
humanum genus ad texenda
nova latitæ & gaudiorum
cantica his verbis invitat:
Cantate Domino canticum

Ps. 95i

*novum, cantate Domino omnis terra. Cantate
Domino & benedicite nomini ejus, annuntiate
de die in diem salutem ejus. Annuntiate inter
gentes gloriam ejus; in omnibus populis mirabi-
lia ejus. Et quidem hucusque facillima est
hujus prophetiæ pro Natali Christi intelli-
gentia; at verò meo judicio tota difficultas
in verbis sequentibus consistit; subjungit
enim, quoniam magnus Dominus terribilis
super omnes Deos. Enimverò quod universæ
creaturæ invitentur, ut Nativitati creatoris
sui certatim & festivè applaudent, quid mi-
rum? siquidem canit sancta Mater Ecclesia,
hunc cælum, hunc terra, hunc mare, hunc om-
ne quod in eis est, auctorem adventus tui lau-
dans, exultat canticis; At vero quod ex eo mo-
tivo nos applaudere jubeat, quoniam magnus
Dominus, id me non intelligere ingenuè profi-
teor, siquidem Evangelium contrarium as-
ferit, dum ait, inveniatis infantem; similiter
quomodo terribilis dici potest, qui apparuit
in terra, veluti tener infantulus, super palea
jaceas, vagiens, & tremulus. An non mani-
festè contradixit illa Isaiæ prophetia expecte-
dantis, quem nos parvulum, Propheta nuncu-
par virum, insinuans ei nunquam defuisse vir-
tutem, sed semper virilis ætatis adfuisse fortitu-
dinem; quem infantilis infirmitas occultabat.
Dionysius quoque Carthusianus scribit, licet
mare aliorum parvulorum infans quasi non
fans, seu loqui non valens vocatus sit, tamen
prima nativitatis sua hora disertissime ac sa-
pientissime loqui valebat. In memoriam obe-
secro parvulum illum revocare lapillum, de
quo Daniel cap. 2. scribit: Qui lapsus de
monte immensam statuæ illius molem, quæ
postea in aurea illa statua, quam Rex in cæ-
dem adorati volens erexit, penitus prostravit
& contrivit; etenim parvus hic lapis, par-
vuli hujus infantis expressa figura fuit; Petra
autem erat Christus; siquidem tenerum illud
corpusculeum sine ullius viri opera in virgi-
nali utero assumpsit, atque hodie de monti-
bus æternis sub infantis specie descendens
Babyloniæ confregit & contrivit statuam,
falsa idolorum simulachra in totale redi-
gens exterminium, dum tres gentilium reges
ab ultimis terræ finibus ad se evocavit, ut
ipsum omnium gentium nomine veluti ve-
rum Deum agnoscerent. Cæsar Augustus sa-
crificium illo tempore offerens, Heratombes
dictum pythium Apollineum, quinam post
ipsum gubernaturus esset imperium interro-
gavit, qui dum responsum non subderet, ut
silentii*

dicens. Parvulus natus est nobis. S. Cypria-
nus ait: Quem nos parvulum, Propheta nuncu-
par virum, insinuans ei nunquam defuisse vir-
tutem, sed semper virilis ætatis adfuisse fortitu-
dinem; quem infantilis infirmitas occultabat.
Dionysius quoque Carthusianus scribit, licet
mare aliorum parvulorum infans quasi non
fans, seu loqui non valens vocatus sit, tamen
prima nativitatis sua hora disertissime ac sa-
pientissime loqui valebat. In memoriam obe-
secro parvulum illum revocare lapillum, de
quo Daniel cap. 2. scribit: Qui lapsus de
monte immensam statuæ illius molem, quæ
postea in aurea illa statua, quam Rex in cæ-
dem adorati volens erexit, penitus prostravit
& contrivit; etenim parvus hic lapis, par-
vuli hujus infantis expressa figura fuit; Petra
autem erat Christus; siquidem tenerum illud
corpusculeum sine ullius viri opera in virgi-
nali utero assumpsit, atque hodie de monti-
bus æternis sub infantis specie descendens
Babyloniæ confregit & contrivit statuam,
falsa idolorum simulachra in totale redi-
gens exterminium, dum tres gentilium reges
ab ultimis terræ finibus ad se evocavit, ut
ipsum omnium gentium nomine veluti ve-
rum Deum agnoscerent. Cæsar Augustus sa-
crificium illo tempore offerens, Heratombes
dictum pythium Apollineum, quinam post
ipsum gubernaturus esset imperium interro-
gavit, qui dum responsum non subderet, ut
silentii

De Nat.

Tom. 3.
Tr 330

silentii hujus causam exploraret, sacrificium prædictum repetit, obtinuitque ut pythius tribus sequentibus verticulis responderet:

*Me puer Hebraeus Divos Deus ipse gubernans
Cedere sede jubet, prestemq; redire sub orcum
Aris ergo de hinc tacitus abscedito nostris.*

Serm. 2. de
Nativ.

Sanctus Bonaventura hac de re ita scribit, *parvulus natus percussit & damnat superbiam, egens natus percussit avaritiam, de virgine natus percussit luxuriam*, in qua sententia notanda sunt verba illa *parvulus natus percussit superbiam*; siquidem ex quo Deus ille immetensitatis estatus, cujus magnitudinem & immensitatem amplissimæ cælorum sphaeræ capere non possunt, in membris infantilibus adeo constrictus & coarctatus, parvulus quidem factus est infantulus, quis adeo temerarius esse audebit, ut per superbiam efferatur, volens præminere & æqualibus superior esse; enimverò quantumvis adeo pusillus esset, magnus tamen apparere non prætermisit, ut bene sanctus Augustinus observat dicens, *Occultatur in membris infantis potentia majestatis*. Ingens Davidis gloria olim fuit, quod tamen deauratis Saulis armis indutus non esset, unica tamen funda & baculo mortuum Goliath ad terram prostravit; pari quoque modo si filius DEI in hanc terram descendens ad demoliendam idololatriæ & inferni tyrannidem armatos instruxisset fulgurum & fulminum cælestes exercitus, si velut Deus exercituum comparuisset prouti compareret, quando respicit terram, & facit eam tremere, quid mirum, si mundum victum detriumphasset? ingens verò miraculum fuit, quod tremulus super paleam jacens, tremere fecerit terræ hujus potentissimos reges: *Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo*; quod formidine percelluerit, ipsum quoque Augustum mundi monarcham, quod faucibus involutus & constrictus tri-faucem catenis strinxerit Cerberam. Enimverò fabula quidem est, quâ de Hercule narratur, duos ipsum in cunis strangulasse serpentes, indeque spem singulis fœtâ fuisse partandorum in annis maturioribus heroicorum facinorum; veruntamen nequaquam figmentum poëticum sed Evangelica veritas censenda est, qua infans hic adeo tenellulus serpenti infernali

Serm. 5.

mortem attulisse asseritur. Lyranus super illa verba *parvulus natus est* hanc adpiciit paraphrasin, id est: *Christus cujus virtute Diabolus est superatus*. Magnoperè apud veteres sculptor quidam celebratus est nomine *Mirmicides*, quem proinde cultu honoravere divino, idque quia ad eum ulque in arte sua pervenit magisterii apicem ut materis minutissimis res qualque magnas insculpere noverit. Sic enim navim quandam una cum omnibus distinctis ejus partibus in Lamella quâdam aded angusta ad stuporem usque cœlaturâ expressit, ut ea sub apis cujusdam alis contegere facillimum fuisset: at verò quænam est inter ejus in hoc opere artificium & Spiritus sancti in incarnatione & verbi æterni nativitate exhibitam proportionem? siquidem ipso mediante hæc in hujus nostri fragillissimæ naturæ creta aded consummata fuit, ut huic Deum illum incluseret, quem cœli capere non possunt, quique de seipso ait: *Cœlum & terram ego impleo*, imò vix palmari infantulo omnes includit paradisi thesauros sapientiam videlicet, bonitatem, omnipotentiam, æternitatem, immensitatem, immutabilitatem, omniaque alia divina attributa. Unde Guericus Abbas ait: *Infantulum quidem inveni, hunc in tu dicitur esse, qui cœlum & terram ego impleo? imò hujus majestati angusta est omnis cœli latitudo*.

2. *Invenietis infantem*. Antiquissimus Tertullianus ait: *Pusillus inventus est, ut homo maximus fieret*, S. Petrus Damianus ait: *Idcirco parvus in nostris fieri dignatus est, ut nos in suis magnos efficeret*. Beda quoque inquit: *Parvulus natus est nobis, ut nos viri possumus esse perfecti*, & quidem quidnam vobis de magnitudine & excellentia illa videtur; ad quam eo ipso tublimati sumus, dum in filios Dei adoptati & ipsius hæredes declarati fuimus? quod si filij & hæredes, hæredes quidem Dei coheredes autem Christi. Enimverò quod si Deipara Virgo alium præter hodie natum filium non habuit, cur oblecto S. Evangelista, cujus calamus à Spiritu sancto gubernabatur, dicit, *peperit filium suum primogenitum?* scitisne causam? infans hic aded tenellus, omnes nos veluti filios suos adoptivos in fœlicissima nativitate sua parere voluit, dummodo in hanc nativitatem consentiamus: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt*

Serm. 2. de
Nativ.

Lib. cōtra
Marcio,
c. 27.

Serm. de
Nativ.

dund

Serm. 18.

dunt in nomine ejus. S. Augustinus ait: Humilitas Christi sublimitas est corporis nostri, quia cum humiliatur Dominus exaltatus est homo & ita exaltatus est servus, ut in domino fieret ipse Dominus, merito igitur nos. S. Bernardus ad puerulum hunc magnificandum invitatus dicens: Magnificetur a nobis parvulus magnus Dominus, quos ut faceret magnos, factus est parvulus.

Hom. 5. sup. Miss.

3. Invenietis infantem. Tenellus hic infans in terram descendit, ut corda nostra cum majori vi attractiva sibi vendicaret. Unde Guericus Abbas ait: Prorsus dulcedo incomparabilis, & pietas ineffabilis, ut Deum, qui creavit me, videant puerum creatum propter me Deusque majestatis & gloriæ non solum similis mihi fiat corporis veritate, sed etiam miserabilis, & velut humana indigens opis appareat atatis infirmitate, dulciorem te mihi facit teneritudo membrorum. Populus ille Israëliticus vocem Dei exercituum olim audiens terrefactus est, ac proinde Moysi dixit Non loquatur nobis Dominus, loquere tu nobis; scit scilicet ne quamobrem id dixerit? nimirum Moyses instar balbutientis & elinguis pueri loquebatur, ac proinde credibile est, ipsum hoc modo loquentem majorem sibi apud illos conciliasse amorem & benevolentiam. Adam vocem Dei extimuit: Vocem tuam audivi & abscondi me. Porro sancti Bernardi pia meditatio est, quam hisce verbis exprimit. Ecce infans est & sine voce, nam vagientis vox magis miseranda est, quam timenda, aut si cui forte terribilis, sed non tibi; parvulus factus est; tenera membra virgo mater pannis alligat, & adhuc timore trepidus? S. Chrysologus illam Davidis invitationem, Introite in conspectu ejus in exultatione hisce verbis ponderat: Quis exultans ante terrorem majestatis supernæ? Archangeli tremunt, pavent Angeli, potestates metunt, in faciem cæli proruunt seniores, elementa fugiunt, solvuntur saxa, terra tremat, & homo terra inirepidus intrabit & adhuc consistit exultans? & tamen hoc non obstante, inquit idem Chrysologus, unumquemque nostrum ut ante conspectum Dei hujus cum jubilo & jucunditate ingrediatur excitare satagit, dicens: Scitote quia Dominus ipse est Deus, quia Dominus ipse Deus est, qui fuit in carne nostra puerulus, hinc est quod ille

Exod. 20. 19.

Serm. 1. de Nat.

Pf. 99. 2.

Serm. 6.

Dominus Deus est, qui fuit in curvabulis nostris capax, dulcis in gremio, mitis in habitu, in nostro contubernio blandus. Anima quædam admodum illuminata dicere solebat, quod in omnibus mysteriis vitæ Salvatoris, quæ contemplabatur, sanctum quendam timorem in se concipere consueverit; at vero quotiescunque Christum veluti tenerum infantem fasciis involutum contemplabatur, excitari senserit in corde suo miros amores teneritudinis & confidentiæ effectus. Unde Salmeron ait: Factus est puer, ut dulcius ad se nos atque suavius alliceret traheretque; habet enim infantia mirificam sibi animos hominum concitandi vim atque efficaciam. Unde beatus Laurentius Justinianus; magnum nobis ad ipsi appropinquandum suggerit animum dicens: Adiciamus cum fiducia non ad thronum gloriæ, sed ad diversorium humanitatis ejus, ut inveniamus gratiam in tempore opportuno. Estque hæc optima quædam dispositio ad impetrandam peccatorum nostrorum veniam, D. umque iratum placandum. Paulus de Palatio ait; Si tibi Christus mansuetus & parvulus invenendus est, cum Maria invenendus est. Ecce namque in ejus sinu positum infantulum. Didacus Stella: Parvulus facile placatur, si infantem contumelia affecteris, re levi & parvo aliquo damno injuriam remittet. Similem quendam considerationem in sancto Thoma de Villanova reperio dicente: Ad parvulum accedere quis formidet? parvulorum mores omnes agnoscitis, una lachryma placatur offensus, injuriarum non recordatur, neminem despicit, neminem abiicit, omni volenti se tradit. Eadem quoque ratione Guericus Abbas interrogat, quamobrem Christus, quando primitus mortalium oculis se hic in terris visibilem exhibuit, in specie teneri infantis comparare voluerit, & respondet, Puerum se maluit exhibere, magisque amabilis quam terribilis apparere, ut quia salvare veniebat & non judicare, præferret interim unde provocaret amorem, differret unde incutere posset timorem. Ne sit tibi scrupulo, quod graviter deliquisti, nescit puer lasus irasci, aut si irascitur, facile potest placari, Valde enim considerandum est, quod

Tract. 33.

Serm. de Nat.

In cap. 2. Matth.

Conc. 4. de Nat.

quod tamen si ipse sit is, qui offensus fuit, nos vero illi, qui injuriam irrogavimus, ipse tamen omnium sit primus, qui pacem nobis offerat, & in terra pax. de cælo namque non alio fine descendit, quam ut nos æterno suo patri reconciliaret

Serm. I. de
Nat.

4. Invenietis infantem Nimirum ut fastum nostrum deprimeret. Unde S. Bernardus ait: *Quid magis indignum, quid detestandum amplius, quid gravius puniendum, quam ut videns Deum cali parvulum factum, ultra apponat homo magnificare se super terram? intolerabilis impudentia est, ut ubi sese exinanivit majestas, vermiculus infletur & intumescat.* Unde

Serm. I. de
Nat.

Guerricus Abbas continere se nequit, quin exclamet dicens: *Prorsus vos filij Aaa, qui nimis grandes estis in oculis vestris, & in giganteam enormitatem per superbiam excrevistis, nisi conversi fueritis & efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in regnum cælorum.* Tandem ulterius prosequitur, dicens: *Christum cæli esse ostium: Ego sum ostium, per me, si quis inierit, salvabitur, hoc autem ostium parvum est & humile: Parvulus natus est, invenietis infantem; ac proinde cum ostium hoc humile existat, omnino nos humiliari necessum est, Secus enim conquassabit capita in terra multorum.* Apostoli ab ambitione primatus tentati

Matt. 18. Magistram suam interrogarunt. *Quis putas major est in regno Cælorum?* Ecquid autem in-

creata illa sapientia fecit? *Advocans parvulum statuit eum in medio eorum & dixit: Amen dico vobis, nisi efficiamini sicut parvuli, non introibitis in regnum cælorum: quicumque humiliter averit se sicut parvulus iste, hic est major in regno cælorum.* Quamobrem persuadeamus nobis velim, quod dum oculos nostros in hoc præsepium dehgimus, eadem nobis verba auribus nostris inclamentur, id est, quod moniamur, ut similes nos ipsi reddamus, non quidem in aetate vel quoad infantiam, sed quoad innocentiam, humilitatem, simplicitatem, paupertatem. Ecce enim parvulum dedit te gentibus, *contemptibilem inter homines & Hugo Cardinalis ait: Donum Dei est, esse contemptibilem in mundo; multi enim sic salvantur, qui honorati damnarentur.*

Jerem. 49.
15.

5. Invenietis infantem. Nimirum ut bonas infantis cujusdam imitemur qualitates. S. Hilarius super illa verba: *Nisi efficiamini sicut parvuli, ita inquit: Hi patrem sequuntur, matrem amant, proximo velle malum nesciunt, curam operum negligunt, non insolescunt, non oderunt non mentiuntur, dictis credunt & quod audiunt verum habent: revertendum est igitur ad simplicitatem puerorum, quia in eo collocati speciem humilitatis*

Dominica circumferemus,



Varia considerantur Nativitatis Christi prodigia.

DISCURSUS XI.

Mirati sunt. Lucae Cap. 2.

1. **V**erbum hoc, *mirati sunt*, terram pariter & cœlum in stuporem rapit & extasim; hæc etenim admiratio Mariæ & Joseph ad omnes homines, Angelos, universasque creaturas transfunditur, Propheta Evangelicus venturi Messiae natales prædicans, ita scribit: *Parvulus natus est nobis*, & *vocabitur nomen ejus admirabilis*; Propheta quoque regius hunc eundem diem Natalitium in spiritu prævidens, omnes creaturas, non solum ad læticiam & gaudium, sed etiam ad stuporis & admirationis actus invitat dicens: *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra. Annuntiate inter gentes gloriam ejus; in omnibus populis mirabilia ejus.* Et quidem sanctus Cyprianus in quodam sermone de hoc festo aperte dicit: *In ceteris mirabilibus aliqua mihi satisfaciunt rationes, hic verò solus me complectitur stupor.* Sanctus Thomas de Villa-Nova alterius cujusdam prophetici oraculi admirationem considerat, dicens: *Hunc partum admirans Propheta in mentis stuporem ait: exclamavit: Quis audivit unquam tale? & alibi de hoc divino partu ita scribit: O admirabilem infantem! ô prodigiosum puerum! ô unicum omnium miraculorum & prodigiorum potentissimum & maximum.*

2. *Mirati sunt.* Iusta quidem ratione admirati sunt (inquit Didacus Stella) nunquid non mirareris & tu si aliquem infantem tibi demonstrarem, & dicerem, puer iste, quem vides, antiquior matre est, & natus est hodie, nec habet principium? non sine admiratione

sancta quoque canit mater Ecclesia: *Ante luciferum genus, & ante sacula Dominus Salvator noster hodie mundo apparuit.* Vultisne prodigium aliquod majus illo, inquit S. Petrus Damianus, *Creatura creat, & creator creatur.* S. Leo hac de re ita scribit: *Ante tempora manens, esse coepit ex tempore.* Salmeron ait: *Aternitas venit in tempus*; S. Cyprianus quoque postquam longum contextuisset admirabilium altissimi in effectibus naturalibus operationum catalogum ita subjungit: *Miror Deum in utero virginis, miror quomodo verbo Dei caro adhaeserit, quomodo incorporeus Deus, corporis nostri tegumentum induerit.* S. Thomas de Villa-Nova, illum adducens textum sancti Joannis cap. 7. *Vnum opus fecit, & omnes admiramini*, ita subjungit: *Hominem ex limo facere insignis est potentia, sed multo potentius hominem facere ex Deo, quanto mirabilius quanto potentius est, quod limo profundi conjunctus est Deus? infixus sum in limo profundi, admirandum verè opus excelsum, in quo Dei omnipotentia clarissimè eluceat*; Sanctus Leo Papa illam vilitatis humanæ cum divina majestate unionem admiratur his verbis: *Impassibilis DEVS non dedignatus est homo esse passibilis & immortalis mortis legibus subjacere multo verò admirabilius esse dicit, quod ad susceptionem humilitatis nostræ sine diminutione sua majestatis se inclinans; de cœlesti sede descendens (inquit alibi) & à paterna gloria non recedens, novo ordine, nova Nativitate generarius sit.* In sermone quoque octavo super idem mysterium ita ait: *Majestas filij DEI aequalis patri, vestiens se humilitate servili, nec metuebat minui, nec indigebat augeri.* Et quidem id

Isai 9. 6.

Ps. 95. 3.

Conc. 1. de Nat.

Conc. 3.

Ser. de S. Steph.

In Luc.

Serm. 2. de Nativit.

Tom 3.

Tr. 35.

Conc. 3. de Nat.

Serm. 2. de Nat.

Ser. 2.

Ser. Nat.

Ser. Nat.

Ser. Nat.

Hon. Nat.

Lib. theol. 617

Hon. Nat.

Ser. 2. de Nat. id quod sanctus Leo scribit: nimirum nec tuebatur minus, tanto est admirabilis, quanto magis Guericus Abbas exclamat dicens: Tu exinanitus nos replesti; tu enim omnem tuam plenitudinem divinitatis in hominem transfudisti. S. Bonaventura eandem considerationem illud S. Augustini testimonium allegans: Christus quod attulit, erogavit, neque sibi ipsi minuitur, sed mirabiliter suorum fidelium paupertatem ditavit, & indigentibus thesaurus ipse plenus remansit, quia idem Guericus ait: Prorsus admirabile est commercium ut sumens carnem, largiatur Deitatem: ponderatione verò dignissima sunt verba, quæ sequuntur: Commercium inquam charitate non cupiditate contractum. (Charitas enim extenditur & liberalis existit, sed sine ulla sui ipsius diminutione, in d cum majori augmento) Indulgentia quidem sua gloriosum se ad indigentem meam omnino lucrosam

3. Mirati sunt. Eusebius Emisenus ait: Quid primum mirer? quidve postremum quod sine conceptu collata est fecunditas? aut quod per partum magis glorificata Virginitas; creator ex creatura nascitur! nec minus considerabiles sunt illa admirationis concipiendæ motiva, quæ S. Leo adducit hæc verbis: In uno Dei atque hominis filio, & sine matre Deitas, & sine patre est humanitas, simul enim per Spiritum sanctum fecundata, & Virginitas sine corruptionis vestigio edidit, & sui generis sobolem & sua stirpis auctorem De Maria quoque canit sancta Mater Ecclesia: Tu genuisti natura mirante tuum sanctum genitorem Sanctus Joannes Damascenus ait: Peperit supra nati vultu naturam; natus enim est ex muliere sine patre, & ex patre sine matre. Emisenus quoque ad hanc eandem beatam Dei genitricem conversus ita ait: Ecce uno partu tuo universorum nascitur vita, seculorum profers in lucem lucis parentem; ad eandem suum quoque discursum dirigit Asterius dicens: Felix cui prestitum est fovere eum, qui fovet & nutrit omnia, portare portantiem universa, lactare filium, qui lac spissis uberibus infudit: quia ut in officio divino dicitur: Lactabat ubere de celo pleno. Denique sanctus Petrus Damianus ait: illum in ulnis gestabat, à quo totius mundi machina continetur.

4. Mirati sunt. Author quidam inter opera Damiani relatus, de Maria, quæ mater

Admirabilis denominatur, ita scribit: Admiratione dignissimum est quod ille, qui sic pertinet ad nos venire, sic voluit subvenire, quodnam portentum majus est illo, quod verbum æternum obmutescat? quod DEUS infinitæ majestatis in die natali suo in foetidum quoddam ingrediatur stabulum, quod nudus & pauper contremiscat ille; in quo sunt omnes thesauri Sanctus Thomas de Villanova ait: Non erat in alieno hospicio locus illi, qui condidit locum Mirabiles quoque aliorum sacrorum Doctorum admirationis census velim auscultare, sanctus Hieronymus ait: Ille pugillo mundum includens præsepio continetur angustijs Beatus Petrus Damianus inquit: Quis dignè mirari valeat? quis non obstupescat? quod is qui cæli immensitate non capitur, in angusto præsepio inclinatur; quibus verbis consonat illa S. Augustini sententia dicentis: Qui terra, mari, cæloque non capitur, intra unius corpusculi membra suscipitur. Non est equidem admirandum, quod reges & terræ hujus monarchæ in die Natalitio ipsorum miris lætitiæ & gaudiorum demonstrationibus honorati conspiciantur; siquidem ad populorum sibi subjectorum gubernationem nascuntur; stupor autem est, & prodigium inauditum, quod hic DEI filius in tanta abjectione in præsepio inter duo animalia natus, pauperculusque pannis involutus, omnes nihilominus creaturas ad lætitiæ & exultationem provocet: tunc exaltabant omnia ligna sylvarum à facie Domini, quoniam venit Cantate Domino, &c. Porro quod hujus sæculi magnates & potentes in medio voluptatum & deliciarum nascuntur, id ipsum secum afferret status ipsorum conditio; at verò quod augustissimus cælorum Rex sibi suisque natalibus foetidum & sordidum quoddam eligat stabulum hoc verè prodigium est longe maximum. Didacus Stella ait: Non solum exaltatus à terra omnia traxit ad se, sed etiam reclinatus in humili præsepio, potentior voluit videri Christus in humilitate & paupertate, quam in majestate Atque hinc est, quod supra stabulum promicare fecerit stellam fulgentem, tres quoque in Oriente fecerit exoriri soles, balsami denique torrentes scaturiri voluerit, tres quoque ab ultimis terræ finibus ad se traxit Reges, integrosque Angelorum exercitus ab Empyreo cælo evocavit, adeo ut Didacus Stella dicat: Credo equidem inter ipsos choros

Conc. I. de Nat.

Epist. ad Eustoch. Serm. I. de Nat.

Ser. 5. de Nat.

caelestes nullum remansisse spiritum, qui non descenderit tantum miraculum visurus.

5 Admirabile quidem est illud sanctissimæ Triadis mysterium; at verò mysterium incarnationis & Nativitatis Christi, ob miram inter se Majestatis & infimæ humilitatis unionem admirationem subinfert nequaquam minorem, neque enim satis constat, quid magis sit obstupescendum, an scilicet quod homo super Angelos sit sublimatus, & pari loco cum Deo habitus, an verò quod infra homines humiliatur inter stolidà se jumenta collocari permiserit. Quodnam esse potuit majus prodigium, quam quod idem ipse, qui ex frigoris vehementia gelidus, & ex solidorum animalium mira quâdam compassione ipsorum habitus & aspiratione calefactus fuit, eodem quoque tempore charitatis igne ardentissimos Seraphinos suo quoque igne accendat, & ardentius inflammet? quam nobis imaginari possumus magis inter se distantia, quam inter se discrepant Deus & lutum, Paradisus & stabulum, stercus & verbum, palea & ignis divinus, sapientia & infantia? B. Petrus Damianus ait: In catabulo recubuit animalium, qui innumeris vallatur Angelorum agminibus; in medio borvis & asini consistit eodemque tempore celestium hierarchiarum famulatu gaudet & obsequio; jacet super palea prostratus, coram quo præ summa reverentia tremunt potestates. Guericus Abbas ait: annis in olutum video, hunc cunctis dicis illum esse, qui gloriam & decorem induit lucis inaccessibilis, amictus circumscripto lumine sicut vestimento? vagientem audio: Hicne est, qui in caelis tonat, sub cuius vocis tonitruo potestates Angelicæ submitunt alas suas? B. Petrus Damianus inquit: Qui electos suos stola immortalitatis induit, vilibus pannis contegi non contempsit in stramine recubuit animalium, qui cibus est Angelorum.

Conc. 1 de Nat.

S. Thomas de Villa-Nova alia adhuc adducit admirationis motiva dicens: Virgo lacte cibatur, alitur omnipotens; annis involuitur, obmutescit verbum, latitia plorat, parvo lacte pastus est ut in super sancta mater canit Ecclesia, per quem nec ales esurit: verum enim verò non obstante hac obmutescencia, inquit Guericus Abbas, Huius infantis muta, ut v. d. tur, & elinguis simplicitas linguas infantium facit disertas, linguas hominum loqui facit & Angelorum, linguas dividens igneas. Simili-

Serm. 1 de Nat.

ter tamen tener aliquis infantulus vires nullas habeat corporis, at tamen, ut sanctus Augustinus scribit, *Ocululatur in membris infantis potentia majestatis*. Et Gregorius ait: *Huius infantis infirmitas principem mundi triumphat, sortem armatum ligat, & captivitatem nostram liberat*. Infernum pariter & terram totaliter exterminat, siquidem mundi hujus Monarcha Augustus expressa lege præcepit, *Ne quis se Dominum desceps vocaret, quasi de vinantem verum principem orbis terrarum, & mundi totius Dominum natum esse*.

Ser. 50

Salméron, Tom. 3. Tr. 33.

6 Mirati sunt. Sanctus Thomas de Villa-Nova ait: *videte Deum in puero, aeternum in tenero, Dei maiestatem in vagiente, videte leonem in agno, gigantem in parvulo, DEI potentiam tenero carceris ergastulo circumclusam, videte cibum esurientem, fortitudinem trepidantem*. Sanctus Cyprianus Isaiaë vaticinium ponderans dicit: *Qui n. dum loquitur, quomodo consiliarius erit? parvulus quomodo creditur omnipotens Deus? omnino infirmus in quo videbitur fortis? nihil omnino possidens ad apicem regni & principatus fastigium, quibus ascensibus attinget?* Salméron quoque alias admirandi rationes considerat, inter quas hæc mihi potissimæ esse videntur: *Quia magis novum, aut magis insolitum, quam Deus & homo, Mater & virgo, viator & comprehensor, Dives & pauper, sapientia & infantia, potentia & infirmitas, innocentia & pœna? Illud ipsum sequenti quoque tractatu identidem admirando scribit: Inenarrabilis in sermone, immensus in mensuram, inexplicabilis in linguam, circumscriptus in locum, in v. sibilis in colorem, creator in creaturam, Dominus in servum, liberator in pretium, sanitas in infirmitatem, satietas in esuriam, fons in sitim, artifex in opus, altitudo in humilitatem, latitudo in angustias, longitudo in breviteratem, gloria in confusionem, sapientia in ignorantiam, redemptio in captivitatem, pretium in venditionem, vita in mortem, iudex factus est reus, Rex factus est exul à regno.*

Conc. 2.

Tract. 34.

7 Mirati sunt. Evangelicus Propheta Isaiaë de hodie recens nato infantulo prædixit: *Factus est principatus super humerum ejus; alii legunt, Imperium*. Sed quodnam est istud imperium? Quando Imperator electus, imperii

petri mox suscepturus gubernacula, coronatur, Ecclesiam intrat per portam ex argento fabricatam, Christus mundi & regimen aditurus, acturus & causam eundem intrat per stabulum; Imperator paludamento majestati suæ debito vestitur, Christus nudus, lacerisque pannis involutus reperitur; Manibus Imperatoris aureus quidam globus, mundi denotans dominium, consignatur; Christus mundi Dominus in eodem locum non reperit diverforii: *Non erat ei locus in diverforio*; Imperator summa cum majestate aureo super throno collocatur, at Christo thronus præsepe est; Imperator, pretiosissimo tectus baldacchino incedit, Christo verò econtra arancarum telæ pallearum stramina tectum sunt; Caput Imperatoris regio cingitur diademate, at tenerrimi infantuli, parvuli pusionis delicatissimum caput, pungunt arida foeni gramina: Imperator Equestrum nonnullis confert dignitatem, Christus pauperes advocat pastores; ferro seu gladio latus Imperatoris cingitur in signum juris contra inimicos belligerandi, Christus econtra signa præfert pacis: at nunc quæ stuporis, quæ admirationis causa

major reperiri potest in Monarcha, & quidem tali, in cuius manu sunt omnium potestates & omnium iura regnorum.

8. *Mirati sunt Purpurati Patris Petri Damiani hic nusquam cohiberi potuit admiratio, Ser. 2. de nat. Virg.* dum sic exclamat: *O beata ubera, qua dum te nue lac pueritibus labris infundunt Angelorum cibum, & hominem pascunt, exiguum expriment liquorem & respiciunt mundi creatorem. Qui sua virtutis imperio marium procellas mitigat, qui fluminibus inædificentem aquarum impetum submissit, qui aridam terram innumeris ubique fontibus irrigat, raras de virgineo pectore lacus guttas exspectat. Mirati sunt ipsum advenisse ut Salvatorem, juxta illud: *Salvum facit populum suum*; & tamen propria sua salute necessum fuerit, ut consulere sibi fuga, *Mirati sunt*, quòd aliena sibi vendicaturus regna mundus passim suspicaretur, venisse, qui regno suo cœlesti hominem venerat assumpturus. *Mirati sunt*, quòd stupida eum venerarentur animalia, quem homines contemnebant, pro quorum tamen procuranda venerat salute.*

De gloriâ, quam annuntiârunt Angeli.

DISCURSUS XII.

Gloria in altissimis Deo. Lucae 2. 14.

Ordinatissimæ Angelorum Hierarchiæ Curia cœlestis perpetui cives, incessabili voce in altissimis DEI gloriam festivo trifragio proclamantes: *Sanctus sanctus, sanctus, ho-* diè ad Dei & Creatoris sui gloriam annunciantiam ad tugurium Bethlehemiticum descenderunt, juxta illud: *Facta est cum Angelo multitudo militia cœlestis laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo.* At quid opus erat Deo, de summo sese cœlorum folio dimittere, ut ipsi hic in terris tanquam summo Regi ab Aulicis suis sua annuntiaretur.

gloria, quod tanto plus mirandum est, quanto perfectius in superiori animæ parte continuo æterna frueretur beatitudine? Si de gloria agitur humana, jacebat interim in præsepio in summa nuditate & vilitate, ita ut Salmeron dicere non dubitavit: *Potius de Dei gloria detractum videtur, quàm additum, & si qua sit gloria, potius nostra videtur esse, quàm Dei*; Licet igitur natura nostra in Incarnatione verbi multum sit exaltata, summoperè tamen est humiliata Divinitas, quando verbum caro factum; Sed hæc licet ita se habeant, nihilominus qualiter hanc gloriam Christo nato annuntiaverint Angeli, audiamus.

2. *Gloria in altissimis Deo. Unigenitus Dei Filius angustis licet tugurii Bethlehemitici teneretur absconditus, volebant tamen Angeli, ut palam fieret, omnibusque innotesceret, eundem ibidem esse natum; ad hoc ut pastores, qui nonnunquam illum in locum sese solebant recipere, scientes qualis quantusque ibidem caelorum asservaretur thesaurus, eundem summam cum devotione ac reverentia subintrarent; pulchrè hunc in sensum sanctus loquitur Eucherius: Ea causa esse videtur, ut prius pastoribus hac verba Angelus nuntiaret, ne quasi incauti stabulum intrarent, ubi puer positus erat. Percipite quæso, qualis ea fuerit gloria, quæ ex hisce Christi natalibus in tali tamque vili rerum aspectu licet, Paradiso, mundo, Deo, totique accesserit generi humano. Sanctus Maximus ait: Quam congruè evangelicus insonat sermo cum dicitur gloria in excelsis Deo, quod ipse DEI filius, & apud Angelos gloriosus est in excelsis. S. P. Irenæus scribit, quod Angeli glorificaverunt Deum, qui est factor super caelestium & eorum, qui super terram sunt, & qui suo plasmati id est, hominibus salutem de caelis misit. Mirabilis hæc generis humani reparatio in majorem redundabat gloriam, non solum Angelorum, sed totius Empyreï, Venerab. Beda ait: Glorificant Angeli Deum pro nostra redemptione incarnatum, quia dum nos conspiciunt redimi, suum gaudent numerum repleri; nam reparando per medium nostræ redemptionis Angelicas ruinas, non potest quoque non evenire, quin per acceptionem tot animatum visione beatificæ remuneratarum, non modicum gloria, simulque beatitudo accidentalis quodammodo augeatur Angelorum: Quapropter Salmeron ait: Eorum ruina per Christi natiuitatem reparanda erat; item per Christum illorum beatitudo extrinseca aucta est, & perfectæ; nam peculiare gaudium exter num habent de Christi humanitate visa plus quam de seipsis; Aliam quoque causam exultationis & gaudii spirituum caelestium idem tangit Salmeron; Per Christum inquit, natum eorum custodia, qua singuli homines destinati sunt jam redacta est efficacior, quam antea, quemadmodum letatur agricola, cum campum à se seminatam, ubertorem proferre frugem viderit.*

Hom. 2 de Nat.

Hom. 2. de Nat.

Lib. 3. t. 2.

In Luc.

Tract. 35.

3. *Gloria in altissimis Deo. Redundat quoque non in exiguam gloriam supremæ hujus*

majestatis, quod sese ex infinitæ pietatis motivo humiliatit seipsam humana quasi vestiendo natura, ad hoc ut hominem peccato fordidum expuigaret, eundem redimendo. Hanc pietatem seu misericordiam, quam DEUS toti exhibuit generi humano pro ejusdem descendendo salute, titulo gloriæ dignatur Apostolus, dum ait: *Omnes enim peccaverunt & egent gloria Dei* S. Bernardus ait: *Quæ major gloria Dei, quam tanta dignatio & tanta benignitas? Non indigebat benignissimus Deus homine, nihilominus quam se non exhibet sollicitum pro ejusdem salute?* restatur hoc ipsum sanctus Hieronymus: *Deus humilibus dat gratiam, ut eos eleuet, & habitat in excelsis, excelsus enim Dominus & humilia prospicit, & in Evangelio Angeli clamant: Gloria in excelsis Deo.* Insuper quantum summa Dei gloria in sacratissimo incarnationis mysterio reluceat, mellifluus audiatur Bernardus: *Apparuit Dei potentia in rerum creatione, sapientia in earum gubernatione, sed benignitas misericordie nunc maxime apparuit in humanitate.* Autho quidam inter opera S. Petri Damiani in serm. de hodierna solemnitate ait: *Exinavit semetipsum, ait Apostolus, formam servi accipiens, & cum tota multitudine miserationum suarum de thalamo prodijt virginali.* Omnes omnino in hoc in terras descensu expendit thesauros: quicquid enim, inquit, in divinitatis thesauro pietatis inventum est, totum in utero Virginis est aggestum. Agedum, quis est, qui nesciat, pietatem & misericordiam eas esse virtutes adaugentes supremæ majestatis gloriam? Supra modum in summam nostram utilitatem in præsepio hinc inde sese vertens singulari quodam lumine splendens relucebat Divinitas Christi, quod considerans D. Thomas de Villa Nova aiebat: *Tu Domine jaces in præsepio, ut nos sedeamus in gloria & honoris throno, tu brutis animalibus associaris ut nos Angelicis inseramur cunctis.* In hoc DEUS vel maxime suam collocat gloriam, humiles nimirum exaltando; *Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui, deposuit potentes de sede, & exalta vit humiles: non enim solum de sinu æterni Patris in foetidum hoc stabulum descendendo de profundissimo inferni barathro hominem eruit, sed eundem quoque ad dexteram æterni Patris sui collocavit; Suscitatus de pulvere egenum, & de stercore*

Rom 3. 22. Serm. 3. de Circūcis.

In cap. 52. Isaia,

Serm 8. de Nat.

Conc. de Nat.

Hom. Nat.

Con. Nat.

Exo.

Ps. 60.

Hom. 1. in
Nat.

stercore elevar pauperem, ut sedeat cum principis, & solum gloria teneat S. Maximus quoque ait: *Hodie habitator cali venit ad terras, ut terrarum incolas evocaret ad caelos*. In hoc Principum hujus mundi majestas apparet & potentia, quando videlicet de vili abjectaque vitæ conditione ad summa quæque honorum ac munerum quempiam evadunt fastigia, servoramque suorum ubique utilitatibus & emolumentis gratiosè, nec non honorifice prospiciunt, hac tamen servatâ lege, ut horum promotio nullum profus suæ quâ authoritati, quâ dignitati & potentia afferat detrimentum: alit alia profus est ratio, quâ Christus nos exaltavit, hic enim nos exaltare & ultra quàm credi valeat, evehere desiderans, se ipsum ad ima quæque deprimit, nullo profus propriæ æstimationis, honoris aut potentia habito respectu; illud est, quod hodie canit Ecclesia: *Parvulus factus est nobis*: voluit esse servus & quasi mancipium nostrum, unde sanctus Thomas de Villa-Nova ad infantem hunc divinum se convertens exclamat: *Meum tua paupertas patrimonium est, & mea virtus infirmitas tua, & mea est sapientia infantia tua, meum est totum quod pro me pati dignatus es*: Ecce hæc annihilationes, hi contemptus, quos elegit, quia voluit seu propriæ suæ voluntatis motivo, apta gloria suæ fuerunt instrumenta.

Conc. 1. de
Nativ.

Exod. 15. 2

Pf. 60. 3.

4. *Gloria in altissimis DEO*: Notissimum est illud Moyſis canticum, quod dum maris rubri mirabiliter evasisset pericula, DEI prædicans magnalia cecinit, inquit: *Deus meus, & glorificabo eum*: Gloriam DEI hîc particulariter intendebat Moyſes spiritu quasi prophetico præsignificare: clariùs id apparet ex versione præſentis textus, quam ex lingua Hebraica adducit Oleaster: *Glorificabo eum; Tugurium faciam ei*; quasi prædicare voluisset, quod gloria qua Pater æternus unigenitum suum filium glorificaturus esset in tempore hoc in tugurio, stabulo seu caverna Bethlehemitica, in qua nasci debebat, gloriosum omninò sumptura esset initium: in quem quoque sensum Hebræus Vates, de cujus stirpe carnem Salvator assumpserat, ad æternum Patrem convertitus, locutus fuisse videtur, dum ait: *In petra exaltasti me*. Præsepe enim, in quo natus est Salvator, erat spelunca quædam incisa saxo muris Bethle-

miticis contigua; nunc ad rem: Quis quæſo priusquam æternus DEI filius in hocce tugurium descendit, eundem agnovit? omnes quotquot terra capiebat homines, paucis exceptis, nonne falso simulachrorum cultui erant addicti, idolorumque cultores? at postquam in hoc stabulo huic mundo natus est Salvator, ecce cœli quasi referantur, totique terrarum orbi intonant: *Gloria in altissimis Deo*, tunc mox Magi ab Oriente venerunt ad adorandum Dominum, faciendaque promulgandæ novæ legis Evangelicæ fausta initia Psalmista David dixit: *Natiabor cum apparuerit gloria tua* Quæ quæſo hæc gloria, qua satandum se David hoc in loco prædixit? Alia quædam interpretatio tempus hujus satietatis notasse videtur, quæ legit: *Cum angustabitur imago tua*; tunc nimirum, quando DEUS immensus & excelsus, puer parvulus factus, laceras quoque fascias interfringeretur infantulus. Videbatur aiquando Moyſi apicem se divinorum favorum attingisse, quæ ex confidentiâ hanc divinæ majestati porrexerat supplicam; *Si inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam*, ostende mihi gloriam tuam; hoc autem retulit responsum: *Ego ostendam omne bonum tibi*: at in quo hæc gloria consistebat, quæ illud ipsum erat, quod dicere *Omne bonum*? Gloria enim sic definitur: *Status omnium bonorum aggregatione perfectus*; Ecce est locus apud me; *& stabis supra petram, videbis posteriora mea* Divus Augustinus inquit, quod quidem DEUS Moyſi divinam essentiam oculo intuendam corporeo negaverit, sed loco ejus in spiritu eundem videre fecerit verbi divini Incarnationem, scilicet unionem verbi cum natura humana; *Facies ejus est, in principio erat verbum, posteriora ejus sunt, verbum caro factum*, inquit Augustinus: Notandum tamen est visionem hanc gloriosissimam Moyſi factam: *In foramine petrae* (ut dictum est,) pro quo sanctus Augustinus legit: *In spelunca petrae*, ac proinde hodie in præsepio seu spelunca Bethlehemitica plusquam in ullo unquam alio loco gloriam Dei manifestatam hominibus non abs re dici potest. Vnum hoc inter cætera admiratione dignum est, Jobum totius Orientis ditissimorum facile Principem, præ cæteris potentem, posthac filius, bonisque omnibus exutum, vellere nudum, tamen non me-

Pf. 16. 15.

Exod. 33. 13.

In Pf. 120.

dios,

Hom. 4. de Patriarch Jobo.

Serm. de Epiph.

dios, ut antea inter seruos, sed foetidum in sterquilinum se recepisse: Sedet, (Divus inquit Chrysostomus,) *in stercore, exspectat succu autem d: terra inopem, & de stercore erigentem pauperem.* Prævidit absque dubio æternum DEI filium hoc in stabulo, foetidoque foetentium pecudum ergastulo nasciturum pro redemptione generis humani, ac proinde summam gloriam eam æstimavit, ad in tempore nascituri Redemptoris imitationem ejusmodi turpis sterquilini participare foetorem. Ingeniosissima quanto plus in mentem consideranda venit, hæc mihi videtur Divi Fulgentii observatio. Archelaus, inquit citatus Pater, regio natus est in Palatio, æterni Dei summi Regis filius in vili abjectoque stabulo; iste pretiosissimis itidemque subtilissimis, hic econtra laceris, omnemque egestatem præ se ferentibus involutus est fasciis; nihilominus iste contemnitur, hic honoratur; *Ille, inquit D. Fulgentius, à Magis nullatenus nominatur, iste in vinctis suppliciter adoratur, omnino spernitur, primogenitus Regis, & primogenitus honoratur muneribus pauperula mulieris.* Divus insuper notat Chrysostomus, quod quamdiu Dei filius in cælo extra hypostatum moratus est, à paucis agnitus & adoratus fuerit, minusque quam postquam in abjectissimam hanc hodie speluncam descendit. *Dei filius in cælo erat & non adorabatur, in terram descendit & adoratur;* ubi enim prima supplex ei delata est adoratio, nisi in Berhlehemitico hoc præsepio, quando devotissimi Reges proidentes adoraverunt eum: Præterea non sine magno divinæ providentiæ mysterio factum est, multumque ad divinæ hodie gloriæ manifestatæ adfert dignita-

tis, quod eodem in tempore, quo Christus natus est, totius terrarum orbis Cæsari Augusto extoto nondum subjecti, ut D. oblevat Ambrosius, ejusdem Cæsaris mandato indicta sit descriptio: *Nasciturus Domino describitur mundus, (inquit Glossa,) quia ille apparebat in carne, qui electos suos asserberet in aternitate.* Sanctus Bonaventura ad præsens propositum hanc Evangelici Prophetæ trahit prædictionem; *Propter Syon non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam donec egredietur, ut splendor justus ejus; Splendor Patri, inquit citatus Doctor, Christus est, sicut enim splendor Solis velignis ostendit charitatem, sic filius paternam in mundo majestatem; idem in hæc Psalmi verba: A summo cælo egressus ejus, scribit; Egressus est autem ad clarificandam divinam majestatem.* In summa per Nativitatem Christi inferni Tyrannus debellatur, turpis idolorum abrogatur cultus; summa autem DEI gloria in hoc eluxit contra eundem idolorum cultum debilibus prorsus prævalere instrumentis non aliter ac mulcis usus est, ut superbissimum earundem puncturis vinceret Pharaonem! Similiter non minus eadem in hoc manifestatur gloria, quod hodie natus Salvator mundi in stabulo pauper, nudus & abjectus delitescens, de longinquis terrarum partibus Reges ad se cogat quasi, coronatasque coram se ad adorandum inclinare faciat cervices, tremere faciat mundi potentes, Angelorumque sibi exercitus deferre velit obsequia, qui certatim de summo cælo descenderunt ad decantandum:

Gloria in altissimis Deo.



De pace, quam Angeli hominibus bonæ voluntatis
annuntiaverunt.

DISCURSUS XIII.

Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Lucæ 2.

1. **T**Andem ergo post tot la-
bentium læculorum de-
cursum, hodie aperti, di-
vinoque nectare & am-
brofia repleti, defluxere
cæli: *Hodie per totum mun-
dum mellisivi facti sunt ca-
li.* Hodie ad cælestis para-

difi gratiarum ac donorum inestimabiles di-
stribuendos thesauros ditissima reſerata ſunt
araria; ut non immeritò dixerit Apoſtolus,
quod Pater cæleſtis ſuum nobis donando ſi-
lium omnia ſimul cum ipſo nobis dederit bo-
na cæleſtia: *Pro nobis omnibus tradidit illum,*
*quemodo non etiam cum illo omnia nobis do-
na.* Unde nunc hæc oritur quaſtio: Si igitur
hodie tam abundanter bona in nos deflaxe-
runt cæleſtia, qui ſit, quod deſcendentes ſpiri-
tus Angelici nullam ejus rei mentionem faci-
ant, ſolum ſolius pacis nuntium adferentes?
Et in terra pax? An igitur cum hodie nato
Salvatore ad nos non deſcendit miſericordia,
benignitas, ſanctitas, gratia, gloria? Ve-
rumtamen ſolum hoc auditur: *Et in terra
pax.*

2. Apoſtolus Paulus ſuis Ephēſiſ de Sal-
vatore noſtro ſcripſit in hunc modum: *Iſſe
eſt pax noſtra qui fecit utraque unum:* quid
aliud Angeli inferre voluerunt, dicendo:
In terra Pax, niſi unigenitum Dei ſilium in
terram deſcendiſſe, qui erat vera pax? In pri-
ma heſternæ die Vesperarum Antiphona ſic
cantat Eccleſia: *Rex paciſicæ magnificatus
eſt, cujus vultum deſiderat univerſa terra.*
Innocentius Tertius in Simone quodam de
præſenti Feſtivate ſic ſcribit: *Iſſe eſt pax
Manſi Sanctuarij Tom. IV.*

*noſtra qui fecit utraque unum. in cujus ortu
cæleſtium multitudo pſallebat.* Mellifluus Do-
ctor Bernardus Chriſtum in ſua nativitate pa-
cis titulo compellat inquit: *Filius à Patre
proceſſit, & venit in mundum, ut qui prius erat
cogitatio pacis in corde Patris, fieret & ipſe
pax noſtra in utero matris.* Benigniſſimus hic
filius in ſinu Patris ſui reconciliationi ſtudebat
generis humani, in illum eundem finem virgi-
neum deſcendit in utero Mariae ut ipſe fieret
pax noſtra; quare non immeritò mox dum per
nativitatem hæc editus eſt in lucem, procla-
mant Angeli: *in terra pax.* huc non incongruè
revocatur locus Plalmi quo Plalmiſta inquit:
Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus,
*quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, pau-
lò poſt ſubjungit: Veruntamen propè ti-
mentes eum ſalutare ipſius, ut inhabitet gloria
in terra noſtra.* Videtur ſacratiffima Salvato-
ris nativitas, cum qua ejusdem ſimul gloria
nobis apparuit & beatitudo, clariùs expri-
mi non poſſe: at quòd ad præſens facit pro-
poſitum eſt, quod David ſimul cum Ad-
ventu Meſſiæ, pacis quoque nuntium gau-
dioſiſſimum allatum eſſe exiſtimet: qui-
dam ſacrarum literarum interpres in dictum
Plalmiſtæ verſiculum ſic ſcribit: *Quoniam
loquetur pacem ut inhabitet Chriſtus, qui eſt
gloria Patris in terra, & in conſcientia noſtra
in pax.* Perque hanc pacem (quæ in ſuo eſſe
ac ſubſtantia aliud nihil eſt, quam ipſemet
filius Dei) bona ex conſequentia cætera om-
nia bona intelligi poſſunt; ex quo tandem
oritur, quòd in pluribus Sacræ Scripturæ lo-
cis per nomen pacis omnium omninò bono-
rum cumulus quidam denotetur atque con-
geries:

Serm. de
S. Bened.

Pſal. 84. 9

Rainero

Rom. 8 32.

Ephes. 2.
14.Serm. 2. de
Nativ.

Gen. 37.
14.

geries : unde dum dicitur : *Pax super Israel*, Glossa sic habet, *Omnia bona*, & uti vulgata legit, *Vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos*, Chaldaeus legit: *Vide pacem*.

Rom. 8. in
Evang.

3. *Et in terra pax*. Sanctus Gregorius causam annuntiatae pacis scribens dicit, quod Angeli pacem hodie annuntiarunt idèd, quia dum Paradiso exul esset homo, perque peccatum iis omnino dissimilis videretur atque peregrinus, rebellis quoque haberetur, ac inimicus summi ac communis omnium creatoris, erant ipsi quoque cum homine discordes ac inimici; at nunc videndo eundem quoque hominem à DEO summo honore affectum, dum carne nostra mortali se vestire dignatus est, ipsi quoque eundem honorant: *Quia enim* (verba sunt Gregorii) *Celi Rex terram nostram mortalitatis assumpsit, infirmitatem nostram illa jam Angelica celsitudo non despiciit, ad pacem nostram Angeli redeunt, & quos prius abjectos despexerant, jam socios venerantur.*

Glossa.

Serm. de
Nat.

4. *Et in terra pax*. Pacatissimo autem tempore voluit Christus nasci (inquit Glossa) quia pacem magnoperè quæsit & amavit. Hugo Cardinalis ait: *Ad figurandum, quod ipse erat, qui pacem reformaturus erat inter DEUM & hominem*. Aliam quoque expositionem dedit Dionysius Carthusianus; in terra pax vera, & spiritualis, quæ est tranquillitas mentis, in bono honesto, præsertim in DEO fonte totius boni. Talis pax interna, tranquillitas scilicet bonæ & rectæ mentis ad DEUM ipsâ Salvatoris Nativitate hominibus annuntiatur, quia quod pacem externam attinet, multis ea erat disrupta discordiis, civilibusque turbata bellis, interna verò hæc pax animæ in nostra erat potestate, hanc annuntiare veniebant terræ Spiritus superni. Glossa interlinearis ait: *Et in terra pax: Pax multa diligentibus legem tuam Domine, & non est illis scandalum*. Per sacram Christi Nativitatem durum ac grave jugum legis Mosaicæ abrogatur, suavior verò, nec non gratior exortiebatur nova lex evangelica. Albertus Magnus ait: *Dat autem pacem conscientia potius quam temporis*; unde ad Philippen. 4. dicitur: *Et pax DEI quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda*

Philipp. 4.

vestra, & intelligentias vestras, pace enim temporis aliquando data, durus est bellum conscientia, & illa non est vera pax; unde Sap. 14. *In magno viventes inscitia bello, tot & tam magna mala pacem appellant, & Psalm. 72. Zelavi super iniquos pacem peccatorum videns*. Hanc vero pacem Angeli ex parte DEI jam in terris commorantis præter quem ne quisquam alius eandem dare potest, annuntiant, quam proindè mundus neque tollere valet, neque turbare, minus eandem potest participare: *In mundo pressuram habebitis, & subdit citatus Doctor; Christus verò econtra ad suos ait: In me autem pacem habebitis*. Hic quoque advertendum est, hanc pacem ab Angelis in modum exercitus armorum coactis seu congregatis fuisse denuntiata: *Multitudo militum caelestium, gaudet exercitus Angelorum*. Videbatur quidem Angelorum hanc congregationem militaris cujusdam exercitus præ se speciem præferrentem parum admodum cum pacis nuntio convenire, nihilominus de DEO dicendum est: *Omnia in sapientia fecisti: Apertissimè enim de eo dicitur: Non veni pacem mittere, sed gladium*. Pro cuius intelligentia sciendum est, hanc pacem interiori in præsentis vita acquiri non posse, ea enim continuum quoddam prælium est: *Militia est vita hominis super terram, sine armis necessum est curam passionibus nostris inordinatisque appetitibus congregari, decertare eisdemque viacere*. Unde D. Thomas super hæc verba: *Pacem relinquo vobis, & pacem meam do vobis* subjungit, *Pacem relinquo vobis in hoc saculo, scilicet ut hostem vincatis*.

Sap. 14.

Psalm. 72.

Ioan. 16. 33.

Matth. 10

34.

Ioan. 14.

27.

Serm. 191.

Psalm. 12.

Serm. de

Nat.

vicia-

vitiarum vel terrena sapientia, aut generosa nobilitatis, sed cum hominibus bona voluntas. Lyranus quales fuerint homines bonæ voluntatis declarat? Hominibus bonæ voluntatis, id est, hominibus bonis; malis hominibus non est pax, non est pax impijs; quod idem

In Luc.

Dionysius Carthusianus ait: Pax ista non competit malis. Pater Salmeron hanc pacis annuntiationem hunc in sensum interpretatur,

Tom. 3.

Tract. 35.

dicens: Sensus est Christum per Nativitatem suam pacem hominibus comparasse non omnibus, quia non omnes à peccando peccandique voluntate, & proposito recedere volunt, verum hominibus tantum iustus effectus; Deoque reconciliatis, ac bona proinde voluntate præditis; nam quamdiu culpa non pellitur, pax nulla in conscientia esse nequit. Sic Herodes sacrilegus hujus pacis profuendæ nullatenus capax erat, quia non est Pax impijs; ac proinde auditio Nativitatis Christi alioquin cæteris lætissimo nuntio: Turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo, non verò sic accidit iustus, de quibus insigne hoc testimonium reddit Apostolus: Iustificati ergo ex fide pacem habeamus apud Deum. Concludit insuper iam citatus Author: Nemo DEI legem diligit sine bona voluntate, neque potest esse bona sine DEI gratia. Idem quoque punctum tangit sanctus Leo Papa inquitens: In terra autem illa pax conceditur, qua homines efficit bona voluntatis; quo enim spiritu de intemerata matris nascitur visceribus Christus, hoc de sanctæ Ecclesiæ utero nascitur Christianus, cui vera pax est, à DEI voluntate non dividi, & in iis solis, que DEVS diligit, delectari. Præterea Angeli solius voluntatis faciunt mentionem; quia illa est quasi primum quoddam mobile nostrarum potentiarum post se totum trahens hominem, ac propterea Creator aliud nihil sibi dari potest, quam cor: Præbe sibi mi cor & unum mihi Dionysius Carthusianus inquit: A voluntate potissimum dicitur homo bonus vel malus, quoniam prima radix merendi ac demerendi consistit in voluntate; Idem omnino quasi dicit Didacus Stella: Per voluntatis bonitatem potius dicitur, quis bonus quam per reliquas potentias, quia voluntas cæteras potentias movet ad operandum; à volun-

Rom. 5.1.

Serm. 9. de Nat.

Proverb. 23. 26.

In Luc.

tate dicitur, quis bonus aut malus quia ratio meriti vel demeriti dependet à voluntate tanquam à radice & ratione, quia libertas directè ipsi voluntati competit, quare ubi nulla est libertas, nec mereri, nec demereri aliquis potest, & idcirco pax ista non malis sed rectis competit. Curigitur voluntas nostra veluti fons quidam sit & origo omnium meritum bonorumque operum, hinc est, quod Angeli pacem soli annuntiant voluntati. Hinc Augustinus inquit: Totum habet qui bonam voluntatem habet. Eadem voluntas bona, de qua loqui intendunt Angeli, inquit Salmeron, & conformis illi, pro qua quotidie in oratione Dominica hunc in modum oramus: Fiat voluntas tua; hac autem bona voluntas ab homine si absit, cætera nihil profunt, si verò adsit, reliqua non possunt offendere.

6. Bona voluntatis. Hoc est eis inquit venerabilis Beda qui suscipiunt natum Christum, non autem Herodes, Pontificibus, & Phariseis, cæterisque Antichristis, qui ejus Nativitate audita turbati sunt, eumque quantum valere gladius insecuti, ita ut ii, qui scienter & voluntariè Salvatorem suum offenderunt, nulla ratione pro hac recipienda pace sint dispositi. Pro quo advertendum est, inquit Hugo Cardinalis: Angelus sic distinguit, ut DEO sit gloria, hominibus pax, sed quia filij Adæ cupiunt, quod DEI est, scilicet gloriam, pacem perdunt & gloriam: Non nobis Domine, non nobis, dicebat Psalmista, sed nomini tuo da gloriam. Hinc ab omni fastu, pompa, vanaque mundi gloria alienis pastoribus omnium primo hæc pax est annuntiata. Sanctus Bernardus ait: Dum homines usurpant DEI gloriam, turbant pacem; quomodo ergo stabit pax hominum coram DEO; & cum DEO; si DEO non potest esse apud homines tuta gloria sua? Sanctus Bonaventura ait: Premittit gloriam DEI paci nostre, quia nullus pacem habere potest, qui nititur gloriam DEI usurpare. Similem quoque observationem adducit Salmeron, dicens: Vide pulchram distributionem, Deo datur gloria, pax homini, hominum enim gloria non est solida, & vera, sed vana; quid enim habet in se boni, quod non acciperit

Lib. 50.

Hom. 9.

In Luc.

Serm. 6. de
Nat.

S Leo in præfenti natalis Domini solemnitate ad hanc exhortatur nos pacem, dum inquit : *Non aliter piè colitur, nisi id ei quod ipse tribuit, offeratur; quid enim in Thesaurò Dominica largitatis ad honorem præfentis Fæsti tam congruè possumus in venire, quam pacem, quæ in Nativitate Domini prima est Angelico prædicata Con- centu? quid est autem pacem habere ad Deum, nisi velle quod jubet, & nosse quod prohibet?* Natalis Domini natalis est pacis Hugo Cardinalis ferventissimum pro hac, quæ impetranda quâ conservanda pace Christi Domini demonstrat zelum: *Pacem quæ servit usque ad sanguinis effusionem* inquit, unde in Natali Domini nullus debet odium in corde tenere: Legimus hodie in una Epistola officii divini, verba hæc Apostoli: *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus.* hæc gratia, hæc salus, hic Salvator omnibus omninò offertur, sed

Tit. 1. 12.

quod est illud demù, quod hic docemur Theorema? *Erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & juste, & pie vivamus in hoc saculo, expectantes beatam spem, & adventum gloria magni Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi.* Non est, quod quispam speret gaudiosissimam superiorum Jerusalem, visionem pacis dictam, ingredi, nisi prius cum Deo & proximis suis fidæ pacis & reconciliationis inierit fœdera; nullus se cum hodie recens nato Salvatore dicente, *discite à me, quia mitis sum,* partem ullam speret habiturum, si non omne ex animo odium abigat & rancorem: *ipse enim est pax nostra: & quod plus est. Audite illud, quod dicit Psalmista: Factus est in pace locus ejus, & habitatio ejus in Sion, ibi confregit potentiae arcum, scutum, gladium, & bellum.* Psal. 73. 36

D E
SANCTO STEPHANO
PROTHOMARTYRE
DISCURSUS OCTO.

- DISCURSUS I. S. Stephanus nati regis est corona, tot lapidibus exornata pretiosis, quot in eo rutilantes resplenduerunt virtutes.
- DISCURSUS II. Fortitudinem è multis virtutum heroicarum actibus clarescentem exponit.
- DISCURSUS III. Qualiter sanctus Prothomartyr Stephanus omnibus Spiritus sancti donis & fructibus ditatus fuerit, demonstrat.
- DISCURSUS IV. Consolationum cælestium dulcedo, quam sua sanctus Martyr durante lapidatione prægustavit, describitur.
- DISCURSUS V. Symbolicæ quædam inter Christum & sanctum Martyrem Stephanum proponuntur similitudines.
- DISCURSUS VI. Mysteria enucleantur, per quæ Deus disposuisse videtur, ut pri-

ut primus legis novæ in Ecclesia Martyr gravi lapidum pondere mortem subiret.

DISCURSUS VII. Quare sanctus Stephanus apparuerit quasi Angelus.

DISCURSUS VIII. Quare Christus in Martyrio sancti Stephani de cælo videndum se exhibuerit.

S. Stephanus nati regis est corona, tot lapidibus exornata pretiosis, quot in eo rutilantes resplenduerunt virtutes.

DISCURSUS PRIMVS.

Christum natum, qui beatum hodie coronavit Stephanum, venite adoremus.

Sancta Mater Ecclesia in ipso divini officii hodierni exordio invitavit nos ad natum Salvatorem adorandū, quia hoc eodem die Beatissimum Prothomartyrem Stephanum insigni Martyrum decoravit coronam: at ni fallor, videtur mihi potiori jure dicendum fuisse, divinum infantem à sancto Stephano fuisse coronatum; idque eo magis, cum Stephanus idem sit quod corona: Vos judicate, si ego fortè à vero aberrem. *Hodie nobis cælorum Rex de Virgine nasci dignatus est.* Rex adest, sed ubi Regium Diadema seu corona? Ecce Stephanum: Stephanus (inquit Glossa) Græcè, Latine interpretatur corona, transacto jam adventu sæpè sæpius repetitum fuit hoc responsum. *Ecce venit Dominus protector noster Sanctus Israel, coronam regni habens in capite suo:* hæc corona, quæ Salvatoris vertex dicitur redimitus, quænam alia esse censenda est, quam gloriosus Prothomartyr Stephanus, qui vix in lucem editus ad Christum glorioso suo exornandum Martirio numerosis pretiosorum lapidum radiabat scintillis? *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis; possidisti in capite ejus coronam de lapide pretioso;* ecce quod Prophetæ prædixit, nunc re ipsa factum conspicitur, quod enim consolationes attinet cælestes

tanta earundem in sancto Martyre reperitur suavitatis atque dulcedinis abundantia, ut de eodem dicatur *lapides torrentis illi dulces fuerunt;* quod verò coronam de lapidibus pretiosis concernit, & eadem in veritate hic videtur. Prophetæ Evangelicus Isaïas, mirabiles legis novæ Spiritu prophetico prævidens successus post se scriptum reliquit: *Eris Corona Gloria in manu Domini, & diadema regni in manu DEI tui;* neque hic admiratione dignum videtur, hanc coronam manibus consignatam, non autem frontem eadem redimitam dici à Prophetæ, siquidem eandem coronam perpendit in manibus æterni Patris detentam, qui deinde eam capiti filii sui in Bethlem recens nati imposuit, ut cum veritate ab oriente tres Magi venientes inquirere possent: *Voi est qui natus est Rex Iudeorum;* Egregiè hunc Isaïæ textum declarat sanctus Hieronymus, dum inquit: *Diadema Imperij, quod Martyres gemmarum veritate distinguunt in manu Dei, ut filium suum eorum coronet victorij.* Insuper sciendum est Martyres passim *regnum Christi* dici; unde D. Joannes in Apocalypsi sua hoc eodem titulo se ipsos quasi denominasse commemorat, scribens hæc eadem verba: *Fecisti nos Deo nostro regnum;* Sunt præterea Diadema Christi & corona; Hoc enim Philippenses suos ab idololatria gentium ad Christi fidem cor-

Isai. 62. 30

Apoc. 5. 10

Phil. 4. 1.

verfos dignatur titulo, Apostolus, inquit; *Gaudium meum & corona mea*, à fortiori Redemptor noster eodem titulo eos poterit denominare, qui ex ejusdem fidei amore ad ipsum converti vitam quoque pro eadem profudè & sanguinem: si igitur nunc Martyres Corona Christi vocantur, quanto igitur plus gloriosum hunc titulum promeruit sanctissimus Prothomartyr Stephanus, qui ex nomine corona dicitur, simulque Martyrum inventus est primus & Antesignanus? *In capite ejus diademata multa.* Vidit hæc quondam in spiritu sanctus Joannes; At quænam sunt hæc diademata & coronæ tam numerosæ in capite unigeniti filii DEI? Sanctus Bruno eadem recenset, dicens; *quia in singulis sanctis coronatur Christus, omnis enim eorum victoria ipsius est; si igitur omnes omnino victoriæ à martyribus reportatæ recens nati divini infantuli sunt diademata, quanto plus ille, qui cunctis viam aperuit martyribus, simulque ad vitam pro Christi nomine fortiter dandam, eisdem animum simul & exemplum dedit? Omnis enim victoriæ ipsius est.* potest hoc verè dici de sancto Stephano, quia pugnavit & vicit visibili assistentia Christi confortatus. Observastisne aliquando, quod peracta sacratissimæ Christi Nativitatis festivitate, sancta mater Ecclesia non celebret immediate neque festum sancti Joannis, nec Sanctorum Innocentium, quorum tamen, ut tenellorum infantulorum festivitas, cum Christi simul pueruli recens nati solemnitate videtur fuisse socianda, sicut & festum sancti Joannis propter virginalem ipsius innocentiam, cum eidem quoque jam in senectute bona infantuli seu pueri assignetur titulus; *Ece puer meus, quem elegeri posui super eum spiritum meum;* quid hic subesse putatis mysterii? Mellissius Pater Bernardus hodierni Martyrii sancti Stephani considerans dignitatem hujusce Ecclesiasticæ ceremoniæ à longe causam videtur indicare, simulque demonstrat, Martyrium sancti Stephani inter cætera fuisse perfectissimum, & consequenter fuisse coronam inæstimabilis pretii & valoris, dignissimamque, qua sacratissimus vertex ornaretur regis superni: Triplicis generis Martyres dicit esse citatus Doctor; Alii sunt Martyres solius voluntatis, talesque fuerunt Innocentes; alii verò voluntatis simul & operis, qualis fuit beatissimus Martyr Ste-

phanus: *Habemus in beato Stephano (verba sunt S. Bernardi) Martyrii simul & operis voluntatem, habemus solam voluntatem in beato Ioanne; solum in beatis Innocentibus operis: bibserunt omnes hic calicem salutarem. sed Stephanus corpore simul & Spiritu.* Ah quam benè beatissimo martyri adaptari potest illud D. Ambrosii, licet ab eodem S. Patre in alio proposito prolatum? *In hac corona omnes corona est enim S. Stephanus Epilogus & quasi compendium quoddam actuum maximè Heroicorum cæterorum ferè martyrum.* Hebraus Rex & Propheta David de æterno patre loqui volens coronam è gemmis aliisque cymeliis compositam dilecto filio suo imponentem exhibet, dicens; *Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso, id est, lapidibus.* ut legunt alii, Lyranus hoc modo interpretatur *de lapide.* id est, perfectione virtutum, *qua signantur nomine lapidum pretiosorum propter stabilitatem & valorem eorum.* Hic ergo in præsentem diademate sancti Stephani duplicem unium & Gemmarum ordinem observo: primus fuit contradictionum, calunniarum, derisionum, cæterarumque quas pertulit, injuriarum, *Qui despicit amicum suum indigens corde est. Vir autem prudens tacebit* Hugo Cardinalis sic loquitur; *Ad opprobria non respondens tanquam serpens;* Hæc autem quæ sequuntur verba maximè & ad propositum nostrum aptissima notanda sunt; *Colligit enim in sinu patientia contumelias, quasi lapides preciosos, quibus ornabitur corona sua* De sancta Lyduina scribitur, quod acerbissimè viginti octo annis infirmitati subjecta, simulque vehementissimo martyrii patiendi ardens desiderio, quadam vice in ecstasi rapta in visu quodam eidem corona sit exhibitæ, attamen ob deficientem nondumque absolutam perfecti circuli formam imperfecta: per hanc verò visionem prædicta sancta cognovit, quod eam ultra, quam à divina majestate petisset gratiam Martyrii, pati oporteret, fuitque hoc petitione ejus excedens & quasi transcendens quoddam martyrii genus, militum quorundam crudelis & violenta eidem illata vexatio; post aliquod verò tempus Angelus quidam eidem apparens dixit; *Ece nunc absoluta est corona, quam nuper imperfectam vidisti, propter inverecundos contactus virorum illorum, noveris te postquam fuisse investigis Salvatoris, ludibria & vulnera Corpori*

Serm. 15. in Ps 118.

Prov. 11. 2.

Apoc. 19. 12.

Serm. 3. de Mar.

Exod. 28.
9.

*ino imposta fuere gemma, quas in illa corona
& adesse iusti & deesse. Pulchram liber Exo-
dus DEI recenset ordinationem, qua manda-
rat duobus in lapidibus nomina duodecim
Tribuum Israelis pulchro incidi artificio, si-
mulque ut tot quoque lapidibus pretiosis
duodecim Tribus exprimentibus, aut eandem
saltem significativis adornaretur Ratio-
nale Pontificium, D. Gregorius Nyssenus san-
ctum Prothomartyrem de eodem scribens sum-
mi sacerdotis dignatur titulo, dum inquit :
Hic enim tanquam sacerdos quidam juxta
legem spirituales, puram hostiam immolans,
non alienum, sed suum altarium admoventis cor-
pus, & loco libani sanguinem spargens. Ecce
hic sanctissimum Levitam verè duodecim pre-
tiosos lapides duodecim quoque tribus Israel
figurantes in veste sua deferentem; at hac insi-
gui cum differentia quod sc. eadem tribus po-
puli Judaici contra Beatissimum Christi Athle-
tam certatim quasi exacerbati dentibusque fre-
mentes, lapidibus eundem obruendo ipsum
tanquam vestem tot pretiosissimis, simulque
inestimabilis valoris exornant ac ditant
gemmis. Ludioria & vulnera corpori suo impo-
sita fuere gemma*

2. Alter verò in præenti corona rutilanti-
um gemmarum ordo, fuerunt virtutes ejus
singulares, quibus ipse tanquam coruscanti-
bus gemmis replenditur, uti nunc dicemus. Su-
per citatum Exodi locum Glossa interlinearis
inquit: *Lapides pretiosi sunt opera virtutum.*
Per ordinem quæso omnes omnium hac in
corona, id est, in vita & in morte sanctissimi
martyris Stephani relucens virtutum actus
curiosus non nihil intueamur.

3. *Lapide pretioso.* Primus lapis hujus coro-
næ fuit ferventissima charitas, quam profectò
in vitæ suæ sine ardentissimam exhibuit, vivam
ardentis candelæ cujusdam formam exhibens,
que jamjam extinguenda ferventiore reddidit
flammam: *Mira virtus martyris* (inquit Beda)
*qui ex celo eis, à quibus tenebatur per fidem a
culpam exprobat, ardore charitatis in morte
orabat pro occisoribus suis Pulchrè hic loquitur
D. Fulgentius Charitas ergo, qua de celo
ad terras depositus Christum, ipse Stephanum
de terra elevavit ad caelum.*

4. *Lapide pretioso.* Insignis isque pretiosus
admodum lapis fuit ejus viva fides, quam
profectè accuratissimè Divus Lucas Evange-

lista in sanctissimo Martyre observasse vide-
tur, dum ait: *Stephanum virum plenum fide.*
Dionysius Carthusianus inquit: *In primitiva
Ecclesia fides fuit specialiter cõmendanda tan-
quam fundamentum virtutum, & quia tunc
valde necessaria fuit fidei fortitudo propter
persecutores, itemque ob difficultatem subdendi
intellectum articulis fidei, quam quoque fi-
dem etiam post mortem beatissimæ vitæ
Deus comprobare voluisse videtur, dum factæ
incinerati corporis reliquiæ, ac quasi frigidissi-
mi quidam cineres frigidissimam innumera-
bilibus infidelium incredulitatem lucidissimo
igne accenderunt Orthodoxæ fidei (ignem veni-
mittere in terram) siquidem invento sancti
Martyris corpore innumerabilium prope in-
fidelium secuta est conversio; ad hujus vivæ
fidei elucidationem spectat, quod de sanctissi-
mo ejus sanguine narratur: *Appulla enim san-
guinem ejus continens, nec non sine continuo
miraculo hucusque conservata, in urbe Nea-
politana ad sanctum Gaudiosum, qui Wandalo-
rum fugerat persecutionem delata magno
videntium stupore infideliumque conversione
mirum in modum ebullit.**

5. *Lapide pretioso.* Tertia hodiernæ iti-
demque sacratissimæ coronæ gemma fuit,
pro defendenda DEI gloria perfidorum quo-
que Judæorum aliorumque infidelium obsti-
natione reprehendenda ardentissimus zelus.
*Vos semper Spiritui sancto resistitis, dura cer-
vice & incurcucis cordibus* Optimè hic
sanctum Levitam dijudicat Dionysius Car-
thusianus, dum ait: *Non ex aliqua inordi-
nata aversione, sed ex zelo justitiæ, atque
amoris magnitudine proculsit.* Item D. inquit
Augustinus: *Sævire videtur lingua, serox cor,
lene cor, clamabat & amabat, sæviebat &
salvos fieri volebat.* Idem quoque sanctus Pa-
ter alibi hoc introducit argumentum, simul-
que petit, quando plus contra Judæos san-
ctus Stephanus exacerbatus fuerit, num
quando ab illis lapidabatur, an verò dum
disputante illo, hi se opponebant. Et respon-
det Augustinus, *Ecce mixtus factus est cum
lapide, & sæviebat cum audiretur; sed
quam ob causam? quia inquit, mutare vole-
bat eos à quibus audiretur* Irascitur, offen-
ditur, sævit quasi in Judæos Stephanus divi-
næ gloriæ stimulante & quasi impellente
zelo, at ardentissima quadam mixtus cha-
ritate.

Serm. 83.
de div.

Glossa.

ritate : Theophilactus , inquit , quia vi-
debat eos non auscultare , nec moreri iis , qua
dicebat .

6. *Lapide pretioso* Quartus idemque
pretiosissimus lapis , fuit heroica ejus & in-
victa animi fortitudo : *Stephanus* plenus for-
titudine Dionysius Carthusianus inquit : *Fuit*
etiam plenus fortitudine , qua est unum de
septem donis , per quam homo perfectionis ope-
ribus insistit stabiliter , per qua verba insinua-
tur quod *Stephanus* fuit vir *Apostolica* perfe-
ctionis , & valde heroicus .

7. *Lapide pretios.* Quinta hujus Coronæ
candidissima gemma fuit , summa ejus & per-
fectissima castitas , puritasque virginalis . Unde
beatus Laurentius Justinianus inquit , Angeli
merito faciem protendebat , qui illorum puri-
tatem gestabat in corde .

8. *Lapide pretioso.* Insuper pretiosissi-
ma quædam gemma fuit , ejus in DEUM
gratitudo , quam ipse inter cæteros sanctos
primus exhibet Salvatori eidem sanguinem
dando pro sanguine ; quocirca optime sanctus
Maximus dixit : *Mortem quam Sal-
vator dignatus est pro nobis pati . hanc ille
primus reddidit Salvatori.* Mandaverat quon-
dam DEUS Moysi , quod si aliquando in-
ventum fuerit occisi hominis cadaver , absque
eo , quod cædis nefarix reus constaret , egre-
derentur majores natu & Judices loci illius , &
metirentur a loco cadaveris singularum per
circulum spatia civitatum , & quam cor-
pori occiso viciniorem fuisse perspexerint ,
seniores loci illius tollerent vitulam de ar-
mento , qua nunquam jugum traxerit , eam-
que ad fossam quandam seu vallem asperam
& saxosam ducerent , ibidemque occiderent
eam . *Æternus* idemque unigenitus DEI
Filius è monte Calvarie mortu acerbissimæ
erat traditus , tanta necis reus non inno-
scebatur , quisque à se occisionis culpam abige-
bat longius ; Judæi dicebant , *Nobis non licet
occidere quemquam ; Pilatus protestabatur . In-
nocens ego sum à sanguine justis hujus ; Judas
verò clamabat : Peccavi tradens sanguinem
justam* , totum genus humanum truculentissi-
mam causaverat crucis mortem , nullus tam-
en in particulari mortis fatebatur autho-
rem : Ecce mox divina nunquam fallente
providentia factum est , ut de civitate cruci-

fixionis loco viciniore , qua erat Jerusalem
Hebræorum seniores hanc præsentem vi-
cinitatem ad locum asperum saxisque durio-
ribus quasi consilium conduxerint , ean-
demque ibidem sacrificii quasi loco , at ne-
fariè immolarint : Pulchrè hic Emilianus in-
quit : *Beatus qui sumam Dominici vidi-
mam sanguinis , primus honoravit recentis sa-
crificio passionis .*

9. *Lapide pretioso* Septimus coronæ hu-
jus unio dici potest beatissimi Martyris incre-
dibilis quædam mansuetudo ; nullatenus à ve-
rò abstraherem , si Stephanum vobis instar Abe-
lis cujusdam veteris legis primum quasi Mar-
tyrem vobis exhiberem , pulchrè sunt , qua in-
ter utrumque reperuntur symbolica quædam
similitudines . Nam sicuti Abel legis naturæ
primus quasi extitit martyr , sic Stephanus le-
gis gratiæ ; Abel innocentissimæ semper ac in-
culpata vitæ fuisse perhibetur , nec minus vi-
tam immaculatam duxit Stephanus ; unum ta-
men est , quod omnimodam inter utrumque
similitudinem tollit , quod videlicet vindictam
de cælo inclamet Innocens sanguis Abelis ,
Stephanus verò contra pro occisoribus Deum
assidue precabatur , ut iis ignosceret clementer ,
quod præ nimia mansuetudine eos commit-
tere judicabat ignorantem .

10. *Lapide pretioso* Nec minus pretiosa co-
ronæ nostræ fuit gemma , generosa ejus , pro-
tuenda veritate , suscepta defensione ; *Stephanus*
plenus Spiritu sancto Cujus etiam officium
proprium est , fidei nostræ docere veritatem ;
Sciatis , inquit S. Augustinus , S. Stephanum ho-
norem Christi quasi visisse : inter hos lapides
quoque annumeranda est vox liberior , de qua
inquit S. Petrus Damianus , *ex liberioribus il-
lorum cordibus sermo exaccusatur veritatis , to-
tiusque martyrem capis sibi Spiritus Dei , & ex
ejus ore sonantiori Organo modulatur .*

Serm. 2. de
S Steph.

11. *Lapide pretioso* Insignis quoque lapis
fuit ejus in sublevandis aliorum , quas conspi-
ciebat miseris compassio ; sic enim beatus
Martyrem hoc ex capite commendat sanctus
Albertus Magnus ; *Fuit vir magna misericor-
dia propter quod ad hoc deputatus fuit ab Apo-
stolis , ut viduis ministraret .*

12. *Lapide pretioso* Inter cæteros verò
hujus diadematis uniones præ cæteris rutilat
profundissima ejus humilitas ; erat enim bea-
tissimus

tissimus Martyr honorifico loco in Ecclesia Dei, eamque in miraculis suis continuò reddebat illustrem; unde de eodem scriptura refert, *Faciebat signa & prodigia magna in populo*, erat in dicendo verbaque ad populum faciendo prudentissimus simul ac sapientissimus, nihilominus ministerium præ cæteris humile ministrare scilicet mensis, eidemque sese quasi ingerere non dedignatur; ita ut dicat Glossa *Martyrio coronatus est humiliter, qui lapidatus est humiliter.*

Glossa.

13. *Lapide pretioso* His omnibus undecima gemma non immeritò annumeratur admiranda ejus sapientia; de qua actus Apostolorum inquirunt. *Non poterant resistere sapientia & Spiritui, qui loquebatur.* Dionysius Carthusianus inquit: *Impleta est in Stephano illa Christi promissio; Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere omnes adversarii vestri.*

Serm. 1. de
S. Steph.

14. *Lapide pretioso.* Denique duodecimam hujus coronæ gemmam assignamus summam vitæ ejus innocentiam & admirabilem perfectionem; quam hæc verbis pulchrè describit Albertus Magnus: *ne a puritate quam in baptismo suscepit, creditur permansisse, unde dicitur de eo Stephanus plenus gratia, quasi dicatur, quod eandem gratiam, quam in baptismo suscepit, adhuc per vitam innocentiam conservavit.*

15. S. Augustinus de hac tam opulenta gemmis lapidibusque pretiosissimus diuina corona intendebat loqui, dum scripsit: *Quando B. Stephanus pro Christo primus sanguinem fudit, quasi corona processit de cælo, ut eam sumerent sequentes in prælio, qui præcedentis pietatem imitarentur in prælio.*

Serm. 92.
de divers.

De Fortitudine sancti Stephani, quæ ex continuis heroicarum virtutum actibus elucet.

DISCURSUS SECVNDVS.

Stephanus plenus fortitudine.

I. **I**ltre meritissimo Spiritus sanctus & beatissimo Prothomartyre Stephano præallatum Scripturæ sacræ textum nobilissimæ cujusdam virtutis inexpugnabilis scilicet fortitudinis omnem extitisse quasi plenitudinem, id est, perfectionem innotescere voluit, siquidem sanctus Stephanus non solum primus fuit, qui acerrimum imò sanguinolentum omnino subiens martyrii conflictum gloriosam inde reportavit victoriam, verum etiam similiter in ipso ad ipsam usque admirationem omnes omnino nobilissimæ hujus virtutis (quam D. Ambrosius cæteris omnibus virtutibus præfert) excellentias ac prærogativas clarissimo spectare licebit intuitu; *Est fortitudo, inquit Ambrosius, velut cæteris ex-*
Mansi Sanctorum, Tom. IV.

Lib. 1. de
offic.

celrior; S. Augustinus in sermone quodam de hodierna festivitate, dignam, pro admiranda sanctissimi Martyris deprecanda fortitudine, à DEO implorat facundiam, dicens: Donet mihi Dominus pauca dicere salubriter, qui donavit Stephano tanta dicere fortiter; Idem pulchrè nobilissimam hanc virtutem sic describit: Fortitudo est amor, facile tolerans omnia, propter id quod amatur.

Lib. de
mor. Eccl.

2. Fortitudo quæ est virtus Christiana in hoc ab ea quæ militaris nominatur, distinguitur, quod hæc in hostili aggressione; ista vero in patienti quorumvis insultuum & aggressionum consistat tolerantia: Ecce sententiam Angelici Doctoris, dum inquit: *Sustinere, id est, in periculo immobiliter sistere principalior est actus fortitudinis, quam* 22. q. 123.
aggredi pericula, Vultisne scire, quibus armis 2. 6.

Xx

in-

Serm. I. de
S. Steph.

invictissimus hic Heros, qui plenus dicitur fortitudine, fuerit instructus? profectò lorica de qua mentionem facit Petrus Chrylogus dicens: *Amor impenetrabilis est lorica*: hic Amor cor eidem dedit & animum invictum, quo tot tantisque hostium suorum persecutionibus fortissimè restitit. S. Fulgentius D. Augustino sese conformans inquit: *amor facile tolerans omnia propter id, quod amatur, quod est ergo tam magnum, atque insuperabile genus armorum, quo munitus facientes argueret, lapidantes non repercutiens sed patiens superaret?* Conludit denique hic Sanctus exquisita hæc solertissimi que cujusdam operis arma fuisse ardentissimum in B. Stephano amorem & charitatem. *Charitatem pro armis habebat, & per ipsam ubique vincebat.*

Alex. ab
Alex. lib 2
c. 24.

3. Refert nominatissimus Scriptor Alexander ab Alexandro, in hodie Insula mirabilem quendam Herculi sacrificandi cæcæ gentilitatis morem; sacrificii enim loco habebat omnes, quascunque tandem ejusdem gentis sacrificuli excogitare poterant injurias, contemptus, impropria, & ea ignominiosissima quidem in Herculem evomere quod si quidem contingeret minimam in laudem Herculis redundantem proferre voculam, jam sacrificium istud pessimi infausque ominis censebant augurium: Sed quæso edicite mihi, quæ convenientia, quæ proportio inter contumelias, injurias, maledictiones, & inter sacrificium, quod est signum obsequii, devotionis, & honoris, per quod denique debitus DEO cultus exhibetur, reperiri potest? quo non attento nihilominus præcitatus author hæc eadem verba refert; *Maledictis ludibrisque verborum Herculi litant*: at pandam mysterium: Volebant gentiles hi insiguem quandam omnemque summam debilitatem superantem in Hercule denotare fortitudinem, quam omnibus quibus poterant injuriis ac illusionibus Herculem infestando, num ad eas patienter sufferendas eidem generosus quoque esset animus, experiri volebant, sicque velut numini cuidam, eidem litabant, & profectò Actus Fortitudinis maximè Heroicus est, bonam in partem quascunque injurias suscipere, fortissimè ac imperterrito eadem animo sufferere; *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur*

Prov. 16.
32.

animo suo expugnatore urbium Adhæc apud antiquos pro more receptum erat, poterat nimirum quisque solemnissimum etiam Triumphatorum quibuscunque exagitare ac vexare improperis, idque quibusdam visum fuit hac ex causa fieri, ut sic omnem inanem applausum, vanamque gloriam in animo superbiante impedirent; at hæc, ut mihi quidem videtur, potissima hujus erat ratio, ut significaretur tunc quempiam fortem, generosum verique dignum esse triumpho, si quasque contumelias ac injurias forti animo recipiens non sentiat: hic enim veræ fortitudinis actus pluris æstimabatur, quam fortissimas urbes expugnasse, instructissimosque prostravisse exercitus.

4. Stephanus plenus fortitudine, verissimum enim hoc ipsum est, si verum est, quod Scriptura Sacra refert; *Calumnia consuribat sapientem. & perdit robur cordis illius*; perfidi enim illi simul ac maligni Judæi quascunque in Stephanum torquendo calumnias falsissimasque impoturas, falsa quoque in faciem contra eum dicendo testimonia, vel utique contra DEUM blasphemum atque rebellem condemnando fortem Stephani animum nullatenus turbare, minimumque inquietare poterunt. Verum in medium eorum prodiens Stephanus summa cum animi pace & tranquillitate, vultusque blanda serenitate eosdem veluti Patres & Fratres honorans eorundem demonstrando malitiam ac invidiam blandè leniterque sic affatus est: *Viri Patres & Fratres audite*. Sanctus Gregorius Nyssenus inquit: *Ira quidem lenitatem, minus verò despicientiam mortis, mortis terrori vita contemptum odio dilectionem, malevolentiam benevolentiam, calumnia veritatis prædicationem opponens* Sanctus Lucas summam Judæorum malitiam tangens, scribit, quod *exclamantes voce magna continuerunt aures suas* quod verò secundum sanctum Augustinum sic intelligendum est: quod videlicet cum summa impudentia, scientia & libertate sanctissimo Levitæ sese opposuerunt, eundemque morti tradere, lapidibusque obruere concluderint, credentes gratisimum se Deo exinde sacrificium immolaturos: *Clamor pro tante impudicitia & libertate iniquitatis, ut nec recrudia nec timore abscondatur.*

Eccle 7. 8.

5 Ste.

5. Stephanus plenus fortitudine; apparet hoc in consideratione mirabilis illius mansuetudinis, quam erga suos persecutores ac lapidatores exhibuit: *Cornua in manibus ejus, inquit Propheta Habacuc, ibi abscondita est Drogo. de f. ritudo. Quæ autem, inquit quidam, fortitudo tua nisi mansuetudo tua? de inimicis nostris ultionem sumendo & vindictam, secundum Duelli mundique leges eisdem vincere judicamur, sed iisdem benefaciendo illataque eis condonando injurias nos ipsos vicisse, majoremque multo reulisse victoriam manifestissimum est: Cùm quo plus quispiam mitis est & mansuetus, plus quoque cenleatur fortis. Quam autem de seipso reportatam in sancto Stephano victoriam notasse videtur sanctus Maximus dum inquit: Plus itaque tunc illorum dolebat peccata, quam sua vulnera. Omnibus enim, quibus poterat modis Deum suis malefactoribus placare studebat, tunc genuflexus altum inclamabat: ut scripturæ textus refert; *positis autem genibus clamavit voce magna dicens, ne statuas illis hoc peccatum. In quæ verba pulchrè inquit Salmeron, Indicat ardentem suam charitatem, qua lapidantium salutem sitiebat, quia positus genibus, & clamore magno, quod pro se non fecerat, illorum postulabat salutem, quoniam illi in majori periculo erant, & graviter de linguebant, ideo cum majori humilitate & submissione preces fundit ubi quoque illud notandum est, quod licet in sanctissima hac anima omnes omnino resplendeant virtutes, sancta tamen Mater Ecclesia fidelem sibi populum particulariter ad imitandam ejus invitet mansuetudinem, dum hodie sic DEUM deprecatur dicens: Da quæsumus Domine imitari quod colimus, ut discamus & inimicos diligere, quia ejus natalitia celebramus, qui novit etiam pro persecutoribus exorare Dominum nostrum IESUM Christum; Sancti item Patres & Doctores singulariter insignem hanc in beatissimo Levita Virtutem admirantes certatim quasi insignibus post se relictis testimoniis in ejusdem ruunt commendationem. Ac primo quidem sanctus Augustinus inquit: Illi lapides mittebant, ille orationes præmittebat, tanquam dicens, Domine si istos modo occideris inimicos, quos postea facies amicos? Purpuratus Pater Petrus**

Damianus ait: *Lapides quidem lapidem percutiunt, sed lapidem molliorem, de quo fuit oleum charitatis. & tinnitus redditur pietatis, clamat voce magna, quia magna utique charitate. Sanctus Gregorius Nyssenus dicit: Manus lapidibus armabant, obtuta, anhelatione, denitium collisione savitiam præferentes, hic vero tanquam fratres aspiciebat & tanquam Patres salutabat. Aliqui hic legunt: Ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt, quid faciunt, quem in textum Hugo Cardinalis sic loquitur: Mira virtus Martyris orans excusat eos charitate accensus Demum optimè hic omnes ad exemplum sanctissimi Martyris exhortatur sanctus Maximus dicens: Diligamus nos hoc animo in Ecclesia fratres nostros, quo ille tunc dilexit inimicos suos.*

6. Plenus fortitudine. Probat quoque hanc ejus fortitudinem summa ejus in contemptu mundi oblectamentorumque, quibus alias sensus deliniri solent, constantia, *lustorum enim fortitudo est, inquit D. Gregorius, Carnem vincere, propriis voluptatibus contraire, delationem vitæ presentis extinguere, prosperitatis blandimenta contemnere: Addendum hic quod de eadem virtute sancti Stephani scribit D. Ambrosius, Rigidior adversus voluptates Rabanus, citatus à Glossa, ejus est opinionis, quod in præmium ac recompensationem generosi ejusmodi contemptus omnium terrenorum, eidem apertum sit cælum, quod ex eo bene videtur sequi, cum sanctus Lucas dicat, Stephanum quoque eorum numero fuisse, qui divitias possessionumque suarum pretia, ante pedes detulerunt Apostolorum, multosque alios insigni hoc suo exemplo adidem faciendum excitavit, Migraturus à terra cælos vidit apertos, ut qui terrenam vitam pro Christo contempsit, mereatur hereditatem cæli. Ad eundem modum, quod sensuum oblectamenta quæque generosè contempserit, non immerito Angelus quidam dici poterit: quod Salmeron suggerit, inquit: Tanquam Angelus, corporis nullam habet curam: B. Pater Petrus Damianus ad ea verba, *Intendens in cælum, ait: Hanc intentionem fecerat abjectio, mundi contemptus, sui cordis munditia.**

7. Plenus fortitudine; Insignis profectò ea beatissimi Martyris fuit fortitudo, prius, &

Hom de S.
Steph.

Tom. II.
Tr. 35.

Ser. 4.

Lib. 7.
mon. 9.

Lib. 1. off.

Tom 12.
Tr. 13.

post Christum nunquam visa generositate Martyrii velut periculosissimi cuiusdam maris rubri tentare transitum. Populus Hebræorum postquam attingisset mare rubrum, idemque mare ut ingrederetur Pharaeo cum exercitu suo eundem quasi allicere, Moyses virga sua miraculosa in duodecim semitas mare divisit, ut scriptura loquitur (*qui divisit mare rubrum in divisiones*) attamen quilibet hæsitabat fluctuanti huic, nec non cæteroquin lubrico, minusque firmo elemento fidere: Aminadab præ cæteris generosior cum unversa tribu sua primus fuit, qui mirabilis hujus transitus marini subibat periculum, unde transiens reliquis eandem sequi viam, & animus quasi fuit & exemplum, proindeque promeritus, quod sua tribus inter cæteras domus Judæ semper primatum tenuerit. Ad eundem modum ad solum aspectum maris rubri sanguinis scilicet & amarissimæ passionis Salvatoris nostri quisque timebat ac timebat: quisque immanes illas Tyrannorum carnificinas declinabat, ac tormenta. at ecce Stephanum, qui *plenus fortitudine*; primus summa generositate hoc mare magnum ac spatiosum martyrii calcare ac intrare non dubitavit; nec non marinatum harum aquarum salcedinem & amaritudinem in merum nectar convertit & ambrosiam Paradisi; tanta enim animi sui alacritate tantoque cum jubilo mortem sustinuit, quod *lapides torrentes illi dulces fuerunt*. D. Chryfologus inquit: *Stephanus purpuratum ducit exercitum*: addidit animum generositatemque cæteris post ipsum martyribus.

6. Patriarcha Jacob inter omnes suos filios, quos nominibus duodecim Tribuum insignivit, dando benedictionem Ruben, eidem dixit; *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea. & principium doloris mei, prior in donis, major in imperio*. Ruben interpretatur & idem est, quod, *videns filium*. Fuit hæc profecto figura S. Stephani; de eo enim dicitur: *Video cæ-*

los apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis DEI: Fuit quoque primogenitus Martyrum legis Evangelicæ, potestque de eo (uti apparebit) optimè dici, quod dicit Apostolus Elegit cum conformem fieri imaginis filii sui, ut esset primogenitus in multis fratribus. Optimè autem eidem convenit, quod de Ruben Jacob prædixerat, *tu fortitudo mea*, ipse enim confortavit, animavitque omnes alios qui metuebant mortem, siquidem ipse eandem cum tanta fortitudine sustinuit. D. Chryfologus, postquam dixisset, *Stephanus purpuratum ducit exercitum*, subjunxit, *qui pro Domini sui adhuc calente sanguine sanguinem suum avidus bellator effudit*. D. Augustinus autem insignem tantæ suæ tempore lapidationis exhibitæ alacritatis & lætitiæ, dat rationem inquit; *Nec mortem timebat, quia Christum, quem pro se occisum sciebat, viventem videbat, ac per hoc festinabat etiam ipse mori pro illo, ut viveret cum illo*. his autem vix melius quidquam dicere potuisset Eusebius Emisenus; *Beatus qui cælestis illius agonis proximo pedissequis intervallo reliquias excipere furoris illius emeruit, quo paulò ante saviente mundo Salvator occubuit*.

Serm. 94.
de divers.

Hom. de S.
Steph.

7. Dionysius Carthusianus in expositione quadam super verba illa *plenus fortitudine*, pulchræ cuiusdam educendæ moralitatis præbet occasionem, per hanc enim fortitudinem intelligit stabilitatem & perseverantiam in bonis operibus, *Donum cuius est operibus perfectionis constanter insistere*. Docet experientia multos à bonis factis propositis desistere, facilitateque ad jamjam detestata & confessa redire peccata, quare invocemus opem S. Stephani, pro impetrando dono hoc fortitudinis, id est, stabilitatis & constantiæ in exercitio virtutum, & perfecta divinorum præceptorum observantia.

Lyræ. in
5. Matth

Gen. 49. 7.



Qualiter sanctus Stephanus omnibus Spiritus sancti donis & fructibus ditatus fuerit, demonstratur.

DISCURSUS TERTIVS.

Stephanus plenus Spiritu sancto.

1. **S**anctus Lucas Evangelista simul & pictor excellentissimus eminentissimam sancti Martyris Stephani sanctitatem in effigie ad vivum quasi delineare volens, eandem in una quam duxit linea, in uno quem scriptis textu, *Stephanus plenus Spiritu sancto*, tam perfecte tetigit, ut ad pulcherrimos dignissimosque de eadem conceptus simul, ac ideas formandas sufficiat *Tanta divinatorum charismatum*, inquit Dionysius Carthusianus, *excellencia decoravit, ut ei aequalis vix videatur inter Martyres. Stephanus plenus Spiritu sancto.* Syriaca versio sic legit, *Stephanus plenus Spiritu sanctitatis*: ad quod jam citatus Carthusianus dum scribit in acta Apostolorum, sic inquit: *Per quod insinuat cunctis fuisse plenus virtutibus.* At verò si ulterius percipere libet, quo titulo & quidem æquissimo Beatissimo Levitæ hæc laus debeat, discurremus nonnihil ulterius super dona & fructus eidem à Spiritu sancto abundantissimè communicatos, & profectò sanctissimum martyrem omnibus omninò ditatum & exornatum inveniemus.

Serm. 4. de S. Steph.

Isai. 1. 4.

2. Evangelicus Propheta Isaias, differens de donis Spiritus sancti, quibus venturus in mundum Messias, utpotè ex signis quibusdam dignoscendus esset eadem hunc in modum recenset: *Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientia; & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientia & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Hæc eadem septem dona in beatissimo Martyre reperiemus.

3. *Spiritus sapientia* Sapientia, inquit Hugo Cardinalis, *Spiritualis non mundana*; convenit hoc cum expositione Corneli à lapide, qui sentit sapientiam esse donum, cujus beneficio anima bona invisibilia contemplatur, & ab hisce inferioribus totaliter dimovetur, sapientia verò Prothomartyris nullatenus humana verum cœlestis fuit: ad cujus probationem servit benè notare *ly Spiritui*, quod Evangelista Lucas suo in textu unit cum *sapientia*, dicit enim, non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur: absolutissimus verò bonorum terrenorum contemptus ferventissimusque cœlestium amor, inde quam maxime apparet, quod adhuc nobiscum in terra degens cœlum apertum conspexerit Unde Dionysius Carthusianus inquit: *Ahuc vivens in carne mortali ad tam altam atque cœlisformem perductus est visionem.*

4. *Et intellectus*: Est hic secundum seu alterum donum Spiritus sancti, & est donum singulare quoddam cuiusdam intelligentiæ seu perspicacitatis, per quod abdita quæque & secretissima divinarum scripturarum Mysteria, prædictiones, figuras, Allegorias penetramus, absconditosque ejusdem rescire incipimus thesauros, Doni hujus prærogativa singularis Doctorum & Theologorum quædam fors est, at non minus eodem quoque & quidem abundantissimè repletus fuit S. Stephanus uti ex insigni illo in concilio & Judæorum synagoga ad eosdem habito, & à S. Lucia in actis Apostolis accuratissimè descripto sermone clarissimè elucet.

Corn. à lap.

5. *Spiritus consilii* Hoc donum consilii cum prudentia Christiana profusè synonymum est, perque illud omnes nostras actiones

Serm. de S.
Stephan.

ad ultimum finem nostrum dirigimus, quem in sententia apostolicam in sermone quodam de presentis Festivitate scripsit sanctus Albertus Magnus: *Stephanus interpretatur Regula vel corona; interpretatio itaque nominis sui innuit aperte, quod secundum Regulam doctrina IESU Christi vixit, & quod bene vivendo caelestem Coronam promeruit.*

Serm. 185.
de Temp.

6. *Spiritus fortitudinis.* Constitit hic spiritus in constanti fortique quarumvis contradictionum, tormentorum, imò ipsiusmet Martyrii sufferentia. Fortes & heroes se quidem exhibuerunt Apostoli, postquam Sacra Pentecostes die Spiritum sanctum de caelis missum recepissent, eo que repleti essent: *Tamquidem Christum, inquit sanctus Augustinus, per diversa poterant predicare, sed adhuc pro Christo usque ad mortem certare non poterant, usque adeo, ut nullum ex Discipulis coronaverit palma Martyrii ante Adventum Spiritus sancti.* At vide nunc quis animus heroicus, quæ fortitudo protus invicta fuerit in beatissimo Levita nostro; qui inter omnes primus ad subeundum Martyrium in arenam descendere ausus fuit: *Ecce quam imperterrita mens,* inquit Dionysius Carthusianus. D. Gregorius in super Apostolis à Spiritu sancto constantiam & animositatem in sufferendis suppliciis communicatam recognoscit, dicens: *Hujus mundi potestatis us contravenire non presumerent, nisi eos Spiritus sancti fortitudo solidaasset.*

Serm. 4.

7. *Spiritus scientia.* Servit hoc scientiæ donum ad intelligendum, bona hæc terrena medium ad acquirenda caelestia esse efficacissimum eadem ad bonum finem ordinando, iisdemque cum hac differentia discretionis utendo. Beatus Pater Petrus Damianus hunc Scripturæ textum: *Intendens in caelum vidit gloriam Dei,* exactius non nihil ponderans, inquit, *Hanc intentionem fecerat abjectio mundi.*

Serm. cit.

8. *Et pietatis.* Est & pietas donum quoddam Spiritus sancti: Mirum autem quales zelus religionis, pietatis, cultus divini, majorisque Dei gloriæ sanctus Stephanus singularis cuiusdam fulgoris radios emisit: Dionysius Carthusianus inquit sermone citato: *Quam*

9. *Spiritus timoris Domini* est hic ultimum Spiritus sancti donum, & intelligitur de ti-

more filiali, qui est effectus charitatis, sapientia enim est initium timoris Domini, de qua illa in hujus transitur cognitionem: *Radix sapientia enim est timere Dominum* Hugo Cardinalis inquit: *Timor Domini confert sapientiam de divinis & disciplinam de moribus.*

Eccl. 1. 8.

10. *Stephanus plenus Spiritu sancto.* Textus hujus veritas clarissimè patebit ex consideratione fructuum Spiritus sancti, quos accuratissimè ad Galatas scribens, enumerat Apostolus Paulus: *Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides modestia, continentia, castitas.* Ac primo quidem ardentissima in ipso fuit charitas, testis ejusdem est Dionysius Carthusianus, dum inquit: *Actus dilectionis per modum ignis ad caelestia scandens.* Flagrantissimus hic charitatis ignis extra spheram suam non valens quiescere, ei continuè se unire desiderabat, Deo scilicet: *Qui ignis consumens est.* Ecce video calos apertos & Iesum; quam plenissimus Christi amor Nicetas quidam in laudem presentis sanctissimi Martyris, quam copiosissimè descripsit, Surius sic loquitur: *Charitate ardebat magis quam omnes sancti sui temporis. Gaudium, inquit sanctus Thomas, quod procedit ex presentia rei amata; At ille gaudens suscepit lapides curia? habebat siquidem sibi præsens objectum amatum; Ecce video Iesum stantem à dextris virtutis Dei.*

Gal. 5. 23.

11. *Pax.* Hæc pax illa erat, de qua scriptum est: *Pax multa diligentibus legem tuam.* Hæc pax est interna quædam quietus, vultus amabilis serenitas, ex tranquilla & bona ortum ducens conscientia: *Spiritus ille,* inquit Bernardus, *odit sordes, nec habitare potest in corpore subdito peccatis.* Quis igitur nunc miretur, si de beato Stephano dicatur: *Plenus Spiritu sancto?* siquidem ipse inculpatæ vitæ erat, & indicibilis puritatis. Pulchrè Lyranus ait: *Pax quantum ad duo, ad quietem ab exterioribus conturbationibus, secundo quantum ad sedationem desiderii interioris.* Utriusque hujus pacis condiciones perfectissimè exhibet Stephanus, ita ut speciem quandam referret Angeli, erat enim omninò imperturbabilis: *Sicut Angelus Domini ut nec benedictione, nec maledictione moveatur* Dionysius Carthusianus dicta nunc pulchro confirmat elogio, dicens:

Serm. de Pent.

2. Reg. 14.
17.

cens: Cum enim tam falso accusatus fuisset, non est vultu, ac corde turbatus, non ira aut impatientia motus, non pallore aut timore persusus, sed mente constantissimus fuit, securus, imperterritus, & jucundus in Deo tranquillissimo vultu ornatus. Et quod singulariter notandum est, cum enim perfidi Hebraei falsique impostores contra eum velut lupi rapaces commotidantibus quasi fremerent, ipse eos non alio quam patrum ac fratrum nomine compellavit, dicens: *Viri patres & fratres audite.*

12. *Patientia.* Tertius & ab aliis diversus hic fructus est Spiritus sancti: *Quem perpassionem contrariorum aquanimum*, nominavit Dionysius Carthusianus: qui insuper restitendo se super historiam actorum Apostolicorum, in quibus refertur Stephanum non solum patientissimè sustinuisse Martyrium, verum etiam genibus flexis pro suis persecutoribus & occisoribus ferventissimè Dominum exorasse, sic inquit: *Ecce pro se stans, pro intersectoribus genua flectit, & pro intersectoribus tam crudelibus, in quo mira ipsius patientia, & perfecta charitas declaratur.* Lyranus scribit: Hic ponitur B Stephani perfecta patientia.

13. *Benignitas* hanc Angelicus Doctor explicans dicit: *Benignitas, id est, verum largitas: Benignitas enim dicitur quasi bona igneitas, qua facit hominem fluere ad subveniendum necessitatibus aliorum.* Apostolus hanc suadet suis Colossensibus, dicens: *Induite ergo vos sicut electi Dei Sancti & dilecti visera misericordie benignitatem.* Ex occasione insignis hujus virtutis S. Stephanus communi & unanimi Apostolorum consensu, veluti viduarum aharumque indigentium personarum provisor electus fuit, quod idem asserit Albertus Magnus: *Fuit vir magna misericordia, propter quod deputatus fuit ab Apostolis ut viduis ministraret.* Alii hanc benignitatem volunt esse affabilitatem & gratam quandam in Conversatione suavitatem: *suavis & benignus affectus, ut in loquendo, respondendo.* Inter alia verò hujus spiritus indicia hæc tria Sapiens assignat: *Suavis, humanus, benignus.* S. Augustinus ait: *Quid lenius, quid clementius?* Chrysostomus suavem ejus loquendi modum observat, dum inquit: *Benignus erubescit, tunc videlicet quando sermonem suum ad Judæos hisce verbis exoriebatur: Viri patres & fratres audite.* Hugo Cardinalis dicit: *Blande loquitur, ut*

libentius audiatur; Proverbiorum 15. Scriptura ait: Mollis responsio frangit iram Eccles. 6. Verbum dulce multiplicat amicos.

14. *Bonitas.* Est hæc sextus fructus Spiritus sancti. Lorinus super verba hæc: *Plenus gratia*, tam in Græca, quam Syriaca & Hebraica Versione, dicit, sic exponenda: *Plenus erat bonitate.* Bonitas idem est quod *Rectitudo & dulcedo animi*, dixerat D. Thomas: quantum ad rectitudinem attinet animi, persecutio, licet crudelissima Judæorum non fuit, fuit tamen sufficiens ad etiam vel minimam Stephanum permovere exandescentiam, debitateque mansuetudinis ut leges infringeret, nisi fortè primo intuita hæc sacri textus verba: *Dura carvices*, quandam indignationem significare videantur, at, ut volunt sacri interpretes, fuerunt hæc verba optimi zelus, non verò correctionis aut passionis alicujus indomitæ indicia. Bene etiam dicitur à sancto Thoma: *Dulcedo*; quia lapides torrentis illi dulces fuerunt.

15. *Loquacitas spei in præstolando bona divinitus promissa*, inquit Dionysius Carthusianus. Idem in Acta Apostolorum scribens duplicem Actum fortitudinis refert, quorum posterior perfectissimam Prothomartyris nostri perseverantiam præsentare potest: *Donum, cuius est operibus perfectionis constantè insistere: Corona pugnanti datur & victori: Sanctus Stephanus verò & nomine & omine, id est, factis perseverantiam optimè expressit, illa enim est bonorum operum Corona.*

16. *Mansuetudo*, inquit Lyranus, *Facit equanimiter tolerare mala nobis illata: Beneficio hujus virtutis anima justa & sancta non sentit illatas injurias, imò etiam malum pro bono reddit: quod beatissimo Stephano optimè accommodat sanctus Maximus, dicens: in illa lapidum ruina, quando alius oblivisci poterat, etiam charissimos suos, ille Domino commendabat inimicos.*

17. *Fides.* Lyranus hanc fides sumi dicit pro *Fidelitate*, declarando enim hoc Epithetum à S. Luca beatissimo Martyri datum, quando fuit ordinatus in Diaconum, inquit: *plenum fide, id est, fidelitate, propter quò dicitale negotium poterat sibi securè committi: At verò quando sumitur pro fide, quæ est virtus Theologica, maxime ea in sanctissimo Martyre relucet, ut de se manifestum est.*

Eccles. 6.

Cornel. à Lapide.

Sap. 7 22
Serm. ac
S. Steph.

18. *Modestia* Hæc effectus quidam est Spiritus sancti, & virtus quæ omnes externas nostras actiones (ut sunt sermones, gressus & incessus, vestitus, visus, & cætera si quæ sunt hujusmodi) totam conversationem nostram exteriorem, totumque hominem externum optimè componit ac moderatur; quod autem hanc modestiam, quæ est effectus Spiritus sancti in omni sua perfectione possederit sanctus Stephanus, ex eo vel maximè patet, quod omnium oculis, imò etiam ipsis suis persecutoribus visus fuerit instar Angelii: *Viderunt faciem ejus tanquam faciem Angelii stantis inter illos.*

19. *Continentia*, inquit Dionysius Carthusianus, est refranatio voluptatis laboriosa Beatissimus Prothomartyr in florida ætate sua venustissimæ erat formæ, raræque pulchritudinis, quæ incentivum & fomes quidam ad amorem etiam illicitum esse solet, in eadem quoque ætate sua ad regendas honestissimas matronas applicatus fuit, ex quo facile arguere licet eundem continuum sensibus suis bellum indixisse, eosque summo cum rigore & austeritate domasse. *Continentia*, ut Cornelius à Lapide commentatur, à nimio cibo & potu, Vatablus autem per eam intelligit *Temperantiam*, singularis autem in eo fuit sobrietas & abstinentia, quam in assiduo mensarum ministerio, ad quod ab Apostolis electus fuerat, clarissimè licebat experiri.

20. *Castitas* Estque hæc ultimus Spiritus sancti fructus ab Apostolo Paulo relat. Dionysius Carthusianus differentiam quandam norat inter continentiam & castitatem; & dicit: *Continens patitur concupiscentias fortes, sed non vincitur; Castus verò non vincitur nec patitur; Idem quoque videri potest in sancto Anselmo, ubi inquit: Continencia in luctamine est castitas in pace: Sic sanctus Stephanus, postquam suis cum sensibus acre præhulum intussit, eosque devicisset, Angelica quadam gaudebat puritate. Unde Albertus Magnus ait: Mira castitatu fuit, propter quod dicitur plenus Spiritu sancto.*

21. *Plenus Spiritu sancto*, per supereminentem omnium aliarum à sancto Spiritu Beatissimo Martyri collatarum, & ab Apostolo supra enumeratarum gratiarum abundantiam; quas quidem à Divino hoc Thesaurario separatim sancto Stephano elargitas

Paulus refert, nihilominus hic easdem ad ipsam admirationem usque in sanctissimo Levita unitas, & quasi in unum congestas clarissimè spectabimus: *Alij*, inquit Apostolus, *datur sermo Sapientia, alij sermo scientia secundum eundem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, alij gratia sanitarum in uno Spiritu, alij operatio virtutum, alij genera linguarum, alij operatio sermonum.*

22. *Sermo Sapientia*. Cornelius à Lapide sic inquit: *Facultas explicandi sapientiam, id est, mysteria altissima Trinitatis, incarnationis, predestinationis.* Hanc autem sapientiam sanctus Stephanus in discursu illo multis mysteriis gravido & à sancto Luca accuratè descripto, quem ad Concilium habuit, sufficienter ostendit. Testatur id ipsum Albertus Magnus, dum ait: *Erat magnus Doctor, & Prædicator, ex quo bene sequitur, Sermo scientia, ut explicet, quæ ad agenda moresque pertinent.* Pulchrè idcirco dicit Augustinus: *Stephano ergo Martyri & pulchritudo erat corpore, & flos acutus, & eloquentia fermocinantis, & sapientia sanctissima mentis. Fides, in eodem Spiritu, non Theologica, sed miraculorum, ut inquit Chrysostomus: Si habueritis fidem, ait Christus, sicut granum Synapis, dicetis huic arbori, eradicare & transplantare in mare, & obediet vobis.* Hanc miracula operandi gratiam & virtutem mediante hac fide abique ullo dubio habuit Stephanus, quia faciebat prodigia magna: & maximum est hoc donum: quod sancti Patres Ambrosius & Anselmus in expositione hujus textus vocant: *Donum intrepide profitendi & prædicandi fidem, vel si velimus, intelligentiam magnam mysteriorum fidei. Gratia sanitarum in uno Spiritu, multa scilicet operando miracula: Operatio virtutum, quod intelligendum est de miraculis insignioribus, unde dicitur: Faciebat prodigia & signa magna in populo. Prophetia, Ipse enim prædixit secururam dignam maximæ Judæorum oblationis & pertinaciæ divinam ultionem & castigationem: Discretio spirituum, ipse enim abscondita cordium penetrabat, eorum eis patefaciendo cogitationes, Genera linguarum, certissimum est, hoc donum sanctissimæ Martyri non defuisse, disputabat enim cum variis ac diversarum nationum hominibus variis linguis.*
Unde

Cornel. à Lapide.

Cornel. à Lapide.

Serm. 6.

Luc. 17. 6.

Unde inquit Guericus Abbas: *Apostoli & eorum similes linguas sibi datis magnalia Dei predicant, Tyrannos verberant, demonia flagellant, caelos aperiant, quia lingua eorum claves caeli factae sunt.* Ex quibus omnibus nunc certissima veritate constat, verum esse, *Stephanus plenus Spiritu sancto.* Credibile etiam est Stephanum congregationi Apostolorum in cenaculo in

Syon in die Pentecostes, quoque interfuisse, idque eo magis, quia ad unguem in ipso effectus ejusdem Spiritus sancti Apostolis ea die dati le produnt; *interpretatio sermonum obscuriorum, maximè sacra Scriptura hocque dono aliisque ditatum nunc videmus Stephanum, ut cum fundamento de eodem dicatur: Plenus Spiritu sancto.*

De dulcedine consolationum cœlestium, quas sanctissimus Martyr inter lapidum imbrem percepit.

DISCURSUS QVARTVS.

Lapides torrentis illi dulces fuerunt.

Non est quod miremini, si omnes totius Palæstinæ torrentes hac die miram quandam suavissimi mellis saporem exhibentem suavitatem & dulcedinem præbeant, ita ut ipsi etiam durissimi indulcescant silices; quia uti heri audistis, ob sacratissimam Salvatoris natiuitatem, copiosissimum neclar & Ambrosiam ipsi pluere cœli; *Hodie per totum mundum mellis facti sunt cœli*

2. Regius Propheta David insignes sanctæ Ecclesiæ progressus prædicens, nihil quoque ad propositum pro hodierna festiuitate aptius dicere poterat, quam hunc Psalmi versiculum: *Tu exurgens miseraberis Syon, quia tempus miserendie eius, quia venit tempus.* Hunc in locum Lyranus ait: *Hic ponitur promotio Ecclesiæ, qua facta est per Christum, quæ Lyranus opinio sequenti sacre Scripturæ textu confirmatur: Timebunt gentes nomen tuum Domine: quia gentiles fidem Christi amplectentur; potentissimique Reges colla sua dulcissimo legis Evangelicæ jugo submittent; Et omnes Reges terra gloriam tuam, quia edificauit Dominus Syon, id est, Ecclesiam.* Hugo Cardinalis inquit: *Venit tempus*
Manji Sanctuarii, Tom. IV.

miserendie eius, id est, gratia tempus. Quod autem maximè proposito nostro seruit, est id, quod sequitur; *Placuerunt servis tuis lapides Lyranus ait: Fdeles de Iudæis conuersi, qui fuerunt primi lapides, in edificio spirituali Ecclesiæ positi: at insistendo sensui literali verè hoc Propheticum oraculum in sancto Stephano videretur esse adimpletum, quia Lapidis torrentis illi dulces fuerunt.* Beatus Laurentius Justinianus inquit: *Iam experiebatur interius, quam magna multitudo sit diuina dulcedinis, quam pro veritate certantibus noverat esse paratam*

3. *Dulces fuerunt.* In libro Deuteronomii pulchrè describitur, qualiter populus Judaicus terram fertilissimam intraturus esset ad possidendum eam, ita ut sugeret mel de petra, & oleum de saxo durissimo; alludit Scriptura ad Apicularum in silicibus mirabilem structuram, & fertilissimarum oliuarum frugiferam naturam, quæ locis maximè dirutis & saxosis implantatæ videntur; *Ut sugeret mel de petra & oleum de saxo durissimo.* Per oleum intelligitur læticia & gaudium internum, quod DEUS animæ communicare solet; *Vnxit te DEVS, DEVS tuus oleo læticia;* at Rabanus inquit, *Oleum vero de firma petra suxerunt, qui effusione Spiritus sancti post resurrectionem ejus ungi*
Pf. 34. 8.
Raban.

meruerunt : Spiritus sanctus enim ab Ecclesia denominatur *spiritualis unctio*. Si autem hac unctioe multæ animæ sanctæ impinguntur ac delibutæ sint quantum plus sanctus Stephanus, de quo per Evangelistam Spiritus sanctus attestatur, dicens : *Stephanus plenus Spiritu sancto*. Item Spiritus sanctus sæpè roris inundatione compellatur, sic enim dicitur : *Sui roris intima a spersione sæcundi*. Ad quod propositum sanctus Gregorius Nyssenus de sancto Stephano sic scribit : *Magnus ille Stephanus gaudet lapidibus undique pettus, ac veluti suavem quandam rorem, crebros lapidum ictus in modum flaccorum nivis incidentium cupide excipit, ac benedictionibus nefarios homicidas persequitur*. Est pulchra hæc roris proprietatis, quod scilicet per diem à Sole conceptum æstum & calorem animium, matutina sua irroratione in herbis & plantulis refrigeret, similem proflus effectum in animabus sanctis amore divino æstuantibus quasi operatur ros hic salutaris: unde sanctus Bernardus inquit : *Qua conventio consolationis ad suspiria, lacrima ad lachrymas? si tamen ista dicenda sunt lachryma, & non potius roris interioris de super infusi supereffluens abundantia.*

In Tract.
de Beatis.

In sc'ala
Claustrali

Pf. 20.

4. Dulces fuerunt. Huc benè refertur aliud quoddam Prophetæ Regii eloquium dicens : *Prevenisti cum in benedictionibus dulcedinis* : Primo enim veluti in sinum abundantia consolationum cœlestium defluxit, posteaque capiti ejus de lapidibus pretiosis composita corona imposita est ; *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso* Sanctus enim Prothomartyr durissima hæc saxa veluti essent inæstimabilis valoris uniones, recepit, ad iisdem suum exornandum diadema : & reverà ii lapides exornabant coronam, est enim Stephanus idem, seu dicitur idem quod Corona O quam benè possumus dicere cum Dionysio Carthuf. *Petra autem erat Christus lapsus angularis de quo populus Christus anis mel sugit id est, spiritualem consolationem.*

5. Dulces fuerunt. Idem Carthusianus citatus ait : *Mel sugit id est, charitatis suavitatem sortitur* : de hac petra Stephanus dulcissimum mel ardentissimæ charitatis hausit ; præ amore Christi summo cum gaudio animique exultatione sufferens martyrium,

sicut rex simili charitate pro amore suo Christus cum gaudio sustulit Crucem ; *Proposito suo gaudio sustulit Crucem Lapidis lapidem percussit, inquit B Petrus Damianus, seu lapidem molliorem, ne q. o. sicut oleum charitatis, & tinnitus redditur pietatis: de hac petra percussa redundat oleum charitatis, & suavissimum redditur sonus mansuetudinis & compassionis, etiam sine ullo prævio exemplo erga nefarios suos lapidatores omni conatu pro malefactorum impetranda remissione Deum exorando*

6. In tertio Regum libro Spiritus sanctus loquitur de magnifica Regis Salomonis DE O extructa Basilica, dicens : *Domus cum adificaretur de lapidibus dolatis a: quis perfectus adificata est; & immediatè post subjungit : Malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum adificaretur ; Nunc verò semper illud magis verum est ; Ecce plusquam Salomon hic, Volens enim verus Salomon Christus JESUS magnificum sanctæ Ecclesiæ suæ erigere ædificium de lapidibus quadratis iisdemque perfectis, eorundem unus & primus fuit sanctus Stephanus. Sanctus Petrus fidelibus inquit : *Tanquam lapides vivi: superadificamini, ubi Glossa interlinearis sic habet : Solids in fide, vivi in virtutibus* Nunc ecce, qualiter malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita. Ex ore sancti Stephani contra immanes suos occisores, ne quidem verbum aliquod durum prodit aut impatiens, verùm cum summa hilaritate & exultatione in ipsum projectos lapides velut flores & rosas collegit ; *Lapidem percussit, de quo tinnitus redatur pietatis ; B. Laurentius Justinianus ait: Vincibat patienter, arguebat diligendo, confutabat erudiendo ? Ecce mel de petra,**

7. Dulces fuerunt. Glossa interlinearis supra textum Deuteronomii citatum : *Ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo, inquit : Dulcedinem miraculorum ; Glossa verò ordinaria habet: Vel solidam doctrinam* Hugo verò Cardinalis, inquit : *Mysticè autem pinguedo fidei, charitatis, & aliarum virtutum designatur : Ecce omnem hujus mellis dulcedinem in hoc saxo reperimus ; Faciebat enim prodigia & signa magna in populo : (saxum hoc compello sanctissimum Martyrem ; sicut enim dictum est : Lapidem percussit,)*

3. Reg 6. 7.

1. Pet. 2. 5.

cutiunt) In hoc saxo invenimus quoque profunditatem doctrinæ : Non poterant resistere sapientiæ & Spiritui tui qui loquebatur; in guesdo fideri in eodem quoque latet, quia plenus fide Charitatis, de quo fuit oleum charitatis, aliarumque virtutum; nam ubi nos legimus: *lenus gratia*, Græca, Hebræa & Syriaca versio sic legit: *lenus erat gratia bonitate, beneficentia*; uno verbo sufficiat dicere: *Plenus Spiritus sancto*.

8 Dulces fuerunt: siquidem erant lapides torrentis Benignissimus Redemptor noster tempore amarissimæ suæ Passionis de loco in locum, à Judice ad Judicem, à Tribunali ad Tribunal ductus, in via offendens torrentem, eundem sacratissimis pedibus suis sulcare quasi coactus fuit; unde Psalmista: *De torrente in via bibet, propitius exaltabit caput*. Intuens proinde piissimæque recordationis oculum in atrocissimam mortem benignissimi Salvatoris defigens S. Stephanus, lapides quibus obrutus fuit, illi dulces & suaves videbantur.

9. Celeberrimus est hic Discursus melliflui Doctoris Bernardi, quem, tractans de jubilo & constantia Martyrum mediis in tormentis atrocissimis existentium, format: pulchre simul super hæc verba commentando: *Surge amica mea, speciosa mea, & veni in foraminibus petra, in caveris maceria* & dicit, quod Martyres ea, quæ unigenitus DEI filius immanissima passus est tormenta, perpendentes animo, sua propria non senserint, *Stat Martyr*, inquit citatus Pater, *et triumphans & tripudians, toto licet lacero corpore; non modo fortiter, sed & alacriter totum è carne sua circumspicit ebullire cruorem*; *Causam autem tantæ generositatis demonstrare pergens, subjungit idem sanctus Bernardus: Vbi est ergo tunc anima Martyris? nempe in tuto, nempe in petra, nempe in visceribus Iesu* Est hinc omnino verisimile beatissimum Levitam Stephanum Christum vulneribus lividum, sanguinei undique cruoris stillantem guttas in monte Calvario spectasse, ac proinde mirum non est, eundem tam hilarem, tantaque undique perfusum dulcedine suo in martyrio persistere; imò, *stat Martyr triumphans & tripudians, quantum plùs igitur Prothomartyr, qui cæte-*

ris omnibus & animos addere, & exemplum debebat præbere.

10. Dulces fuerunt. At ille gaudens suscepit lapides, ut mereretur accipere coronam gloriæ. Ea generosorum solet esse pugilum mens, ut decretum victori præ oculis cernentes præmium, fortius pugnent; Pulchre id ipsum sanctus Propheta Job suis in experientis in aquila adumbrasse videtur dam de ea sic loquitur: *in* 101. 9. 28.
petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, inde contemplatur escam & de longe oculi ejus prospiciunt: Ipsis in terminis hic est casus noster: Stephanus creberrimis saxorum ictibus petitus, undique iisdem quasi circumvallatus hærebat, ac cælum aspiciebat apertum: *Ecce video cælum apertos; contemplabatur præmium, & Iesum stantem à dextra virtutis Dei*. Egregie D. Ambrosius id ipsum commemorat: *Lapidabatur Stephanus, & videbat cælum apertos, & Iesum ad dextram De stantem, & ideo lapidum ictus non sentiebat, corporis non considerabat vulnera sed oculis erat Christo affixus, illi adhærebat* Volens quispiam celerimum eumque impetuofum transire fluvium, ut capitis non patiatur vertiginem, necessum est, oculos in litus detorqueat; similiter qui vitæ præsentis ambiguitates, innumeraque mala fortiter sufferre voluerit, neque vel minimum in iisdem periclitari, vitæ securæ gaudia consideret, consultum est; *Nihil erus sentit in nervo, dixit antiquissimus Tertullianus, dum animus in cælo est*; Hic erat Stephani animus, videbatur enim beatissimo Levitæ, quod nefarii lapidatores, interim dum continua in ipsi saxa jacerent, iisque omni ex parte Stephanum quasi cingerent, insigni caput suum, non de lapidibus pretiosis, verum de fortissimo, æternumque duraturo æternæ beatitudinis adamante composita corona adornari. Narrat nominatissimus ille Sanctorum Historiographus Metaphrastes de S. Gliceria, è nobilissima Romanorum familia oriunda; quod impiissimo crudelis Tyranni mandato Jovi sacrificare iussa, oratione sua idolum mox corruere fecerit; quo facto, ira fremens Tyrannus saxis eandem obrui iussit: Mirum dictu: Omnia enim saxa in Glyceriam jacta simul unita, in cæram perfectissimæ coronæ sine ullo omnino sanctæ Martyris nocumento

redacta sunt, non absque stupendo profus miraculo: *Lapides vero ipsi tanquam in locum quendam repositi: eam circumdabant quidem, non autem tangebant*; Idem omnino hodie beatissimo Prothomartyri nostro Stephano evenit, cujus quidem sacratissimum corpus perebatur lapidibus, vivumque ex eodem cogebant manare sanguinem, nihilominus tanta ejus interior cernebatur esse lætitia, tantum gaudium, quod eundem sine omni tormento trucem hanc subiisse mortem dixisses; imò lapides hi erant ipsi corona alterius ejusdem coronæ. Melius profecto nihil nec aptius proposito nostro D. Gregorius Nyssenus dixisse potuisset, præterquam id quod sequitur: *Orbe lapides undique conijcentium quasi corona cinctus, ita accepit id, quod agebatur, quasi corona, victoria præmium, in manibus adversariorum neceretur.*

Orat. do S.
Steph.

11. *Dulces fuerunt. Vidit enim gloriam Dei; quæ visio omnem passionis suæ amaritudinem ei dulcissimam reddebat.* De sancto Apostolo Petro refertur, quod in monte Thabor totus ob Dominicæ transfigurationis miraculum absorptus, & quasi in extasi raptus exclamavit: *Domine bonum est nos hic esse*, & tamen sanctus Leo non veretur dicere: *Vnam stillam dulcedinis ille gustavit*: nunc imaginamini vobis, cœlis apertis miram quandam: ad instar torrentis in sinu Prothomartyris non stillare tantum, verum copiosissimo quodam imbri depluere dulcedinem: *Torrente voluptatis suæ potavit eum*: hic igitur cœlestium gaudiorum torrens alteri faxoræ, torrenti quasi immersus & commixtus, aliud nihil saxa hæc esse Stephanum æstimare fecit, quam merum se potare nectar & ambrosiam.

12. *Dulces fuerunt.* Credibile est spiritu quodam Prophetico beatissimum Levitam summam, quæ horum lapidum occasione tum in DEUM, tum in seipsum, neque tantum in cœlo, verum & hic in terra resultatæ erat, gloriam prævidisse; adimpletum, hic videtur, humanatæ sapientiæ verissimum oraculum, quo perfidis Judæis minas quasi intentans dixit: *Dico vobis quæsi hitacuerint, lapides clannabunt*: Conabantur Judæi gloriam sanctissimi Levitæ non obfuscare tantum, verum totaliter sepelire, at saxa hæc articulata quasi voce dotata, invictum san-

Luc. 19.
40.

ctissimi Martyris animum insuperabilemque generositatem toti mundo, omnique posteritati patefecerunt: Lyranus ait citata verba in morte Redemptoris nostri adimpleta fuisse: *Hoc fuit impletum in sua passione, quanto discipulus præ timore Iudeorum tacentibus laudem Christi, lapides scissi sunt, quasi perhibentes testimonium sanctitatis ipsius Christi morientis.* At non impediēbat hic Judæorum timor Stephanum, hic enim fortiter & constanter Dominicæ Resurrectionis gloriam manifestavit, fidemque Christianam divulgavit, & Judæi eidem silentium imperantes, eumque in pœnam suæ prædicationis lapidantes, saxa ipsa & veritatem Orthodoxæ Religionis, & sanctitatem Levitæ attestabantur; insuper cœlestem quandam suavitatem martyri communicabant, tantaque postmodum in veneratione toto in orbe Christiano habita fuere, ita ut unus Ancenam delatus exstructione insignis Basilicæ ad iustar pretiosissimæ reliquæ honoratus sit. Similiter idem lapis in quo Stephanus lapidatus fuit ut Venerab. Beda scripsit, summo cum honore in montem Syon translatus, ibidem in Ecclesia sanctorum Apostolorum collocatus, tumma semper in veneratione habitus fuit: locus verò Martyrii ab Eudoxia Augusta, magnifica, sumptuosissimaque Basilicæ illustratus fuit; per decursum septuaginta annorum Stephano solemnnes celebratæ sunt exequiæ: *Fecerunt plañctum magnum super eum*; postquam verò ad terram motum Anno 415. sacrum ejus pignus inventum fuit, (cujus etiam inventio singulari festo & officio tertio Augusti à tota celebratur Ecclesia,) suavissimum quendam Paradisi cœlestis spirabat odorem; cujus quoque odoris beneficio septuaginta tres infirmi sanati, plurimique liberati dicuntur energumeni; dumque sacrum corpus ejus in Syon transferretur, maxima terra fœcitas salubri ac frugifera pluvia restaurata est; nunquid videtur vobis adimpletum hic esse Isaiæ Prophetiam: *Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem probatum, angulare, pretiosum, in fundamento probatum*? quod non solum de primo hoc Martyre ut primo lapide ædificii Syonis, id est, Ecclesiæ, verum etiam de hoc in Syon translato, tantumque venerato lapide intelligendum est.

De locis
sanctis c. 3

Isaia 28.
16.

13. Sacra Scriptura refert, quod quando Judæi Moysen lapidare attentabant, ipse in Tabernaculum sibi fuga consuluerit, ibidemque sese absconderit. At quæ gloria, quis honor inde Stephano accessit, quod cum tanta hilaritate ac generositate saxorum horrifonos ictus recipiendo in ipsorum saxorum honorem non tabernacula quædam parva, sed magnifica templa ac Mausolæa creata sint? Item de sancto Hyppolito Martyre suisque sodalibus narratur, in majorem sancto cum Martyrum ignominiam eosdem ad lapidem quendam teleratum ductum, ibidemque ultimo supplicio affectos fuisse; at ecce insignem illius lapidis, in quo sanctissimus Levita Stephanus medios inter lapidum ictus victor occubuit, prærogativam, quæ in Syon ab omnibus fere fidelibus religioso cultu veneratur: *Erexit Jacob lapidem in titulum fundens oleum desuper*; est hæc beatissimi Martyris nostri insignis figura, fuit enim ille in figurato hoc Jacob, optimè enim velut alter Jacob Israel, quod est, Deum videns dici potest: *Vidit enim gloriam Dei*; fuit quoque in titulum insignis gloriæ erectus unus ex iis lapidibus, dum uti dictum est, ejus nomini templum dicatum est; *Fundens oleum desuper*, quod tum optimè verificatum est, dum hic lapis oleo lætitiæ quam in passione sua semper sanctus Stephanus exhibuit inunctus fuit; ac proinde optimè dicitur: *Lapides illi dulces fuerunt*, quos unxit oleo lætitiæ.

14. *Lapides torrentis illi dulces fuerunt*: Notatu digna est hæc particula, illi lapides enim hi beatissimo Martyri, non verò perfidis Judæis dulces fuerunt; illi enim præ nimia ani-

mi sui amaritudine, omnem quam poterant iram, rancorem & invidiam evomuerunt; simulque ipsi lapidatores horum saxorum duritiam maximè experti sunt, meritissimam immanitatis suæ reportantes à Deo verissimam castigationem ac pœnam, in eo maximè quod Salvator de Jerolymorum civitate prædixit: *Non relinquent in te lapidem super lapidem*. Insuper amarissimi hi lapides perfidæ genti fuere, dum potissima ejus pars in obstinatione persistit: *Dura est vice & incircumcisus cor vobis Spiritui sancto resistitis; Ierusalem, Ierusalem, quia occidis Prophetas & lapidas eos*; amarissimi inquam iis fuerunt, nam uti legitur in Evangelio: *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*.

15. Pulchra hic observanda venit Moralitas in proverbii salomonis fundata, dicit enim ibidem scriptura: *Suavis est homini panis mendacii, & postea implebitur os ejus calculo*: delectantur admodum hujus sæculi amatores in Dei amicos evomere impropetia, at postea in pœnam duros coguntur manducare lapides, feverissimaque inde referunt supplicia: non autem sic evenit ei, qui pro amore Christi mortificatur & patitur: quia, *lapides torrentis illi dulces fuerunt*; siquidem, uti Regius Pfalter prædixit, *secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuas latiscaverant animæ meam*. Sic quoque Deus ad mensuram dolorum, & pœnarum pro amore suo toleratarum Stephanum dulcissimo quodam manna, cœlestiumque consolationum suavissimo nectare remuneravit.

Gen 28.
18.

Prov. 20.
17.



Symbolicæ quædam inter Christum & sanctum Prothomartyrem Stephanum proponuntur similitudines.

DISCVRSVS QVINTVS.

In hoc vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. 1. Petri 2. v. 12.

1. **V**Num è principalioribus documentis, a Divo Petro Christi in terris Vicario, post mortem Redemptoris, gregi sibi commissio datis, fuit hoc, quo ipse essentiam vocationis nostræ ad fidem in perfecta imitatione & sequela ipsius Filii DEI maximè in ordine ad patiendum, consistere, asseruit; *In hoc vocati estis, quia, &c.* Ecce perfectissimam in imitando Christi exemplo Stephani sequelam, uti D. Augustinus attestatur: *Implevit quod ait Apostolus, Christus passus est pro nobis, &c.* Sic quoque alio in loco scripsit, *Quantam autem cum Domino suo & Salvatore suo habuit similitudinem passionis?* Dionysius Carthusianus de eadem Prothomartyris cum Christo conformitate sic loquitur: *Secutus est gloriosissimus Martyr iste Christum, tam sublimiter, quam conformiter.* At relicta omni ea, quæ inter Christum & Stephanum quoad virtutum actus intercedit convenientiâ, eam tantum quæ Martyri Martyrem assimilat examinabimus.

2. Apostolus Paulus sanctissimi Prothomartyris ferventissimarum orationum beneficio, se Ecclesiæ Dei quasi partum quendam extitisse fateatur: *Nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus:* Ecce, adimpletum est hoc ad litteram in sancto nostro, siquidem in signum certissimæ suæ prædestinationis ipso adhuc vivente ei apertum est cælum; *vidit gloriam Dei, ex quo pro-*

inde patet, jure merito de eodem quoque dici posse hæc eadem verba, *primogenitus in multis fratribus.* siquidem ipse omnes inter novæ Evangelicæ legis professores, eorum qui vitam pro Christo perfudere, primus fuit antesignanus.

3. *Habuit similitudinem passionis cum Salvatore suo.* Spiritus sanctus operâ sanctorum Evangelistarum, accuratissimè totum Dominicæ Passionis decursum descripsit, voluit quoque non minori cura & punctualitate totam sancti Stephani Martyri feriem ab uno quoque Evangelista literis consignari, quod quidem de nullo alio, quamvis etiam Apostolo, excepto sancto Jacobo Majore, at brevissimè tamen, legimus factitatum; hic verò minutissimas etiam referre vitæ sancti Stephani circumstantias allabo at.

4. Propheta Evangelicus mortem Salvatoris prædicens, ad eam enim velut pecus quoddam ad macellum ducendum refert; *Sicut ovis ad occisionem ducetur* Hypponenfis Præsul eodem nomine sanctum Stephanum a Judæis lapidatum compellat, dicens, *Div. Isa. 53. 7. August. ser. 99. de Div. Jo. An. II.* *ô prima ovis pugnans in medio luporum.* Christo mortem machinati sunt Pontifices, scribæ, sacerdotes, omnis ingræta fex Synagogæ, juxta illud Joannis: *Collegerunt confiteos & Pharisei concilium ad versus Iesum;* hic similiter sanctus Lucas narrat, *commoverunt, inquit, plebem, & seniores, & scribas, & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium.* Causa movens synagogam ut Christum morti traderent, fuerunt frequentissima, nec unquam aliâ visa signa, teste Joanne

Ser. 2. de S. Steph. Ser. 93 de Divers. Ser. 1. de S. Steph.

Rom. 8. 29.

Io. 11. 47. Joanne, dum ait : *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit ; si dimittimus eum si omnes creient in eum ;* Idem omnino invidiæ motivum, & sententiam condemnationis tulit in Stephanum ; Sanctus Augustinus sanguinolentos hosce & perfidos Judæos in eum, quibus contra Christum usi sunt consiliis sic consultando hinc inde inter se discurrentes, adducit ; *Signa magna & mirabilia facit iste homo, venite simul, conveniamus in unum, confirmemus falsum testimonium ; facimus contra Deum faciamus & contra famulum, diximus contra Dominum, expedit, ut unus moriatur, quam tota gens periret, dicamus contra famulum, exterminemus eum de terra virventium ; ut neci dent DEI filium operâ ac judiciaria potestate utuntur Pilati, dicendo ; Nobis non licet interficere quemquam. Ut morti tradant, Stephanum similiter Judæi ejusdem quoque Judicis Pilati condemnatoriam sententiam exquisierunt, quamvis Evangelista id ipsum quasi præterisse videatur, uti bene observat Cajetanus, in hoc verbum lapidabant, scribens, ait enim, tacei autem Lucas de consensu Pilati ; falsa contra Salvatorem dixerunt testimonia ; contra Stephanum similiter, statuerunt falsos testes, Glossa interlinearis ait : *Passionem Christi imitatur, contra qui surrexerunt falsi testes ex invidia accusantes ; Sanctus Augustinus inquit, testimonio opprimamus falsissimo, faciamus ministro, quod fecimus & magistro. Ubi quoque observat digna est, testimoniorum in Christum & Stephanum conformitas, de Christo dixerant Judæi : Nos audivimus eum dicere, solvo templum hoc, & post triduum reedificabo alterum novum ; non sic dixerat Salvator at bene sic : Solvite templum, & post triduum resuscitabo illud, hoc autem dicebat de templo corporis sui ; pauca verba mutarunt, at pro falsitate & calumniam contra Christum producenda admodum sufficientia : Modicum in syllabis mutaverunt, sed tanto falsi testes peiores fuerunt, quanto propinquare veritati per calumniam voluerunt ; à sancto Stephano autem isdem fuit oppositum : Non audivimus eum dixisse, quia Iesus Nazareus destruet templum hoc & mutabit consuetudinem legis, falsum testimonium dicebat, & era prophetabant, quomodo Caiphas ille, dans consilium iudæis, ut occideretur Christus, hoc dixit, expedit unum mori ;**

&c. Redemptor noster, postquam coram isto Judæo um Principumque coacto concilio se filium DEI professus esset, subjunxit : Amo do videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis DEI ; quo audito mox Principes sacerdotum irâ fremebundi acclamârunt : Blasphemavit, quid a hoc egemus testibus ? similiter postquam beatorum Prothomartyr Stephanus dixisset : Ecce video caelos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei, mox Judæi, exclamantes voce magna continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum, & eicientes extra civitatem lapidabant ; insuper inquit sanctus Augustinus : Caiphas conscidit vestes, isti ipsi auferunt mentes ; aded nefaria superstitione imbuti erant Hebræi, ut sanctus Joannes in Dominicæ Passionis descriptione dicat : Ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha, & tamen alia ex parte ne minimum quidem scrupulum in effusione innoxii sanguinis unigeniti Filii Dei sentiebant ; ad eundem modum in Passione Stephani, ut Dionysius Carthusianus ait : Vestes suas exuerunt ne tactu illius contaminarentur.

5. Habuit similitudinem Passionis cum Salvatore suo, Ad alias nunc progrediamur convenientias & symbola ; Evangelista Lucas Christum in horto agonizantem referens ait : Apparuit autem illi Angelus de caelo confortans eum Syriaca verbo sic legit, confirmans eum, quis est, qui nesciat, quod idem ipse, qui quondam dictus est magni consilii Angelus, sancto Prothomartyri Stephano apparuerit, Magni consilii Angelus : video Iesum stantem à dextris virtutis Dei, at in quem finem ? pulchrè Beda tantæ causam dat apparitionis inquires : Ad confortandam Martyris patientiam caelum panditur & ne homo lapidandus titubet in terra Deus homo crucifixus apparet in gloria Christus ad montem Oliveti transiens torrentem Cedron amarissimæ Passionis initium sumpsit ; ex eodem torrente tempore sanctissimi Martyris lapidatores Saxa levavit, ibidemque suam passionem Stephanus exorsus est ; locus quoque Martyrii versus vallem Jolaphat infra montem Oliveti prope Jerusalem ad torrentem Cedron sitatus fuit, tamque unus quam alter passus est extra portam : Pulchrè beatus Petrus Damia-

Matth. 26
64.Ser. 99. de
Divers.

Io. 18. 28.

In Acta.

Ser. 6. de
S. Steph.Ser. 5. de
Divers.

Damianus ait: *Extra portam civitatis hujus passus est Dominus, extra eam lapidatur servus exiens ad eum extra castra, & portans similitudinem improberum ejus; eandem prorsus considerationem hic habuit sanctus Chrysostomus, dum ait: Extra civitatem mortuus, quem modum de Christo Sanctus Augustinus quendam hic, at non sine mysterio, notat differentiam, dum hanc adducit questionem: Dominus quando ad passum ductus est, interrogatus tacere maluit, iste non tacuit, quare ille tacere maluit? Respondet Christum id fecisse, ut impletur id, quod Propheta prædixerat: Tanquam agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum, ille autem, quia tacere noluit, quia ab ipso Domino dictum erat, quia dico vobis in tenebris dicitis in lumine, & quia in aure auditis prædicato super tecta.*

6. Ad imitationem Iesu, inquit Albertus Magnus, in sermone quodam de sancto Stephano: Corpore extrinsecus patiebatur, & intrinsecus in corde prosequentium malitiis compatiebatur; ipse enim genuflexus pro suis lapidatoribus a Domino veniam deprecabatur. De Christo D. Petrus Apostolus refert, dicens: *Cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur.* quod totum quoque in sancto Levita adimpletum est, non reddidit maledictum pro maledicto, quare de se ipso dicere potuit ad literam, *detrabant mihi, ego autem orabam.* Sanctus Augustinus ait: *Oravit Christus pro suis crucifixoribus, oravit & Stephanus pro suis lapidatoribus; Dominus Iesus Christus oravit affixus ligno, Stephanus genuflexo, quid nunc est, quod prius ab ipso Redemptore non didicerit S. Stephanus?* Sanctus Augustinus inquit: *Ne statuas illis hoc peccatum, quia ut hoc dicam tibi, à te primo audiavi; illi lapides mittebant, & sanctus Stephanus orationes fundebat; Ignosce illis, dicebat Christus aeterno Patri, quia nesciunt quid faciunt.* Rabanus ait: *Mulsi eorum occidendo Stephanum, estimabant se implere legem, qui blasphemum eum credebant, hoc & Christus prædixerat, venit hora, ut omnis qui interficit me, arbitretur se obsequium præstare Deo.* Sanctus Augustinus postquam jam in hac quoque ad Patrem aeternum pro suis lapidatoribus porrecta supplica Stephanum cum Christo contulisset, ait: *Quomodo non posset ibi iste esse; ubi erat, quem secutus est, ubi erat, quem*

imitatus est? Redemptor noster ad Patrem conversus dixit: In manus tuas commendo spiritum meum; Evangelista Lucas ad eum ferè modum de sancto Stephano scripsit: Lapidabant Stephanum invocantem & dicentem, Domine Iesu suscipe spiritum meum. Glossa, inquit: *Glossa, Christus dixit Patri, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, Stephanus quasi servus Domino, Domine Iesu suscipe spiritum meum.* Author quidam inter opera S. Bernardi ait: *Serm. de Rectè Martyris florem iste sibi prævendicat, in quo similitudo Domini pendens in Cruce mirabilibus formis est expressa.*

7. Insuper aliæ adhuc quædam inter Dominicam Passionem & S. Levitæ Martyrium super sunt comparationes; de Iesu refert Evangelium: *Iesus autem emissa voce magna expiravit;* de sancto Stephano Dionysius Carthusianus ait: *Et hoc erat miserabile, quod tam gravissimè sauciatus alia potuit voce clamare, cum inciperet expirare (positis autem genibus clamavit voce magna) dicens Domine, ne statuas illis hoc peccatum, & cum hoc dixisset, obdormivit in Domino, hoc namque verbo prolato mox spiritum exhalavit, & in hoc quoque imitatus est suum Magistrum, qui magna voce clamans dixit, Pater in manus tuas commendo spiritum meum: quod cum dixisset inclinato capite tradidit spiritum.* Christus in cruce bonum latronem lacratum est, qui compunctus fæ ad Salvatorem convertit. Sanctus Stephanus paulò post suam passionem insignem, eumque juratissimum Ecclesiæ persecutorem sui sequacem habuit Saulum, Eminentissimus Cardinalis de Vitriaco in vita sanctæ Mariæ Ogniacensis refert, quod sanctus Stephanus postquam Apostolus Paulus decollatus esset, emortui animam summo plausu in cælo exceperit, eumque Deo obtulerit, dicens: *Domine hoc ingenti, & singulari munere tu me donasti; ego verò multiplici fructu auctum illud tibi reddo.* S. Pater Ambrosius de hoc insigni lucro operæ sancti Stephani facti sic scripsit: *Cujus præcationis effectum in Apostolo videmus, Paulus enim qui lapidantium Stephanum vestimenta servabat, non multo postea per gratiam Christi factus Apostolus est, qui fuerat ante persecutor; quoad Christi sepulturam Evangelista Joannes Io. 19. 41. nescribit: In horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus fuerat, ibi ergo posuerunt eum; similiter Beatissimum Prothomartyr*

1. Pet. 2.
25.

Ser. de
S. Steph.

In Glossa.

In Glossa.

Ser. de
Div.

Ser. de
Div.

Lib. offic.

1. Co.

tho Martyrem in novo ac recenti sepulchro Gamalielis sepulchrum refert illustrissimus Baro-
 Ser. 96. de Divers. nius; quod idem D. restatur Augustinus, dicens:

In monumento novo ad modicum commenda-
 vit membra sua.

Mysteria enucleantur, per quæ Deus disposuisse videtur, ut pri-
 mus legis novæ in Ecclesia Martyr gravi lapidum
 pondere mortem subiret.

DISCURSUS SEXTVS.

Lapidabant Stephanum.

Increata Sapientiæ, quæ non teme-
 re aut casu, verum imperscrutabili, ac secretissimo divinæ suæ
 providentiæ consilio cuncta dis-
 ponit ac gubernat (de qua proinde non sine ratione dicitur: *Bene omnia fecit, omnia in sapientia feci*) complacuit, primum Martyrem amarissimæ Passionis ac crucis suæ imitatore, maximo eique impetuosisimo ingentium saxorum imbris succumbere, sub iisque tamquam sub pluviosa nube lucidissimum quendam occumbere solem Certissimum quidem est, alia quævis suppliciorum genera ad profide proque jam tum primum ex oriente Christiana Religione sanguinem vitamque profundendam quasi nata non detuisse; nihilominus eadem neminem fallens, nunquam errans providentia ita rem disposuit, ut cruentis lapidum succumberet ictibus. Pulchrè

Ser. 92. de Divers. sanctus Augustinus ait: *Petrus lapidabatur, qui pro petra moriebatur dicente Apostolo, Petra autem erat Christus.* Rupertus Abbas Tui-

Lib 10. de offic. c. 17. *Ecclesia de vivis & electis lapidibus per universum mundum ritè & ordinatè constructur; prima jam Ecclesia ducebat principia.*

Fundamentum ejus positum erat supra firmam petram seu lapidem angularem, super quem superædificari debebant cæteri lapides, videlicet Martyres, Apostoli, cæterique electi: *Superædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu; Apostolus suis Corinthiis scribens, dicebat: Dei ædificatio est, volebat Apostolus, sanctissimum Prothomarty-*
Mansi Sanctuarij Tom. IV.

1. Cor 3. 9.

rem, qui per suam fortitudinem fuit instar fortissimæ Petræ seu lapidis, *Unus fortis idcirco primum eumque fundamentalem eo in ædificio esse lapidem; unde: lapides lapidem percussim dicebat S. P. Petrus Damianus.*

2. Magnificum illud Salomonis templum sanctæ Ecclesiæ quondam figura fuit, quia *omnia in figura contingebant illis*; ex quo ad nostrum propositum observatu dignum est, quod scriptura refert; *Præcepit Rex ut tollerent lapides pretiosos in fundamentis templi*; quis unquam fundamentum quantumvis magnificentissimi Palatii aut alterius cujusdam similis ædificii è lapidibus magni valoris aut pretii construi vidit? Glossa inquit; *Primi sunt Magistri, qui ab ipso Domino audierunt verbum salutis*; hi autem sunt Apostoli & septuaginta duo Discipuli, quos inter revera emnebat sanctissimus Levita noster; subjungit autem ibidem Glossa, *qui fideliter ipsi adherent, nec ulla adversitate, nec etiam morte à rectitudine sua inclinatus fuit* Evan. *Isa. 54. II.*
 gelicus Propheta Isaias, qui varios sanctæ Ecclesiæ sub lege nova successus præ cæteris accuratius descripsit, hæc verba recenset; *Pauperula tempestate convulsa*. (loquitur autem hic de navicula Petri) in quæ verba Lyranus ait: *Ecclesia in plurimum fuit & est afflicta: Pergit autem Propheta dicendo; ecce ego sternam per ordinem lapides tuos & fundabo te in Sapphyris, & ponam lapidem propugnacula tua*: at quinam hi sunt lapides, è quibus sacrum hoc ædificium construitur, aut potius fundatur: *Fundabo te in Sapphyris?* Lyranus quæstionem solvit, dicendo: *Lapides isti sunt viri sancti, ex quibus ædificatur Ecclesia.* Hugo

3. Reg. 5.
17.

Cardinalis ait: *Nota quod sancti dicuntur lapides propter constantiam & stabilitatem, strati per humilitatem, ordinati per charitatem; insuper exponendo hæc verba, Ponam lapides in propugnacula tua, eadem de Martyribus interpretatur, dicens: Id est Martyres, quia Martyres, qui post Apostolos fuerunt defensores Ecclesie, lapides fuerunt. Sed, an non potius id ipsum de beatissimo Prothomartyre nostro verificatur, an non hic lapis quidam fuit preciosissimus inestimabilisque valoris, sanctæ Ecclesie fundamentum optimè serviens, dum primus pro Christi nomine, imò prius quam Apostoli ipsi, sanguinem dedit, Martyrumque fuit antesignanus? tanta enim cum generositate toto spectante Judaismo DEI Ecclesiam defendit, ut inde pro præmio gloriosam Martyrii retulerit palmam, imò talis ejus in tuenda defendendaque tum jam pridem exoriente Religione Christiana zelus fuit & ardor, ita ut inde inferre liceat totam Synagogam, plus contra solum Stephanum, quam contra duodecim Apostolos & septuaginta duos conspirasse discipulos.*

3. Purpuratus Pater Petrus Damianus beatum Stephanum lapidis dignatur titulo, ut jam supra dictum fuit, & quidem talis lapis, qui fortiter projectorum factorum immanes ictus sustinuit; profectò in beatissimo Martyre ex hoc capite illud Petri adimpletum est, *Lapis, quoniam reprobaverunt edificantes, hic factus est in caput anguli*; quia, eicientes extra civitatem lapidabant: at stulti cœcique corde & tardi ad credendum non prævidebant, quod ex iisdem omnino, quos in Martyrem torquebant, lapidibus, sacrificium Ecclesie DEI erigerent ædificium, ejusque sanguine jacta jam Ecclesie firmarent fundamenta; *isti sunt, qui viventes in carne plantaverunt Ecclesiam sanguine suo*; optimè de hac Stephani lapidatione illud ipsum, quod beatissimus Pontifex Leo in sermone de Christo crucifixo de humana malitia effatus est, dici potest: *Admisit in se impias manus furentium, quia dum proprio incumbunt sceleri famulata sunt redemptori; cum hi lapides plus elevarint quam attriverint, plus erexerint, quam depresserint divinam Ecclesie structuram.*

Hom 9. in
Joan.

4. Origenes dum de Ecclesie fundamentis tractat, simulque ostendendo electos, viros quondam Ecclesie fuisse lapides, scri-

psit: *Lapides autem validiores primi faciuntur in fundamentis, ut ipsis superponi possit ædificij pondus: talis autem lapis simulque fortissimus fuit sanctus Stephanus, de quo sanctus Lucas ait: Stephanus plenus fortitudine, cui superimponendi aut superstruendi erant omnes alii, præcipue, qui ab ipso Ecclesie exordio usque ad mundi finem vitam pro Christo languinemque suum profunderint. Profectò ut sapiens architectus fundamentum posuit dicebat Apostolus, increata enim sapientia in lapidibus, quibus sanctissimus Prothomartyre necatus fuit omnes alios Martyres velut Ecclesiastici ædificii lapides quosdam prævidisse videtur: *Sternebas per ordinem lapides.**

5. Apostolus Paulus Ephesiorum in Christum fidem commendans ait: *Iam non estis hospites, & advena, sed estis cives sanctorum & domestici DEI superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Paulò post sequitur: *In quo omnis ædificatio constructa crevit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coadifecimini: observatu hic dignissima est singularis quædam supra omnes alios in sancto Stephano prærogativa, eo quod non solum de ipso & in ipso verificatum sit, quod fuerit superædificatus super fundamentum Apostolorum, sed videtur dicendum, cæteros quoque Apostolos ipsius exemplo ad fortiter pro Christo moriendum incitatos fuisse. De increata hac sapientia Zacharias prophetando dixit: *Edifica vit sibi domum, educet lapidem primum, & exsquabit gratiam gratia ejus; atque hic tanta prædives gratia lapis esset alius quam sanctus Prothomartyr noster, de quo gloriosâ memoriâ sacra produnt literæ, Stephanus plenus Spiritu sancto, Stephanus plenus gratia; cujus abs dubio hæc ratio erit, quod gratiarum ac benedictionum cœlestium fuerit plenissimus possessor; & quidem merito, hinc etiam primus & fundamentalis quidam sanctæ Ecclesie lapis censetur, ita benedictus, cum etiamnum hic in Ecclesia mos sit & consuetudo, ut Ecclesia cujusdam construendæ lapis primus & fundamentalis prius certo quodam Ecclesiastico ritu benedicatur, ac sanctificetur.**

6. Examinemus autem hic non nihil exactius adhibita etiam sacre Scripturæ auctoritate, inestimabile mirabilis hujus lapidis

I. Cor. 3.
10.

Eph. 2. 19.

Prov. 9. 1.
Zach. 4. 7

pre-

pretium, ac primo quidem observemus, quanti eundem æstimavit Elaias Propheta, ut jam præcedenti discursu dictum fuit: *Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundarum*; quis est, qui non sciat, quantum lapis hic malleis calumniarum, perfectionum, irrisionum, ac contemptuum dolatus fuerit? similiter & pro secundo in Ezechiele Propheta hic idem lapis ad vivum quasi representatur; in dicto enim Propheta optime vocatur Cherubinus, *tu Cherubim*, Cherubinorum autem proprium quoddam est sapientia; sic quoque sanctus Stephanus vilus fuit instar Angeli, *viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli*, fuit quoque instar Cherubini, quia non poterant resistere sapientia & spiritui, qui loquebatur; plus spiritum quandam cœlestem quam hominem referebat. *Tu signaculum similitudinis*, fuit enim Christo in suo Martyrio simillimus, ut discursu præcedenti abunde satis ostensa est: *Plenus sapientia dicit Ezechiel; erat enim magnus Doctor*, ut refert Albertus Magnus: *Perfectus decore*, Angeli enim vultu representabat; *faciem ejus tanquam faciem Angeli*, S. Augustinus ait: *Stephano ergo Martyri pulchritudo corporis & flos ætatis*.

Ezech. 28.
12.

7. In delictis Paradisi Dei fuisti dicit ultimus Ezechiel, in quæ verba pulchrè Hugo Cardinalis: *Anima justi dicitur Paradisus, cuius delicta sunt multa*; & declarando qualesnam hæc sint delicta, inquit: *Delectatur enim ex Christi presentia, ex nitore conscientia, ex gustu jucunditatis, ex celsitudine possessionis*; harum autem delictarum verus & absolutissimus quidam possessor fuit sanctus Stephanus; divina enim summi operè gaudet præsentia, *Ecce video Jesum stantem à dextris virtutis DEI*; purissimæ quoque est conscientia de qua Albertus Magnus insigne hoc profert elogium: *In ea puritate, quam in Baptismo suscepit, creditur permansisse* Delectatur verò ex gustu jucunditatis, melleam enim quandam in lapidibus occisionis reperit suavitatem, *lapides torrentis illi dulces fuerunt*. Exultat denique ex certitudine possessionis, quia adhuc vivens hic in terra jam cœlestis hæreditatis possessionem Stephanum adiiisse non sine fundamento dici potest; *Ecce enim gloriam Dei, ecce video carnos aperios*.

Ser. 6. de
S. Steph.

8. *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum*, in medio lapidum ignitorum ambulasti. est hic idem citati Propheta Textus; è quibus verbis hoc sancti Prothomartyris Stephani elogium confici potest, eundem in medio, eoque maximo ingentium saxorum imbre oblutissimæ sanctitatis amorisque divini perfectionem adeptum; quod B. Pater Petrus Damianus hisce verbis signanter dicit: *Lapides lapidem percussunt, sed lapidem molliorem, de quo fuit oleum charitatis*. At quam benè de ipso verificantur hæc verba, *omnis lapis pretiosus operimentum tuum*, juxta expositionem eminentissimi Cardinalis Hugonis, dum ait: *De omni virtute habuisti unum spirituale indumentum; virtutes enim sibi invicem connexa totam animam vestiunt & decorant, vel per diversos diversa dona significantur, de quibus 1. Corint. 12. alij per spiritum datur sermo sapientia, alij, &c.* At sufficientissimè S. Stephanum hisce donis ornatissimum fuisse & dictum & probatum est supra discursu tertio in hæc verba *Plenus Spiritu sancto*, horum autem verborum *omnis lapis pretiosus operimentum tuum* literam attendendo, eadem clarissimè significant, recensitam illam jam jam ab Ezechiele Propheta lapidum pretiosorum congeriem, qui lapides pretiosi juxta Apocalypsin Apostolos representabant, huic primo & quasi fundamentali lapidi fuisse superimpositos, in eoque quasi requievissè, cum S. Stephanus primus, hi vero omnes post ipsum gloriosè sanguinem profuderint.

9. Nescio utrum aliquando observaveritis, quod die quâdam, quâ Redemptor noster verum & unigenitum, se æterni Patris professus est filium coram toto ac pleno Judæorum concilio, hi sustulerint lapides ut lapidarent eum; Respondit eis Jesus multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus meo lapidatis? Dionysius Carthusianus insigni cum acumine respondet docendo, *miracula patris agros curando*. Ad eundem profus modum sanctus Stephanus generosum de Christi divinitate reddens testimonium, lapidatus fuit, ab eo scilicet populo tantis tamque copiosis ab eo beneficiis locupletato; siquidem *faciebat signa & prodigia magna in populo*; Salméron ait: *Signa dicitur se esse in populo, id est, ad utilitatem populi, ut eos Christo lucrificaret*. At quid hic subesse putatis mysterii, quod Redemptor noster no-

1. Cor. 12.

10. 10. 30.

Tom. 14.
Tr. 13.

luerit lapidari? Respondetur, ut eos lapides ad sanctum Stephanum ditandum, iisque tot quotquot erant veluti pretiosissimis lapidibus eum tanquam alteram quandam coronam exornandum, relinqueret: Christus enim Stephanum elegerat in lapidem fundamentalem ejus ædificii, quod supremo suo cœlum tangit culmine, siquidem Ecclesia militans unitur triumphanti: quod supremus militantis Ecclesiæ Pastor attestatur, dum ait: *Si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus, ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo electum, & honorificatum, & ipsi tanquam lapides vivi superadificamini domus spiritalis, Sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias acceptabiles Deo: quod optimè in S. Stephano adimpletum fuit, juxta Gregorium Nyssenum, dum ait: Tanquam sacerdos quidam juxta legem spiritualem puram hostiam immolans, non alienum, sed suum altaribus admoventis corpus, & loco libaminis sanguinem spargens, per sese Deum quem in cœlestibus adytis cernebat, delinquentibus placabat, & oratione peccatum eorum, quod sceleratis manibus suis sanguinarij quasi exarabunt, debebat. Ecce hic primum altare quod Josue, (qui typus ac figura quædam extitit Salvatoris) ac proinde verus Josue nempe Salvator noster de lapidibus erexit: in quo primum legis novæ sacrificium cruentum oblatum fuit: Altare de impostis lapidibus, ita enim fieri præceperat Josue, quos ferrum non tetigerat; hi enim lapides nullo ferro dolati, verum ruditer solum politi acin quadrum aptati fuere, in quo præfiguratum fuit nullam in S. Stephano tot inter injurias, tot inter odia, ac impropria advertendam indignationem, benè tamen ardentissimæ cujusdam charitatis ac amoris ignitas scintillas observandas,*

1. Pet. 2. 5.

Ios. 8. 31.

10. Insuper notandum est, quod postquam jam cœlestis Jerusalem, quæ tot retrò sæculis speciali Dei decreto firmissimè obliterata fuerat, in ascensione Christi tandem refferata & aperta esset, ejusdem quoque muri demoliti restaurari deberent; at unde lapides & saxa? *Urbs ierusalem beata dicta pacis visio, qua constructur in calis vivis ex lapidibus consensionibus, pressuris, expoliti lapides, suis captantur locis per manus artificis disponuntur permansuri; ecce igitur quare lapidem hunc fundamentalem Stephanum scilicet tot lapidum percussionebus quadrati & aptari oportuerit, hæ enim percussiones tot alios præsignabant Martyres, qui veluti vivi quidam lapides destructos cœlestis Jerusalem muros reedificare debebant.*

11. *Lapidaverunt* Non abs re hic considerandum venit id, quod de potentissimo Davide legitur, sicuti enim hic ad fortissimum Goliathum, qui exprobrabat agminibus Israel prosterendum usus est funda & lapide, eumque fortissimo lapidis ictu prostravit; ad eundem prorsus modum, volens Deus atterere & prosterne infernalem Goliath, qui fraudulentis suis machinationibus simplices in pessimum & abominabilem idolorum cultum abducebat, insigni quodam ad hoc usus est lapide, quo frontem quasi totius percussit synagogæ, confutando ac convincendo eandem de pessimis suis erroribus, omniaque simulachrorum saxa confregit: & quia verificari debebat, quod Christus dixerat: *Nunc Princeps mundi eicietur foras, hinc S. Stephanus de cunctis Philistæis, hoc est, omnibus Dei inimicis gloriosissimam victoriam reportavit, quod & nomen ejus sufficienter indicare videtur, quod latino idiomate idem dicit quod*
corona



Quare S. Stephanus apparuerit instar Angeli.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Et intuentes eum omnes, qui sedebant in Concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.

Quandoquidem sanctus Evangelista Lucas vultum sanctissimi Prothomartyris in tela Evangelica perfectissimè delinearit, eumque instar Angeli repræsentet, mirum est, quod ejus quoque rei altum non pandat mysterium? Cajetanus ait: *Non explicatur quia Deus apparere fecerit in facie sancti Stephani, ob quod facies ejus apparebat tanquam facies Angeli: sed nec quoque hic ejusdem mysterii datur ratio: Crediderim ego id factum fuisse, ad denotandum, sanctissimum Levitam non per unam solam, sed per omnes, easque insigniores virtutes, perque diversa diversorum actuum heroicorum merita hanc prærogativam prorsus raram & singularem promeruisse.*

2. *Faciem Angeli: Lyranus ait: Ex quadam pulchritudine & claritate sibi divinitus data, ad declarationem suæ sanctitatis & innocentia: Priusquam Evangelista Lucas eum Angeli vultum præferentem dixisset, jam ipsum plenum fide & Spiritu sancto, plenum gratia & fortitudine asseruerat; ut monstraretur, inquit Dionysius Carthusianus, fuisse virum Apostolicæ perfectionis: Et hic quidem observandum est, jam pridem inchoatam illam paucorum fidelium congregationem, supra quam visibiliter Spiritus sanctus descendit, firmissimas tunc primùm exorientis Christianitatis in se columnas continuissè, videlicet Apostolos & septuaginta Discipulos, at quæ ratio est, quod Scribæ, Pharisei, Doctores, sacerdotes, imò tota synagoga*

unanimitè manus violentas sanctissimo Levitæ injecerint præ tot aliis, qui sanctam Christi fidem, legemque Evangelicam prædicabant? Est verisimile sanctum Stephanum præ cæteris fuisse zelo divinæ gloriæ magis ardentem & ferventem, suamque probatissimam sanctitatem, ac inculpata vitæ exemplum ad extra singulari quodam lumine exteriùs resplenduisse: *Faciebat prodigiæ & signa magna in populo* Quam rationem pulchrè sanctus Augustinus confirmat: *Cæpit* Serm. 99. *tanquam Sole illustratus justitia ita splendore, ut humanam speciem non haberet ipsi patentibus cælis, ipsi testantibus inimicis.* Sol enim divinus ita sanctum Stephanum veluti vitrum aut mundissimum quoddam speculum adurebat, ut lucidissimos maximè sanctitatis & perfectionis radios redderet: Unde Dionysius Carthusianus ait: *Ex tanta claritate ex vultu sancti Stephani sensibilibiter apparente perpendi, quam præclara fuerit, & miramētis sua interior puritas, gratiosaque claritas, innocentia atque perfectio.* Occurrit hic & alia quædam observatio, quod in toto illo sacræ Scripturæ volumine de nullis Sanctis legatur faciem eorum in conspectu hominum singulari quodam lumine reluxisse, præterquam Moysis, Christi in sua transfiguratione, & sanctissimi Prothomartyris nostri, ex quo proinde singulare quoddam eminentis suæ sanctitatis præmium dignoscitur.

3. *Faciem Angeli.* Ad præsens propositum nostrum maxima consideratione digna sunt verba illa, quæ sapiens ac prudens quædam mulier Regi Davidi maximè commendans protulit: *Tu autem Domine mi Rex sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, ut intelligas* 2. Reg. 14. 20.

omnia super terram; Quis non supra modum admiratur & obstupescat sanctissimi Levitæ nostri infusam quasi, imò Angelicam sapientiam, ita ut non possent resistere sapientia & spiritus, qui loquebatur? Venerab. Beda ait: *Dignum fuit, ut in Prothomartyre confirmaret, quod in Martyribus tradendus pro nomine suo promiserat dicens: Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere adversarij vestri*

Epist. 22.

4. *Faciem Angeli* Divus Hieronymus ad Eustochium sanctissimam Virginem de DEI filio in terras descendente scribens, hæc verba profert: *Novam sibi familiam instituit; in cœlis Angeli ministrabant ei, in terris autem alios Angelos sibi in ministerium deputatos exigebat, ut qui ab Angelis adorabatur in cœlis, haberet Angelos & in terris. Intellegebat hæc verba Hieronymus de Virginibus, sacris hęc genis ob suam puritatem maximè similibus: unde, ut observat beatus Pater Petrus Damianus, Angelus ille Apocalypticus veluti nuntius quidam cœlestis ad sanctum Joannem delegatus, ab eodem refugiebat adorari dicens: Vide ne feceris conservus enim tuus sum; Noluit, inquit citatus Pater, adoratorem, quem decernebat aequalem, Angelica enim munditia est contubernalis & cognata virginitas. Hoc autem virginitatis donum ad ipsam usque stuporem in sancto Stephano relucebat. Beatus Laurentius Justinianus ait: Angeli merito speciem protendebat in facie, qui illorum puritatem gestabat in corde. Glossa interlinearis sic dicit: *Faciem Angeli pulchritudine cordis: eandem ob causam tanquam custos virginitatis à virginibus tanquam sexu magis debili ex bono puritatis ac honestatis zelo pro patrone electus fuit, quia Stephanus purissimus, & Angelica quadam puritate dotatus erat, Salmeron ait: At vero qui castitatem colit, etiam si cum mulieribus muneri sui obvendi gratia familiaritatem habeat, profecto Angelus est propter singularem puritatem: tamque plus in eo puritas hæc pretiosissima admiranda est, quanto majoris in annis suis quoque junioribus, ac flore quasi ætatis constitutus erat pulchritudinis ac formositate, quæ maximum solet esse turpis concupiscentiæ incentivum.**

Serm. 1. de S. Ioan.

Serm. de S. Steph.

Tom. 12. Tract. 23.

5. *Faciem Angeli.* Verè sanctissimus Levita maximè Angelus quidam dicebatur est

ob summam illam, quam erga persecutores suos ostendit charitatem & mansuetudinem; est enim hoc maximè proprium spiritibus illis cœlestibus in gratia jam confirmatis, quod sint imperturbabiles, & ab omni immoderata passione liberi: quod pulchre sacra ostendit Scriptura, dum Davidem hęc verbis allocutum commemorat: *Sicut enim Angelus Domini, sic est Dominus meus Rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur.*

2. Reg. 14. 17.

Sanctus Stephanus, qui quemcumque videntem & audientem continuis suis miraculis quæ operabatur in stuporem & admirationem rapiebat, maximaque vitæ præditus erat sanctitate & innocentia, nihilominus nullis superbiæ motibus agitabatur, verum in profundissima quadam humilitate persistebat constantissimè, eratque mitissimus, ut nec benedictione nec maledictione moveretur. Divus Chrysostomus cum summa admiratione Davidem à Saule persecutum considerat, & quidem in ea spelunca, in qua summo timore percitus Saul sese absconderat, existentem; David interitus sollicitabatur ad inimicum suum juratissimum interimendum, ut illud capiti suo jam imponeret regium diadema, cujus investituram ex divina ordinatione à Samuele receperat, Davidem autem, quæ contra inimicum suum poterat executioni mandare ultionem, omittit, & iis, qui eum ad sumendam vindictam invitabant, gravissimè iratum & offensum vidisset: Videns autem Saul gravissimum quod vitæ suæ iminebat periculum, tantam tanque heroicam Davidis mansuetudinem volvens animo, Davidem filii nomine compellebat, eumque verum ac legitimum Israëlitiæ domus Regem proclamabat. Nunc, ad propositum nostrum pulchre dixit Chrysostomus, hujus tam insolite, & quasi præter naturam factæ rei spectatores Davidem non hominem, sed Angelum quendam existimasse: *Postea dicitur: il non jam ut homini, sed ut Angelo parebant,*

6. Considerate insuper hic benevolentiam & benignitatem, quam suis inimicis exhibuit Stephanus, & videbitis an non jure merito omnimodam quasi Angeli cujusdam similitudinem exprimeret dicatur; Pulchra ad hoc propositum declarandum sanctus Fulgentius utitur similitudine: *Sicut in matre, inquit, Domini non potuit violari virginitas,*

nitatis, sic in Martyris mente non potuit Christi charitas tanto sapientium agmine superari. Sanctus Augustinus inquit, quod quidem sanctissimus Levita excanduerit, & iram quandam ostenderit, at ex purissimo charitatis motivo, ut illi errorem suum agnoscerent, eoque tali medio in viam salutis reduceret: *Quem Prophetarum non occiderunt patres vestrista dicendo quasi odit, quasi servit, lingua clamat, cor amat.* Tulerat legem Assuerus, pœnamque capitalem ei decreverat, qui regium conclave intrate, suumque conspectum subire auderet, quo non attento prudentissima Esther Regem adiens, vultumque Assueri in meliora mutatum ac serenatum conspiciens, Regem his verbis à sacro texturelatis, affata est: *Convertit DEVS spiritum Regis in mansuetudinem; Vidi te Domine quasi Angelum DEI, valde mirabilis es, & facies tua est plena gratiarum.* De sancto Stephano idem profus scribitur: *Faciem Angeli, plenus gratia:* quod profectò de ipso dicitur respectu maximæ suæ mansuetudinis. Sanctus Pater Ambrosius de magno DEI Propheta Moysè dixit; *Merito ascriptus est supra homines, ut vultui ejus non possent intendere:* Quid ita? Forsitan supra homines Moyses æstimatur, quia electus erat in Deum Pharaonis? An quia per prodigiosam illam, multisque mirabilibus claram virgam mare diviserat? vel quia DEO familiarissimus erat, cum quo loquebatur facie ad faciem? Non ob hæc omnia, inquit S. Ambrosius, sed quia sic sibi totius plebis mentes devinxerat, ut plus eum pro mansuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur.

7. *Faciem Angeli* Emissenus in Glossa citatus ait: *Abundantia mentis transit in decus corporis; in exterioris gloria candor interioris exundat. & abscondita pectoris ornamenta Speculum frontis irradiant, habens intra se Spiritum sanctum os præ se gustum Angelicum.* Non est in controversia, imò omnino indubitatum est, Spiritum sanctum in Prothomartyre fixam quandam posuisse sedem, cum verissimum sit id, quod de eodem sacra Scriptura refert: *Stephanus autem plenus Spiritu sancto.* Salmeron ait: *Qui spiritu Dei plenus est, quid potest nisi saltem illos spiritus cœlestes, qui ejus nutu vel consilio reguntur, representare?*

8. *Faciem Angeli.* Angelus deinde subit ob innocentiam, & conscientie suæ puritatem, qua omnibus omnino sibi impositis calumniis, improperiis, aliisque injuriis reddebatur superior, nec ob qualemcunque sævissimam contra eum maledictionum motam tempestatem in minimo etiam contristatus fuit: Idem Salmeron ait: *Quo nam modum animo tibi male conscio nihil truci- lentius aut formidabilius, ita mentis innocentia, & secura mens, quæ est quasi jugum con- vivium, etiam in fronte & vultu ipsius re- luer:* Synderesis, malaque conscientia è vultu pallido aspectusque mutatione digno- scitur: *Non sic Stephanus, quem nec umor qui pallorem generat, nec ira aut arrabibilis quæ faciem immutant, animum illius perturbant, imò ipse Spiritus sanctus, qui intus erat, foras erumpebat, ut clariorem ejus vultum redde- ret.*

9. *Faciem Angeli.* Salmeron citatus in hunc textum ait: *Qui Christi fidem profite- tur, illamque coram hominibus strenuè tuetur, Angelus est, fortitudine præditus Angelica: Sacratissimi Martyrii sui historiam animo volvite, camque relegite, & videbitis cum quanta generositate fidem & Religionem Christianam jam ipsis in exordiis à nefariis sy- nagogæ contradictionibus & persecutionibus impugnatam, sese ejusdem fidei columnam quandam firmissimam demonstrando, defen- derit quando optimè de ipso dicitur: Plenus fortitudine.*

10. *Faciem Angeli.* Est proprium Angelorum quod, quocumque in loco existant, licet etiam hic in terra pro nostra nobis ad- sint custodia, nihilominus divinam intue- antur essentiam, cœlestique beatitudine fruantur & gloria juxta illud: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.* Quem mihi quæro ex universo Sancto- rum cœtu recensebitis, qui hic inter vivos degens, si non divinam essentiam, ad minus cœlestis Paradisi gloriam cœlosque apertos conspexerit, uti de sancto Stephano Apo- stolorum acta referunt: *Vidit gloriam DEI:* *Eccè video cœlos apertos* Summam hanc Stephani prærogativam summo perè admi- ratu Emyllenus, dicens: *Vide quantum agat in pectoribus servorum suorum divina charitatis ardor, quod sperabatur desiderijs, oculis*

Matth. 18.

10.

Hom. de S. Sceph.

oculis

Serm. 91.
de divers.Esth. 15.
26.Lib. 2 de
offic. c. 7.

oculis demonstratur, & spes in re spiritu adhuc intra carnem militante perficitur, necdum explet famulus ministerium suum. & jam Dominus aperit regnum suum, Dionysius Carthusianus declarat modum, quo gloriam illam contempserit: *Vidit gloriam Dei, inquit, ita quod beatitudine & mercedem sibi paratam Deus ipsi ostendit, prae gustare que fecit.* Insuper idem Pater advertit, ob quam causam à perfidis Judæis vultus Stephani instar Angeli clarescens visus

fuerit, dicens: *In tanta & tali majestate ostendit Deus Judæis Stephani vultum ut converterentur ad veritatem si vellent: aut si nolent de sua obstinatione inexcusabiliores ac damnabiliores redderentur: Aliam causam dedit Petrus Damianus: Lumine vultus Dei insignitus gloriosus Levita, & vibranti splendore Stephanus serenatur: reverberantur oculi nostri, & tamen invidia magnitudo visionis majestatem occultat.*

Quare Christus in martyrio sancti Stephani de cœlo se eidem videndum exhibuerit.

DISCURSUS OCTAVVS.

Ecce video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei.

QUOD in solemnissimo Dominicæ Ascensionis triumpho firmissima cœlorum claustra resecrata sint, quis miretur? *Attollite portas Principes vestras, & elevamini porta aeternales & quare? introibit enim Rex gloria.* At quod hodie eidem cœli inusitato quodam modo aperiantur, & de suprema illa cœlitum sempiterna mansionem ipse Rex gloriæ Christus tota sua cœlesti aula firmatus undique ad cruentum generosissimi militis sui spectandum prælium se ipsum quoque intuemum præbeat, nunquid hic major, nulloque aliâ stabilita exemplo, admirandi subest ratio? Aperti quidem aliâ quâdam vice sunt cœli, at super ipsum DEI filium, tunc nimirum, quando in Jordanis flumine à Joanne Baptista baptisimum suscepit; volebat enim inusitato hoc prodigio æternus Pater toti mundo manifestare eum, qui ex motivo profundissimæ humilitatis se peccatoribus annumeraret, filium suum esse unigenitum: at quis

honor, quæ gloria, quæ prærogativa est hæc, quod hodie idem unigenitus DEI filius simili prodigio servum honoret, quo se honorare dignatus fuit Pater æternus? *Ecce video cœlos apertos*

2. Memorandum est, quod sacer Historiographus Moyse de illa, quam ab Esau fratre suo Patriarcha Jacob in Mesopotamia exul passus est persecutione, scribit: *Cum que venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post Solis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, & supponens capiti suo dormivit in eodem loco, viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum, & Dominum innixum scala.* Totum hoc merum fuit Jacobi somnium, sed quis non miretur omne id, quod hac die cum sancto Stephano gestum est, in eodem perfectissimè delineatum, & quasi præsignatum? ac primò quidem sanctus Stephanus optime dici potest aut nominari Israel, siquidem Israel latinè idem est, quod *videns DEVM*, Stephanus autem vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei; fuit quoque perle,

Gen. 18. 11.

persecutus à fratre suo Esau, nempe à populo Hebræo, à quo, veluti à Deo ob suam duritiam & obstinationem reprobato, discesserat vel quasi exularat: *Obdormiuit quoque post solis occubitum, in Domino scilicet, tunc nimirum quando iam vetus iustitiæ sol Christus JESUS paulò antè in monte Calvariæ per mortem occubuerat, vel quando iam cælos ascenderat; Tuli de lapidibus & supponens capiti suo, quia gaudens suscepit lapides ut mereretur accipere coronam gloriæ; posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.* Meruit quoque cælum apertum, ipsum Deum contemplari: *Domini innoxium scala, tunc nimirum cum vidit IESUM stantem à dextris virtutis Dei; qui in altissimo cæli folio consistens Stephano assistebat dando ei fortitudinem animique generositatem.* Dionysius Carthusianus ait: *Quis hujus visionis magnifica exprimat qualitatem? itaque vidit gloriæ Dei, sed quomodo vidit? per fidem an per speciem? & dicunt nonnulli, quod pro morula illa vidit Deum per speciem, seu divinam essentiam clarè sicut Beati vident in patria.* Beda ait: *Quidam Electorum adhuc in hac vita detenti mundato oculo cordis videre meruerunt gloriæ Dei ut hic Stephanus.* B. P. Petrus Damianus hanc Stephani visionem hinc verbis refert: *Videt gloriæ Dei & IESUM stantem à dextris virtutis Dei, movet me hac intentio quæ de cordis puritate refusa vim facit calis & ad ipsius divinitatis consistorium penetrat & attingit.* Sanctus Augustinus ad hanc Stephani visionem elucidandam sequenti textu utitur: *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt, videte, inquit, quid meruit beatissimus Stephanus, hic adhuc corpore positus Trinitatem meruit ipsam videre; His accedit Dionysius Carthusianus in Sermone de præsentis Festivitatis sic scribens: O quanta fuit puritas, quanta dilectio, quanta perfectio animæ hujus invictissimi Martyris, qui adhuc vivens in carne mortali ad tam altam ac califormem perductus est visionem, atque in sæculo isto, sic meruit certificari de felicitate futura, sic prægustare, sic intueri eandem.* At dicet quispiam, in Exodo clarissime à Deo dictum refertur: *Non videbit me homo, & vivet, non enim videre poteris faciem meam;* quo Deus innuere voluit, quamdiu carne hac humana mortalis homo vestitus est, non posse eundem quoque attingere gloriæ Paradisi; quomodo igitur hodie super lege hac irrevocabili & invari-

In Act.

Exod. 33.
20.

Mansii Sanctuarii, Tom. IV.

bili cum Sancto Stephano dispensatur? Audite egregium super hoc dubio responsum, Stephanus plus quam homo erat, ipse enim transcendebat limites humanæ conditionis. *Viderunt enim faciem ejus tanquam faciem Angeli.*

3. *Ecce video calos apertos & IESUM stantem &c.* Hilarius Arelatenis ait: *Vides quod spectantis intuitus armat constantiam triumphantis.* Incredibile est, quantum in gravissima pugna milites animare soleat Principis seu Generalis præsentia, insuper optimè ac generosissime pro defendenda periclitante civitate tum pugnatur, cum civium adest conspectus, Sanctus Stephanus pro periclitante periculosissimisque motibus infestata decertabat Ecclesia, idque in conspectu totius Ecclesiæ qua triumphantis, quæ militantis, ipsum enim fortiter pugnantem de summo cælorum fastigio tota cælestis aula inspectabat: Apostolus Paulus paulò post scriperat: *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem IESUM, qui propositio sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta.* Erat hic aspectus Sanctissimo Martyri quasi calcæis loco, ad fortiter maximaque cum celeritate in pœnosa Martyrii sui stadio sine ulla hæsitacione aut allisione currendum.

Hebr. 12.1.

4. Insignis ille Hebræorum exercitus contra impiissimum Antiochum Dux Judas Macchabæus memorabili quodam stratagemate inimicum aggredi parabat, ut enim furis quibusdam quasi in gentis inimicæ exercitum Elephantæ ageret, iis ut memorat Scriptura: *Ostendi mandarat sanguinem uræ & mori, ad acyendum eos in prælium.* Simili quodam stratagemate confortatus est sanctissimus Prothomartyr noster, hic enim, mirum est quanta cum generositate hostiles Judæorum insultus sustinuerit, assultus repercussit, non solum ex eo quod Christum Redemptorem suum in monte Calvariæ vulneribus lividum & sanguine undique manantem conspexisset, verum etiam hanc in ipso generositatem causabat ejusdem in cælo jam existentis cruentorum vulnerum sacrorum aspectus. Generosissima illa Heroïna sancti Symphoriani Mater timens ne fortè dilectus ejus filiulus etiamnum juvenculus Martyrii sui atrocitati & tormentorum acerbitati succumberet, eundem hinc verbis animabat: *Nate calum suscipe, memento aterna vita.* San-

1. Mach 6
34.

Aaa

Aaa

Et Stephanus caelos videbat apertos, & quod eidem piffimus Redemptor, ad se victoriosum & triumphantem pro merito excipendum obviam procederet: unde Eusebius Emiffenus ait: *Iuste incurrenter offert sanguinem suum, qui praeculis habet regem & brachium suum.*

In Glosfa.

5. *Ecce video calos apertos & Iesum: Hec visio cor dabat & animum ad maximum illum lapidum imbrem fortiter suffundendum, optimè enim veriffimum esse noverat: Quod non sint condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam.*

Rom 8. 18.

Hom de S. Stephan.

Miltarius Arelatenfis ait: *Digne patientibus cali portis comparatur calum, bella defudant, at sic dum occupatur in stupore & amore caelestium Stephanus, non turbatur duro imbri saxorum: quod & optimè tetigit Ambrosius dum ait: Lapidatur Stephanus & videbat caelos apertos & Iesum ad dextram Dei stantem, & ideo lapidum ictus non sentiebat.*

Lit. 1.

Epist. 30.

S. Augustinus similiter Stephanum generalitatem eidem caelestium visioni ascribit: *Si beatus Stephanus sub imbri lapidum constitutus futura premia non cogitasset, quomodo illam grandinem pertulisset?*

Serm. 96.

de divin.

Silmerou super frequentem textum ait: *Ecce video calos apertos; in his autem verbis expressit Stephanus Prothomartyrilla, in qua oculos debet intendere is, qui pro fide decerit, & pro Christo extrema patitur, debet enim ut hominum dedecora & corporales cruciatus contemnat, oculis mentis spectare gloriam Dei futu-*

Tom. 12.

Trad. 26.

nam, ad quam non sunt condigna passiones huius temporis, ut ait Apostolus; debet & calos cernere apertos, in quos non dubitet se benignitate Dei recipiendum; debet & Iesum stantem à dextris virtutis Dei suspicere, & stantem quidem ut nobis opitulari valeat.

6. *Et Iesum stantem à dextris virtutis Dei: Tyranus autem Hoc dicit ad affirmandum ejus resurrectionem & quia tales visiones sunt secundum conventionem ejus, quod significatur ut praedictum est: Ideo Stephanus vidit Iesum stantem ad designandum quod erat paratus ad ejus roborationem, quia stare proprium est adjuvantis in praelio, sedere vero proprium est iudicantis vel regnantis, quae etiam ratio cur post Dominicam Ascensionem de Salvatore dictum sit, quod sedet à dextris Dei. Glosfa inquit: Stantem habitus auxiliantis, & injurias iudicantis, & pro servis pugnantis sic ostenditur. B. P. Petrus Damianus hoc ei à Christo praesti-*

Glosfa.

tum auxilium ad vivum hisce verbis describit, dicens *Surgit ipse Rex, & lapidantium acies irrumpens triumphatorio certamini non sine dolore cordis assistit; videt opprimi primum, & principium purpuratae cohortis, & grandinae lapidum densitate fontes sanguinis de corpore Prothomartyris ebullire;* hac compassionem quasi, quam Christus erga tum ostendit militem, videtur Christum quoque omnes projectorum saxorum immanes ictus in se quodammodo recepisse; unde in hoc quoque tenui lystantem explicatur: stantem, hoc est, lapidatur in lapidato. Occidentem: eum in alio sensu accipit, scilicet pro interiori gaudio quod sancto Stephano Christus communicavit: stantem, inquit, & non sedentem vidit Iesum Beatus Stephanus, ut suam exhibeat Christus protectionem, & magnam suo Athleta tribuat alacritatem.

Serm. de S. Stephan.

7. *Ecce video calos apertos & Iesum stantem: Ecce non omitteremus nos bonam hanc occasionem calum intrandi, quandoquidem eorumdem portae sint resecatae. Memorabile est, quod in Chronicis Ordinis sancti Dominici narratur, quod eo tempore quo Frater Reginaldus ejusdem Ordinis Concionator famosissimus plurimos vita moribusque dissolutos oblinatosque peccatores suis ipse concionibus ad meliorem vitam frugem reduceret, Lector quidam seu Doctor primarius, nomine Magister Moneta sibi sum Reginaldum Concionantem nullatenus audire propulerit, imò etiam omni modo suos quoque discipulos ab ejusdem Auditorio retrahere conatus fuerit, timens ne forte Evangelico reti Reginaldi detinerentur captivi (tanta enim erat efficacia dictionis ut tangeret, raperetque corda faxis ipsis duriora) nihilominus discipulorum suorum precibus emollitus Professor, quadam vice tempore matutino Fratrem Reginaldum Concionantem ut audiret discipulis suis sincerè adpromissit, sicque igitur discipulis ob promissa debitor redditus & obligatus, eodem mane prius Missam audire voluit, neque ei sufficiebat una, addebatur & alteram, sperans hac de causa se ad Concionem seroventurum, at aliter Deus disposuit, contigit enim quod quando jam finem attingisset Concio, & adhuc inter Ecclesiae portam Professor hic sanctum hunc virum audiret textum hunc: *Ecce video calos apertos, ponderantem audiret, & dicentem: In praesenti ecce aperti sunt cali ad introeun-**

3. part. lib. 2. cap. 17.

dum.

dum, quilibet qui vult, potest janua apertus intrare, videant & timeant miseri & negligentes, ne eis qui Deo claudunt cor suum, & os & manus, regnum caelorum claudatur, & introire non possint, quid ergo tardatis? Ecce aperti sunt cali, Mox Spiritus sanctus in hoc corde paulo ante ita obstinato mirabilia operatus est, idemque sua unctionis spiritalis gratia ita emolliuit, ut mox abiens ad pedes Reginaldi prostratus habitum religiosum supplex efflagitarit, quo obtento, doctrina & perfectione admirabili claruit, ac insigne haereticorum extitit flagellum. Ad quod propositum Cornelius à Lapide supra citatum textum sic scribit: quod sanctus Stephanus: His verbis invitavit eos ad poenitentiam, quasi diceret, calum aeterni gaudii salutis apertum est, videte ut accuratis & introeatis antequam claudatur. Si exigua ad dura corda convertenda lingua sancti Stephani fortita esset efficaciam, profecto frigidi ejus cineres viva quadam facundia imbuti fuere, quan-

do plurimis post mortem ejus annis miraculose reinventi sunt, quia ut annales produnt Ecclesiastici, quando iidem in civitatem quandam provinciae Majoricensis translati, eorum aspectu & praesentia quingenti quadraginti Judaei conversi sunt, Aliud quoddam refert sanctus Augustinus ut haberet in Lectionibus matutinarum festi Inventionis ejusdem Prothomartyris tertio Augusti. Ratio autem cur Judaei à beato Stephano dum eis praedicaret vitae vocis oraculo conversi non sint, haec est: quia continuerunt aures suas, Non faciamus nos idem, sed invitantes & de caelo vocantem audiamus, sanctissimumque Prothomartyrem imitemur, ut cum eo simul regnare, gloriamque ejus ille in terra initium quoddam praegustavit, & ejus possessionem aliquando ut adiret etiamnum vivens certificatus fuit (siquidem vidit gloriam Dei, vidit calos apertos) cum ipso participare mereamur,

Anno 418

Anno 418
lib. 22. de
civit. Dei
cap. 8.

DE

SANCTO IOANNE APOSTOLO

DISCURSVS NOVEM.

DISCURSUS I. S. Joannes supra omnes alios à Christo amatus fuit, ejusdemque amoris signa nonnulla subnectuntur.

DISCURSUS II. Aliqua dantur rationes cur Christus sanctum Joannem praeter ceteris Apostolis plus amaverit: tractatur quoque hic de variis ejusdem virtutibus & meritis.

DISCURSUS III. De quiete agitur sancti Joannis supra pectus Christi.

DISCURSUS IV. Merita sancti Joannis propter quae à Christo supra alios elevatus fuit, considerantur.

DISCURSUS V. De privilegio singulari sancti Joannis, quod loco Christi beatissimam Virginem Mariam habere meruit in Matrem.

DISCURSUS VI. Aliæ quædam prærogativæ sancti Joannis ob suam virginalem puritatem considerantur.

DISCURSUS VII. De sapientia sancti Joannis elucidata per symbolum Aquilæ.

DISCURSUS VIII. Motivum amandi hunc Apostolum supra omnes alios fuit ejusdem Virginitas.

DISCURSUS IX. Sanctus Joannes ut basis quædam & columna Ecclesiæ representatur.

Sanctus Joannes super omnes alios Apostolos amatus fuit, ejusdemque amoris signa nonnulla subnectuntur.

DISCURSUS PRIMVS.

Discipulus quem diligebat IESVS.

I. **P**ater æternus quando in sacratissimo unigeniti filii sui baptismo, eundem filium suum, clarissimum divinitatis suæ præbendo testimonium, glorificare volens, super ipso Jordanis flumine cælos aperuit, quod & altera vice in supremo Thaboris vertice factitatum sacri narant Evangelistæ; alio enim titulo dignatus non est quàm *Dilecti filij*; *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*. Hic similiter ad denotandam eminentem gloriam sancti Joannis sufficit dicere, quod sit dilectus Salvatoris, quem diligebat Iesus. Sanctus Thomas de Villa nova ait: *Vide quantum dignitatis Joanni accrescat, quod unigeniti Filii Dei titulum quodammodo meruit obtinere*. Idem sanctus Pater textu quodam Canticorum utens; ubi sponsus divinus seipsum nominat dilectum subjungit: *Est enim Pater diligens, Filius dilectus, Spiritus sanctus utriusque dilectio*.

2. p. 96. 20.
Art. 2.

2. Doctor Angelicus pulchram inter amorem Dei & nostrum assignat differentiam; dicens, amorem nostrum nullam in re amata causare bonitatem, sed eam aut supponere, aut ad minus rem istam esse bonam amanti persuadere; At voluntas divina quæ est causa & origo omnis boni quod in creaturis reperiri potest, non mo-

vetur per bonitatem in creaturis existentem, veterum insuper hanc eis participat & infundit. Aristoteles ait: *Amare est velle alicui quæ bona putat*. Amans igitur Christus sanctum Joannem supra omnes alios, sequitur quoque, majores gratias abundantioresq; cæli thesauros quam cæteris omnibus, eidem à Christo communicatos, S. Bonaventura ait: *Merito diligebat eum Iesus, eo quod impleverat eum donis gratiæ suæ*. S. Thomas de Villa nova quondam amoris nostri & divini erga nos distinctionem assignat, dicens: *Hoc namque inter amorem Dei & nostrum distare solet, quod nos bonitatem in aliis diligimus, sed eam illis diligendo minime præstamus; Deus autem quos diligit diligendo optimos facit*.

Rhetor. 1.
cap. 4.

3. De Alexandro Magno narratur, eundem quadam vice famosissimos, nec non eloquentissimos sui temporis Oratores conscripsisse, ut familiarissimi cujusdam amici sui Ephestionis laudes Panegyricis complecterentur, quod cum jam aliquot diebus omni meliori modo perfecissent; volens inter cæteros quidam longissimam plurimamque laudum telam breviori filo ut ajunt dimenturare, unoque verbo completi dixit: *De dilecto nunquam satis*. Idem omnino S. Valenzenensis Archiepiscopus Thomas Villanovanus, de hoc veræ sapientiæ quondam oraculo S. Joanne scribit: *Existimavit, inquit, vir sapiens omnium gratiarum hanc præcipuam,*

am. & maximam reputandam esse, quod à Deo dilectus sit; quia namque major est, aut esse potest dignitas, creatura quam factori suo placeat, & diligatur ab eo qui fecit eam? Intuper advertit & quidem bene, quod ex eo cum dicitur, Christum sanctum Joannem tenerime amasse, non excludatur ardentissimus amor S. Joannis erga Christum; Hic eam dixit: Ego diligentes me diligo; qui diligit me, diligitur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, seu ut in Græco dicitur, insinuabo ei meipsum: Cujus amoris effectus in sancto Joanne clarissime conspicitur, dum dulcem usque somnum caperet in sacratissimo magistri sui sinu requiescere ei per quam gratiosum permissum est. Salmeron nova quadam adducit mysteria, ex eo quod dicatur, Christum quidem amare S. Joannem, at nulla fiat mentio amoris discipuli erga Christum: Primum est, quia prior est Christi ad nos dilectio, quam nostra ad Deum, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, ac proinde causa est ac origo nostri amoris. Secundum mysterium est, quia amor Christi erga nos multo, quam noster erga ipsum excellentior est, quia iste ex ratione subjecti, est æternus, infinitus, noster verò debilis, instabilis, & imperfectus. Tertium mysterium est, quia majus est privilegium & honor à Deo amati quam DEUM amare; Quid enim mirum si creatura ratione prædita infinitum illud bonum, & pulchritudinem tam amabilem, & tam nos amantem diligat, præsertim cum tantum emolumenti & fructus ab ea dilectione sibi comparet? At verò illud admiratione dignum, quod Deus optimus maximus homines, hoc est vermes humiles, repentes & putridos, & nihil sibi boni conferentes diligere non dedignetur; Sanctus Thomas Villano vaus ait: Hac gratia Dei, hic amor omnium donorum & bonorum fons & origo est: ad unum autem hunc amorem Dei maxime beneficium per hanc similitudinem exprimit, dicens: Denique quod in curia facit amor Regis, hoc in orbe facit amor Dei; pergit insuper à simili demonstrando, honores, divitias, aliaque obsequia, quibus Regum amici in aulis solent gaudere, & post subiungit; Dilectio omnia patet, omnia obediunt, sic in regno Dei, si quis gratus, si quis amicus est Dei, omnis illi obtemperat creatura, & in cælo & in terra. Dionysius Carthusianus de hoc eodem Apostolo S. Ioanne scripsit; Quarta excellentia Ioannis est potestas

Prov. 18.
17.
10. 14. 1. 1.

Tom. 11.
Tr. 31.

Ser. 3. de

S. Ioanne.

& gloria miraculorum; & profectio signum apertissimum summæ benevolentie & favoris Christi erga Joannem, id est, summa supra cæteras omnes creaturas sua illa miraculorum patrandorum potestas & autoritas. Est enim amor major DEI erga animam quam clarissima ejusdem animæ tali amoris correspondentis magis vel minus intensæ perfectionis & charitatis nota; Eo quisque judicandus est melior, inquit jam citatus D. Thomas, quo Deo inventus fuerit gratior & acceptior; S. autem Joannes eminentiorem cæteris omnibus gratiam & amorem Christi possedit; Quem Dominus charitatem debens omnibus tamen præ cæteris diligebat.

Tract. 16.
in Ioan.

4. At hic non immeritò in dubium revocari posset, an Salvator noster plus Petrum quam Joannem dilexerit. Siquidem illum trina vice quoad hunc amorem rigidè examinavit responderitque Petrus, Tu seis Domine quia amo te, prout idem dilectus Christi discipulus in ultimo Evangelicæ Historiæ suæ capite fusiùs refert. Proinde ad hanc inter sacros Doctores bene agitaram controversiam respondere potest per id, quod de Alexandro Magno scribitur: hic enim dicere solitus erat, se duos habere amicos dilectissimos, Parmenionem & Ephestionem, Amboque se magna cum teneritudine diligere, cum hac tamen differentia, quod tanquam Rex plus diligit primum, ut potè cujus opera in rebus gravibus publicè peragendis uteretur, hacque ratione à multis imperii laboribus & oneribus sublevaretur: At verò ut Alexander Ephestionè impensius diligeret, ut potè cujus illi gratissima esset familiaris & quotidiana conversatio. Unde Salmeron ait: Petrus fortius diligebatur ac ferventius diligebat: Ioannes vero familiaris ac suavius amabat, unde à Domino & dulcius & suavius deamatus.

5. Verum enim verò quia verum est quod probatio dilectionis exhibitio est operis, manifestè Christus suum erga Joannem amorem probavit, siquidem omnia manifestissima sui erga illum amoris signa edidit. Nimirum divina arcana eidem revelavit, prout in libro Apocalypseos perspicuè videre licet, de quo meritò dicitur, quod tot Sacramenta quot apices contineat: Imò ipsi soli plura mysteria revelata fuerunt, quam omnibus aliis, ut ita dicam, sive Patriarchis, sive Prophetis, sive Apostolis: Unde sanctus Thomas de Villa-

Epist. 10.
ad Ioann.

Nova ait: *Revelavit illi secreta persona, secreta regni, secreta domus, supra pectus Domini in cœna recubuit B. Apostolus cui revelata sunt secreta cœlestia* de eju: Evangelio S. Dionysius Areopagita ait, *Evangelium quod scripserat, memoriam esse & renovationem vera Theologiae*. S. Thomas de Villa Nova, postquam dixisset quod eximium divini erga Joannem amoris signum est *revelatio secretorum* secundum eju: dem amoris signum protinus subjungit, quod est *familiaritatis exhibitio* de quo signo Glossa ait: *Diligebat & alios, sed familiarius istum, donavit potiori dulcedine sui amoris*. Idem memoratus S. Thomas subdit *ibidem Ioannes dilectus non iustus non petita venia confidenter recumbit super pectus Domini; Amor facit hoc; est enim supra modum audax dilectio, hunc eundem comitem suum esse voluit, dum in monte Thabor versaretur, suaque transfigurationis spectatorem, similiter in horto quando sudavit sanguinem, ipsi soli super pectus suum quiescenti, quis traditor futurus esset in cœna manifestavit, unde Petrus Damianus optime consideravit, quod postquam Christus dixisset, unus vestrum me traditurus est, totus tacet, ac sub silentii censura reprimitur senatus Apostolorum; tacet Petrus, tacet lingua, qua clavis facta cœlorum, cœlum simul & terram ligat & solvit: sicut Andreas, non loquitur Thomas, omnes tacent, omnes dubitant, Ioannis patrociniū quaritur, ille consultor accedit, qui de ampliori familiaritatis atque dilectionis prerogativa confidit. Surtius in ea est opinio ne primarum sedium à Joanne & fratre ejus facram postulationem ex ambitionis motivo minime processisse, sed potius effectum fuisse, ut ita dicam, & typi amoris, ut nimirum in illa sede constitutus tanto esset præ cunctis aliis Christo vicinior, Unde ait: *Hinc etiam manifestum est, quod cathedram, quam proximè Christum cum fratre petivit non gloria, sed Christi amore petiverit, & quod nollet hic alium esse sibi dilecto viciniorē*. Hic quoque observandus venit modus loquendi Chrylostomi, quando dicit, ne ipsum quidem Petrum Salvatorem ut interrogaret præsumpsisse, dicit enim *Ioannes securus, ac si in deliciis esset in gremio Iesu recubuit*.*

6. Est & alia veri amoris infallibilis nota ab eodem Thoma in medium allata, nimirum *pretiosorum commissio*; certum est enim, Christum DEUM nostrum nihil in hac vita magna

sua matre clarius habuisse aut pretiosius; & tamen in ultimo suo quod in crucis lecto edidit testamento, Spiritum Patri, corpus vespere antecedenti sub speciebus Sacramentalibus reliquit Ecclesiæ; sanguinem suum peccatoribus penitentibus, in pretium legavit & lytrum, Paradisum latroni concessit, cœli claves Petro consignavit. At verò Joannis custodia virginem matrem suam credidit.

7. Quartum ab eodem sancto Thoma allatum veri amoris signum est *beneficiorum collectio*, atque ideo omnia dona, gratiæ, & privilegia in cunctis aliis dispersa in ipso solo simul congregata inveniuntur, prout alibi suo loco dicemus: Unde canit Ecclesia, *ceteris aliis à Domino meruit honorari*.

8. Verum advertendum quod juxta id quod in sacris canticis dicitur, *Ego dilecto meo & ad Cant. 7. 10 me conversio ejus, sanctus Joannes, eximio huic amoris Christi erga ipsum eximia quoque charitate responderit*, Unde S. Gregorius ait: *Succendi cor nostrum igne charitatis quarimus? Ezech. Hom. 11. in Ioannis verba pensemus, cujus omne quod loquitur charitatis igne vaporatur; Et quidem non solum verba ejus sed & opera ipsius ingenti divini amoris flamma succensa erant; quoties enim replicat verba illa, Discipulus ille quem diligebat Iesus, circa qua Chryostomus ait: Hic amantium mos est, ut amorem suum silentio tegere nequeant, enarrant frequentius, ut ipsa assiduitate narrandi solatium amoris sui capiant; ex abundantia cordis os loquitur, ait in proverbii Spiritus sanctus, omni tempore diligit qui amicus est; & frater in angustiis comprobatur; id quod in sancto Joanne ad literam adimpletum fuit, siquidem à primis annis ad ultimam usque centum annorum decrepitam ætatem in ardore charitatis erga Deum, nunquam vel minimum refriguit, unde à cunctis ejus persecutionibus & arumnis proximus illi à latere astitit, præcipuè verò in funesta illa amarissimæ passionis ejus nocte, præ cunctis aliis fidei defendendæ incubuit (siquidem præ cunctis aliis diutius supervixit) Ecclesiam quoque adversus tot hæresum & persecutionum ab Idololatriæ principibus excitatarum procillas tutatus est strenuè, nec unquam in tot sibi obvius periculis inventus est vel minimum trepidasse; nec mirum quia perfecta Charitas foras mittit timorem. Idem S. Thomas de Villa Nova de hoc Apostolo ita scribit: *Adstat in Palatio, adstrit in pratorio, adest etiam patibulo, lachrymatur, dolet, gemit,**

Prov. 12.

Ser. I de
S. Ioan.

Glossa.

mit, *palam magistri sui mortem deplorat, & nullus eum interrogat quid ploras? nullus criminatur dicens discipulus ejus es, fautor es? miraturque amoris dispensatio fuit, ut terribilibus Domini sui cruciationibus dilectus adesses, & calicem passionis ad pedem crucis cum dilecto suo potares (Christo Domino sic disponente) ut nemo illi obsteret, nemo contradiceret, ut vel ex hoc Ioannes agnosceret, quia cum in vita dilexisset illum, in morte amplius dilexit eum,*

amor enim in fine maximè agnosceitur. In memoriam denique revocetis quod quando dilectus hic Christi discipulus post auditum resurrectionis Dominicæ nuntium, una cum sancto Petro Christi sepulchrum adit, currebant quidem duo simul (sunt ipsiusmet Ioannis scribentis verba) & ille alius discipulus procurrit citius Petro. Cujus hanc S. Gregorius rationem reddit quia qui amat ardentius, currit velocius, & pervenit citius.

Rationes ob quas Christus S. Ioannem præ cæteris Apostolis plus dilexerit, adducuntur, deque variis, iisdemque eximiis ejus virtutibus & meritis differitur.

DISCURSUS SECVNDVS.

Privilegio amoris præcipui cæteris altius in Domino meruit honorari.

1. **I**n tellectus creatus ob suam imbecillitatem, inaccessibilem illam divinæ sapientiæ lucem perfectiō mentis intuitu non valet contemplari, certum est, id quod Deo optima, ad extra operanti attribuitur, sc. *Omnia in sapientia fecit, bene omnia fecit*: Impossibile est adæquatam dare rationem, cur Deus unam animam amet præ alia, dicit enim, *an non licet mihi quod volo facere?* ex quo proinde sequi videtur, motiva causasque certissimas, cur Christus præ cæteris sanctum Ioannem dilexerit, examinare, non esse obiectum in tellectus creati, rationisque humanæ; sed id illum sibi soli reservasse, qui *Spirituum ponderator est*: possunt tamen aliqua, exigua & perquam obscuro nostro intelligendi modo adaptata, ejus rei dari rationes.

2. Salmeron scripsit, DEUM se voluisse monstrare hominem iisdem inclinationibus & affectibus alias naturæ humanæ annexis imbutum, homo autem, uti quidem experientia constat, magis inclinatur ad amandum unum quam alium, maximè tamen & particulariter

eos qui sibi sanguinis cognatione conjuncti sunt, sicut enim Sol partes sibi viciniores magis illuminat, sic à pari verus justitiæ sol Christus JESUS illuminat, & gratias suas abundantius communicat iis, qui sibi per sanctissimæ matris suæ cognationem sunt proximiores; cæteris enim quâ perfectione, quâ sanctitate eminentiores fuere sanctus Joannes Baptista, sancta Anna, sancta Elifabeta, sanctus Joachim, similiter etiam nepotes ejus, sanctus Simon, sanctus Joannes, cujus hodie festivitatem celebramus. Videtur dici posse, quod salva justitiæ æquitate ex ratione insigniorum quorundam talentorum, virtutum aut meritorum (sine quibus justam alii doloris cujusdam causam habent) superioribus licitum sit unum plus amare quam alium; at Seraphicus Doctor sanctus Bonaventura, optimè sciens divinum amorem, non sicuti humanum cæcum esse, dicit: *Quod diligit erat ob suas virtutes; sine te parvulus venire ad me*; non intelligebat hic Salvator infantiam ætatis, sed simplicitatis & innocentie; sanctus Joannes verò ab ineunte ætate Salvatorem secutus primam

ritus est. Unde & aquila comparatur; adducitque illum capiti decimi quarti Proverbiorum textum: *Acceptus est Regi minister intellectuens.* Cui consonat sanctus Bonaventura, dum ait: *Dilectior à Deo ob plenitudinem sapientia caelestis.*

6. *Ob suas virtutes.* Lyranus super illa verba: *Quem diligebat Iesus;* ita scribit *Diligebat, specialia ei dilectionis signa ostendendo præ cæteris, propter munditiam virginalem.* Cui consentit sanctus Thomas de eo ita scribens: *Fuit magis dilectus magis dilectus propter munditiam puritatis, quia virgo est electus à Domino.* Idipsum quoque sanctus Bonaventura hæc verbis scribit: *Merito dilectus à Deo ob integritatem sacrae virginis.* Quibus Albertus Magnus per hæc verba consentit: *Huius quidem dilectionis causam hic dicit Hieronymus esse castitatem virginis.* Sap. 3. *Hæc est qua nesciunt thorum in delicto, habebat fructum in respectione animarum sanctarum.*

7. *Ob suas virtutes.* Doctor Angelicus aliud quoddam amoris Christi erga Joannem motivum adducit, dum ait, ipsum præ cæteris dilectum fuisse *propter vehementem fervorem affectus sui ad Christum.* Proverb. 8. *Ego diligentes me diligo.* Notandum insuper, Christum discipulum hunc amasse propter teneram aetatem; siquidem ejus se sequela ab adolescentia addixit; *In quo datur intelligi, quod Deus specialiter diligit illos, qui à juventute serviunt ei.* Michæ 7. *Præcoquas ficus desideravi animam meam.* Cælius super illa verba: *Vidit illum discipulum sequentem, de seipso dicit, sequi est imitari.* Sanctus Bonaventura postquam dixisset: *Quia quod diligit, erat ob suas virtutes, mox subjungit, prerogativa ejus est perfecta Christi imitabilitas, sequentem eum; sequi enim est imitari.* Albertus Magnus in cap. 13. Joannis scribens ita ait: *Disciplinam charitatis, & mansuetudinis, & humilitatis Christi perfecte fuerat imitatus.*

8. *Ob suas virtutes.* Fuit enim modestissimus, singularique humilitate præditus, non obstante, quod scientiæ proprium sit superbia tumidum reddere, maxime si illi excessivi jungantur favores & honores præ aliis attributi. Porro sanctus hic Apostolus frequenter in Evangelio suo replicat hæc verba: *Quem diligebat Iesus, qui & recubuit super pectus ejus; &*

Mansi Sanctuarium Tom. IV.

quidem, ut Carthusianus ait, non ad sui ipsius jactantiam toties commemorat se specialiter dilectum à Iesu; sed ut tanto beneficio gratus existat. Ecce tibi clarè indicatam ejus gratitudinem; sed & modestiam & humilitatem ejus observate; dicit enim Chryostomus: *Nomen suum moderatè subtrahit Iohannes; nam si se jactare voluisset, quam ob causam diligeretur utique exposuisset.* Quia verò insignis ejus humilitas atque modestia hujus adeo singularis & eximie dilectionis merita sub obscuritatis lateribus recondita reliquit, idè obcreata sapientia merito disposuit, ut omnes sacri Scriptores hujus tam insignis dilectionis Christi erga hunc Apostolum varia eaque omnia devotissima adducerent. Et quidem Salmeron ait: *Non est jactantia ulla, ita se nominare (id est, discipulum quem diligebat Iesus, imò jactantia fuga & beneficii accepti confessio, insignisque gratiarum actio; idè enim proprium nomen suppressit seque per tertiam quandam indicavit personam, quo gratus de tanto existeret beneficio, & quia dulcissimum sibi erat hanc tantam dignationem Christi recollere.* Theophylactus optimè observat sanctum Joannem continuo se per hunc dilecti discipuli titulum descripsisse, ut manifestum evaderet, quòd quando sanctus Petrus eum urisit, ut quifnam traditor fururus esset, magistrum interrogaret, sibi innuerit, non ut majore, sed ut ei qui magis fuerat dilectus à Domino, & ita magis humilitatis, quàm ostentationis verbum est; non enim dicit, ego diligebam Iesum, quod de Petro præstat; sed quid? Ille enim inquit diligebat me, qui propter misericordiam & miserationem suam suscepit me.

9. *Ob suas virtutes.* Solent communiter Principes illos majori dilectione & favore præ cæteris prolequi, quos experti fuere fideiores, constantioresque in sui defensione, eos nimirum, qui in maximis discriminibus & periculis eos nequicquam deseruere, sed potius suam pro vita ipsorum prodegerunt vitam: jam verò inter omnes Apostolos & discipulos de nullo constat, quòd Redemptorem per totum passionis suæ decursum secuti fuerint, præterquam de sancto Joanne; licet enim omnes relicto eo fugerunt, dilectus tamen hic discipulus minimè fugit, quin potius ab horto usque Gethsemani ad Caipham, à Caipha ad Pilati prætorium, inde ad Calvariæ montem, imò ad sepulchrum usque secutus fuit, undè & sanctissimam ejus Matrem

Bbb

præmii

Tom. II.
Tr. 31.

In Io. 19.

Prov. 14.

Sap. 3.

Prov. 8.

Mich. 7.

In cap. 13.
Joan.

præmii loco accepit, Lucas Burgenſis verbis illis: *Quem diligebat Jeſus, ſequentem hanc Gloſſam adſcribit, fortè ut ſe quoque paratum eſtenderet ad mortem pro Jeſu ſubvendam.*

10. *Ob ſuas virtutes.* Surius in vita ſancti Joannis ita ſcribit: *Omnis ſenſus moderatur, familiaris omnino virginitati efficitur, tali utendo alimenti ratione, ut ſummâ parſimoniâ vivere duntaxat poſſet, ſacrumque corpus ut ſuſſiſteret, conſervare.* Hanc quoque victû: aſtutiam & ſobrietatem familiarem ei fuſſe B. Laurentius Juſtinianus hiſce verbis refert: *Inſolentiâ ſenſualitatis quantum virtuti reſiſtere aſſuecit, hinc divina charitatis armatus zelo, illam atterebat jejunijs, vigiliarum attenuebat laboribus, ne contra Dominû laſciviret.*

11. *Ob ſuas virtutes.* Quodnam Salvator noſter ſignum edidit puras, è quo quiſnam ſcholarum ipſius diſcipulus eſſet, agnoſceretur? *In hoc agnoſcent quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad invicem;* ac proinde ob hunc reſpectum merito de S. Joanne dici potuit, quod ſit diſcipulus ille quem diligebat Jeſus; ſiquidem præ quovis alio hoc dilectionis igne exarſit, totumque mundum hoc charitatis igne accendere conatus fuit prouti ex ejus Evangelio & Epistoſis clariffimè elucet, Albertus Magnus S. Auguſtinum citat dicentem: *Cauſa hujus præcipuè dilectionis erat, quod Ioannes vice*

verſa etiam Chriſtum præ cæteris dilexit. Porò nullam doctrinam majori cum energia & efficaciâ prædicabat, quàm quæ de hac reciproca dilectione ab eo iradebatur. Undè B. Petrus Damianus: *Divinitus illi conſeſſum eſt, ut tanta cor ejus: etiam circa fratres charitatis gratiâ repleretur, ut ſacroſanctum pectoris ejus templum, velut caminus quidam divini videretur incendi, quod proſeçdò in quibuslibet ſcripturis ejus patenter agnoſcitur, in quibus utique per omnem ſerè paginam, quaſi per quaſdam rimas charitatis vapores effundere, charitatis videtur vaporibus aſtuare.* Id quod ſpecialius adhuc declarat, dum ita ſubjungit: *Tres nominatim ad charitatem provocat: modo non filios ſed filioloſ, quaſi tenerè diligens appellat; modo proprijs atatum vocabulis infantem, modo juvenem; modo ſingillatim admonet adoleſcentes, modo etiam mulieribus deſtinat.* Notum quoque eſt ipſius ſtudium, quo juvenem illum pervertum, qui caput factus fuerat latronum, in viam ſalutis reducere ſategit.

12. Denique idemmet ſanctus Doctor opportunè nos monet, juſtum & æquum eſſe, ut ſanctum & dilectum hunc Apoſtolum noſtrâ quoque dilectione reciproçâ debitè proſequamur; dicit enim: *Dignum eſt, quia Chriſto præ cæteris mortalibus ſpecialiter eſt dilectus, à Chriſto quoque dilectoribus per maximè diligatur.*

Serm. de
S. Ioan.

Serm. 1. de
S. Ioan.

Serm. 1. de
S. Ioan.



De Quietē, quā S. Ioaannes suprà pectus Christi
perfruitus fuit.

DISCURSUS TERTIVS.

Recubuit in cœna super pectus eius.

Pf. 21. E.

I.

DEUS ille, de quo Psalmista ait: *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & universi qui habitant in eo; se ne tantillum quidem loci, ubi caput suum reclinet, habere, gra-*

Luc. 9. 58.

viter lamentatus fuit hisce verbis: Vulpes forvaeas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet ubi caput reclinet; undè liquet, quàm verum sit, quòd exinanivit semetipsum; sed quonam id sine factum fuisse existimatis? Propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis; nimirum noluit habere locum ubi caput reclinaret, ut nos tantò mollius & suavius quiesceremus. At verò homo ex vili luto plasmatus, altiùs exurgere nequit, quàm si pro lecto quietis illud sibi pectus, illiusque sinum vendicer, de quo dicitur: Unigenitus qui est in sinu Patris. Ecce igitur tibi hic quendam è Gallilæa oriundum piscatorem, qui recubuit in cœna super pectus eius. Cuius singularissimi privilegii mysteria in hoc discursu altiùs non nihil examinabimus.

2. Cor. 8. 9.

Ioan. 1. 18.

2. *Recubuit.* Observandum hoc loco est, quod immediatè priusquam diceret se supra pectus Christi quiescivisse, præmiserit hæc verba: *Discipulum quem diligebat Iesus*; quibus verbis genuinum huiusce quietis indicat mysterium, nimirum amorem ardentissimum, quò cum benignissimus Salvator prosequabatur. Isaias Prophetæ, blandimentorum lenociniis quibus Messias Evangelii sequaces profecturus erat, prævidens, ita ait: *Ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis, quomodo socii mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ieru-*

*salem consolabimini, videbitis & gaudebit cor vestrũ, & ossa vestra quasi herba germinabunt; in quonam verò hoc à Spiritu sancto Isaiæ dictatum oraculum aptiùs magisque propriè adimpletum fuit, quàm in dicto hoc Apostolo? quippè instar prædilecti filii in sinu Christi excepit fuit, & sicut infans inter brachia suæ nutricis amplexatus, fuit que cor ejus inter hoc sce amplexus tanto jubilo exultationis cumulatum, ut etiam in media bullientis olei lebere exsisteret, indèque egressus sit purior & vegetior, quàm intraverat, nimirum, unxerat eum Dominus oleo lætitiæ præ consortibus suis; ossa quoque ejus in sepulchro, manna scaturiendo progerminarunt. In Ierusalè consolabimini; quia Hierosolymis in cœnaculo Syonitico, felicissimo hoc cervicali Dominus ipsum dignatus fuit, dum super illo quievit, qui est Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu, Ioaannes namque inter omnes Christi fratres (inter apostolos) nuntiarum fratribus meis) omnium junior erat, & ideò dicitur puer meus, fuitque velut alter quidam Benjamin filius dextra, ut potè quam sicut poposcit, ita & obtinuit. Fuit itè Benoni filius doloris, quia passioni præfens adfuit; ab Israel, à Christo, qui Deum facie ad faciem videbat, maxime dilectus, discipulum quem diligebat Iesus. Ecce tibi illum hic inter brachia Christi dulciter dormientem, seu potius in paradisi quendam ecstasi receptum, ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu, S. Bonaventura ait: *Recubuit velut voluptans in sinu Iesu.* Theophylactus dicit: *Iam cape quomodo honorat discipulum, fratrem suum illum faciens dilectum meum mihi, & ego illi, inter ubera mea commorabitur.* Cavendum promidè*

Pf. 67. 23.

Gen 25.

In Ioan.

ne inurbanitatis adscribatur, quod sanctus Joannes in hunc Paradisiacum sinum, quietis causâ se coniecerit; siquidem ut Salmeron scribit, id factum est *ex nimia dilectione, qua non considerat quid agat, sed tantum ut dilecto adhaereat: hinc apparet humanitas Iesu ad Ioannem, quem prae aliis diligebat.* Imò Dionysius Carthusianus in ea est opinione, Christum dilectum sibi discipulum in sinum suum invitâsse; undè super illa verba, *quem diligebat Iesus*, ita scribit: id est, *amicabilis familiarisque se habebat ad eum, ostendendo ei specialia signa amoris, quorum praeipuum fuit, quòd fecit eum recumbere super pectus suum & in sinu, quemadmodum fieri solet charissimis pueris.*

3. *Recubuit super pectus eius:* Idque non immeritò, siquidem mane sequenti frater Christi Domini ab ipso met Redemptore proclamandus erat, hoc est, filius suæ matris, cui identidem dixit: *Mulier ecce filius tuus;* & Joanni, *ecce mater tua;* solent enim matres simulque & patres filios suos vi quadam naturalis amoris & benevolentiae fortissimis brachiorum amplexibus constringere; quod pulchrè & ad vivum in Deuteronomio infigni quâdam figurâ expressum habetur; dum dicitur: *Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo totâ die morabitur, & inter humeros illius requiescet.* Scriptor quidam in hunc locum, sanctum Ioannem eum esse declarat, qui per hunc textum cum tanta familiaritate in beatissimo hoc sinu suavem quietem capturus præsignificabatur; *Quem à longè videre, ad cuius vel pedes admitti summam alii felicitatem iudicant.* Vir ille, qui erat secundum cor Dei, summum quandam favorem petiturus, dixit: *Ostende faciem tuam & salvi erimus,* faciem benedictam solum intueri sufficere sibi iudicabat; est enim unicus Salvatoris aspectus, & quidem à longè, sufficiens ad dandam seu procurandam salutem & vitam; nihilominus *vide & Christi mansuetudinem, qui discipulum sibi innitentem, idque in convivio, ubi parum civile erat hoc facere, non tamen repulit; sed boni consuluit, sed gratum habuit hunc ejus affectum.*

4. *Recubuit super pectus eius:* Glossa interlinearis ait: *Hic est ille sinus, id est secretum sapientiae.* Sanctus Hieronymus Nepotianum laudaturus dixit: *Pectus suum bibliothecam fecerat Christi;* similiter nos dicere possumus,

quòd bibliotheca, è qua maximè hic Theologus, & maximè reconditorum arcanorum explanator eximus Ioannes noster mirabilem suam hausit scientiam, fuerit pectus increatae huius, at humanatae sapientiae; ita enim Alcuinus ait: *In sinu Iesu, id est, in secreto, de quo illud mirabile, & omnibus saeculis inaudisum eruditavit sacramentum: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, &c.* Hic est utique pectoris sinus sapientiae secretum. Ecclesia de sancto Ioanne in hunc modum canit: *Valde honorandus est beatus Ioannes, qui supra pectus Domini in caena recubuit; beatus Apostolus cui revelata sunt secreta caelestia; nulli enim alteri tot sunt abstrusissima revelata secreta, qualia sancto Ioanni.* Unde divus Hieronymus de eisdem Apocalypsi scribens ait: *In sinu futurorum mysteria continentem, Sanctus Bonaventura inquit: In hoc ergò quod ait: quòd erat recumbens in sinu ipsius Iesu, significatur, quòd Deus cibavit illum secretis sapientiae suae affluenter & super singulariter, & solum lubriter & utiliter, ad aliorum omnia illuminationem.* Verbum aeternum omnia divinitatis secreta ab aeterno hauriebat de sinu Patris; at sanctus Ioannes eorundem in sinu Filii ipsius aeterni Patris particeps factus fuit. S. Bernardus ait: *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? profectò unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit; enarravit, dixerim, non mihi misero & indigno, sed plane Ioanni amico sponsi, cujus haec verba sunt; non solum autem, sed & Ioanni Evangelista, utique discipulo quem diligebat Iesus. Hausit Ioannes de sinu Unigeniti, quod de paterno hauserat ille. Sacrae paginae de patriarcha Iacob referunt, quòd super scalam quandam requiescens, per quam cum Angelos ascendentes & descendentes, ipsumque Deum eidem innitentem videns exclamânt: Verè non est hic aliud nisi domus Dei & porta caeli. Sanctus Ioannes capite suo super illam petram requiescens, de qua dixit Apostolus: *Petra autem erat Christus;* ipsummet caeli apertum vidit aeternum, in quo sunt thesauri sapientiae & scientiae Dei, poterat idem dicere; non est hic aliud nisi domus Dei & porta caeli; cum ipse met Salvator & templi & porta nomine seipsum commoisset, dum isto inquebat: *Solve templum hoc;* de hac autem dicat: *Ego sum ostium, per me si quis introierit, salvabitur.* Primum hu-*

In Ioan.

Serm. 8.
in Cant.

Gen. 28. 11

mani

Deut. 33.
12.

rmani generis parens Adamus, in eo quo quadam vice altissimo somno seu ecclasi correptus dicitur, secundum sacrorum interpretum opinionem plurima ei dem revelata sunt secreta celestia; in eodem somno ab ipso desumpta fuit colla, quae postmodum plasmata fuit Eva mater omnium viventium, quae insuper typus fuit Ecclesiae & beatissimae Mariae Virginis. Sancto Joanni in hoc somno quietis, quo in pectore Christi consopitus fuit (de quo insuper dici potest, quod fuerit quasi in statu innocentiae) eidem plurima manifestata sunt secreta celestia, eidem in fidelem sociam assignata fuit sacratissima Virgo Mater, & tutela eius recommendata fuit omnis Christi Ecclesia.

Tract. 16.
in Ioan.

Hom. de
S. Ioan.

Isai. 28.

5. Recubuit super pectus eius. S. Augustinus ait: *Vbera Christi sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei.* Beda inquit: *Ioannes recubuit in pectore eius, ut hauriret fluentia sapientiae, ut posset dicere, in principio erat Verbum; quia enim in pectore Christi sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei absconditi, merito super pectus eius recumbit, quem majori celestis sapientiae & scientiae singulari munere donat.* Perebat quondam Haais: *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet?* Respondet mox: *Ablactatos à lacte, & avulsos ab uberibus; volebat Propheta significare, eos maxime ad divinorum mysteriorum intelligentiam esse dispositos, qui ab omnibus mundi deliciis abstracti & avulsi sunt; sicuti ipsa experientia compertum est, plurimos viros Religiosos, qui in claustris vitam ducunt austeram, facilius difficultates penetrare & comprehendere Theolo-*

gicas; ab iisdem autem deliciis, mundique illecebris maxime alienus fuit sanctus Joannes, uti iam discursu praecedenti monstratum est, ac proinde in vicem earundem in sinu Salvatoris seuerissimè requievit, ibi que omnem haurit sapientiam; ubera enim Christi fons sunt divina sapientiae. B. P. Petrus Damianus in primo, quem de hoc Sancto habuit, sermone inquit: *Hanc supereminantem divina scientia celsitudinem tunc divinitus illustrat à mente concepit, cum in sacrosancto mystica coena con virio supra pectus recubuit Redemptoris.* Alcuinus ait, hanc quietem non solum fuisse signum amoris; sed & futuri erat signum mysterii; figurabatur etenim jam tunc Evangelium, quod idem discipulus erat scripturus, uberius atque altius ceteris sacra scripturae paginis arcana divina maiestatis esse comprehensurum. Aliae rationes dulcissimae huius quietis ab alio quodam interprete hanc in modum adducuntur: *Ceterum recubitus ille quietis & dulcis super pectus Domini praesagium fuit, quod solus ille ex Apostolis in pace obdormiturus esset, non per violentam mortem ut alii.* De Ioanne Christus idem intellegebat, dum dixit: *Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem.* B. P. Petrus Damianus in primo suo de hoc Sancto sermone pulchram, eamque ingeniosam hanc super respirationem & halitum Christi in Apostolum hunc requiescentem emissum habuit considerationem: *Ita in eius visceribus omnium libidinum fomenta decoxit, ut corpus ejus tanquam revera Spiritus sancti templum à cunctis vernaxet aestuantis luxuria squaloribus defecatum.*



De meritis S. Ioannis, propter quæ à Christo supra omnes alios elevatus fuit.

DISCURSUS QVARTVS.

Cæteris altius à Domino meruit honorari.

I. **T**anta tamque eximia & incomparabilis est meritum sancti Joannis Apostoli & Evangelistæ celsitudo & excellentia, ut nec intellectus quantumcumque perspicacissimus eadem conspiceret, nec lingua licet facundissima eadem eloqui, nec in minimo quidem pro dignitate enarrare valeat. Undè B. P. Damianus in secundo, quem de laudibus sancti Joannis scripsit, discursu, in hunc ferè modum protestatur, dicens: *Verumtamen eum nos quantumlibet esseferre contendimus, celsitudinis ejus merita non æquamus, quia qui diuina laudis præconia meruit, ad ejus digne collaudanda merita humana lingua fragilitas non assurgit.* Quid altius, quid sublimius de excellentia sancti Joannis universalis Christi Ecclesia dicere potuit, quàm id, quod eidem gloriòse attribuit, dum eundem super omnes alios à Deo exaltari promeritum fuisse asserit? *Altius à Domino meruit honorari.* Certum est quod charitas & amor Dei mentura sit exactissima perfectionis & sanctitatis; quocirca non sine causa & ratione de eo prius dicitur: *Privilegio amoris præcipitur;* & postea subiungitur: *Meruit altius à Domino honorari;* ac proinde non immerito dici potest, amorem sancti Joannis in Deum omnibus aliis aliorum Sanctorum amoribus fuisse superiorem at dantioremque; citatus P. Damianus ait: *Amor quippè Domini, quo eum præcunctis mortalibus dilexit, & hoc ei pondus fraternæ dilectionis exhibuit, ut nimirum plus amaret qui plus amabatur.*

2. *Cæteris altius.* Salvator noster in ultima

& sacratissima sua cœna ad Apostolos suos conversus, mellissimum ac charitatem undique spirantem sermonem habuit, interque cætera hic eos verbis affatus est: *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcunque audivi à Patre meo, nota feci vobis.* Verum quidem est omnes hæc Apostolos amicos suos compellasse, sed quis non videt singulari tamen præ cæteris amoris privilegio Ioannem dotatum fuisse, dum de eo dicitur: *Discipulus quem diligebat IESVS?* Voluit enim hinc inferre Spiritus sanctus, Spiritus ille veritatis, quod hic præ cæteris erat dilectus; non enim solum amicus, discipulus, aut Apostolus; verum & frater Christi reputatus fuit: *Ecce filius tuus. Omnia quæ à Patre meo audivi, nota feci vobis;* at cui confidentius, quàm Ioanni? Doctor Angelicus ait: *Licet reliquis Apostolis & Sanctis Deus sapientiam revelavit, Ioanni verò maxime, cui omnia sua secreta revelavit.* Reliqui quidem Discipuli & Apostoli simul cum ipso Christi scholam frequentantes, divinam ibidem hausere scientiam, Ioannes autem præ cæteris & secretiorem & abundantior; ipse etenim *Pectus Christi fecit bibliothecam suam;* in super pluribus annis: *Pendebat ab ore illius animatæ cathedræ divinæ sapientiæ, quam nos invocantes eandem hoc titulo: Sedes sapientiæ, honoramus.* S. Thomas de Villa-nova ait: *O verè egregium discipulum, qui post Christum Dominum talem promeruit habere præceptorem; quid ab eo non didicit?* Eximius ille Theologia Magister, quotiescunque sui mentionem facit, semper nominat Discipulum, at non sine magni ratione mysterii adjungit, *quem diligebat Iesus;* inde enim clarissime deducitur, quia copiosius divina imbutus est sapien-

Proam. in
Ioan. I

Ser
Ioan

Ser

In Ma-
nual. 120

piens à S. Augustinus ait: *Qui vult habere notitiam Dei, amet; quia de Deo, inquit Archiepiscopus Valenzenensis: Mirabiliter atque incomparabiliter ceteris mortalibus loquitur, jure factum est, ut non solum à Græcis, sed etiam à Latinis undique Theologis appelletur. Idem in secundo sermone de hac festiuitate scripsit: In speculanda summa diuinitatis essentia præcedit Prophetas, supergreditur Patriarchas, Apostolos superat, postremo totius humanitatis transcendit ingenia.*

3. Nescio si aliquando consideraveritis, quod post S. Matthæum S. Marcus, post hunc S. Lucas, post illum S. Ioannes euangeliū scripserit, at coram Ioanne ceteri silent quasi, calamique curtus impeditur; quia ceteris alius scripsit. Profecto mirabili illo Apocalypseo volumine, ipse omnium quasi Prophetarū ora occludit, & est Scripturæ sacræ ultimus quidam Liber, ac veluti Corona seu Diadema, de quo benè dici possit: *Non plus ultra.* Idem citatus Damianus in progressu supradicti sermonis, de hoc sacro Apocalypseo libro scribens, inquit: *Tantis cognoscitur redundare mysteriis, ut tot videatur habere sacramenta, quot verba, imò in verbis singulis multiplices lateant intellectus.* De quo aliorum Scriptorum hæc reperitur laus: Ipse annuit doctrinā altissimam, omnique intellectui humano imperferutabilem cum admirabili sanctitate; citatus Damianus ait: *Merito B. Ioannes & præcedentes omnes & subsequentes diuinorum Scriptores voluminum gloriā singulari præcedit eloquiū, quem non luxuria polluit, non libido corripit; sed virginalis integritas perpetua incorruptionis titulo decorauit.*

4. Ceteris alius. S. Thomas Villanovanus ait: *Omnium dignitatum titulos, omnes gratias & honores, quos per alios domus sua famulos & officiales sparsim diuisit in hoc uno plenius accumulauit & acervauit; quod finaliter probat dicendo: Hic Apostolus, Prophetas, Euangelista, Martyr, Confessor, Virgo, Doctor, Cognatus, Amicus; si quid aliud in Ecclesia dignitatis & gratia est, totum perfectissime possidet.* Similem quandam considerationē inveni in S. Petro Damiano: *Quid in virtutibus, quid in meritis, quo beatissimus incomparabiliter non excellat? Apostolus siquidē in Epistolis, Euangelista in Euangeliis, Prophetas in Apocalypsi, Prophetas inquam, & non qualiscunque, sed mirabilis, atque ad similitudinem alterius Ioannis, plusquam Prophetas.*

Serm. 1. de
Ioan.

Serm. 11.

5. Ceteris alius. Nescio utrum præclarum hunc Sanctum ipsis etiam Angelis possimus antepone; dum enim quadam vice ante quendam reuelenter prostratus eundem adorare vellet, his supernus ille Spiritus eundem affatus est: *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum; noluit adoratore quem decernebat æqualem, dixit Petrus Damianus. Origenes S. Paulum ad tertium cæculum raptum, ibidemque secreta cælestia eidem manifesta considerans, sic scribit: Audiuisti arcana verba; at cum quali exceptione? qua non licet homini loqui. Ioannes intima ueritatū inspecto, ultra omne cælum in paradysum paradysorum, hoc est, in causa omnium audiuit unū uerbum, per quod facta sunt omnia, & licuit ei illud uerbum dicere, hominibusque predicare, quantum hominibus predicare potest, ac fusiualiter clamat, In principio erat Verbum. Argumentum quod fecit Origenes, totum celsit in laudem & gloriam Ioannis: q. d. Non ergo Ioannes erat homo, sed plus quam homo. Quid? audirene uultis eum Ipharam humana fragilitatis & uilitatis excessisse? tradita ei in custodiam fuit sanctissima Virgo Mater, eamque ueluti alter Archangelus Gabriel custodit: Dignum, inquit Petrus Damianus, ut B. Ioannes archangelo Gabrieli ad custodiam Matris Domini socius haberetur. At hic ego in laudem sanctissimi apostoli non immerito adijungere possem, quod si ipse quidem ad dignitatem accesserit Angelorum, illorum tamen nullus hunc unquam obtinuit honorem, ut ab ipsamet æterna ueritate filius Mariæ proclamaretur, sed solum sacratissima Virgini uelut Imperatricis cuiusdam obsequio & seruitio dediti uasalli se gloriantur inseruire. Cui enim Angelorum aliquando dixit, filius meus es tu? At S. Ioanni protinus dictū fuit: Ecce mater tua; Mariæ uerò: Ecce filius tuus. Pulchrè hic ait Damianus: *Animadverte Angelum diuinum super filium hominis ascendente, nobis uidelicet annuntiantem ipsum esse in principio ante omnia Verbum, ut mox descedentem super eundem filium hominis, clamantemq;: Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.**

6. Ceteris alius. S. Thomas de Villa noua ait: *Paulus Apostolus eam illam gloriam perambulasset, qua uidisset interrogatus, nescit dicere aliud, nisi uerba arcana, qua non licet homini loqui; Ioannes uerò uisus & scriptus. Origenes, ex quo citatus sanctus Pater suam fortè hausit considerationem, dicto loco subiungit: O beate Paulo raptus es, ut ipse asseris,*

Apoc. 19.
10.

Hom. 2. in
Evang.
1. Cor. 12. 4

Serm. 2.

asseris in tertium cælum, & paradysum, sed non es raptus super omne cælum, & paradysum, Ioannes omne cælum conditum omnemque creatum paradysum; hoc enim omnem humanam angelicamque transgreditur naturam.

7. *Ceteris altius* S. Petrus præ timore & reverentia non audebat ad Deum accedere, de quo dicitur: *Quem tremunt potestates*; undè dixit: *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* In ultima cœna nec Petrus, nec quisquam aliorum Apostolorum Dominum ac magistrum suum interrogare ausus fuit, quisnam futurus esset traditor, ex quo S. P. Petrus Damianus infert frequentius, & præ ceteris auxiliis S. Joannis invocandum esse in necessitatibus auxilium: *Considerandum est*, inquit, *Frates mei, quanta devotionis instantia B. Ioannes flagitare debemus auxiliū, quem sibi inter ventorem & ipsi Apostoli quaeserunt.* Insuper benè consideravit Origenes dicens: *Petrus quidem Christum Deum & hominem iam factum in temporibus cognoscens, & dicens: Tu es Christus Filius Dei vivi, altissime volavit; sed Ioannes altius illo, qui eundem Christum Deum de Deo ante omnia tempora genitum intellexit, dicens: In principio erat Verbum &c.* Author operis imperfecti loquens de reparatione retium SS. Jacobi & Joannis super hæc verba: *Componentes retia*, ait, *Forè propter Petrum illi dicti sunt mittentes retia; isti autem propter Joannem componentes, quia Petrus prædicavit tantum Evangelium, & non composuit; Ioannes autem prædicavit Evangelium, & ipse composuit, & non solum composuit; sed omnia Evangelistarum retia ipse composuit; nam cum omnes humana Christi pend sola composuissent, iste commiscuit eis etiam divina ipsius, ut nullam relinqueret Spiritus sancti scandali aperturam in eis, undè pisces egredereantur.*

8. *Ceteris altius.* Salvator noster de sancto Joanne Baptista quondam dixit: *Inter natos mulierum non surrexit major Ioanne Baptista; & nihilominus de seipso fatetur. Non sum dignus ut solvam ejus corrigiam calceamenti:* quocirca advertendum hanc super omnes mulierum filios prærogativæ gloriam Baptista à Salvatore datam fuisse priusquam Joannes Evangelista eximii Christi gauderet favoribus, aut discipulus esset dilectus; non enim dixit: *Non erit major inter natos mulierum, quasi in tempore futuro; sed dixit in præterito: Non sur-*

rexit, &c. Sanctus Thomas de Villa-nova ait: *Non audet Baptista sacrum Domini verticem contingere, Magdalena cum timore & tremore pedes tangit, Thomas nisi iussus manus non mittit ad latus, Ioannes dilectus non iussus, non petiit veniã considerenter recumbit super pectus Domini.* Casarius de Baptista scribit: *Cum multo timore visus tangere Verbi verticem carnem gestantis non audebat; hic autem plus omnibus libertatis habens, in divina cœna in sinu Domini recubens paulo post super ipsum sanctum uniti cum Deo hominis pectus sese reclinat; non Iosephus, qui nominabatur, & tamen pater ejus non erat; non Ioannes Baptista, non Angelus, non Archangelus, nec alius quispiam incarnati Dei & Verbi ausus fuit tangere illud formidabile pectus, super quo hic Ioannes velut pater suum filium diffusus recubuit.*

9. *Ceteris altius.* Sanctus Augustinus in verbis sancti Joannis: *Qui natus est ex Deo, non peccat; Nunquid Ioannes iste non natus erat ex Deo? Si Ioannes non erat natus ex Deo, de quo audistis, quia supra pectus Domini recumbebat, aliquis sibi audet repromittere generationem factam in se, quam ille habere meruit, qui supra pectus Domini recumbere meruit? quem Dominus plus quam ceteros diligebat ipsum solum, de spiritu non genuerat.* Idque tantò plus verum est, eò quòd debuerat esse si nul cum Christo filius Virginis: Profecto honor est, privilegium est, & prærogativa nulli alteri purè creaturæ, nec angelicæ, nedum humanæ concessa: sed velim audiat, Origenes sanctum Evangelistam cum perspicacissimo, eoque illuminatissimo intellectu in Deum elevatum, considerat & concludit, dicens: *Non enim aliter potuit ascendere in Deum, nisi prius fieret Deus, ut enim radius oculorum nostrorum species rerum sensibilium, coloreque non prius potest sentire, quam se solaribus radiis immisceat, unumque cum ipsis, & in ipsis fiat; ita animus sanctorum purarum spiritualium, omnemque intellectum superantium cogitationem non sufficit accipere, nisi prius incomprehensibilem veritatis participationem dignus efficiatur habere.* Demum finit hæc verbis maximâ consideratione dignis: *Sanctus itaque Theologus in Deo transmutatus.*

20. *Ceteris altius.* Lege vitam suam sanctissimam.

Tom. 9.
Tract. 18.
in Epist.
Ioan.

Serm. de
S. Ioan.

Rom. 17.

beatissimam, & inuenietis eum omnes alios Apostolos Christi que sequaces supervixisse, mortuus enim nonagesimo nono ætatis suæ anno, præterquam quod dubium sit num more aliorum mortuus sit, ad minus tamen, uti magis certum est, mortuus est sine dolore, sine infirmitate; & quia sacrum ejus pignus nusquam post mortem ejus repertum est, scriptores multi dubitant, si fortè jam etiam in corpore degat in cælo, eo prorsus insignitus honore, qui virgini Matri solæ concessus est; locus etiam subterraneus, in quo veluti in sepulchro suo etiamnum vivens discessit, manna quoddam singulare præbere fertur. B. P. Petrus Damianus ait: *Quia mirabiliter vi-*

xit, mirabiliter obiit, & quia non communem cum hominibus vitam duxit non communi hominum morte transiit. Idem Petrus Damianus mirabilem illum, quem Christus mortis suæ modum prædixit considerans ait: Notandum quam affectuosè quam piè, quam paterne, quam amabiliter Salvator, sic inquit, eum volo manere, donec veniam, veniam inquit, non mittam, non mittam videlicet supernam aliquam virtutem, non Angelicam potestatem, que hujus ministerii mihi fungatur officio, ipse per me metipsum veniam, ipse egredientem ejus animam in gloria mea claritatem suscipiam.

De Privilegio singulari S. Ioannis, quo loco Christi beatissimam Virginem Mariam habere meruit in Matrem.

DISCURSUS QUINTVS.

Dicit discipulo ecce Mater tua, & ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

Ioan. Cap. 19.

L Ab ipso mundi exordio ad finem usq; sæculorum nunquam inter omnes animas electas, imò inter ardentissimos Emphyrei Seraphinos auditus est vel audietur aliquando honor similis illi, qui sancto Joanni Apostolo collatus fuit, dum ipsi datum est Matris loco habere ipsammet Dei genitricem. Suprema quedam dignitas fuit, quæ collata est Petro, dum ipsi consignata fuit universalis Ecclesia, quam acquisiuit sanguine suo; tibi dabo claves regni cælorum. Veruntamen dignitas illa nullam habet proportionem cum sublimi illa dignitate, qua dilectus Christi discipulus tantæ Matris filius declaratus fuit. Unde B. P. Petrus Damianus ait: *Committit Dominus Petro claves Ecclesia, voluit & beato Ioanni custodiam Maria delegare utraque.* *Mansi Sanctuarii, Tom. IV.*

*nimirum Mater, Mater Maria, Mater Ecclesia, sed Maria Mater Christi, Ecclesia Mater populi Christiani, de Maria Christus carnem suscepit, Ecclesiam verò de lateris sui carne produxit: quanto igitur Dei mater Ecclesia dignior est, tantò excellentiori gradu dignitatis Joannes S. Petrum excedit: ô felix (inquit S Bernardus) De Lamët. Beatus Ioannes cui talem Theaurum Domini digne dignatus est commendare? ô Christi dilectè præ omnibus, & prudens, quem constituit Dominus priuatum Camerarium aula sue speciosissima. Dionysius Carthusianus quoque eximium hunc honorem admirans, atque ad S. Evangelistam conversus ait: *Quantus tibi est honor & gloria, quam incomparabilis iste Theaurus vas omnis sanctitatis, Domina mundi, Regina cæli, qua cum Patre aeterno habet ac genuit unum eundemque filium, à quo Spiritus sanctus verè procedit, datur & mittitur, tibi committitur.**

committitur, mater tua efficitur, & tu filius eius appellaris; verè diligebat te Iesus quem ad tantam gratiam praelegit. Verum enim verò opere pretium factum me esse exillimo si sub sacrorum interpretum ducatu sanctuarii pondere verba illa ponderaremus quibuscum Christus dilectum hunc suum discipulum Mariae filium declaravit.

Serm. de
S. Iohanne.

2. Ecce Mater tua, circa qua verba S. Thomas de Villa Nova ita scribit: Neque putemus vacua illa Salvatoris verba fuisse; neque enim desuere pii & docti qui assererent, non sola estimatione humana filium reputari potius quam esse, quales lex & adoptio solet filios procreare, sed eum qui verbo suo cuncta creavit ex nihilo, potuisse etiam filium facere de non filio, quod si potuit, fecit; non enim dixit habeo eam matrem, sed assertive, ecce mater tua. Et quidem praefatus sanctus Archiepiscopus postquam opinionem hanc, quam nequaquam reprobat, retulisset in medium dicit insuper quod sit haec pia opinio & religiosa: at verò beatus Petrus Damianus expresse tenet, quod redemptoris verba efficacia fuerint, dicit enim: Efficacia sunt inevitabili Auctoritate veritatis subnixae; illud enim unicum Patris verbum, quod in cruce pendebat substantivum & consubstantiale Patri, ac sempernum est, atque idcirco verba qua locutus est, quia spiritus & vita sunt, inaniter transire non potuerunt. Porro Christus alibi dixerat, inquit idem praefatus Author, caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, unde hanc deducit consequentiam: Sicut dixit Matri suae, hic est filius tuus, ita dixit discipulis, hoc est corpus meum, & tantus fuit in illis verbis effectus, ut illico panis ille quem dabat, fieret corpus Dominicum, dixit enim & omnia facta sunt, mandavit & creata sunt. Unde concludit: Ex quadam itaque similitudine sic dicere audeamus, quod beatus Iohannes non solum filii positus est nomine, sed propter verba illa Dominica quoddam majus necessitudinis sacramentum apud beatam Virginem meruit obtinere.

Praefat. in
Iohannem.

3. Enim verò Origenes sese illis, qui quaedam tenent huic filiationi detrahere praesumunt fortiter opponit, dum ita scribit: Nam si nullus est Mariae filius iudicio eorum, qui de ipsa sanè senserunt praterquam Iesus, dicitque Iesus Matri mulier ecce filius tuus, perinde est

ac si dixisset, ecce hic est Iesus, quem genuisti. Unde sanctus Iohannes dicere potuisse videbatur virgo ego jam non ego, vivit verò in me Christus; & quia ut sanctus Augustinus ait: Anima magis est ubi amat quam ubi animat, anima sancti Iohannis in Christo potius erat quem ardentissime amabat, quam in proprio suo corpore, adeò ut se à Christo vitam recipere, dicere potuerit S. Petrus Damianus ait: Et quoniam non ab alio, sed ab ipsa veritate Mariae dictus est filius, Mulier ecce filius tuus, utque id ipsum iterando confirmat, ad discipulum dicens, ecce mater tua, & in majorem sancti Iohannis gloriam & commendationem paulò post concludit: Nemo videtur jure major meritis eò, qui speciali quâdam gloria frater est Salvatoris.

4. Ecce mater tua increata at humanata sapientia infinitum illum amorem, quò aeternus immensusque Pater in hominem exarlit exprimere volens, dixit: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret; non poterat Deus pro omnipotentiae ac sapientiae suae infinita quâdam magnitudine donum excellentius dare homini, quam filium suum unigenitum; de hoc autem Apostolo jam multoties audivimus, eum speciali amore Jesu dilectum, dum de seipso dicit: Discipulus quem diligebat Iesus; at desideratius audire, quoutque hic Christi amor in S. Evangelistam ascenderit? Sic Deus dilexit Iohannem, ut illi matrem suam daret, mulier ecce filius tuus, deinde dicit discipulo, ecce mater tua. S. Thomas de Villa Nova ait: Impressit in hoc verbo Dominus statim cordi virginis amorem quendam maternum in Iohannem, fortiolem & ardentiolem, quam soleat matribus natura tribuere: Visceribus etiam Apostoli reverentiam filialem in virginem inseruit, qualem nullus filius naturam habet in matrem. S. Cyrillus Alexandrinus relationem filii erga matrem & hujus erga filium ponderat: neque enim maternitatis & filiationis mentionem sine mysterio fecisse credendus est, dicit ergò, commendavit Christum matrem discipulo, ut officium filii in eam servaret, matrem similiter admonuit, ut parentis in discipulum Auctoritatem haberet, amore videlicet & charitate, non minus illos conjungi voluit, quam si natura maxima propinquitate conjuncti essent.

5. Accepit eam discipulus in sua, postquam jam

jam Christus cum summa cura & solitudine sancto Joanni recommendasset & consignasset in matrem suam sanctissimam matrem, sanctus Joannes quamprimum omni meliori quo potuit modo ei promptissime in omnibus obsequi, obedire, eandem venerari studuit.

In Ioan.

sanctus Bonaventura ait : *Discipulus qui in caena Dominica cervicali sibi in pectore magistri aptaverat, ecce iterum altero privilegio honoratur. Et post illud reclinatorium, in quo viderat in principio erat verbum, officinam illa, in qua verbum caro factum est, diligenter ei à filio commendata est; Petro commendatur Ecclesia, illi Maria; illi tumultuosa negotia, huic quietas; illi atria, vestibulum, & altare sanguinum, huic altare incensi & Sancta Sanctorum; notanter dicit, diligenter; sanctus enim Apostolus cum summa diligentia & induitria promptissima virgini Matri exhibuit obsequia. Doctus quidam interpres scribit, Christum in hac fidissima matris suae signatione dum inquit: *Ecce mater tua, dicere voluisse: Tu igitur quod filium decet eam serva, fove, dilige, ministra, si eam agnoscis matrem, ego te agnosco fratrem* Glossa interlinearis ait. *Accepit eam discipulus in sua matrem, quia ad eius curam quicquid ei est necessarium pertinet.* Lyranus ait: *Quasi dicat usque nunc sui tibi ad obsequium, de cetero isto eris loco mei* Dionysius Carthusianus ait: *Loco mei tibi obsequiosus, consolativus familiaris, charissimus ut virgini virgo cohareat, atque deserviat.**

6. An non hic merito dici posset sanctitatem sancti Joannis per multos annos cum sanctissima virgine continuatam habitationem mirum in modum auctam fuit hæc observatio quædam quam desuper habuit S. Thomas de Villanova. Si una hujus virginis salutatio Baptista in utero tantæ gratiæ perfudit, quid putas in Evangelistæ tam diuturna conversatio fecit? idque tanto magis verum est, cum jam eor ejus ardentissima quadam charitate, quam è domestica cum humanato Deo habita familiaritate hauserat, inflammatum esset; hic enim charitas est, ignis consumens est: siquidem erat discipulus ille, quem diligebat Iesus.

2. Reg. 6.

12.

7. De domo Obededom ait sacra Scriptura benedixit Dominus, & omnem domum ejus. Sed dic lodes, quænam erat copiosarum adeo

benedictionum causa? nimirum *habitavit arca Domini in domo Obededom tribus mensibus.* Cum igitur Arca hæc Dei viva & vera, cujus illa quondam typus erat, multis annis sancti Joannis domum incoluerit, quis pro dignitate exprimere valebit, quot & quantis benedictionibus & gratiis cælestibus eandem locupletavit? S. Bernardus oculum suum in servitium & obsequium ab hoc Apostolo Maria præstitum dirigens eidem dicit: *Retribuit tibi Dominus vicissitudinem amoris mercedemque dilectionis, quam in ejus tua matre totaliter desolata usque ad finem vita sua exhibere curasti, cur igitur non item dicemus in vicem obsequiorum suorum Mariæ præstitorum, eandem sanctissimam matrem de qua dici poterat: *In me omnis gratia, hanc recompensationem & gratitudinem erga Joannem demonstrasse.**

De La-
ment.
Virg.

Eccl. 24.
25.

8. At quenam particularissimi hujus favoris, quo Christum sanctum hunc discipulum præ aliis sanctissimæ suæ matris filium declaravit, adduci poterunt rationes? sancta Brigida Virginem matrem insigni quodam encomio sanctum discipulum laudantem, eundemque hisce verbis alloquentem adducit. *Amarior tibi filii mei passio facta est quam cæteris: at nunc si verum est Apostoli Pauli axiomata; Si compatimur & conglorificabimur, verum quoque erit simulque dignissimum, quod sanctus Joannes, qui plus cæteris cum Christo pallus fuerat, cæteris plus etiam glorificaretur. Item doctissimus quidam interpres summam ejus perseverantiam qua nunquam ne latum quidem unguem à Christo deflexit, considerans, eundem cum dilecto suo hunc in modum loquentem introducit: *Oravit te amor meus dulcissimus navicula, parentibus, conjuge, & te ipso, in me ipsem, curam sollicitudinemque omnem jactans, in me petra securam adificans, nihil hic tam dulce, nec nuptia, nec paterna domus, nihil tam grave quod te à comitatu meo retraheret, per iniquas enim Pontificum ades securus, jamque notissime cruci compatiensissimus adstas, me sequi, meis interesse consortiis, meis parere mandatis tua voluptas erat, ex quo evidenter demonstrari potest, aula tam copiosa & excessiva remunerationis Christi erga sanctum Joannem, quæ profecto remuneratio donum fuit tam eximium & excellens, tantique pretii, quanta sacratissi-**

ma eius mater æstimari valet: unde pergit prædictus interpres: *Dixisti parentibus tuis propter me, non novi vos. ecce Dei genitrix Mater tua: Reliquisti conjugem ancipiti fidei, ecce virginum habes integerrimam; renunciaſti na vicula pſcatoria, ecce navem gubernas inſtitutoriam, de longe portantem panem ſuum: quod dilectiſſimum in mundo habeo tua fidei committo,*

9. Aliam quoque; huius inſignis remuneratio- nis rationem aſſignare poſſumus, raram ſcilicet

& integer: imam eius virginitatem. Hanc nobis ſubminſtrat cauſam ſanctus Hieronymus: in- quens: *Cui virginitatis in hoc duplex teſtimonium in Prolog. Evang. Ioanni.* in Evangelio datur, quod & præ cæteris à Deo dilectus dicitur, & huic matrem ſuam pendens in cruce commendavit Dominus, ut virginem virgo ſervare. Alcinus ait: *Vi ipſo poſt mortem & reſurrectionem caelos aſcendente, non deſſet eius genitrici filius, cuius caſta vita eius caſtis tueretur obſequiis.*

Alia quædam ob virginitatem puriſſimam ſancti Ioannis conſiderantur exce lentia.

DISCURSVS SEXTVS.

Virgo electus ab ipſo Virgo in ævum permanſit.

Ad uxor. 1.
lib. 1 c. 3.

Aniquiſſimus ille ſimul & doctiſſimus Tertullianus de nobiliſſima virginis virtute agens, eam nobiliſſimo hoc condecoravit elogio: *Integritas ſolida & tota ſanctitas, de proximo viſura faciem Dei: ex quo virgines communibus fragilitatis noſtræ carnis miſeri ſubiectas non eſſe, ſpemque firmam viſionis beatificæ illis ſponderi, hacque virtute dotatos ad eminentem quandam ſanctitatem evehi videtur poſſe deduci: videamus certiſſimos omnium horum virginis virtutis encomiorum effectus in eo, qui virgo electus eſt à Domino ſcilicet in ſancto Joanne*

1. *Integritas ſolida.* Euthymius hanc virtutem in ſanctiſſima hac anima profundiffimas egiffe radices ſcribens, dixit: *Tantam à pueri curam habuiſſe puritatis, ut ne turpem quidem cogitationem unquam in cor ſuum aſcendere permiſerit: quam gratiam proculdubio in perfectiſſimo gradu per converſationem quam multis annis uti cum parentibus ſuis cum Chriſto & ſanctiſſima matre ſua habuit familiariffimam aſſecutus eſt: B. Petrus Damianus ait, Ex utriusque matris videlicet, ſi-*

Ser 2. de
Ioan.

lique conſortio Ioannis virginitas excellenter enituit, & quouſque humana poſſunt merita pro tebi, quaſi meta virtutum factus in deſinenter excrevit: prouti jam præcedenti ſermone latius dictum eſt; ipſe enim pro glorioſo virginis contubernio cæteros à mundi primordio virgines antecellit. B. Laurentius Juſtinianus eius fuit piæ opinionis, puritatem virginealem ſancti Ioannis humanam conditionem tranſcendiſſe. *Imitabatur adhuc in mortali corpore poſitus angelicam dignitatem, humanam tranſcendebat converſationem: Sanctus Baſilius lib de ver. virginis, de hac virtute hunc in modum ſcripſit: Magnum quidem, ut verè dicam, eſt virginitas; incorruptibili Deo, ut ſummatim dicam, hominem ſimilem facit. Eminentiffimus Hugo in Lucam, dum de continentibus ſcribit, ſic loquitur: *Vltra mori non poterunt, aequales enim Angelis ſunt, & filii Dei, auctoritatem quoque adducit vener. Bedæ qui ſcripſit: Sine labe corruptionis viſione Dei fruuntur.**

3. De ſancto hoc Apoſtolo non ſine ſermo rationum fundamento multi etiam graviffimi Authores debitant, num etiam mortuus ſit; ſiquidem diſceſſus ſui è vita hac mortali præcognoſcens ad eſſe tempus ſe in locum

Fer. 2.

locum quandam subterraneum eidem pro sepulchro destinatum recepit, nunquam tamen post neque visus neque reperitus fuit: *Inventa est foena*, inquit S. Petrus Damianus, *nihil aliud continens nisi manna*, idcirco forte manna quia non putrescebat, at tameneidem omnino simile, quod olim conservatum est in arca: Alii autem Scriptores referunt, eundem post mortem resurrexisse, simulque cum corpore translatum in Paradisum. Venerab. Beda ait: *Tam liber à dolore mortis, quàm à corruptione carnis invenitur alienus*. Doctor Angelicus in quodam sermone de prælenti festivitate de hac quoque morte scribens, inquit: *Adeam voluntarie eundo, dolorem mortis non sentiendo, ab ea cito, sicut creditur, resurgendo, & de ipsa ad cælum ascendendo*. Sicque his & similibus testimoniis de hac virginitate sua plenissimè verificatur: *De proximo visura mortem Dei*. Beatus Laurentius Justinianus ait: *Tandem maturo confectus jam senio, in defossa humo se collocans, quemadmodum à carnis corruptione extraneus, ita à mortis dolore liberrimus, felici dormitione migravit ad Christum*.

4. *Tota sanctitas*. Amicus virginitatis, amicus quoque est sanctitatis; siquidem & virgines amant, & vicissim amantur à DEO; *Dilectus meus mihi, & ego illi*, inquit Sponsa: At quodnam motivum, quænam causa amoris hujus inter DEUM & animam reciproci? profectò virginitas; *Qui pascitur inter lilia*: Sanctus Joannes plus cæteris diligebatur, at quam ob causam? Audite: *Diligebat autem eum IESVS, quoniam specialis prerogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum*. Quid? quòd nullus divinatorum mysteriorum pleniorè Joanne habuerit cognitionem, quæ causa, quæ ratio subest? nisi quòd incomprehensibilis hæc sapientia eidem puritatis sæcæ virginalis maximo merito à Deo fuerit infusa.

Exod. 25.
31.

5. Antiquarum caeremoniarum primus author Deus aurea illa candelabra, quibus templum illuminaretur in formam seu figuram litorum fabricanda præcepit; *Candelabra aurea & quasi lilia, flores & quasi lucernas desuper aureas*; erant hæc figuræ sacrorum Doctorum, quorum est de tempore in tempore fulgentissima doctrinæ, sapientiæ ac sanctitatis suæ luce densissimas errorum, hæresum, aliarumque in rebus fidei & morum, ignorantiarum dissipare tenebras, illuminare populos: erant

autem instar litorum, quia iidem debebant maxime nitere virtute virginalis puritatis; unde videre est, eos, qui vanis, usque altissimis scientiis sunt illustres, magis etiam esse puros, castos, & continentis; horum plurima sacre Scripturæ exempla præbet: Elias, qui maximus & eximus rerum cælestium fuit contemplator, fuit virgo, Joseph somniorum interpret, & singulari sapientiæ dono illustris, zelosissimus fuit pro virtute castitatis: sanctus Paulus Doctor gentium, qui altissimarum rerum cognitionem in ipso hausit empyreo, annon quoque illibata fuit castitatis: Daniel vitam duxit purissimam, & quis ei in doctrina unquam similis fuit? Maximi quoque inque profundissimi Ecclesiæ Doctores, sanctus Gregorius, sanctus Ambrosius, sanctus Thomas Doctor Angelicus & alii innumeri, an non virtute castitatis fuere insignes. De Socrate pro vero refertur, quòd nocte quâdam cygnum in sinu suo suavissimè requiescentem somniavit; visio hæc denotasse fertur eundem paulò post se disciplinæ Platonice subiecturum: Ecce tibi nunc candidissimum ejusmodi cygnum S. Joannem, in sinu Christi requiescentem; *Qui & recubuit in cæna super pectus ejus*, ejusdemque se disciplinæ velut alterius, at facti cujusdam Platonis subjiçientem, à quo proinde revelata sunt ei secreta cælestia. Mentem ejus omnipotens Deus, inquit B. P. Petrus Damianus, *Ser. 2. ad tantum puritatis ac mystica revelationis culmen evexit, ut ei non modo statum præsentis Ecclesiæ ostenderet, sed etiam quod deinceps futurum esset, usque in perpetuum tempus revelaret*. Sanctus Iacobus Apostolus *Iac. 3. 17. scripsit: Qua sursum est sapientia primum pudica est*. Sanctus Joannes Damascenus, postquam rationem dedisset, cur Christus in gloriosissima sua transfiguratione hunc discipulum ut virginem voluerit præsentem, subiungit: *Et purissimum Theologia organum, quo Dei gloriam omni tempore sublimiorem conspicatus, illud postea in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, &c. insonaret*. Albertus Magnus super Prologum sancti Hieronymi in Evangelium sancti Joannis discurrens, simulque in eundem commentans, ait, quòd sicut scriptum est: *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis; ita, in virgineam mentem Joannis ingressa est, cujus Theca mundissima fuit virgineum ejus corpus*.

Iac. 3. 17.

Orat. de
Transfig.

Abbas Rupertus confirmare volens, ea omnia in sancto hoc Apostolo adimpleta esse, quæ scripta habentur in Proverbijs Cap. 2. scripsit: *Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum habebit amicum Regem, quia videlicet propter excellentem castitatis decorem, dignus fuit de ipso sacri Dominici pectoris fonte divinitatem ejusdem verbi & aterni portare secreta principij.*

6. *Tota sanctitas.* Anima, quanto majus lumen, majoremque Dei habet cognitionem, tanto major quoque ejus est perfectio; ope quoque & auxilio hujus luminis seu cognitionis singulariter acquiritur perfectio virginitatis, Deus quadam vice volens sanctissimo Patriarchæ Abrahamo altissimum mysterium Trinitatis

Gen. 18. 2. *mysterium stetit ad illicem Mambre in ipso fervore diet, S. P. Augustinus textum hunc elucidare volens, dicit: illicem Mambre, idem esse, quod*

Ser. 70. de Visio; *Erat enim mundus corde, & in tali corde potest Deus habere convivium.* Christus Iesus Deus & homo, cor sanctissimi hujus discipuli

inveniens purum & mundum, in ultima vitæ suæ cœna lautissimum ei præsentavit edulium, clarissimamque Divinitatis ipsius, licet alioquin obscuræ & maxime absconditæ, lucem imperitit, B. P. Petrus Damianus, inquit: *Non immerito tam profunda, tam supereminens revelatio Deitatis, Virgini debebatur, ut qui carnis sibi met amputavit illecebras, felici commercio pro carnali dulcedine cœlestium epularum divitiis frueretur.* Cæteri Apostoli dum ad mare de Christià mortuis redivivi præsentia dubitarent,

Serm. I. Joannes mirabili cognitionis suæ luce median- te absque ulla hesitatione dixit: *Dominus est.* Sanctus Hieronymus ait; *Solus Virgo virginem agnoscit.* Lyanus ait: *Circa quod sciendum quod puritas mentis & corporis maxime disponit hominem ad cognitionem divinarum, & idèd Joannes, qui cæteris purior erat, tanquam virgo citius alijs cognovit Iesum.* Sanctus Cyrillus Alexandrinus scripsit, sanctum hunc Apostolum ad percipiendâ altissima mysteria medium nobis proponere efficacissimum; scilicet sanctè vivere, nosque ad talem cognitionem obtinendam exemplo suo quoque ad sanctiorem vitam invitare. *Si volumus,* inquit, *divinarum rerum cognitionem adipisci; exemplo enim seipsum nobis proponit: quis se diligebatur à Christo, ut in sinu ejus sederet; illi enim summopere Deo appropinquant, qui mundo corde sunt.*

Joan. 20. Lib. 1. contra Iovin.

Lib. 19. in Joannem cap 15.

7. *Tota sanctitas.* Eminentissimus charitatis & consequenter sanctitatis gradus est martyrium; *Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis; Neque tamen virginitati suum deest martyrium.*

Serm. 2. de Nat.

S. Augustinus ait: *Libidinem superasse pars magna martyrii est.* S. Ambrosius, inquit: *Non idèd laudabilis virginitas quia & in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres faciat; at verò,*

Lib. 1. de Virg.

non solum ex parte virginitatis, verum etiam ex parte formalissimi martyrii, quo in lebetem olei bullientis immisus fuit, tum etiam intensissimi desiderii, quo semper vitam dare pro Christo affectabat, verè Martyr dici poterat. S. Thomas de Villa Nova ait: *Neque de martyrio quisquam dubitaverit, martyrum aureola in cœlo coronatus est.* B. P. Petrus Damianus hæc Christi ad duos fratres Apostolos dicta: *Calicem quidem meum bibetis, ponderans, ait: Ecce hic in verbis Dominicis patenter ostenditur, quia Ioannes & Martyr fuit; dum constat quòd Domini calicem biberit, & reverà Martyr fuit, quia multa pro Domino persecutionum supplicia pertulit.* Aliud tamen & quidem atrocissimum pertulit martyrium, per tot ignominias & tormenta, dum Christum in monte Calvaria vidit expirantem, quòd eo quoque majus erat & acerbius, quòd amor Joannis erga Christum erat tenerior. Melchissus Doctor Bernardus de Deipara & de S. hoc Apostolo scripsit: *Tacebant ambo illi Martyres, & præ nimio dolore loqui non poterant.* Pro Deum immortal-

Serm. 2.

lem! quis concipere valeat magnitudinem doloris, quem sanctus & dilectus hic sensit discipulus, dum sacratissimum Magistri sui pectus, quod paulò ante ei quasi quidam floridissimus ac mollissimus lectulus fuerat, ubi quoque latebat cor illud pretiosissimum, & à se tanto ardore concupitum, lancea acutissima vidit perforari? Martyr fuit quidem, at plùs quàm Martyr; imò ausim dicere, tertio Martyrem fuisse: primum enim martyrium quod est virginitatis, centum annis fortissimè ac constantissimè pertulit; secundum sustinuit, dum simul cum Deipara

In lament Virg.

Doloris gladius animam ejus pertransivit; tertium verò fuit, dum lebeti bullientis olei immisus fuit, præterquam quod pro defendenda Ecclesia, & fide ab hæreticis idololatris, aliisque obduratis peccatoribus, maximas persecutiones, exilia, ludibria, aliaque mala passus fuerit.

8. *De proximo visura faciem Dei.* Dicitur idiplum

idipsum de facie Dei; siquidem ipsa quasi est ar-
rha quædam certò sibi æternam desponsans bea-
titudinem: ipsò Virginum attestante primicærio:
*beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vide-
bunt*. Sanctus Joannes verò cæteris omnibus Deo
vicinior, faciem ejus quoque perfectiùs conspi-
catur, erat enim cæteris omnibus unigenito Dei
filio magis dilectus & familiaris. Il qui eam
tuentur opinionem, sanctum Joannem natu-
ralis mortis non exsolvisse debitum, sed duxif-
se vitam quandam immortalem: in hac eadem
opinionem confirmari possunt consideratione
quadam Isidori Pelusi, quam habet circa præcep-
tum quoddam datum populo Hebraico, rela-

tum in Levitico cap. 21. *Ad omnem mortuum
non ingredietur; omnino, nihilominus, inquit
Isidorus, Moyses tulit ossa Ioseph secum, & per-
gens discurrere in persona Moysis insuper ait:
Non solvo legem, sed per hoc ostendo rem ip-
sam, qua per scripturam, ac verba legis signi-
ficatur diligenter esse attendendam; ego enim
eum qui castitatem coluit pro mortuo non ha-
beo: Optime idipsum in laudem sancti Joannis
poterit adaptari, qui non solum perfectissimè ca-
stitatem coluit, verùm & virginitatem illibatam
servavit, quod multò plus est: Qui virginitatem
coluit pro mortuo non est habendus.*

De sapientia sancti Joannis sub symbolo aquilæ
exhibita.

DISCURSUS SEPTIMVS.

*Aquila grandis magnarum alarum venit ad Libanum,
& tulit medullam Cedri.*

Ezech. Cap. 17. 3.

1. **P**ropheta Ezechiel, postquam
inter quatuor illa pluribus
mysteriis gravida, sacratis-
simos novæ legis Evangeli-
stas præsignificantiâ anima-
lia, unum, perfectam aquilæ
similitudinem, perque ean-
dem sanctum Joannem nostrum referens,
Spiritu tuo Prophetico conspexisset; mox
quoque Cap. 17. supradictam refert visio-
nem, quam sanctus Thomas Doctor Angeli-
cus in præsentis festivitate, de dilecto hoc inter-
pretatur Apostolo, inquit: *De ista aquila
Ezech. 17. dicitur, Ezech. 17. Aquila grandis magnarum
alarum venit ad Libanum, &c. S. Thomas
de Villa-Nova ait: Velut aquila potens magna-
rum alarum, plena plumis, & varietate venit
ad Libanum, & tulit medullam Cedri, sicut*

*in Ezechiele scriptum est: Hæc autem medul-
la cedri non ineptè essentia divina dici potest.
Summitatem frondium ejus avulsit: per has
frondes optimè divina attributa denotan-
tur; quæ ambo ipsa divina de se fatetur sa-
pientia, dum inquit: Sicut cedrus exaltata
sum in Libano; iterum dicitur: Transportavit
eam in terram Chanaan, quod tunc vel ma-
ximè in sancto Joanne & per ipsum veri-
ficatum est, quando exorienti jam pridem
Ecclesiæ æternam verbi generationem, &
reliqua per plurima sacrosanctæ Trïados ab-
sconditissima mysteria revelavit; Origenes
ait: Ineffabili sapientia virtute, purissimo-
que mentis acumine subvectus in ea, qua
superiora sunt secreta, videlicet unius essentia
ingressus est.*

2. *Aquila grandis. Angelicus Doctor
D.*

*Hom. in
Evang. In
principio
erat ver-
bum.*

D Thomas ait : Aquila propter volandi sublimitatem, volavit altissime, contemplando scilicet & scribendo. Origenes inquit : Vox spiritalis aquila auditum pulsat Ecclesia, vox altividi volatilis non aërem corporeum, vel aëthera, vel totius sensibilis mundi ambitum supervolantis, sed omnem Theoriam, ultra omnia, quae sunt & quae non sunt, civolis intima theologia pennis clarissima, supernaque contemplationis obtutibus transcendentis. Sanctus Thomas de Villa-Nova observat, quod laeter textus de divinis quatuor hisce animalibus loquens, de aquila sic habeat : Et aquila desuper ipsorum quatuor velut aquila grandis, inquit, expansis alis super nubes levatur ; supra humanam estimationem & facultatem in altum progressus, ascendit super Cherubin & volavit, volavit super pennas ventorum, qui carnis parentibus Abraham, Isaac, & Jacob, cum ceteris pratermissis altiore infantis originem, ex sublimi divinitatis stirpe deducens qualis & quantum sit iste qui nascitur, profundo nimis eloquio ita personavit, in principio erat verbum. Ascendit Joannes ultra Cherubinos alis profundissimae suae sapientiae, ascendit ultra Seraphinos per flammam ardentissimi amoris sui, elevatus est usque ad sinum Patris aeterni, & intravit secretissimum aërium, intonans : In principio erat verbum, &c. Origenes ait : Supervolat Joannes Theologus non solum quae intelligi, & dici possunt, verum etiam quae superant omnem intellectum, & significationem supervehitur, extraque omnia infallibili mentis volatu in arcana unius omnium principii exaltatur.

3. Tulit medullam cedri ; siquidem, uti scripsit sanctus Isidorus, Libanus mons est altissimus, altissimos supra stuporem cedros, in quibus aquila nidificat, producens : Ad eundem proferat modum sanctus Joannes, qui aquila quadam fuit, ipsum supervolans empyreum, in arduis posuit nidum suum ; hic lumine subtilissimi ac perspicacissimi sui intellectus, alis sublimissimae contemplationis penetravit mysterium generationis aeternae altissimi filii DEI ; ceteri Evangelistae, uti bene divus observat Augustinus, à terra, & ab iis quae circa divinum verbum in terra acta sunt, non sunt elevati, aut ad minus valde parum in comparatione altissimae hujus aquilae exaltati sunt ; *Eti omnes*, inquit,

Tract. 36.

in Joannē, propē de terrenis, id est, de iis, quae in terra

gestit Dominus IESVS Christus non recesserunt, de divinitate per pauca locuti sunt, tanquam in terra cum illo ambulantes : considerat insuper citatus Pater differentiam, quae alios Evangelistas & sanctum Joannem intercedit, dum hic exaltatus est instar aquilae, inquit : Aquila comparatus, altius, multoque sublimius aliis tribus erexit praedicationem suam, & in ejus erectione etiam corda nostra erigi voluit : Si adhuc desideratis scire ad quam altitudinem evolavit ? Audite Origenem dicentem : *Omnem visibilem & invisibilem creaturam superat, omnem intellectum penetrat & Desicatus in Deum intrat se Desicantem.*

4. Aquila, scripsit Doctor Angelicus, propter videndi perspicacitatem ; videndi perspicacitas in aquila consistit in duobus, quia videt splendidissima, quia Solem in rota videt remotissima, quia de caelo leporem in terra : simulque duas has proprietates applicans sancto Joanni, dicit : *Ioannes vidit Solem in rota, id est, Christum in Patre, in principio erat verbum, vidit remotissima, quia quae ventura sunt, in fine mundi vidit in Apocalypsi.* Curiosum nec minus ingeniosum quondam Emblemata exhibitum fuit, aquila scilicet in altissima specu marina existens, & perspicacissimo visu suo in altissimo maris fundo minutissimos quosque pisces discernens, haccum inscripta Epigraphe : *Profundissima quaque Emblemata hoc, disertissimis verbis sancti Thomae de Villa-Nova suffragantibus, aquilam nostram sanctum Joannem representat : Ecclesia enim, inquit, omnia ferè, quae ab ejus exordio usque ad finem mundi ventura sunt in insula Pathmos (ecce specum marinam,) sub mysticis formis Domino jubente per Angelum ei revelata sunt ; vel sic ad minimum dicere possumus : quod Petra erat Christus, & sanctus Joannes requiescens in hac Petra, siquidem ipse constitutus in medio maris Dominica Passionis (quia supra pectus Domini in caena recubuit) penetravit profundissima & altissima secreta essentiae divinae ; Profundissima quaque ; B. Apostolus, cui revelata sunt secreta caelestia. Si insuper scire desideratis, quanta oculorum suorum fuerit perspicacitas, ecce, vidit & testimonium perhibuit : ipse enim constantissimo intuitu in sphaeram Solis aeterni maxime relucens, qui lucem inhabitat inaccessibilem, oculos suos* 1. Joann. 1. detor-

detortis; (Quod fuit ab initio) sic illi idem Apostolus scribit: *Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perpeximus & vidimus, testamur & annuntiamus.* B. P. Petrus Damianus ait: *In ipsum aeterni Solis orbem, hoc est, in divina substantia claritatem radios purificatae mentis infixit, omnem transgrediens creaturam, ut illic acie mentis pertingeret quod non Propheta, nec Patriarcha, non denique quisquam ab ipso mundi primordio cognoscatur in carne positus expirasse.* S. Cyrillus Alexandrinus considerans S. Ioannem inter ceteros Apostolos primum fuisse, qui Christum post suam resurrectionem cognovit, dum dixit: *Dominus est, scripsit, diligebat propter multam, ut videtur, animi subtilitatem, mentisque puritatem, & oculorum cordis acrimoniam, & aciem ingenti ad intelligendum aptissimam.*

5. *Aquila grandis.* Refert Plutarchus, alique praeter ipsum Scriptores, eam aquilae sobolem, quae cordis materni calore incalescit & fovetur, praeter ceteris vivaciorem, visu perspicacitatem, agilitatem, necnon genitrici suae chariorem esse; siquidem hoc calore suo naturali enixi foetui maiorem communicat agilitatem. Ecce quam bene de S. Ioanne dicitur: *Aquila grandis magnarum alarum!* quia recubuit in caena super pectus ejus, S. Bernardus ait: *Thomas in latere, Ioannes in pectore;* & in sermone, qui est tertius, in caena Domini, operum ejusdem D. Bernardi, dicitur: *Iesus valde eum diligebat, quem tanto honore sublimabat.* At B. P. Damianus ait: *O quam bene quiescebat, qui supra pectus Christi quiescebat, supra fontem perennis vitae recubuit, ut & ipse tunc semper manantia fluentia divina doctrina hauriret.*

6. *Aquila grandis.* Memoranda haec est aquilae indita proprietates, partus suos contra dispersos, undique radios solares detinere suspensos, ad capiendam certitudinem num legitimi fiat aut spurii; si irretoris oculis constanter radiantem Solis lucem possint intueri, signum inde capit evidentissimum esse legitimos, & uti tales amat & educat; at si vacillent, Solque oculos eorum obsuset, eos ut spurios rejicit & detestatur. S. Augustinus ait: *Dicuntur enim & pulli aquilarum a parentibus sic probari, patris scilicet ungue suspendi, & radius Solis opponi, qui firmè contemplatus fuerit, filius agnoscitur; si acie palpita veris, tanquam adulterinus ab ungue dimittitur.* Quod certius indi-

cium capere possumus, sanctum Ioannem legitimum partum quendam fuisse magnae & sublimis aquilae? *Vnigenitus qui est in sinu Patris ipse enarravit, fluentia Evangelii de sacro dominici pectoris fonte potavit.*

7. *Aquila grandis.* Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. Anima nostra ad volandum, seseque in caelum elevandam, nec aptiores, nec faciliores alas habet, quam pennas amoris: his alis dotatus erat sanctus Ioannes, ab eoque nos docemur, qualiter ad sui imitationem nos supra nos ipsos in caelum elevare possimus; siquidem per totum suum Evangelium, Epistolas, aliaque sacra sua scripta nihil tam sollicitè recommendat, tam efficaciter inculcat, tam studiosè docet, quam amorem in Deum, & mutuam fraternam dilectionem & charitatem.

8. *Aquila grandis.* Insignem aquilae proprietatem commemorat Hugo, dicens: *In aëstibus Solis deponit veteres plumas;* excutit & spoliat se pennis antiquis, senioque nimio debilitatis, junioribusque, id est, novis succrescentibus se quasi vestit; sic quoque aquila nostra sanctus Ioannes in lebetem bullientis olei immisus, tantum abest, ut inde laesus sit, quin etiam veluti in saluberrimo balneo magis vigoratus ac renovatus est, teste S. Hieronymo, scribente: *Refert autem Tertullianus, quod Roma missus in ferventis olei dolium purior & vegetior exierit, quam intraverit, qui sperant in Domino, mutant fortitudinem, assument pennas, ut aquila volabunt & non deficient;* sunt itaque indefessus in sustentendis maximis laboribus usque ad decrepitam aetatem. Hunc conceptum egregiè illustrat Hugo Cardinalis, dum sic inquit de aquila: *In fonte balneatur, ut novis plumis induatur.*

9. *Aquila grandis.* Aquila sibi beneficientibus naturaliter grata est, uti videre est in insigni quodam facto, quod author quidam aliàs fide dignus refert; scribit enim Dominus de Sales in libro quodam de amore divino, puellam quandam in insula Sestia aquilam à nido sublatam educasse, quae paulatim accrescens, ita ut volare inciperet, coepit hinc & inde avium praedas facere; grandior autem effecta, feras etiam majores depraedata est, semperque partem factae praedae in recompensam nutritrici suae detulit; puella haec die quadam, absente aquilâ, subito & improvisò mortua, juxta illorum tem-

Serru. 76

Serm. 13.
in Cant.Tract. 36.
in Ioan.

porum morem cadaver ejus rogo ad comburendum impositum fuit; mox autem superveniens aquila funestum ac lugubre cernens spectaculum, ceptam relinquit prædam, uno impetu supra cadaver ad illud operâ alarum suarum, quibus ignem extinguere nitebatur, resuscitandâ ruens; at cum nihil se proficere videret, elegit simul cum puella comburi. Ecce veram ejusmodi aquilam S. Ioannem, qui à primis annis à Christo educatus fuit; de illo enim dixit Salvator: *Ecce puer meus quem elegi, posui super eum Spiritum meum.* Uque ad tempus illud, quo eum secutus fuit ad deprædandum animas; videns autem aquila hæc se à Magistro suo tenerrimè amari, *Discipulus quem diligebat Iesus*, simulque Christus in rogo quodam montis Calvarie præ amo-

re comburi, dum se pro redemptione generis humani æterno Patri in cruentum offert sacrificium, aquila hæc omni quo poterat modo, eidem cupiebat associari, ad eundem à tantis pœnis liberandum; at dum nihil proficeret, reverè dici potest, quòd per excessum quendam doloris & compassionis versùs patientem Jesum cum ipso passa sit.

10. *Aquila grandis.* B. P. Damianus ait: *Serm. 20. Ecce aquila Dei ad cæli verticem sublimiter evolat, sed ad escam carnis necesse est, ut repressis alis aliquando in imum submissa descendat, unde & paulò post quod subdat, audit: Es Verbum, inquit, caro factum est, & habitavit in nobis.*

Motivum amandi S. Ioannem præ cæteris Apostolis, fuit singularis ejus virginitas.

DISCURSUS OCTAVVS.

Diligebat autem Iesus, quoniam specialis prerogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum, quia virgo electus ab ipso virgo in ævum permanfit.

Fons & origo insigniura ac præstus singularium in S. Ioanne donorum & gratiarum, è quibus tam copiosa in eum redundabat sanctitas, fuit abs dubio ardentissimus ille Salvatoris nostri erga S. Stephanum amor: at quænam ita singularis, omnemque cæteris apostolis unquam exhibitum affectum transcendentis amoris causa fuit seu motivum? jamjam causam audivistis: *Diligebat autem eum Iesus, quoniam specialis prerogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum, quia virgo electus ab ipso virgo in ævum permanfit.* Profectò do-

num hoc adeo singulare, mirabilis ejus nempe virginitas simul eidem & perfectionem & sanctitatem prorsus suprahumanam contulit. Observâstisne aliquando quali epitheto apostolus Paulus continentiam denominârit? Annon titulo eam dignatus est sanctificationis? *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut 1. The. 4. 3. abstineatis vos à fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione: Manifestè designat, (verba sunt Lib. 6. de Castiani) quid propriè sanctificationem voluerit appellare, hæc est voluntas Dei sanctificationis vestra, ut abstineatis vos à fornicatione, &c.* Tertullianus lib. de Pudicitia, virginali

malem puritatem sequenti dignatus est elogio : *Flos morum, fundamentum sanctitatis.* Idelbertus ait : *Virginitatem principatus ; unde accidit , ut demonitantes S. Ioannem virginem semper remanisse , simul eum in supremo laudatris gradu Solis instar clarescere faciamus.*

2. Sacra præsentis festivitatis Evangelii lectio hæc Christi verba ad Petrum dicta verba nobis in memoriam revocat : *Dixit Iesus Petro : Sequere me ;* nullibi legitur Salvatorem nostrum similibus verbis sanctum Joannem allocutum, quasi verò ad sequendum Christum ineptus, eundemque solum retrò à longè sequens , calcari- bus impellendus esset ; non certè : siquidem cum ipse interim virgo esset , quam optime noverat Christus S. Apostolum nunquam ab ipso avellendum ; illud est quod in eodem dicitur Evangelio : *Conversus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus sequentem.* Certum est quòd quidem Petrus Christum Magistrum suum summopere ac tenerrimè amaverit, uti patet ex triplici illa sua assertione, quam ultimo Evangelicæ suæ historię præterit refert Evangelista ; at insuper quoque verum est, quòd S. Joannem specialis prærogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum. Non est quòd miremur S. Joannem indissolubilem quendam Christi fuisse Achatem ; illud enim virginum vel maxime proprium est : *Hi sequuntur agnum quocumque ierit ;* quid enim ? ipse absconditissimis in mysteris præterit cernitur , veluti in gloriosissima illa in vertice Thaboris facta transfiguratione, & in sacratissima illa ultima vitæ suæ cena, ubi quoque in facto pectore suo ineffabili quadam quietis dulcedine perfruitus est ; insuper fidelissimè totam amarissimæ passionis suæ tragœdiam & observavit oculis, animique sui dolorosissimâ compassione , veluti ipse patiens fuisset, constantissimè, nullâque vi avellendus persensit ; quid amplius ? neque vitâ suâ dùm deseruit : invenitur enim ad sepulchrum, & redivivum primus inter ceteros Apostolos fuit , qui cognovit : *Virgines enim sequuntur agnum quocumque ierit.*

3. Specialis prærogativa castitatis. Guerri- cus abbas in sermone quodam, qui est secundus de Assumptione B. V. Mariæ, magnam hanc Dei Matrem à dilecto filio suo vitâ jam functo interrogatam, num vellet in sui locum Archangelum Gabrielem substitui, hunc in modum ei respondentem introducit : *Non est opus, sufficit mi-*

hi meus novus in carne Angelus discipulus ille quem diligebat Iesus. Qui ei attribuitur angeli titulus utique infallibilis est virginis suæ candoris effectus ; siquidem ut B. Damianus ait : *Anglica munditia est contubernalis & cognata virginitas.* Hodie in matutinali quodam responso cecinimus : *In cruce moriturus huic matrem suam Virginem virgini commendavit ;* at vero quantum virginitas ejus per continuum & familiare consortium, necnon per acquisitam sibi respectu Mariæ Virginis filiationis relationem adauca fuerit , ex eo vel maxinè licet colligere, quòd S. Ambrosius de immaculata ejus puritate his verbis scripsit : *Tanta erat ejus gratia ut non solum in se virginitatis gratiam servaret , sed etiam quos in viseret , integritatis insigne conferret.* S. Petrus quoque Damianus in laudem S. Joannis ita scribit : *Tantò reliquas virgines superat, quantò virginitati B. Mariæ per jedulitatis & perpetua custodia meritum appropinquat, à qua sola videlicet præceditur.* Ac proinde hæc virginitati ejus speciali prærogativa debetur, quòd inter omnes puras & immaculatas animas in hoc candore virginali à nullo alio præterquam à magna Dei Matre superatus fuerit.

4. Specialis prærogativa castitatis. Hodie in exordienis Missæ introitu ita cecinimus : *In medio Ecclesia aperuit os ejus , & implevit eum Dominus spiritu sapientia & intellectu.* Enimvero hanc ejus sapientiam, quæ miraculosa fuit, facundiam illam, qua tot nationum populos fidei & religioni Christianæ comparavit, innumera illa ei revelata cœlorum arcana mysteria , & quas per tot annorum decursum habuit visiones, easque præcipuè, quæ in Apocalypsi ab eo recensentur, soli ejus virginali continentia & pudicitia in acceptis referre debemus. Samson ex impuro erga Dalilam concepto amore teuctus , dum in sinu mulieris illius quiescere non erubuit, omnem virtutem animique vigorem amisit, Deique Spiritum à se procul abegit : *Ab eo fortitudo discessit, nesciens quòd recessisset ab eo Dominus, et ceciderunt oculi ejus Philistini inimici ejus.* Ehem quanta est differentia inter hanc Sactoniam quietem in Dalila sinu captam, & quietem illam, qua dilectus hic Christi discipulus in amabilissimæ magistri sui sinu fuit perfruitus ? liqui dè vigorem sibi & fortitudinem inde comparavit, qua securus reddebatur ab omni etiam per unbram concepto metu moriendi inter lanceas, hastas, & gladios, aut aliquos alios à funibus Christi hostibus &

Lib. 1. de institut. virg. c. 7.

Serm. 1. in fin.

Isid. 15. 20.

carificibus sustinendi insulcus, in dō tale sibi indē acquisivit animi soliditarem & generosum robur, ut quemadmodum in Discursu sequenti dicitur sumus, Ecclesie Dei factus sit immobilis columna & solidum fulcrum, ideōque in sacrosancto Christi sinu dormiendo non solum Spiritum sanctum a se non fugavit, quin potius eundem sibi tantō indē vehementius attraxit; si quē dem fluenta Evangelii de ipso sacro domini pectoris fonte potavit. Neque ex illius sinu sacratissimi felici incubatione Deum perdidit aut amisit, sed potius eum sibi totum & totaliter vendicavit & proprium reddidit: *Ecce puer meus electus, quem elegi, posui super eum Spiritum meum; lumen quoque & aquilnam quandam perspicaciam, necnon profundissimam, quanta scilicet purę creaturę communicari potest, sibi indē acquisivit divinorum mysteriorum intelligentiam; & quidem admirabilem hanc sapientiam, illamque divinorum secretorum revelationem soli, quo pudicitiam intimē profecutus est, amori attribuire possumus; nam ut Cassianus optimē scribit: Possibile quidem est integritatem sine scientia gratia reperiri, impossibile verō scientiam spirituales sine integritatis castimoniam possideri.*

Lib. 6. c. 18.

5. *Specialis prerogativa castitatis.* Enimverō quemadmodum Christus Ioannem præ cunctis aliis impensius dilexit, ampliore dilectione fecerat dignum; ita quoque eundem in morte præ cunctis aliis ampliori quodam privilegio condecoravit, dum ait: *Sic eum volo manere.* Etenim tamen Domitianus Imperator, ut necem ei inferret, ipsum in ferventis olei lebetem conjici jussit, ignis tamen huic lebeti subiectus liquorem illum olei in aliquam sancti Apostoli offensam adhiberi nequaquam permisit; id quod per aliquam Eusebii Emisēni de tribus pueris in fornacem Babylonicam conjectis loquentis propositionem haud obscure probare possumus. Dicit igitur hic Doctor: *Ecce anhelantes globi per quadraginta cubitos ebullientes extrinsecus saviunt, intrinsecus parcunt; extra fornacem sapiens ignis irascitur, & intus in fornace famulat.* Hujus autem propositionis eam adducit rationem, quæ etiam Apostoli hujus martyrio, è quo illæsus evasit, congruè adhiberi potest; nimirum: *Quanta castis visceribus reverentia debeatur, arbiter ignis agnoscat.*

Hom. 8. de Epi.

6. Huic quoque Apostolo, ni fallor, etiam-

num viventi cælum apertum fuit, siquidem ad illud conscendendum à Christo fuit invitatus, ipsum hoc Apostolo teste, dum ait: *Et ecce ostium apertum est in cælo, & vox prima, quam audivi, dicens: Ascende huc.* Quis autem inventi uspiam poterit, qui hęc mortalibus exuviis nostris etiamnum præcinctus, priusquam illis exueretur, ad cælum conscendendum & ingrediendum invitatus dici possit? Et tamen id ipsum in hoc Apostolo mirum nequaquam videri debet; siquidem virgines, ut superius diximus, paradysum in sua facultate positum etiam in hac vita constituti in sua habent possessione: *Integritas solida, tota sanctitas de proximo visura faciem Dei.* Atque ideō aquila hæc in Evangelio & Epistolis suis, necnon in Apocalypsi, quam scripsit, in cælum usque empyreum elevata semper esse cernitur; siquidem in prædictis codicibus suis de cælestibus, humanaque captivitatē imperferutabilibus mysteriis semper discurret. S. quoque Isidorus Hispalensis ait: *Calebs dicitur quasi cælo beatus.* Quid igitur mirum si S. Ioannes calebs etiamnum in terra vivens in cælo consistere dicatur?

Apo. 4. 2.

Lib. 10. de Orig.

7. *Specialis prerogativa castitatis.* De hoc S. Apostolo nostro haud immeritō, an verē mortuus fuerit, dubitatur; quæ quidem perplexitas in illis præcipuè verbis Salvatoris fundatur, dicentis: *Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem; exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur.* An verō S. Ioannes hac fuerit prerogativā gavifus, malo credere id ipsum, quàm disputare; fundo enim me super eo, quod S. Ioannes Climacus scribit, nimirum quod mortem vincat & superet, qui carnem vincere novit; ideō enim concupiscentia carnalis ab Apostolo corpus mortis appellata fuit, dum ait: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Et S. Ioannes Climacus illa verba: *Quis est homo qui vivet, & non videbit mortem?* ita declarat: *Et non videbit contaminationem carnis?* Enimverō quicquid de hujus opinionis substantia verum sit, hoc saltem certum est, quod cum alia sepulchra, quæ cadaverum sunt receptacula, vermes scaturiant; sepulchrum, in quod S. Ioannes reconditus fuit, econtrā suavisissimum manna foris emittat.

Ioan. 8. 1.

Grad. 16.

8. Verba illa Apocalypseos: *Vincenti dabo manna absconditum;* hæc à Gersono accipiunt expositionem, id est, *contemnti carnalem consolationem.* Quia igitur S. Ioannes in hac

Apo. 2. 17.

hac pugna, in qua spiritus cum carne luctatur, vincere semper & superior fieri novit, mirum non est, quod hac dulcissimi nectaris prerogativa condecoratus sit. Optime hac de re S. Petrus Damian in serm. 2. de hoc festo ita scribit: *In sepulchro, quod procul dubio domus est vermium, panis nascitur Angelorum; ecce quod meretur pudicitia virginalis, considerate quid delictorum incorruptio carnis habet in caelo; si cibum caeli germinat in sepulchro, quantis ibi honoribus sublimatur beata virginitas, ubi nimirum sola est gloria, si & in loco foetoris atque putredinis tam mirabiliter est gloriosa?*

9. *Imitari non pigeat.* Quod si nobis minime fastidiosum videbitur in hac continentiae virtute S. Ioannem imitari, nos quoque in ejus efficaciam sperare poterimus, ejusque hac in re efficax patrocinium experiri. In vita S. Odoardi Anglorum Regis, qui sancto huic Apostolo devotissimus extitit, legitur, quod cum certus quidam peregrinus ab eo ob amorem S. Ioannis elemosynam, quam nunquam negare consueverat, petiisset, ipse que pecuniam, quam eidem largiretur, non haberet in promptu, ejusque elemosynarius eo tempore fortuito praesto non esset, ipse pretiofum quandam annulum e digito suo exsertum eidem donavit: cum vero paulo post duo dicti Regis subditi & regni Anglicani incolae ad visitandum loca sancta Hierosolymam versus peregrinarentur, & die quadam sub intempesta noctis obcurtissimis tenebris a via recta per invia & devia aberrarent, venerabilis quidam senex eidem ex improvviso apparuit, qui eosdem ad urbem perductos hospitio perbeni-

gne excepit, multaque cum liberalitate tractavit; cum vero illos sequenti die illucescente in viam rectam dirigeret, eidem quod auxilio & directione sua in patriam suam denuo reverturi essent, praedixit, simulque se Ioannem Apostolum & Evangelistam illum, quem ipsorum Rex Odoardus ob insignem ejus castitatem (liquidem quoadulque in conjugio cum regia conjugue sua vixit, purus semper & castus permanit) tantoperè diligebat, esse denuntiavit, atque ut majorem huic apparitioni fidem adhiberent, eundem illis annulum dedit, quem praedictus Rex Odoardus sibi sub specie elemosynam poscentis liberaliter donaverat, simulque illis in-junxit, ut eidem tempus, quo in alteram vitam transiturus esset, praetoribus esse praenuntiarent, seque proinde intra sex mensium spatium eum denuo reinvisurum esse ad hoc ut animam ejus in caelum usque deduceret, ubi ipsa una secum perpetuo secutura esset agnum immaculatum.

10. *Speciali prerogativa castitatis.* S. Hieronymus de hoc Apostolo ita scribit: *Cum essent in navi, & piscarentur in lacu Genesareth, Iesus stabat in littore, nec sciebant Apostoli quem viderent, solus virgo virginem agnoscat, & dicit Petro: Dominus est. Idemmet de ipso & Petro alibi haec habet: Post resurrectionem nuntiante Maria Magdalena, quod Dominus resurrexisset, uterque concurrit ad sepulchrum, sed ille praevent. Idem denique sanctus Doctor alibi ita discurret: *Ioannes Petro tardius ambulante, elatus virginittatis alis concurrat ad Dominum.**

S. Ioannes velut solidum Ecclesiae fulcrum & columna consideratur.

DISCURSUS NONVS.

Faciam illum columnam in templo Dei mei. Apoc. 3. v. 12.

1. **S**ANCTUS Ioannes in sacra Apocalypsi scribit, quod inter alias revelationes sibi à Deo eo sine concessas, ut ex iis in perpetuam rei revelatae memoriam in librum

quendam redigeret, una ex praecipuis haec fuerit: *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei; etenim de qua victoria verba illa hoc in loco intelligenda sint Haymo ab Al-*

berto Magno citatus præclarè hisce verbis declarat. *Qui vicerit tentamenta diaboli, concupiscentias mundi, & delectationes carnis.* Jam verò quòd S. Apostolus noster de omnibus hisce hostibus gloriosa triumphæ reportarit, clarius & evidentius est, quàm ut probatione indigeat; quòd verò Redemptor noster illum in fortissimam Ecclesiæ suæ columnam elegerit, id Spiritus sanctus per os S. Pauli Apostoli perspicuè declarat, dum ait: *Cephas & Ioannes, qui videbantur columna esse.* Lyranus quoque in Apocalypsim scribens per hanc templi Dei columnam S. Joannem intelligi, doctissimè notat. Albertus Magnus autem & Hugo Cardinalis hanc adducit columnarum distinctionem, nimirum: *In aedifcio Ecclesiæ alii columna lapidea per fidei firmitatem; alii argentea per eloquentiam venustatem; alii aurea per sapientiam; alii aenea per prædicationem.* In quibus omnibus columnarum generibus gloriosissimus hic Apostolus optime intelligitur. Et primò quidem est *Columna lapidea per fidei firmitatem.* Neque vobis impropria esse videatur comparatio, quia tamen si verum sit quod Salvator Petro ait: *Petre, super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam;* per hoc tamen nequaquam excluditur id, quòd de S. Joanne jam diximus, scilicet quòd super hoc solidissimum fundamentum aliam quoque columnam, nempe S. Joannem erexit; quæ totè causa est, cur Doctor Gentium Paulus utrumque Apostolum Petrum scilicet & Joannem simul conjunxerit, dum ait: *Cephas & Ioannes qui videbantur columna esse.* Et ideo B. Petrus Damianus: *Petrus igitur petra, petra quoque factus est & Ioannes, supra cujus fidei fundamentum totius Ecclesiæ structura consurgit.* Huic quoque S. Petrus Damiani doctrina consonat, quòd Chryostomus in Præfatione Evangelica Joannis præfixa de magno hoc Apostolo scribit, nimirum quod sit *Columna omnium, quæ in orbe sunt, Ecclesiarum.*

2. *Faciam illum columnam.* Lyranus hanc glossam hisce verbis addit: *id est, fortem & potentem in fide.* Et meritò; nam cum inter omnes Apostolos, imò etiam, uti existimo, inter omnes Christi discipulos majorem magisque decrepitam ætatem attigerit, omnium ætates utique tanquam centenarius longè supervixit, ideoque adversus omnes fidei & religionis Christianæ tyrannos fortissimi cujusdam agge-

ris & propugnaculi loco fuit; talem enim se exhibuit, quando Domitiano Imperatori in faciem contradicere, eumque objurgare non dubitavit; nullus omnium Apostolorum procellas & tempestates adversus fluctuantem Petri naviculam exurgentes ita conspexit & sedavit, sicut ipse, qui per integrum & solidum sæculum adversus fidei persecutores dimicare debuit.

3. *Faciam illum columnam in templo Dei mei.* Lyranus addit, *potentiam in fide non solum pro se, sed etiam pro aliis sustentandis & confortandis.* Verè enim hoc unum ex motivis fuit, cur illa erroris nescia cœli providentia Apostolum hunc tot annis post alios Christi discipulos inter vivos superstitem esse voluit, nimirum ad Ecclesiæ suæ solatium. Undè S. Thomas de Villa nova ait: *Ad suorum magistrum usque in senectam & senium illum conservavit.* De S. Birgitta s. tribitur, quod cum aliquando in extrasim raptus de autore libri Apocalypseos interrogasset, vocem quandam Christum in hæc verba alloquentem audierit: *Ego sum Ioannes, cui in cruce assignasti matrem tuam, tu Domine inspirasti mihi mysteria ejus, & ego scripsi ad consolationem futurorum, ne fideles tui per futuros casus everterentur.* Doctor Angelicus in ea fuit opinione, quod videlicet increata Dei sapientia librum hunc ei dictaverit, ut statum utriusque Ecclesiæ scriberet; quod vides scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis; quicquid enim in Apocalypsi velut in æstimabili abditissimorum arcanorum cœlestium arario descriptum continetur, hoc totum & totaliter in Ecclesiæ cedit stabilimentum; & ideo S. Hieronymus Apocalypsim dicit esse librum *infinita futurorum mysteria continentem;* & alibi dicit, S. Joannem voluisse in illo libro *medullata Ecclesiæ sacramenta contexere;* in illo namque libro ipse ad finem usque mundi obventuras naviculæ Ecclesiasticæ tempestates & malitias seu serenitates recenset. Hic idè B. Laurentius Justinianus de hoc nostro Sancto ait: *Isto quippè Apostolo Prophetarum nemo de statu militantis Ecclesiæ, de persecutione ipsius, de novissimis temporibus, & de futura felicitate Sanctorum lucidius varicinatus est.* Beatus quoque Petrus Damianus hunc ei nobilissimum titulum attribuit: *Tanquam Argus uni versalis Ecclesiæ factus, totius humani generis summam ulnis paternæ dilectionis amplectitur.*

4. *Faciam*

Gal. 2, 9.

Lib. 6. de
revel. c. 39

Serm. 2. de
S. Ioan.

4. *Faciam illum columnam.* Idemmet Damianus optinè considerat, quàm inter se variæ & discordantes fuerint circa Messæ divinitatem opiniones; alii namque ipsum Ioannem Baptistam esse credebant, alii Eliam, & alii Ieremiam, aut alium quempiam ex Prophetis esse exultabant. Petrus ex æterni Patris revelatione suam hac de re pronuntiavit sententiam dicens: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Quibus verbis, ut Damianus præfatus ait. Petrus *naviculam fidei in tutissimo tranquillo portus gremio collocavit.* Memorandum est autem, quòd eo tempore, quo sanctus hic noster Apostolus à truculentissimo Christianæ religionis scelus ipse columna erat & fulcrum solidissimum, persecutore in exilium relegatus erat, multi hæretici exfurrexerint, qui studio & datâ operâ eriorum zizania super optimo dogmatum & veritatum Catholicarum frumento seminare fategerunt; atque ideo mox ut Domitianus, iuxta vaticinium à sancto Apostolo nostro ipsi insinuatam, è vivis excelsit, Apostolus à suo exilio feliciter reversus, Evangelio conscribendo omnem conatum adhibuit. *Hoc itaque signaculo veritatis* (inquit B. Petrus) *& hæreticorum tergi versationibus metam fixit. & Catholicorum fidem perpetua ex tunc & deinceps certitudine roboravit.* Sanctus quoque Augustinus ut nobis ostendat quonam ferro zizania, quæ tempore S. Ioannis bonam sementem suffocant, præcisa fuerint, ad propositum nostrum ita loquitur: *Totum Evangelium Ioannis contra hæreticos est;* quod postea variis declarat exemplis. In primis pugnat contra Photinum, qui Christum ante B. Virginem Mariam extitisse negabat; deinde adversus Arium dimicat, dum perspicuè ostendit Verbum non habere principium ullum; contra Sabellium quoque certat, qui eandem Patris & Filii personam fuisse existimabat: qui error ab hoc Evangelista nostro interimitur & confutatur, dum ipsummet Dei Filium proprio suo ore hæc verba dixisse refert: *Si diligeretis me, gaudere tis utique, quia vado ad Patrem, quia Pater major me est;* similiter Marcioni, qui Christum veram carnem non habere existimabat, aperit bellum indicit, quando claris verbis ita pronuntiat: *Et Verbum caro factum est,* denique Manichæorum hæresin gloriose convincit, qui Redemptorem nostrum in carne mortali & passibili adventisse negabant.

5. *Faciam illum columnam.* Hugo Cardi-

nalis ubi supra cum Alberto Magno dicit: *Alit sunt columna argentea per eloquentiam venustatem.* Hæc autem eloquentia venustas, & in dicendo copiosa facundia in S. Ioanne supernaturalis fuit & infusa. Undè sancta mater Ecclesia de ipso attestatur dicens: *Fluenta Evangelii de sacro dominici pectoris fonte potavit.* Ubi advertendum est nomen illud, *Fluenta,* quòd aureū quoddam eloquentiæ & facundiæ divinæ flumen denotat. Sursum in vita ejus ita de ipso scribit: *Vox Verbi, filius tonitru;* atque ut aperte innuat, quòd lingua ejus fidei suo tempore vacillantis sustentaculum & basis fortissima extiterit, protinus subjungit: *Vniuersum prædicatione comprehensens orbem.* Quod B. Laurentius Justin. hæc verbis confirmat, dum ait: *Quantus hic eruditione suâ evangelicâ: atque apostolicâ confutavit errores, qui in exordio nascentis pullularunt Ecclesia: & quantos imbuit fide, atque ab confractibus vitiorum revocavit ad Christum: & omnes penè Asia fundavit ecclesias, imò uniuersum eloquiis suis Catholicis irradiavit mundum.*

6. *Faciam illum columnam.* *Alit columna aurea per sapientiam,* inquit Hugo, ubi supra. Quis autem cœlestem atque divinam Apostoli hujus sapientiam non admiretur? sancta mater Ecclesia in oratione de hodierno festo, se ab hac sapientia egregiè illuminatam esse agnoscit, dum ait: *Ecclesiam tuam benignus illustra, ut B. Ioannis Apostoli & Evangelistæ illuminata doctrinâ, &c.* Chrylostomus in præfatione in Evangelium Joannis ita scribit: *Ipsi Angeli Cherubim & Seraphim nobiscum per Ioannis vocem didicerunt, qua cognovimus; hoc enim ait Paulus, ut innotescat Principatibus & Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.* Huic Apostolo verba illa sacre Scripturæ: *Sedens in cathedra sapientissimus,* præcipuè adaptare valemus; quia tamen omnibus Ecclesiæ Doctoribus accommodari possunt verba illa: *In medio Ecclesiæ aperuit os ejus, & implevit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectûs;* sciendum tamen est, quòd omnes novi Testamenti sacri Doctores & Theologi ad finem usque mundi omnem suam sapientiam S. Joanni veluti primæ & originariæ scaturigini in acceptis referre debeant; quicquid enim in solida Theologia est veritatis, aut mysteriorum secretorumque cœlestium, id totum huic Apostolo *Vnigenitus, qui est in sinu Patris, enarravit.* Chaldaeus non legit *sedens,* sed *un-*

ctus

Tom. 6. qq.
novi Test.
905.

2o Reg. 23o

Huius unctioe sancta. Præ cunctis vero aliis S. Joannes Spiritus sancti, qui spiritalis unctio denominatur, cœlesti sapientiâ locupletatus fuit, undè Christus ipse de hoc Apostolo expressè declaravit dicens: Ecce puer meus, quem elegi, posui super eum Spiritum meum; & quidem illa nunquam errans aut deficiens divina providentiâ in hujuscœlestis unctiois signû disposuit, ut cum pro fidei orthodoxæ defensione torquendus esset, in illum ferventis olei magnum lebetem immitteretur, in quo haud secus ac in cathedra sedens religionem Christianam tanta cum animi generositate & fortitudine intrepidè defendit, ut Domitianus graviter inde confusus fuerit; multos quoque in confessione veræ fidei vacillantes stabilivit, adeo ut de ipso dici poterit, quod deinceps de S. Laurentii carbonibus scribit S. Augustinus: Flammas, quas ipse pertulit, omnium Christianorum corda calefecit; quia tamen Apostolus noster solam flammam illarum lucem aliis communicaverit, attamen earundem calorem quoque per universum mundum dilatavit, ut sui exempli imitatione omnes & singulos fideles in amorem Dei accenderet, Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo justi, vel, ut est in Hebræo, in habitaculo sapientis, S. Dionysius Areopagita Evangelium S. Joannis solem Evangelii, glorioso nimirum titulo condecoravit. B. Petrus Damianus de eodem ita scribit: Quid divina sapientiâ quæraris, quod apud Ioanem reperire non possis? qua enim hæretica pravitas, qua Arriana perfidia, qua Iudaorum vesana calumnia, qua gentilium Phileosorum versutia, qua denique schismaticorum abominanda scissura B. Ioan-

*Prov. 21.
20.
Ep. 10. ad
Ioan.
Serm. 2. de
S. Ioan.*

nis non est eloquio superata, ejusque doctrinâ evidentè attrita?

7. *Faciam illum columnam, Alii denique, inquit tapè citatus Cardinalis Hugo, columna arca per prædicationem. Et talis columna, & solidissima quidem S. Joannes fuit, qui Ecclesiam, non solum per conscriptum à se Evangelium, Epistolas, & sacræ Apocalypseos librum fortiter suffulit & sustentavit, verum etiam id ipsum vivâ suâ voce, perque prædicationem suam, totque populorum conversionem egregiè præstitit; Innumerabiles convertit ad Christum, Dionysius Carthusianus ait; Sanctissimos habuit discipulos multos, inter quos beatissimi Martyres Ignatius & Polycarpus inelyci præfulserunt. Verùm quidem est, quod multi quoque alii Sancti verbum Dei cum ingenti fructu & messe valdè copiosa annuntiârunt, nullus tamen reperiri poterit, qui tanto id tempore præstitit, quanto S. Joannes id fecit; nam sicut dicit Augustinus (sunt verba Alberti Magni) à tempore dominicæ Ascensionis per annos quadraginta quinque absque admunculo scribendi usque ad ultima Domitiani tempora prædicavit. Theophylactus dicit, quod Christus ipsum & fratrem ejus tonitru filios appellavit, ut præcipuos prædicatores, & maximè Theologos. At vero S. Augustinus alio in loco scribit, quod per annos sexaginta quinque prædicavit, Cum igitur cuncta hæc columnarum genera in unico & solo S. Joanne deprehendantur, nunquid de ipso summa cum veritate dici posse videtur, quod sit fortissimum Ecclesiæ fulcrum & basis? Ecclesiæ columna & firmamentum?*

*Serm. de
S. Ioan.*

*In Prolog.
Evang.
S. Ioan.*

In Marc.

*Præfat.
incerti
Auth. in
primo*



In FESTO

IN FESTO
SS. INNOCENTUM
DISCURSVS SEX.

- DISCURSUS I. Aliqua circa fugam Christi mysteria considerantur.
DISCURSUS II. De eo quod Christus specialissimè in Ægyptum fugerit, causæ examinantur.
DISCURSUS III. De Sanctorum Innocentum præconiis, & quanti illos Deus semper aestimatit.
DISCURSUS IV. Exponuntur causæ cur Sancti hi Innocentes primitiæ & flores Martyrum appellentur.
DISCURSUS V. Super hodiernæ festivitatis Evangelium variæ instituuntur considerationes.
DISCURSUS VI. De illatis Herodi suppliciis in fuga Christi, & strage Sanctorum Innocentum.

Aliqua circa fugam Christi mysteria considerantur.

DISCURSVS PRIMVS.

Surge, & accipe puerum, & Matrem eius, & fuge.
Matth. Cap. 2.

Vix è Maria Virgine Divinus infans natus fuerat, cum ecce è cælo Angelicus ad S. Josephum ablegatur nuntius, eundem moniturus, ut omni mora seposita accipiat puerum & matrem ejus, sequere cum illis per fugam in Ægyptum recipiat: Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: Surge, &c. Chrysologus ait: Reverentius dicret, vade in Ægyptum, ut esset profectio, non fuga, voluntas non necessitas, iudicium non manus humanum (saltem, si non divinum) at hunc mandatur fuga, mandatur calitus, man-

Mansi Sanctuaris, Tom. IV.

datur per Angelum, ut videatur calum timor ante tenuisse, quam terram. Idem quoque Chrysologus ingemote ad illa Psalmistæ verba reflectit: Deus refugium nostrum & virtus; eademque intimus considerans, contere le nequit, quin exclamet, dicatque: Et ubi est illud, Domine refugium factus es nobis, & Deus noster refugium & virtus? Si refugium fugit, si timet virtus, si presidium migrat, qua vita, qua spes, qua securitas, quod munimentum? Imò vero idem Chrysologus in sermone præcedente prudentiæ Evangelistæ derogare velle videtur, eo quod fugam hanc sacris Evangelii sui paginis interuenit. Dicit enim: Devoti militis est Regis sui tacere fugam, referre constantiam,

E e e

vir-

virtutes loqui sileere timores, aperire fortia, in
firma reticere. Salmeron quoque pulchre quif-
niam sit ille qui fuga saluti suae confuere satagit,
expedit, dicent: Est autem omni dignum admi-
ratione cernere quis fugiat, videlicet verbum
aeternum incarnatum, quod vinci nequit, quod
fugiat homunciones, scilicet veribus & for-
micis debiliores. Albertus Magnus quoque ni-
lem facit considerationem hisce verbis: Mirabile
videtur, qualiter dicis debere fugere cum qui de
Spiritu sancto natus est, qui Deus est, qui Salva-
tor & praesidium est omnium, & refugium.
Quod si enim is qui refugium nostrum est, tugi-
at, penes quem nobis reliquum erit praesidium, aut
in necessitate auxilium? Quomodo autem filius
Dei ante hominem timet, quare S. Thomas Do-
ctor Angelicus, aut quis liberet de inimicis, si &
ipse inimicos suos timet. Quotnam obsecro mo-
dis omnia potentia divina Patris filium suum ab
Herodiana crudelitate liberare aut eripere pote-
rat? Nunquid enim miracula quondam circa Eli-
seum in Samaria, aut circa Angelos in Sodoma
patrata reiterare aut repetere poterat, efficiendo
videlicet, ut ab Herode emissi lictores & carnifi-
ces videntes non viderent? Similiter ex quo S. Fel-
licem Nolanum ex praesentissimo mortis pericu-
lo vindicavit araneae telas in ejus defensionem
texendo, utiq; longè facilius divinus ille partus
è virgineo Matris utero pro universalis humani
generis salute in lucem editus, innocentes hoīce
infantulos per caelitus emissas invisibiles Ange-
lorum legiones ab omni hostili insultu eximere
poterat. Item qui armatas militum cohortes in
horto Gethsemani unico duntaxat verbo prola-
to in terram lupinos prostravit, idem illud ver-
bum licet hodie infans & mutum castos & irruos
reddere potuisset cunctos furibundi illius Regis
conatus. Unde Chrysologus ait: Neg, enim mor-
tem fugit, qui venerat de hoste reportare victo-
riam neq; humanas insidias expavescit, qui to-
tas venerat diabolica fraudis aperire versuti-
as: Et ideo paulò post dicit: Fugam ejus non ex
mortis processisse formidine, sed potius ut pro-
pheticum adimpleretur oraculum: Fugam ejus
non de periculi metu, sed de propheta provenisse
mysterio Evangelista asserit, ut adimpleretur
quod dictum est à Domino per Prophetam dicen-
tem: Ex Aegypto vocavi filium meum. Sim le-
quid in sermone sequenti idem S. Doctor scri-
bit hisce verbis: Quod fugit fuit mysterii non ti-
moris, divina virtutis fuit, non fragilitatis hu-

mana. Quod cum sequentibus Glossa verbis
perfectè consonat, dicentis: Quod fugit, sacra-
menti fuit, non timoris.

2. Sacramenti fuit. Inficari quidem nemo
potest, quin Deo illi, qui facit potentiam in bra-
chio suo, nequaquam miracula patrandi facultas
desit, quia humane iniquitatis pericula effugere
& declinare possit, verum tamen prout Angelic-
us Doctor optime notavit: Primum quidem
oportet, ut regulam humanae naturae quam sus-
cepit, conservet; & ideo omnino decebat, ut fa-
geret, deest enim ut tenellus infantulus aut ejus
parentes arumnas à potenti quodam Rege eis-
dem communitas sollicitè fugiant, ne negligen-
tes habeantur aut temerari. Porò quando Je-
sum in adultiori imò virili aetate positum è mon-
tis culmine praecipitare volebant, prout Alber-
tus Magnus acutè notat: Transiens per medium
illorum ibat, idque non sine mysterio, id quippe
ipsum facere exprimebat, ut videlicet eos qui er-
ga Evangelii veritatem increduli erant in fide
quam annuntiabat confirmaret; in hac verò in-
fantili aetate tempus erat, ut omnibus firmiter per-
suasum esse faceret se hujus nostrae naturae timo-
ri & pavori subjicere debilitatem verè non vero
phantasticè assumpsisse: Debebat per omnia fra-
tribus assimilari: Veritas humanitatis assumpta
erat comprobanda per infirmitates humanas.
Simili quoque ratione Theophylactus discer-
rit, dum ait: Fugit Dominus ut credatur, quod ve-
vera homo sit; nam si in manus incidisset Hero-
dis, & non fuisset occisus, opinati fuissent in-
carnatum eum apparenter.

3. Quod fugit, sacramenti fuit. Militia et-
nim est vita hominis. Et ideo quia tener ille in-
fantulus, quantum vis fasciis involutus, arma-
men verus exercituum Deus erat, in hac praesenti
fuga militari quodam stratagemate uti vo-
luit, idque ad nostram communem utilitatem,
atque doctrinam. Chrysologus ait: Bellicosus
quod in bello fugit, artis est, non timoris. Etenim
victoria illa quae à tyranno infernali repor-
tanda erat: Nunc princeps mundi hujus eicie-
tur foras, nec non de mundo qui legi ejus sub-
jugandus erat: Hac est victoria quae vincit mun-
dum, fides nostra, haec inquam per sanguinis
sive effusionem obtineri debebat, atque ideo
ut copiosa esset apud eum redemptio, hanc effu-
sionem sive diluvium sanguinis in maturiorem
usque aetatem differre voluit, quando scilicet
in venis suis sanguinem in majori erat abun-
dantia

In Caten.

In Caten.

Luca 41
30.

Ser. 150.

1. Ioan. 5.
4.

Serm. 5. de Epiph. dantia habiturus, S. Leo ait: *Qui sanguinem suum pro mundi redemptione fundendum in aliam differret aetatem*, Eodem quoque tempore hoc nobis tradere voluisset utilissimum documentum, quod scilicet si inimicum nostrum vincere velimus, cavendum nobis sit, ne in manus incidamus inimici, qui potius fugienda sint ejus insidiae, declinanda sint occasiones & pericula, minime vero praetendenda aut expectanda sint à Deo sine necessitate miracula. Eum vero quis Davide generosior usquam reperiri poterit, cui sancte gloriarum licuit: *Deus qui pracinxit me virtute, qui docet manus meas ad praelium*; verum tamen observandum est, quia in re hanc suam fortitudinem, quam soli Deo non vero propriis viribus attribuit, vel maxime reponat; Dicit igitur: *Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum*; Quis autem est qui nesciat, quod cum cervi ex una parte valde sint meticulosi, ex parte altera magna sint in currendo & fugiendo dotati agilitate: *Dedisti mihi protectionem salutis tuae*. Ecce tibi id, in quo virtus & valor sanctae alicujus animae vel maxime consistat, nimirum in eo, quod est pericula peccandi omni studio & conatu fugere.

Tom. 3. Tract. 44. 4. *Quod fugit sacramenti fuit*, Salmeron de Salvatore nostro ita scribit: *Dum parvulus est fugit, magnus autem ulcro sese offert petentibus eum ad mortem*. Et rectè quidem; nisi enim in illa infantili aetate per fugam sibi consuluisse, quot modò essemus delictu Salvatoris nostri exemplis, quot miraculis, quot virtutibus, & tamen omnis Christi actio nostra debebat esse instru-

Psalm. 87. 16. *quo*: ubi nostra vulgata legit: *In laboribus à juventute mea, alij legunt, agonizans, moribundus à puero, exultavit ut gygas ad currendam viam*, verum tamen in pueritia vitam suam prodigere & pro humana redemptione effundere noluit, sed quod fugit sacramenti fuit; Nam qui docere venerat & prodesse, noluit, antequam doceret & prodesset, abire. Id quod Chrysológus diu his verbis scripserat: *Christus venerat, ut quos praeceptis docuerat, firmaret exemplis, & ipse faceret, quae faciendae mandaverat*. Et iterum in sermone praecedenti ait: *Christus se in carne venturum, ascensurum per aetatum gradus, annuntiaturum gloriam caelestis regni, praedicaturum fidei doctrinam, & imperio verbi solo fugaturum demones, daturum caecis visum, claudis cursum, mutis verbum, auditum surdis peccatoribus remissionem, mortuis vitam per legem promiserat, & per Prophetas. Unde*

haec Christus impleturus vir, infans mortem distulit, non fugit. Ac proinde S. Leo ad impiissimum Regem conversus ait: *Mors Christi non est temporis tui; antè condendum est Evangelium, antè praedicandum est regnum Dei*; prius Ecclesia supra duodecim Apostolos fundanda erat, prius annuntiandum Evangelium, omniaque quae in poenitissima illa triginta trium annorum illade facta fuerunt, complenda erant. Omnia haec utique perissent nobis, inquit Chrysológus; *Si Christus, cum esset in curabulis, non fugisset*. Humana quidem redemptioni unice duntaxit sanguinis sui stilla suffecisset, & ideo in tenello illo corpusculo affasim sanguinis erat pro homine redimendo; at verò ut bene advertit Chrysológus: *Quod sufficiebat redemptioni, non satis erat amoris*; necdum enim tenerum infantuli corpusculum sexies mille & amplius flagellorum ictibus contrudi & excoriarum poterat, necdum infantile caput tot spinarum recipiendarum capax erat, ac proinde tormenta illa in adultiorem voluit aetatem praeservare. Salmeron aliud quoddam motivum adducit his verbis: *Exemplum dedit offerendi Deo non debile, vel caecum, vel claudum at forte & pingue sacrificium, noluit mortem eo tempore, quo judicari posset non sponte mortuus, ob defectum usus liberi arbitrij, sed cum de eo credi posset id oblatum est, quia ipse voluit*.

5. *Quod fugit sacramenti fuit*, Glossa ait id factum esse: *Vt exemplum fugiendi daret suis*. Futurum enim erat, ut temporis progressu sancti Evangelij sequaces à Tyrannis ad mortem expeterentur, & ideo hinc eos verbis instruxit: Cum persequerentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Ubi Chrysológus ita scribit: *Christus fugit, ut nostras fugas in persecutionibus temperaret; Martyr comprehensus debet tenere constantiam, non comprehensus debet fugere persequentem*; Hujusque fugae eam reddidit rationem, quam ipsamet in multis Sanctis docuit experientia, nimirum: *Vt & persecutori indulgeat resipiscendi tempus, & sibi tempus non auferat supplicandi*. Imò in sermone praecedenti argumentum quoddam, quod nullam prioris admittit solutionem, adducit in medium, ita scribens: *Si rerum refugium fugit, auxilium laetescit omnium, si formidat fortitudo cunctorum, si se universorum defensio non defensat, quare humana notatur fuga, arguitur trepidatio, formido culpatur*. Christus suo nos exemplo

*Serm. 1. de Epiph.**Serm. 151.**Glossa.**Serm. 151.**Serm. 150.*

emplo fugere docuit, hocque solum sufficit ut nobis ita taciendum esse securè persuadere possimus: *Si Paulum Martyres non fugissent, Paulum non fecissent, hoc faciendum docuit Christus.* Aliam portò rationem Paulus de Palatio in favorem nostrum adducit, nimirum Christum per fugam hanc in suare voluisse, quod quicquid est in epotando passionis calice amaritudinis, sibi sumperit, quicquid vero in eo dulcedinis reliquum est, nobis reserve: *Voluit Dominus etiam exulasse, ut nihil esset amaritudinis in calice, quod non ille gustaret.*

6. *Quod fugit sacramenti fuit.* Quidam ex Expolitoribus modernis hac de re ita scribit: *Fugit, non mortem timens, sed tolerandarum perfectionum suis exemplum prabens, si enim ipse à persecutoribus persecutionem passus est, quos in momento extinguere poterat, & quidem ab infantia, & initio introitus sui in mundum: quid nobis peccantibus ferendum est. Ad hæc quoque omnes illos qui tam deinceps essent professuri fidem ex hac fuga discere voluit, quod vita ipsorum adversitatibus pariter & prosperitatibus ex æquo commiscenda esset; siquidem paulò antea super ipso, etiam in vili quodam stabulo natus esset, rutilantissima & lucidissima quædam stella eoruscavit, ipsam quoque summa cum reverentia agnoscebant & adorabant Pastores pariter & coronati trium Regum coram ipso prostratorum vertices, integri quoque cælestis militiæ exercitus in ejus jam recens nati obsequium è cælis in terram descenderunt: Verum ecce tibi non procul inde remotas adver-*

tates atque ærumnas: *Fuge in Ægyptum.* Unde Chryostomus ait: *Miserors Deus æstis rebus quadam etiam jucunda permiscet, quod certè in Sanctis omnibus facit, quos neque tribulationes, neque jucunditates sinit habere continuas.* Denique ex hisce vitæ suæ præludis nos quoque intelligere voluit, quaher ab ipsa infantia usque ad vitæ suæ finem vitam ducturus esset contradictionibus plenam, continuèque persecutionibus & periculis expositam.

7. *Quod fugit sacramenti fuit.* Fugit ut veritas figura respondeat: Sicut enim Ioseph à fratribus abjectus & venditus in Ægyptum veniens, eandem à famis periculo liberavit, unde & Salvator mundi dictus est, sic Christus à ludæis repulsus ad gentes migravit, eosque ab horrenda illa fame spiritali, qua omnem terram oppræsserat, liberavit. Politicam quoque humanam, quæ adversus divinam te legem opponit deridere, eique illudere hac fuga tua voluit, voluit enim ut clarè & perspicuè viderent, quam verum sit: *Quod Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia Principum, consilium autem Domini in æternum manet.* Christus enim post tot innocentiæ Infantum miserabilem stragem verè dicere potuit: *Pueros percusserunt gladio, & ego fugi selus;* omnes namque in infantili aetate constituti perierunt, præter solum Christum, tametsi hic unicus esset illius ab impio Rege præceptæ & ordinatæ inhumana stragis scopus: *Vnus tot inter funera impunè Christus tollitur.*

De eo quod Christus specialissimè in Ægyptum fugerit causæ examinantur.

DISCURSUS SECVNDVS.

Fuge in Ægyptum, & esto ibi. Matth. 2.

1. **I**N discursu immediate præcedenti jam vidimus Christum se non immeritò & sine mysterio in fugam recepisse, ut Herodianum furorem effugeret: at verò cum verissimum sit, quod *Domini est terra & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi qui habitant in eo,* quænam excogitari ratio poterit, quod S. Iosepho à supremo consistorio Divinitatis expressum impositum fuerit præceptum, ut Divinum

hunc infantem una cum sua matre specialissimè in Ægypto salvaret? *Accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi.* Etenim nullus in toto mundo locus erat vero Deo magis adversarius & inimicus, quam regnum istud, utpotè cujus Rex te Atheistam esse expresse olim declaraverat, dicens: *Nescio Dominum,* neque in universa terra populus aliquis reperiri poterat, qui Magnis, superstitionibus, & idolatriæ

Serm. 157.

Iolatricæ magis deditus esset, quam Ægyptii Regnicula, siquidem hi ipsas quoque cepas & porcos Divinorum numinum loco adorabant; unde Chrysologus merito ita ait: *In Ægyptum fuge, à tuo ad extraneos, ad sacrilegos à sanctis, à templo tuo ad Demonum sana ad idolorum patriam à regione sanctorum, si Iudea non sufficit latitudo, sic angustatur sæculi diffusa possessio.* Ehem quam olim difficulter Jacobo Patriarchæ persuaderi poterat, ut Benjamin dilectum filium suum in Ægyptum ablegaret? obstinato namque animo filius suis id ei persuadere conantibus semper respondit: *Non descendet filius meus vobiscum;* & tamen per hanc Benjamin in Ægyptum profectionem id moliebantur, ut per ipsum multi alij Jacobæi filij è captivitate vinculis, quibus stringebantur, liberarentur, Et tamen Pater æternus qui de Christo non semel sed sæpius testificatus fuerat, dicens: *Hic est filius meus dilectus & consequenter verus Benjamin, id est, filius dextera quia sedet à dextris Dei,* tamen multa alia loca essent, in quibus filium suum majori cum securitate salvare posset; Josepho tamen expressè ut in Ægyptum fugeret, filiumque suum in eundem locum perduceret, præcepit. Cur non potiùs iussit, ut eandem cum tribus Regibus viam ingrederetur; hi enim ut potè qui paulò ante eum devotè adorant, regni que muneribus locupletem effecerant, ipsum in regnis suis honorificentissimè exciperent, eumque sicuti decebat basilicè & delicatissimè tractassent? videri non immeritò posset beatam Virginem sicut & sanctum Josephum primà facie ex hoc divino iussu non modicum contristandos & affligendos fuisse, non tam ob fugam hanc adeò improvisam, quam quod ablegarentur in regnum quoddam adeò barbarum Deoque inimicum, in quo se multis injuriis & ærumnis afficiendos esse timere haud immeritò poterant, ut potè qui ex eo populo nati erant, qui olim per decem divinitus immisissimas plagas Ægyptios non tantùm oppræsserant, verum etiam per ultimum & torale exterminium eosdem in mari rubro submerferant. Jure etiam B. Virgo timere poterat, ne fortè Ægyptii primogenitorum suorum olim perperam stragem, per unigeniti Patris æterni & primogeniti sui mortem fortè vindicaturi essent, denique quamnam inde consolationem haurire potuissent, si ut divinus hic infans impietati subtraheretur Herodianæ, truculentissimi Pharaonis unguibus relinqueretur dilaniandus?

Gen. 34.
38.

2. Veruntamen audite quam justas & rationabiles ob causas Ægyptus filio Deo incarnato in refugii locum fuerit assignata. Enimvero conformiter ad inhumanum illud sacrilegi illius Ægyptiorum Regis edictum Moyses ratè pulchritudinis & incredibilis gratiositatis infantulus una cum aliis Hebræorum infantibus in aquis Nili submergi & necari debebat, veruntamen mater ejus videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus, cumque jam celare non posset sumpsit fiscellam &c. At verò haud immeritò dicat hic aliquis, quòd ratione pia hæc mater persuadere sibi potuit infantem suum super instabili illo & inquieto fluminis elemento positum securiorem futurum esse, quam dum intra paternæ domus parietes reconditus latebat? Rupertus Abbas id factum esse dicit: *Ne propter elegantiam ejus, qua jam ardere cœperat, magis inflammaretur invidia.* Ecce tibi rationem cur increata illa sapientia incarnata securus se in Ægypto quam in Palestina refugium habiturum esse censuerit, quia enim ex eo quod in agro Bethlemítico visæ fuerant Angelorum exercitus natalitiæ hujus festivitatis præcones; tres itidem Reges Orientales Jerosolimam pertransientes in Bethleem concesserant, ut recens hunc natum Judæorum Regem adorarent, turbatus est Herodes, & omnis Ierosolyma cum illo, ideo adversus recens hunc natum divinum infantulum ingens oborta fuit invidiæ tempestas periculis plenissima: Unde Euthymius ait *Excitavit illos invidia, statimque audientes turbati sunt; Persæ verò cum essent extranei, non solum natum non inviderunt, imò à finibus sue regionis usque in Bethleem propter eum venerunt: Iudæi verò cum essent cognati, etiam gloria ejus inviderunt;* atque ideo dicere possumus, quod Christus infans ad imitationem Moysis in Judæa domo sua propria abscondi & latere nequaquam voluerit, sed majorem habuerit de sua securitate in Ægypto habenda confidentiam, maximè quia in propria venit, & sui eum non receperunt. Chrysologus ait: *Fugit in Ægyptum, ut perfidiam Iudeorum per fidem gentium castigaret, nam Dominum, quem Iudæa fuga venerat, Ægyptus obsequenter accepit.* Dionysius quoque Carthusianus ad propositum nostrum ita scribit: *Quaritur cur potiùs Ægyptum ingressus sit Christus? Respondetur, quoniam Ægypti olim tempore Joseph circa populum Israel multum benevolierant.*

Exod. 2. 2.

Lib. 1. in
Exod. c. 8.

Serm. 157.

3. Fugit in Ægyptum. Rupertus Abbas ait:

E e e 3

Ni.

Lib 2. in
Matth. de
gloria &
bon fil.
Hom.

Nimirum & hic in Herode, & illic in Pharaone unus erat Diabolus, in utroque unus idemque bacchabatur malignitatis spiritus: Pharaon enim prouti paulo ante insinuavimus populi Dei electam progeniem per Hebræorum puerorum mortem extingueri fategebatur, hanc in ipso impietatem operabatur serpens astutus, ut filii Dei ex hoc populo humanitatem assumpturi incarnationem hac ratione impedire posset, ut dum occiderentur non evaderet ille, qui solus timebatur, praedictum namque fuerat, tuturum fore ut filius quidam Hebræus universam Ægyptum in ultimum & totale exterminium redigeret, Quoniam autem modo Pharaon iste delusus fuit? Jam diximus Moysen à filia ejus obraram ejus pulchritudinem mirè capta à communi aliorum interitu subductum & salvatum, ac demum in regia praedictæ filia aenustrum fuisse, qui postea temporis progressu toti illi regno rumam intulit: idem quoque hic accidit, siquidem sanctissima Virgo duce S. Josepho filium suum ab ira Herodis salvavit, motus omnibus aliis præter illum qui præcipuè querebatur: unus tot inter funera impudè Christus tollitur, imò ipsomet Herodis filio in eadem tuccidatione crudeliter enecato, nam & hunc in eadè crudelissima strage ensis Herodianus sustulit, Christus autem eo in loco ubi interitum timere poterat securissimum invenit refugium; Demum verò ex Ægypto in Palaestinam reversus, post aliquod tempus humanam in cruce redemptionem consummando, non tantum Herodis, sed & omnium aliorum regum Judææ machinatus est & intulit ruinam, nec non totius illius ingraji & crudeliter saevientis populi exterminium Unde S. Bernardus ait: Simili cum Pharaone etiam Herodes suspitione laborans, eodem modo est & ipse delusus; utrobique pro unius persona numerositas trucidatur puerorum, utrobique qui querebatur evasit.

4 Fuge in Ægyptum. Paulus de Palatio ait: Abstulerat Deus ab Ægypto omnia primogenita, et reddidit illi primogenitum suum, qui valorem omnium primogenitorum habet. Porro quia Dominus olim in populi Israeliticæ defensionè maximam in cunctis Ægyptiorum primogenitis fragim faciens, omnes Hebræorum filios servavit illatos, ideo inter cæteras Israeliticæ traditas leges præceptum hoc Moysi injunxit, ab eo & cuncto populo deinceps inviolabiliter observandum. Mea sunt omnia primogenita filiorum Israel, tam de hominibus, quam de jumentis; ac proinde: Locutus est Dominus ad Moysen,

sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus, quam de jumentis. Quæ tamen lex hac clautula mitigabatur, quod eorum filii quinque sicis in tali occasione redimi poterant: veruntamen quando Deus primogenitum suum à Judæa exulem (Notus in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus) fovimq; in Ægypto refugium quarentem vidit, hanc redemptionem modo ut præfetur admittere nequaquam voluit, quin potius providentia sua rem ita ordinavit, ut Hebræorum infantes in illa strage in sacrificium Deo offerrentur, ut vel sic parentum ipsorum puniret ingratitude, simulque eodem tempore filiorum cooperaretur gloriæ, utpotè quos honoratissimas Martyrum fecit esse primitias. Quodnam obsecro in eo latet mysterium, inquit idem ille Paulus de Palatio, quod Deus una cum populo suo Israelitico, cui visibiliter assistebat, ab Ægypto egredere, omnes regni illius primogenitos occiderit, nunc verò è Judæa egrediens, Ægyptum vero in persona propria intrans Hebræorum infantes dilaniari & crudeliter discipi permittit? In egressu plangunt omnes matres, in ingressu item plangunt; reddidit certe Deus vicium; nusquam res in eodem signuntur statu, plorantur olim Ægyptii matres, exultaruntque Judæi; at nunc flens Judæa, & non dubito quin Ægyptia multa exultaverint, quando Christus Ægyptum ingressus est.

5 Fuge in Ægyptum. Pulchrè Luca Burgensis observat, quod Ægyptiis quibus olim Deus plurima intulerat mala, jam filium suum mox futura reconciliationis arrham misit. Etenim Moyses legis scriptor & legislator ab Ægypto in Palaestinam fugit: Christus autem nova legis auctor ex Judæa in Ægyptum, nimirum cum Judæa vera foret Ægyptus tribulatrix filiorum Dei (Apoc. 11. v. 8) & Ægyptus in Judæam convertenda esset similem quoque conceptum in S. Thomæ commentario super Matthæum hisce verbis scriptum reperio: In Ægyptum (supple, fugit) quia proprium est Dei, ut memor sit misericordie in ira, Abacuc 3. Dominus enim iratus fuit contra Ægyptios persequentes filios Israel, quia filii Israel erant primogeniti Dei, & ideo datum est ei, ut obsequeretur unigenito. Author operis imperfecti Hom. 2. ait: Venit in Ægyptum Iesus, ut jam non vent ad mare rubrum demergendi Ægyptii, sed vocarentur ad aquas baptismatis vivificandi. Porro præcitus Angelicus Doctor in medium adducit illud Isaïæ c. 19. vaticinium:

Ecco

Ser. in oct.
Pascha.

Apoc. 11. 8.

Abac. 3.

Num 8. 17.

Isai. 6. 19

Ecce Dominus ascendit super nubem levem, & ingredietur Ægyptum. & commovebuntur simulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabesceat in medio ejus. Alium quoque ex cap. 9. ejusdem prophetiæ textum adducit, ubi dicitur: Populus qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam, ipse induxerat tenebras in Ægyptum, ideo voluit eam primo illuminare, siquidem de semetipso ait: Ego sum lux mundi. Chryllostomus in Glossa dicit, quod inter omnia regna universæ terra, impietas nullibi adeo invaluerit, sicut in Babylonia & Ægypto; & tamen Deus noster dum vix in hunc mundum natus esset, in Persidem sive Babyloniæ stellam quandam transmittit, ut ab illarum nationum regibus tenebras depellant infidelitatis, qui proinde mox ut in stabulo Bethlehemitico comparuerunt, prociðentes adoraverunt eum; & similiter ipsemet sub Herodiani furoris declinandi prætextu, in propria persona eodem profus sine per fugam transportatur in Ægyptum: Persidi quidem Magos remittit, ipse verò cum matre in Ægyptum descendit, Salmeron cœlestem hunc infantem in civitate Heliopoliâ sole nuncupata moram traxisse scribit, in qua tempus quoddam in fuisse traditur, in quo juxta numerum dierum quibus annus vertitur trecenta sexaginta quinque Idola adorabantur, quæ omnia idem Doctor ad primum Salvatoris in Ægyptum ingressum contrita & prostrata fuisse scribit, adeoque tunc verè adimpletum fuit illud Isaie oraculum: Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum &c. vocat nubem levem sanctam illam humanitatem, in qua divinitus dilitescebat. Origenes ait Fuge in Ægyptum, ut pro multitudine temporum, atq; abominatione multarum multitudo exuberet Ecclesiarum, pro idolorum turbis, turba abundant fidelium; pro vitiis & erroribus multis, multa castitas, multaq; sanctitas superabundet, multaque virginitas. Albertus Magnus super Matthæum de puero hoc in regnum istud deportato ita scribit: Multis plagis plagaverat Ægyptum, ingreditur ergo, ut tot plagas una sua presenti visitatione sanaret. Isaie 19. Percutiet Dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam, & reverentur ad Dominum, & placabitur eis: unde dicitur quod Ægyptii adificaverunt altare Domino, qui prostravit Idola & sanavit eos à plagis. Isaie 19. In die illa erit altare Domino in medio terra Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus, Euthymius super Matthæum hanc Christi

Tom. 3.
Tr. 44.

Isai. 19.

Isai. 19.

fugam in Ægyptum, regni illius incolæ vel maxime ad divinum ejus cultum pertractare scribit, unde & populus ille demceps tanto fuit facilior & promptior ad recipiendum Christi Evangelium. Postea enim omnes suscepta Evangelij prædicatione plurimum gloriabantur, animoq; gestiebant, eò quod fugientem Dominum suscepissent.

6 Fuge in Ægyptum. Per ejus namq; præsentiam solitudines regni illius sanctificandæ erant, quia quotquot in Ægypto erant ferarum latibula, illa in totidem tere commutata sunt Anachoretarum sanctuaria: Ægyptus suscipit ac tuetur insidias fugientem Tyranni, namque tactu ipso Domini gustum quandam sanctificationis adipsicitur, ut cum illum audierit ab Apostolo prædicari, hujus quasi privilegij honore decoretur, quod Dominum prima suscepit, & certè solus hic Palaestina videbatur esse primatus, sed facta est postea ista ferventior. S. Palschalis mutationem in illo populo post aliquantum temporis factam penitus considerat, ita scribens: Felix regio, quam tanti temporis spatio Sol justitia sua illustravit presentia in qua tantis erat idolorum sordibus polluta, fieret Deorum tanquam hortus irriguus doctrina Christi, & tanquam Paradisus Domini; Deserta namque regionis illius sanctissimis referta sunt Monachis & Anachoretis; de quibus Chryllostomus ait: Si quis nunc ad Ægypti veniat solitudines, profus omnem illam videat Eremum, Paradisi digniorem, & innumerabiles Angelorum catas in cordibus fulgere mortuum est enim cernere in tota illa regione diffusum exercitum Christi.

7. Pro conclusione hujus discursus documentum aliquod ex hac in Ægyptum directâ fuga capere possumus, quod in non vulgarem utilitatem addiscere valeamus, & ab expositore quodam non vulgare autoritatis his verbis traditur: Ægyptus præ aliis regionibus idolis dedita, tamen in ea invenitur Christus: e contra Ierusalem civitas sancta erat, Pharisei justi externè erant, nec tamen apud eos invenitur Christus; non igitur locus, vestis, officium &c. hominem reddunt sanctum, non omnino qui Ierosolymis habitant, qui vocati sunt ad fidem electi sunt: contra non omnes, qui in Ægypto id est, qui judicantur peccatores, reprobi sunt. Et paulò post Ioan. Fepergit dicere: Vbi Christus ibi lux, etiamsi in rus. Ægypto sit ubi Christus non est, ibi tenebrae sunt, etiamsi Ierosolymis sit.

De

Hom. 8. in
Matth.Hom. 8. in
Matth.

De Sanctorum Inocentium præconiis, & quanti Deus illos semper æstimarit.

DISCURSVS TERTIVS.

Innocentes pro Christo infantes occisi sunt.

Ante triduum Angeli de cælo in terram hanc descenderunt, ut pacem eidem annuntiarent, at verò quænam est pax illa, quæ tot parvulorum innocentum truentam secum stragem adfert? Pauci dies abierunt, à quibus nil nisi Musica & cantus audiebantur cœlestis Paradisi, & ecce hodie econtrariis gylatus, lamenta, & planctus audiuntur: *Ploratus & ululatus multus*; In die natalitio Salvatoris cœlestes Iphæræ suavissimo manna repletæ fuerunt, illeq; per totum hoc Dominici Adventus tempus desideratus, totiesq; à Deo rogatus cœli ros dulciter & placidè depluit: *Rorate cœli de super: Hodie per totum mundum mellis sui facti sunt cœli*: Hodie verò retræ solum sanguine madet, nec quicquam fere aliud passim cernitur præterquam parvulorum infantilium divulsa & dilacerata crudeliter membra: Paulo ante pastores divinum infantulum adoraturi certatim accurrebant, qui tamen iidem fortassè hodie nil adeò gnæviter quàm ejus mortem machinantur: Nuper Angeli Jesulo recens nato *Gloria in excelsis* acclamarunt, hodie verò iidem sub noctis tenebris comparent, ut eidem sollicitam & ignominiosam fugam præproperè instituentiam insinuent. Imò verò quod vel maximam admirationem & stuporem nobis merito conciliare debet, idem ille Dei filius, qui ante triduum ut hominem salvaret de cælo descendit: *Natus est vobis hodie Salvator*, hodierna die ipsemet opus habet ut salvetur ab alio, cuique ab homine salvando de salutis corporalis securitate prospiciatur. Quid est quod idem ille Deus, qui quondam dixit: *Quis unquam innocens perit?* quique se innocentium defensorem & patronum esse semper probavit, ideoquè ait: *Innocentes adhaferunt mihi*, quod inquam idem ille hodie eosdem à crudeli & impio ferò ipsius

causa transfidigi permittat: *Innocentes pro Christo infantes occisi sunt.*

Verum enim verò memoria repetendum est, quod Christus Joan. c. 10. dicit: *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant*; Ideo enim mortalitatis nostræ exuvius indutus in hoc mundo comparuit, ut nos deinceps veræ vitæ quæ immortalis & æterna est, faceret esse participes, ac proinde nequaquam credendum est eum qui innocentiam tanti æstimavit, omnem ejus tuendam ac defendendam deposuisse memoriam. *Fratres*, inquit Chrysologus, *Christus non neglexit suos milites, sed pro vexit, quibus dedit ante triumphare quam vivere, quos dedit capere sine concertatione victoriam, quos donavit coronis antequàm membris quos voluit ante cælum possidere quàm terram*. Porro facti interpretes in celebranda fortunatissimorum horum infantum gloria strenuè inter se decertant, S. Augustinus ait: *Quàm feliciter nati, quibus in primo nascendi limine æterna vita obviam venit, immaturi quidem videntur ad mortem, sed feliciter moriuntur ad vitam, nondum ingressi infantia cunas, & jam perveniunt ad coronas*. B. Laurentius Justinianus crudelitatem ferri illius considerat, quod uno eodemq; tempore, quo tenera horum infantum pertransibat corpuscula, iidem sine voluntatis ipsorum intervenitu gloriæ coronam fabricabat, *Erat mors hæc crudelis & pia pœnalis & sancta, quæ sine consensu voluntatis natura renitente donabat cælum; ignorabant equidem Dei legem, cœleste regnum, quid perferebant, & pro quo patiebantur, & nihilominus pœna illa eisdem computabatur ad gloriam; unde hoc, & cur hoc? commendare voluit Deus in his pueris misericordiam suam*. Eusebius Emislenus felicitatem ipsorum considerat in eo præcipuè consistentem, quod à matrum suarum sinibus ad sinus transeant Angelorum; *Rapiuntur, inquit, à complexibus matrum, sed redduntur*

Joan. 10.

Job. 4. 7.

Pf. 24. 20.

De Epi &
infant.

gremiis Angelorum, quàm beata aetas! necdum Christum potest eloqui, & jam pro Christo meretur interfici. Inter omnes vero scriptores sacros & SS. Patres nemo est, qui majore cum eloquentia eorum nobis præconia describat, sicut B. Laurentius Justinianus: *O Dei stupenda dignatio, qua nolentes plorantesque transmittit ad requiem sine pugna consensu hi hi coronantur infantes.* Eximia profectò fuit horum Innocentium felicitas, quibus concessum fuit in beatis paradisi littoribus appellere, absque eo quod periculosas hujus infidi maris undas tulerint. *Alii laborant toto vita sua tempore, alii usque ad sanguinem certant, nonnulli tentationibus, vigiliis, jejuniis, per noctationibusque crebris seipfos affligunt, sicque alii, alii sic aesulant & patiuntur, ut regni celestis mereantur esse participes, isti autem non ita; brevissimâ propter Christum persecutione ingruente jugulati pariter & coronati sunt, absque ulla perpeffione malorum, quorum mundus est plenus, à matrum uberibus in aternitates transire perpetuas.*

3. Sanctissimus patriarcha & credentium pater Abraham cuas uxores habuit, unam ancillam, nempe Agar, altera verò Sara erat, quæ libera fuit, in quarum illâ synagoga, in hac verò Ecclesiâ denotabatur: & quidem nisi hi Infantes in hac persecutione Herodiana suam pro Christo vitam prodessent, utique facti fuissent filii ancillæ, id est, synagoga; *Si stetit Christum, haberet eos synagoga filios, inquit Chryfologus, hos Ecclesiâ Martyres non haberet.* Fuga igitur Christi huic parvulis possessionem tribuit regni cælorum, qui aliàs Christo non fugiente de numero eorum futuri fuissent, de quibus Christus prædixit, dum ait: *Filii autem regni ejicientur in tenebras.* Fuga Christi infallibile fuit magni illius amoris signum, quo Christus hocce infantes ejusdem secum ætatis confortes est profectus; nam quod è Judæa fugiens morti eos tradiderit, id ab eo alio consilio factum non fuit, quàm ut martyrii diademate eosdem coronaret: *Fugere istud, inquit Chryfologus, est amoris intimi, non timoris ignavi.* Qui scit an hi infantes de illorum numero futuri non fuissent, qui coram Pilato exclamabant: *Tolle, tolle, crucifige, nisi hac immaturâ, imò felicissimâ morte non fuissent coronati?*

4. In historiis scribitur, quod quando Augustus etiam Herodis filium in inhumana illa inno-

Mansii Sanctuarii Tom. IV.

centium puerorum strage occisum esse intellexit, in hæc verba proruperit: *fatius esset in Herodis curia porcum esse, quàm hominem; quavis hac in re turpiter valde erraverit, qui animalis homo non percipit ea qua sunt spiritibus.* Gratia namque specialissima fuit illa, qua divina pietas occisum ab Herode proprio filium affecit, dum illum terreno ac temporali regno privando regni cælorum fecit esse confortem; verisimile etenim est, quod cum eadem ex causa cum aliis infantibus occisus fuerit, eandem quoque cum aliis infantibus misericordiam participaverit. Undè illa S. Augustini verba isdem adscribere possumus: *Nunquam filio tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio.*

Paulus de Palatio super Evangelium hodiernum optimè notat, quod Christus sapientia increata permittere nequam voluerit, ut infantes Bethlehemitæ & in confinibus eorum nati in æternæ damnationis barathrum agerentur præcipites, neque illos purgatorii ignibus adjudicari voluit, eo quod eorum sui essent quoad natales, ejusque patriæ: *O summam dignationem, si vixissent, multi eorum condemnarentur, aut si non condemnarentur, in pœnarum purgantium locum cogerentur abire, noluit puer natus pueros secum natos potestati diabolica subiacere.* Idem quoque scriptor aliam habet considerationem, similem illi, quam B. Laurentius Justinianus adducit, videlicet quod ideo infantes innocentes ab hac immatura morte Christus non exemerit, quia si in adultiorem usque ætatem vixissent, necessarò illis primo pugnandum fuisset, priusquam ad victoriam pertingere possent. *Hi infantes si vixissent, & ad cælum ire voluissent, quoties erat illis necesse gladium è vagina eximere, seque ipsos jugulare? Quid verò? annon melius est semel alienâ crudelitate perire, quàm toties me contra me esse crudelem? O parvuli beati (ita illos alloquitur S. Augustinus) modo nati, nunquam tentati, nunquam luctati, jam coronati.* Ille pro vestra corona dubitavit in passione pro Christo, qui etiam baptismum parvulis prodesset non existimat Christi; non habebatis quidem aeternam, qua in Christum passurum crederetis: sed habebatis tamen carnem, in qua pro Christo passuro passionem sustineretis.

6. Opponere quidem non nemo hoc loco posset, quod si hi infantes in adultam usque æta-

FFF

tem

Ser. 153.

Matth. 8.
28.

Ser 60. de
diversis.

tem vixissent, majora utique sibi comparare potuissent merita ad gloriam: at verò ad id pari facilitate respondere quis posset; in casu longioris vitæ majorem fuisse de futura salutis jactura ipsorum, quàm de salute adipiscenda præsumptionem. Valdè enim rationabiliter timendum fuisse ipsos plurimorum aliorum malorum hominum rapidum torrentem secuturos fuisse. Undè Euthymius super Evangelium præsens ita scribit: *Fortassis & hi pueri prohi futuri non erant; si enim eos qui peccant, Deus in vita sustinet, ipsorum expectans conversionem: multò magis credendum est eos, qui virtute magni futuri sunt, nequaquam vitâ privare.*

7 *Infantes occisifunt.* Chrysológus de hisce pueris innocentibus in tenera ætate tanta cum inhumanitate dilaniatis ita scribit: *In teneris uberibus ferrum durat, lac fundit antequam sanguinem, at ante mortem sentire quàm vitâ, tenobras ingerit insipientibus lucem.* S. Augustinus ad ea, quæ afflictæ ac dolentes matres cum carnificibus miscebant lamenta, & querimonias amara se se reflexit, dum ait: *Pugnabat mater & carnifex; ille traherat, ille tenebat, ad carnificem mater clamabat: quid separas à me quem genui ex me? modè eum efuderunt viscera mea, & tu elidis ad terram? Alia clamabat: si culpa est, mea est; alia dicebat: quid quaritis? unum quaritis, & multos occiditis? & ad unum qui unus est, attingere non potestis; alia contra clamabat: veni, veni jam Salvator mundi! quamdiu quereris, nullum times; videat te miles, & nostros non occidat infantes.*

8. Porro priusquam hunc claudamus Discursum, utilissima quædam prius documenta, quæ ex hac strage elici possunt, in medium ad lucamus. Metaphrastès in sermone quodam de hodierna festivitate, qui S. Severino ascribitur, ita ait: *Arridebat parvulus occisori, gladio adjocabatur infans, nutricis loco attendebat lætans percussoris horrorem, nescia lucis atas moritura gaudabat, infans filius omnem hominem non hostem respicit, sed parentem; imò tanquam genitorem & parentem tantò acceptiorem & gratiorem, quantò verius est, quòd miles trucidans vitam infanti occiso contulerit non mortalem, sed sempiternam. Contingit sæpè quòd in homini irreprehensibilis & innocuæ vitæ illam detestemur paupertatem, vel illam persecutio-*

nem, illam infirmitatem, vel injuriam illam, & non intelligimus quòd Deus talia & quæ sunt hujusmodi mala alia ad coronæ & gloriæ luctum comparandum ordinet. Urbanus IV. in Psalmo 50. ita scribit: Apes etsi inforant punctio- nis dolorem, amantur tamen, quia mellis dulcedinem administrant; ita etsi persecutores pugnunt, postea tamen non sibi illa fluunt, sed patienti. Nos quidem aculeum & puncturas v demus, suavitate tamen mellis minimè videmus; vulnus quidem videtur & dira passio, non verò æterna retributio, quæ passionem insalubriter consequitur; sub carnificum illorum eruentis epistulis aureo hæ abscondabantur martyri, quæ deinceps sequentibus sæculis ab ipsismet primis Ecclesiæ cardinibus, tanus cum suspiris desideratæ fuerunt.

9. Alterius documenti loco serio ponderare juvabit, qualiter Deus per infinitam sapientiam suam ex malis bona sapientissimè & efficacissimè elicere nõrit: *Sapientiam Creatoris collaudemus* (inquit Dionysius Carthusianus) *quoniam ipse ex malitiis hominum tot elicit bona, atque tam variis modis succurrit per Christum hominibus, qui ex inaudita & crudelissima Herodis malitia eliciebat tot infantulorum martyria, quos coronavit Christi virtute & gratiâ.* Alius quoque expositor quidam similem considerationem instituit hisce verbis: *Sicut iniqui malè utuntur bonis operibus Dei; sic e contra Deus bene utitur malis operibus iniquorum: sic invidia filiorum Jacob contra Ioseph ad hoc profuit, ut nedum Ægyptus, sed ipsi fratres tempore famis per ipsum salvarentur: sic iniquitates Iuda & Iudæorum ad hoc valuerunt, ut genus humanum redimeretur; sic Herodis impietas Ægyptis profuit. Theophylactus super S. Matthæum ita scribit: Quare autem permisi sunt pueri occidi? ut ostendatur Herodis malitia. Sed forè dicis mihi: Et quid hoc? nunquid ut ostendatur illius malitia, id est, injuria debet fieri pueris? audi igitur, quòd non injuriæ affecti sunt, sed coronas meruerunt. S. Cyprianus ita scribit: Sic Sanctorum persecutionibus tyrannus illudatur, qui dum putat perdere quos occidit, melioris vitæ statum eis procurat; & quod ille in perditione molitur, hi utuntur pro beneficio.*

Serm. 5.
de Innoc.

10. Ferrus.

Serm. de
Epiph.

Expo-

Exponuntur causæ cur sancti hi Innocentes primitiæ
& flores Martyrum appellentur.

DISCURSUS QVARTVS.

Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno.

Apoc. 12.

I. **D**EUUS Opt. Max. olim in
libris veteris Testa-
menti locis primitias sibi
ab hominibus offerri præ-
cepit. *Primitias tuas non
tardabis reddere: primi-
tias frugum terræ tuæ in-
feres in domum Domini Dei.* Et quidem expref-
sius per Sapientem monet, dicens: *Honora Do-
minum de tua substantia, & de primitiis om-
nium frugum tuarum da ei:* mox etiam lucrum
insinuat, quod ex hac tali oblatione in nos red-
undare solebat, dicens: *Et implebuntur horrea
tua, & vino torcularia tua redundabunt.* Cùm
igitur Filius Dei (qui de seipso testatur dicens:
Non veni legem solvere, sed adimplere.) eo præ-
cipue sine è cælis in hanc terram descenderit,
ut copiosam sibi animarum messem in cœlestia
horrea ad gloriam congregaret. *Messis quidem
multa;* ecce qualiter non patitur, ut hæc ho-
num innocentium Martyrum veluti primitiarum
oblatio aeterno Patri suo litanda diu differatur;
hi enim in Epistola hodie lecta hoc decorantur
glorioso epitheto: *Hi empti sunt ex hominibus
primitiæ Deo & Agno.* Et in hymno, qui hodie
in officio divino cantatur, flores appellentur
Martyrum: *Salvete Flores Martyrum.* S. Leo
sanctam Dei Ecclesiam agro comparat copiosam
messem referenti: *Non minuitur persecutio-
nibus Ecclesia, sed augetur, & semper domini-
cus ager segate ditiori vestitur.* Ecce igitur
qualiter hodie primitias frugum intulit in do-
mum Domini, & non tardavit, quin potius
easdem in regiam supremæ Majestatis domum
inferre acceleravit.

2. In alio quodam Exodi loco scriptum re-
perio hæc verbis: *Obrulerunt mente prom-
ptissima atque devota primitias Domino ad fa-
ciendum opus tabernaculi.* Per hoc autem ta-
bernaculum sancta Dei Ecclesia intelligitur, quæ
prouti in eodem libro scribitur, quæ sub hujus
mystici tabernaculi figura pellibus rubricatis ve-
stiri & contegi debebat: *Facies & operimentum
aliud textum de pellibus rubricatis.* Ecce tibi
hic simul hodie hujus Tabernaculi primitias &
pelles rubricatas, nimirum sanctissimos hæc
Ecclesiæ Protho-martyres, qui primi Marty-
rum flores existentes, quàm copiosa fructuum
messis annis sequentibus maturioribus futura
sit, denotârunt, Rupertus Abbas Tuitiensis In-
nocentes hæc prognosticasse dicit: *Innumera
in orbe terrarum millia Martyrum, sed illi pri-
mitiæ fuerunt, quos omnes Rachel, id est, mater
Ecclesia nunc usque deflet.*

3. Origenes se se ad reverentiam & venera-
tionem reflectit, quam sanctis hæc Martyribus
semper detulit sancta mater Ecclesia: *Horum,
inquit, memoria semper, ut dignum est, in Eccle-
siis celebratur, ut primorum Martyrum pro
Christo occisorum, & ut ipsa Bethlehem primi-
tias Domino Martyrum, in qua natus est ipse
Salvator, obtulisse videatur.* Chrysolomus
hanc primitiarum allusionem sive metaphoram
prosequens, aptius ad propositum nostrum loqui
non poterat, dum ita ait: *Transmisit in fauces in-
fans Christus ad cælum novam xenia Patri pri-
mitias fructuum exhibet genitori; ostendit qui-
dem futuram fecundissimam messem, dum in
semine tantam exhibet ubertatem.*

¶ ff 2.

Primitiæ.

Exod. 22.
29.
Exod. 23.
19.

Pro. 3. 9.

Exod. 25. 22

Exod. 26.

14.

In Mat. 2.

Hom. 3 in
diver. in
Matt. loc.

Serm. I. de
Nat. Ap.
Petri.

4. *Primitia.* Solent primitivi fructus ut plurimum acerbi esse, neque enim maturitatem, saporem & substantiam illam habent, quam alii maturitatem suam assecuti fructus habere solent, & tamen hoc non obstante, ob novitatem & raritatem suam gratiores semper sunt, majorique in pretio; eodem modo tametsi pueri innocentes perfecto martyrio coronati non fuerint, apud omnes tamen tanquam primi Martyrum flores in pretio & veneratione summa habentur. Similiter quando perfectio alicujus rei in summo gradu existens explicanda venit, dicitur, v. g. Est in flore ætatis, id est, in optima & jucundissima ætate; vel, est flos ingeniorum, id est, præstantissimum ingenium: ita quoque ut nobis constet, quantum nobis innocentes infantiuli pro Christo martyrizati venerandi sint, Ecclesia illos Martyrum flores appellat dicens: *Salvete flores Martyrum.*

In Matthæ
2.

5. Albertus Magnus ingeniosè observat, quod inter ea festa, quæ sub Natalitius feriis celebrantur, primus locus S. Stephani festivitati attribuat, qui simul martyr extitit opere & veritate, quod martyrii genus perfectissimum est. Secundo verò in loco S. Joannes collocatur: *Qui voluntate, non actu martyr fuit.* Tertio denique loco ponitur festum Puerorum, qui actu, non voluntate testes sunt, quia præconium Christi non loquendo, sed moriendo confessi sunt. Et tamen hoc non obstante Ecclesia illis pari honore afficit, quo alios præstantissimos Ecclesiæ Martyres, Stephanum, v. g. vel S. Laurentium afficere solet; siquidem proprium illis attribuit, optimeque concinnatum officium; festivus ipsorum dies solemnus est, & sub præcepto feriatur, ac denique octava eidem conceditur. Lyranus super verba in principio hujus Discursus à me ex Apocalypsi proposita ita scribit: *Primitia, id est, gratiosi sicut primi fructus sunt magis delectabiles.* Quanta putas ex hac innocentium puerorum strage Christo resultavit gloria? Per hanc etenim nativitas ejus divulgata fuit per universum mundum, ideoque divina Sapientia hac strage usa fuit, ad tantò magis manifestandum Messiæ huic terræ promissi adventum. S. Leo ait: *Vt dum Herodes atrocè intentus facinori ignotum sibi puerum indiseret à infantium cade persequitur, annuntiatum cælitus Dominatoris ortum insignior ubique fama loqueretur.* Dicit autem Lyranus de primitiis hæc, quod sint delectabiles, quia ad

Ser 2. de
Epi.

martyrium illorum non concurrat voluntas propria ipsorum, ut potè qui liberi arbitrii usu etiamnum destituti erant. *Apparuit humanitas & benignitas Salvatoris nostri, non ex operibus justitiæ quæ fecerat, sed secundum misericordiam suam salvos fecit eos.* Non fuerunt Martyres per meritativa, sed ex divinæ pietatis ac liberalitatis unico & solo motivo; & ideo delectabiles; quia in coronatis hæc infantibus omnipotentia, ad eò dignum Majestatis Altissimi attributum vel maxime eluxit; siquidem *Martyres eos fecit, quia voluit: Non est impossibile apud Deum omne verbum,* vel etiam dicuntur delectabiles; quia tenellis hæc infantulis medianibus eò tempore, quo ipsemet tenellus etiamnum infans esset de suis inimicis triumphavit; undè advertendum est, quod Ecclesia, postquam è Psalmo Davidico cecinit: *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem;* protinus subjungit: *Propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem;* quamvis ipsam in eo fuerit supplicio adimpletum, quod divina justitia de impio Rege sumpsit.

Tit. 3. 4.

6. *Primitia, id est, gratiosi sicut primi fructus,* Chrysologus ait: *Verè, verè fratres isti sunt gratia Martyres, confitentur tacentes, nescientes pugnant, vincunt inscii, moriuntur inscii, ignari tollunt palmas, coronas rapiunt ignorantes.* Omnis hic sanguis effusus, omnis illa gloria, illæ coronæ, aureolæ omnes horum innocentium Martyrum solus divinæ gratiæ fructus sunt, primitiæ sunt. Porro alii Martyres post Redemptoris nostri crucem & passionem passi sunt, & ideo non adeo miranda est eorum fortitudo, quia Redemptor noster cunctis sequacibus suis ad effundendum pro ipso sanguinem generosos per mortem suam animos addidit: *Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in mente monstratum est:* at verò hi innocentes Martyres pro Christo mortui sunt, priusquam Christus moreretur, imò priusquam quisquam Christus hic esset, ahundè didicissent, atque insuper hanc habent præcunctis aliis Martyribus specialissimam prærogativam, quod videlicet communis Redemptoris nostri vitam morte suâ salvârunt. omnique periculo exemerint; siquidem *tot inter funera Christus tollitur.*

Ser. 143.

7. *Gratiosi:* quia ut idem Chrysologus scribit: *Cæperunt antè militare, quam viveres antè*

antè

antè pugnare, quàm ludere; fundere antè sanguinem, quàm lactis ubera potare; ardentibus anima moras corporis non tolerant, à gremio adfurentes hostium cuneos pervolantes, anticipant virtutibus blandimenta, vulneribus oscula, unguenta ferro ut cœlum possint antè inhabitare, quàm terram, præmia spiritus antè portare quàm carnem.

8. *Gratiosi.* Quia alii Martyres pro fidei, vel alterius virtutis cuiusdam defensione suum sustinuerunt martyrium; hi vero non pro Evangelio aut fide Christi defendenda, sed immediatè & directè pro ipsamet Christi persona securè conservanda fuere dilacerati; ad quod excellentiæ fatigium nulli alii Martyres potuerunt attingere. Nescio an aliquando ad illam, que in Ecclesia canitur, Anaphoram reflexionem quandam habueritis, qua dicitur: *Ipsi sunt Sancti, qui passi sunt propter te.* Id quod de innocentibus huic Martyribus merito canitur; quia tamen omnes Sancti cunctique Martyres pro Dei amore patientur, & crucientur, nullus tamen eorum eo sine pro Deo passus est, ut ipsummet Deum à mortis periculo liberaret, prout passi sunt sancti hi Innocentes; hi enim ita pro Christo mortui sunt, ut carnifex illos trucidans, in quolibet horum infantum occisorum ipsummet Dei filio necem inferre censeretur.

9. Sunt & alia inter hos infantes innocentes & alii Martyres magnæ diversitatis discrimina. Primò, quia alii, dum in medicis tormentis acerbissimè cruciarentur, in superiori animarum suarum portione cœlestibus sunt consolationibus perfructi; hi verò meros & quovis solatio impermixtos passi sunt cruciatus & pœnas, ut potè qui per ætatem incapaces erant interni refrigerii spiritus. Secundo, alii Martyres iam dudum vixerant, priusquam illis aperirentur venæ per idololatriarum machinas; hi vero sanguinem pariter miscuerunt cum lacte. Tertio, alii iure merito dicere potuerunt: *Merito hæc patimur, quia peccavimus*, quia ad minus venialiter Deum suum offenderant; hi vero ætatis & annorum defectu culpæ omnes incapaces erant: *Sine macula enim sunt ante thronum Dei.* Quarto, alii Martyres iustam habebant causam, qua efficaciter moveri poterant, ut quàm libentissimè ictui se gladii subicerent; siquidem subito post mortem paradisi illis aperiebatur, ideoque pro perpetuis

illis diris supplicii illis sine ulla mora corona retribuebatur & præmium: ac vero hi post diuinam mortem perpetuam, unà cum omnibus animabus electis in sinu Abrahamæ repositæ cœlestem retributionem per longum temporis spatium præstolari debebant.

10. *Primitia.* Albertus Magnus ait: *Quadam prærogativa ab aliis separati, sicut primitia eliguntur ex fructibus.* Etenim ex toto genere humano specialis quaedam facta est honorum infantium electo & separatio ob eximium honorem & prærogativam sublimem, qua condecorandi erant, nimirum quod vitam veram vitam, scilicet Christi, conservaturi, auresque & primitiæ Martyrium futuri erant. Undè Chrylogos ait: *Beati quos martyrio natos vidimus esse, non saeculo.* Et S. Augustinus de iis ita scribit: *Dignè natalem illorum colimus, quos beatius aeterna vita mundus edidit, quàm quos maternorum viscerum partus effudit; siquidem antè vitam perpetuam adepti sunt dignitatem, quàm usuram presentis acceperint; secus enim, inquit idem Doctor, Deus illos ab hoc macello potuisset subducere, si sciret illa morte perituros, & non potius majori felicitate victuros.*

11. *Primitia.* Primitivi fructus, necnon cuncta primogenita tam de hominibus quàm de animalibus Deo in sacrificium offerre consueverant. Salmeron de Davide ait: in libris Regum scribitur: *Inferens arcam Domini in Bethlehem immolavit hostias & pacificas; ita cum Pater aternus humanitatem Christi intulit in Bethlehem, etiam ibi immolata sunt vitima filiorum.* Et quidem ex quo ex Hebræis multi filios suos idolo Moloch sacrificabant. *Quid mirum si Deo immolentur Iudeorum filii, qui per mortem hanc ad aeternam salutem pervenerunt?* Et lactus Augustinus ait: *Deus est qui natus est, innocentes hi debentur victima, qui venit damnare mundi malitiam, agnelli debent immolari, qui agnus futurus est crucifigendus.*

12. *Primitia.* Fructuum primitia communiter optimè & delicatissimè capiunt, quia tamen minus de sapore habent, tamen ob delicatam sui teneritudinem mire placent. Idem quoque de novellis huic fructibus, nimirum Innocentibus Martyribus dicere possumus, quod videlicet hi in menta agni illius immaculati gratissimi fuerint maximeque accepti; quia

Serm. 152.
Ser. 52. in
Apoc.

2. Reg. 6.

Serm. 8. de
Sanctis.

tametsi propria merita non habuerint, sicut alii Martyres in proveciori ætate tormenta passi, ob suam tamen innocentiam & teneram infantiam mirè fuerunt grati; *sine macula enim sunt*, ad eòque Salvatori innocenti agnello perfimiles existunt. Dionysius Carthusianus ait: *Christus valdè diligit innocentiam, adeò illos amplectebatur parvulos, qui in charitate fuerunt, & gratia sicut nunc infantuli baptizati erant enim quippè circumcisi: similitudo est causa amoris, idcirco non mirum quòd innocentissimus agnus ac filius Christus Deus & homo innocentes pueros tantum dilexit.* Idem quoque fuit conceptus S. Leonis dicentis: *Amat Christus*

infantiam humilitatis magistram, innocentie regulam, mansuetudinis formam.

13. *Primitia.* Solent primitiæ communiter festivo cum gaudio, læticia & plausu communi recipi, eò quòd certissima sint fructuum maturiorum, majorisque abundantie pignora, S. Cyprrianus ait: *Acta est natiuitatis solemnitas iubilantibus Angelis, deorsum ex ore infantium & lactentium laus est perfecta, resonantibus usque ad coelos victoria tubis, & versus est parvulorum vagitus in gaudium, & luctus in iubilum, sequente non stellam, sed agnum exercitu Innocentium, & bajulante gloriosissimi triumphi solenne vexillum.*

Serm. de
Epiph.

Serm. 3. de
Innoc.

Serm. de
Epiph.

Super hodiernæ Festivitatis Evangelium variæ instituantur considerationes.

DISCURSVS QVINTVS.

Fuge in Ægyptum, futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum.

Matth. cap. 2.

EVangelium hodiernum fugam continet Salvatoris, parvulorum Innocentium lamentabilem stragem, ac demum delusam ac derisam crudelitatem Herodianam, quæ omnia magnis mysteriis utilissimisque spiritualibus documentis turgent. Et primo quidem loco de fuga discurremus.

Gloss.

2. *Fuga.* Glossa ait: *Quam citò Christus apparuit mundo, incepit in eum persecutio.* Idemque, ut Angelicus Doctor ait, iis contingere solet, qui ad Deum sese convertunt: *statim quando quis convertitur ad Christum, incipit tentari.* Euthymius quoque dicit: *Hinc quoque docet nos, quòd & fidelem statim tentationes ab exordio expectare oportet; vide enim quomodo ipse statim à cunis appetitur insidiis,*

abitque in exilium: fugit quoque mater & Ioseph, sed & Magi in modum fugientium clam discesserunt. Eo quidem præcipue fine de cælo in terram descenderat, ut genus humanum redimeret, nostramque operaretur redemptionem, quodnam opus illo dignius, majorisq; meriti dari poterat, & tamen protinus tot ei opponuntur contradictiones, idque ut S. Thomas ait: *ut scitu incipiens alicui spirituali rei deservire, videaris tribulari, non turberis; sed omnia viriliter feras hoc habens exemplum.*

3. *Nocte confurgens accepit puerum.* Nullam S. Joseph in obediendo præcepto Dei interposuit moram aut dilationem, nec quicquam turbatus est, aut contradixit: potuisset quidem præcepti sibi impositi executionem in sequens usque diluculum differre; potuisset quoque Angelo considerandum proponere, quòd Ægyptus

Tom
44

Ma
in

Io. B

Glo

ptus procul à Judæa abesset, essetque regio vero vivoque Deo planè contraria & inimica: vel non deest eterno Patri alios modos divertos, quibus Filium suum ab ira Herodiana saluum subduceret, ac proinde nequaquam opus esse, ut se in fugam omnipotentia suæ adeo præjudicantem & ignominiosam conjiciat; & tamen ne minimo quidem verbo prolato præceptum Angelo nutriente sibi à Deo impositum effectivè exequitur.

Tom. 3. tit.
44

4. *Noctè surgens.* Hugo Cardinalis ait: *De noctè, hoc est, quàm occultè debemus fugere de mundo;* quia si parentes, amici, aut alii interessenti propositam nostrum penetrare possent, quò scilicet Deo nos totaliter dedicare statuissemus, omnium utique adhibitori essent operam & studium, ut inde nos dimoverent.

5. De noctè, inquit Lyranus, *ut negotium fieret magis occultè.* Et ideo Salmeron ait: *Semper humana cautela adhibenda, ne Deus tentetur.* Equidem Angelus Josepho nequaquam ut inter noctis tenebras discederet, præcepit; veruntamen sanctus Christi nutritius prudenter se gerere voluit, ne Deum tentaret ob periculum, ne fortè diurno tempore fuga ejus tantò manifestius notaretur; nam ut probatus quidam Interpres ait: *Credibile est prope fuisse carnifices, qui puerum querebant, quando intempesta noctè fugere jubetur;* undè videtur quod priusquam Deus nobis succurrat, nosque eripiat, in extremum usque periculum sæpè nos redigi permittat.

Maldon.
in Matth.

6. De noctè. Alius quidam non contemnendus interpres super illa verba aliud quoddam morale documentum adducit hisce verbis: *Quod autem Christum abduxerit, designat, quod noctem ignorantia & cecitatis us, à quibus recessit, relinquit; ubi enim Christus, ibi lux.*

Io. Ferrus.

7. Beata Virgo unà cum S. Josepho, imò & divinus ejus infantulus JESUS multas utique in hac fuga exercuerunt virtutes. Glossa ait: *Mira humilitas Christi, fugit qui refugium est aliorum & virtus.* Dionysius Carthusianus ita scribit: *Descripta à pueri Iesu veneratio, ne, qua ejus divinitas patuit, consequenter describitur ejus persecutio, in qua sua humanitas clarè innotuit.* Lucas Burgenfis, quàm fuerint ob summam paupertatem suam ab omni onere & impedimento immunes, ideò; ad pro-

Gloss.

ficiscendum expediti his verbis optime considerat: *Non sarcinas multas ante fugam colligendas, non opes committendas, non debita repetenda habebant, sed his liberi, oneribus expediti vocantem secuti sunt; Deum liberi, omnibus quæ esse poterant, spretis.*

8. Advertendum quoque est, S. Matthæum, cujus calamus à Spiritu sancto motus & gubernatus fuit, postquam obsequii & adorationis à tribus Regibus nato infanti exhibitæ mentionem fecisset, immediatè post progredi ad referendum ea, quæ sub hac Herodiana persecutio- ne contigerunt, ut vel inde intelligeremus consolationes hujus vitæ ab ejusdem ærumnis plurimum in se amaritudinis continere. Undè Janse- dius ait: *Perpendendum hic post tam multa & præclara Christo exhibitæ testimonia, quanta humilitas secuta mox sit; ut intelligeremus nullam hujus mundi gloriam stabilem esse, ac proinde nec magni faciendam.*

9. At verò Paulus de Palatio aliam hac de re habet considerationem, nimirum hanc fugam Josepho de noctè intimam fuisse, postquam à tribus illi Regibus tanquàm talis adoratus fuisset, in cujus tæmore scriptum erat: *Rex regum & Dominus dominantium; Norint qui adorantur ut Reges, non se adorari ut pacem & delicias habeant, sed ut peregrini sint, ut nunquam quiescant, ut nunquam dent oculis suis somnum, & etiam eo tempore, quo maximè capiendus esset.*

10. S. Thoma modum nos docet, quem observare debemus, ut à peccato fugamus; dicit enim: *Primò debet excutere pigritiam, ad Ephes. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Secundo, debet accipere fiduciam à matre & filio scilicet Christo, Ecclesiastici 24. In me omnis spes vita & virtutis. Tertio, debet fugere à peccato, adjutus auxilio matris & pueri. Psal. 57. Ecce elongavi fugiens, & mansi in solitudine.*

Ephes. 5.

Eccles. 24.

Ps 55.

10. Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus; Rachel plorans filios suos. Paulus de Palatio considerat, quòd Innocentes nato Salvatore occisi sint, non ob propriam, sed alienam culpam; non suam iniquitatem, sed Herodis crudelitatem. Quando vero ipsemet Salvator moritur, simul cum ipso in eadem societate duo latrones morti adjudicantur, non alienam, sed propriam culpam. Quid est quòd natus dies Domini & veneris sanguine sordantur humano? respondet incretam illam sapientiam per hoc nos docere voluisse,

voluisse,

voluisse quoddam tam innocentes quam nocentes vitam debeant deponere priorē, si vitam volunt vivere aternā; adducitque hunc Apostoli textum: Deponite vos veterem hominem, & induite novum, qui in iustitia & sanctitate creatus est, vetera abitura sunt, si nova debent fieri omnia. Non sat ergo nasci, sed oportet renasci; porro si renascendum, moriendum prius est; itaque confessio latronis in cruce pendens, latronem veterem exiit, & novum iustum effecit. Et ita sanguis, quem Innocentes effuderunt pro Christo, veterem deposuit Adam, novumque in illis Christum formavit.

21. Ploratus & ululatus multus. Porro huius tam amari plangētis rationem S. Paschasius his verbis reddit: Nam & vox sanguinis tantorum poterat silere super terram, cum vox sanguinis Abel ad Deum clamet de terra in cœlum? vox igitur in Rama dignè audita est, quia in eorum specie genus omnium, qui pro Christo passuri erant, figurabantur. Occiduntur infantes, dum Christus infans queritur, & in eisdem infantibus nascitur forma martyrii, ubi totius Ecclesie infantia mirabilis dedicatur, ex quo sensum membra corporis parantur Christo conformia, donec omnes in mensuram plenitudinis eius in virum perfectum ad aternitatem regenerati celerius occurramus. Huic conforme est quod Glossa hac de re ita scribit: *Figurat mors parvulorum passionem omnium Martyrum ab impiis posse periri, sed Christum ab eis non posse auferri.* Chrysologus quoque notabilem quandam observationem adducit in medium, ac proinde præmittit, dicens: *Hoc loco attendat auditor, attendat ut intelligat, martyrium non constare per meritum, sed venire per gratiam.* In parvulis quæ voluntas, quod arbitrium ubi captiva sunt & ipsa natura? de martyrio ergo demus totum Deo, nil nobis. Lucas Burgenis dicit per hoc nobis insinuari, quod in hoc casu nihil à nobis derogandum sit providentiæ Dei versus hos infantes, siquidem illos adeo crudeliter dilaniari permittit, ut cœlesti puerulo Jesu de omnimoda securitate & salute prospiciat: *Porro non fuit iniustus Deus, qui erepto puero Christo ceteros pueros, quos numero quatuordecim millia Misra Ethiopia desinit, tyranni cade reliquit: potest enim ad gloriam suam quibuscunque, ita ut voluerit Deus, uti; magnum verò his puellis beneficium præstitit, quos martyrii co-*

ronā insignes in aternitatis profectum transmissit.

13. *Vox in Rama audita est.* Dionysius Carthuianus ait: *Rama interdum est proprium nomen loci, interdum verò est nomen commune, & interpretatur excessum, sicque accipitur nunc.* Undè in Ieremia habetur: *Vox in excelsis audita est, lamentationes & plangētis, sicque potest intelligi, quia in cœlum coram Deo ascendit.* Rachel plorans. At vero dicit fortasse nonnemo: *Quomodo hodie Rachel plangens introducit, cum certum sit Rachelem tot scæculis antea defunctam fuisse, & ahundè quoque confleret, dilaniatos hocce parvulos non ad Rachelis, sed ad Liæ progeniem pertinuisse?* Ad hoc in primis Jansemus respondet: *Exaggerat etiam, ut hyperbolicè Rachel jam mortua dolentis affectu flere dicatur.* Albertus Magnus similiter in ea est opinione, quod hoc de Rachele per exaggerationem dicatur; dicit enim: *A corpore suo ibi sepulto & materno affectu dicitur plorare. Et est sensus; tanta fuit crudelitas, quod etiam mortui, si fieri posset, plorassent.* Utraque tribus, Judæ nimirum & Benjamin proximè inter se vicinæ erant, atque ideo, quia Herodes cruentam & miserabilem hanc stragem non solum in Bethlehem, verum etiam in locis circumvicinis institui iussit, ideo Rachel illos plangisse dicitur. Sed dices forsitan, quamnam habebat innocentes hocce deplorandi occasionem, quando ei ignotum minime erat per hocce homicidarum enses gloriæ ipsi fabricari coronas? Pro huius igitur dubii resolutione revocanda est in memoriam strages illa, in qua multis annis ante hanc eadem plurimi ex sua tribu oriundi in Gabaa crudeliter enecati sunt, idque propter causam adeo indignam, qualis erat viri cuiusdam carnalis, barbati & inhumani instituta defensio; hoc supposito dico Rachelem nunc non flevisse ob Martyrum horum innocentium gloriam, sed potius ob nimiam illorum infelicitatem. Ita S. Augustinus hisce verbis explicat: *Idèd filiis Liæ passis & occisis in Dei causa plangētum adimpletum Rachelis Evangelium testatur, quia tunc plus plangere filios suos cepit, quando filios sororis sue in tali causa vidit occisos, ut ad vitam pertineant; quia cum adversum aliquid evenit, ex felicitate alterius infausta sua miserum luget.* Accedit quod plangētis huius stragis non tam in filiorum, quam in parentum pœnam & supplicium redundat.

Gloss.

Iud. 20.

94, II.

VII.

vit. Unde Salmeron ita scribit : *Iuste puniuit amorem carnalem, & peccata parentum in re maximè chara, nempe filijs; ultus est enim insigne eorum scelus, quoniam parentes illorū Messiam suum inter istos natum ignorarunt, nec locum nascendi illi dederunt, quem tamen in eorum confusione & dedecus Magi è longinquo venientes adoraverunt, & donis cumulaverunt. Eisdem quoque parentes puniuit, quia Herodi natalium Salvatoris nostri locum manifestarunt, seque per certum adulationis motivum omninò perturbatos fuisse simularunt.*

14. Porro quod Herodem Regem attinet, hunc ex Evangelio scimus in perversis machinationibus suis miserè fuisse deceptum & illusum : *videns quoniam illusus esset à Magis.* Salmeron ait : *in quatuor scire permixtus est filios, nempe in Antipatrum, Aristobulum, Alexandum, quos privatis de causis interfecit, & in parvulum, quem habebat in Bethlebem.* Commentator quidam super Matthæum ita scribit *In Herode videre licet, in quanta miseria & cecitate*

versetur impius; agit, laborat, agit, furit, & tamen nihil proficit, quid aliud facit, quam quod se inutili labore consumit? Origenes ita de eo scribit : *deridere volens derisus est.* Etenim misus de cælo Angelus technas & fictionem illius clarè manifestavit. S. Fulgentius ait : *sanguis innocentium quem crudeliter fudisti, testatur, quid de puero voluisti.* S. Palschalius quoque ita scribit : *Angelus Domini quod Herodes dolose insiliando se promiserat eum adoraturum aperit; ex quo profecto liquet quod fraudes atque omnes doli nunquam laseant oculos divina Majestatis.* Chrysologus ambitionem illam maximè detestatur, ut potè quæ ipsum in excessum quandam adeo detestabilem prorumpere fecit; Dicit enim : *O ambitio quàm cæca semper, audierat natum Regem, quæsierat ubi, quando, unde, & ad quod, ast qualiter debuerat, non quæsiuit, & idè illum quoque non invenit, nec agnovit, neque tanquam verum Deum adoravit, sed in sua cecitate semper permanfit.*

Hom. 3 in
divers. in
Matt. loci.

Ser. de
Epiph.

Ser. 152.

Joh. Ferrus,

De illatis Herodi suppliciis in fuga Christi, & strage sanctorum Innocentium.

DISCURSUS SEXTVS.

Secessit in Ægyptum, & erat ibi usque ad obitum Herodis. Matth. 2.

I. **I**N eodem prorsus Evangelio, in quo fuga Christi in Ægyptum, & crudelis sanctorum Innocentium strages describitur, mors pariter impiissimi Herodis recensetur : *Et erat ibi usque ad obitum Herodis.* Porro valde notatu digna sunt verba illa, quibus S. mater Ecclesia post Epistolam Missæ in tractu utitur, nimirum : *Vindica Domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est;* Etenim hic tam copiosus tot innocentium sanguis vocem habuit sanguine innocentis Abeli fortius clamantem, & justam de cælo vindictam postulantem, prouti ex suppliciis diversis quæ super im-

pium tyrannum accumulata fuerunt, luce meridianâ clarius liquet.

2 *Usque ad obitum Herodis.* In Apocalypsi magna quædam visio hæc verbis recensetur : *signum magnum apparuit in cælo, mulier amictu sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim.* Porro per magnam hanc mulierem magna Dei mater intelligitur, quæ quidem parturiens introducit, ita tamen ut prope eam Draco quidam terribilis visus fuerit : *Draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium ejus devoraret, & peperit filium masculinum, qui vocaturus erat omnes gentes.* Paulo post verò dicitur : *Mulier fugit in*

Apoc. 12. 4.

Mansii Sanctuarij Tom. IV.

Ggg

Soli.

solitudinem, ubi habebat locum paratum à DEO. Verum enim verò, ecce tibi quoque hodie beatissimam Virginem unà cum divino partu gravissimis insidiis infestatam à Dracone quodam venenosissimo, sive ab astuto quodam serpente, Herode nimirum, ut cum *perisset filium, devoraret*. At verò quoniam putas adhibito remedio evasit? Ecce Angelus Domini assistit in somno Ioseph, dicens: *Accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Agyptum*. Quapropter in caelestibus iussis promptè ut par erat, obtemperant, ne ab aliis viderentur, aut observarentur de nocte surgentes, nocturnasque tenebras, viaeque solitarias ingredientes iram Tyranni evaserunt. Sed quid tandem de crudeli hoc Tyranno Deus statuit? *Projectus est draco ille magnus, crudelis ille Christi hostis à Deo reprobatus, inque perversis consiliis suis delusus & severè castigatus fuit, ut propheticum illud in eo adimpleretur oraculum: Draco iste quem formasti ad illudendum ei; siquidem id ipsum confessus fuit dicente Scriptura: Videns quoniam illusos esset à Magis.*

Ps. 103, 26.

3. *Projectus est*. In hisce verbis illa ob ejus malitiam & iniquitatem à Deo facta reprobatio exprimitur, de qua Chrysologus ita scribit: *Magister mali, minister doli, ira artifex, inventor sceleris, impietatis auctor, pietatis prae- do, inimicus innocentiae, hostis natura, malus omnibus, suus peior, pessimus sibi, quem Christus non ut evaderet, sed ne videret, aufugit*. Num fortè venenum in hoc dracone pestiferum magis desiderare valetis?

Ser. 152.

4. *Projectus est*. Ioseph Hebraeus infirmitatem quã barbarus hic Tyrannus mortuus est, hunc in modum recenset. Forinsecus quidem in sua perficie corporis temperato calore seditabat, intus verò haud secus ac si in furno positus fuisset conflagrabit. Fame quãdam adeo immoderata cruciabatur, ut quantumcunque manducasset, nunquam tamen inde satiari poterit; viscera ejus omni ex parte vulneribus laucia erant, è toto corpore humor quidam putridus egrediebatur, qui in eo à barba ad pedes usque deflu- bat, omnia corporis membra tumida habebat & putrescentia, vermibusque scaten- tia, foetor corporis ejus intolerabilis, halitus autem & respiratio oris ejus venenosa erat & pestilentialis; unde augures illius in fa- ciem ei dicere non dubitabant, DEUM illum

hisce accumulatis horrendisque infirmita- tum supplicis, in abominandarum iniquita- tum suarum poenam castigasse. Cum praescripto à Medicis ex mero pretioso oleo preparato balneo uteretur, cuncta ejus membra laxata, atque è loco suo debito disjuncta fuerunt, adeò ut ejus quoque oculi ex organo suo profihen- tes in maxillis haerent. Cumque mortem sibi jam jam imminere, seque spiritum mox exha- laturum esse adverteret, praecipuos Judaeorum ad se accersiri, eosque in locum quandam recludi iussit, ac tum Salome forore sua & Ale- xandro marito ejus advocatis dixit, quod ex quo indubitata fide ad se perlatum fuerit, Hebraeos singulares festivos applausus sta- tum post mortem ejus edituros esse, ideo ut dicta Hebraei etiam invitati funus ejus sive ca- daver ad tumulum elatum cum planctu & la- chrymis prosequi cogerentur, serò eis ma- dat, ut gentem armatam semper in promptu habeant, quae in sua mortis hora in cunctos ob- vios Judaeos irruat, horrendamque de omnibus stragem edat; Paulò post cum cultrum sibi ad pomum de orticandum dari postulasset, eun- dem sibi porrectum mox lethali cum vulnere cordi suo infixit, postquam paulò ante in con- spectu suo tertio genitum à capite ad calces us- que vivum excoriarì fecisset, quo mortis ge- nere tres quoque alios filios suos interimì jus- serat; Quid igitur nunc vobis videtur? Nun- quid sanguinem innocentum martyrum ad- versus ipsam Divinam justitiam provocasse, eorumque supplices gemitus quibus continuo clamabant: *Vindica Domine sanguinem sancto- rum tuorum, qui effusus est*, exauditos fuisse existimatis? optimè igitur Chrysologus dicit: *Caelum pulsans intrat profundum: in se vadit qui vadit in Deum, se occidit, qui vitam cona- tur occidere, quia capi non potest perditione sa- lus, occisione vita.*

Ser. 153.

5. Porro hæc quidem quoad supplicia, quae in hac vita ab impietate sua reportavit, dicta sufficiant, at verò quod alterius vitae poenas aeternas attinet, credere haud aliter possumus, easdem iniquitatum suarum excessu conformes futuras. Et quidem ut sanctus Augustinus notat, Herodes inprimis ante Tribunal altissimi quaqua ventum à Sanctis illis à se occisis pueris circuminctus compare- re debuit: *Invenies*, inquit sanctus Augustinus, *claram*

Ser.
SS.Ser.
Epi.Her.
div.
Ma.

Ser. 8 de
SS.

claram linguam, magnam vocem, mensuram perfectam, annis iuvenes candidatos in mensuram aetatis plenitudinis Christi fulgentes. Aetate quidem dilatati tacuerunt, inquit S. Augustinus, non contra te tacebunt iam in caelos glorificati: *Intraeat in conspectu tuo gemitus noster, vindica sanguinem nostrum, Deus noster.*

Ser. 5 de
Epiaph.

6. *Vindica sanguinem nostrum.* Et quidem unum ex severissimis supplicis, tum afficientibus fuit illa in cunctis saeculis duratura adeo inhumane Barbariae, adeoque inordinati furoris infamia perpetua. S. Leo ipsum Demonem appellare non dubitat, dum ait: *Herodes in diabolo fremit, & auferri sibi iniquitatis suae regnum in iis, qui ad Christum transeunt, ingemiscit.* In Diabolo fremit. Quidamenim vilis est esse Diabolus incarnatus; siquidem proprium est spiritibus infernalibus, ut se feros, truculentos & implacabiles exhibeant innocentiae persecutores. Orig. dicit, quod dum se à Magis illudum esse videret, nec posset ad condignam de illis vindictam sumendam assequi intentem, totum suum furorem in teneros hocce infuderit infantes: At verò audite & notate, quanam phraasi ejus contra hocce innocentes conceptam rabiem describat: *ut eos more canum, si fieri contigerit dentibus discerpisset suis.* at verò quia quoad Magos intentum suam assequi non potuit, eo quod hi ab Angelo fuerant praemoniti, ut per aliam viam redirent in regionem suam. Ieo solymam verò nequaquam repeterent, ideo *malitia canum rabidorum ad alios lacerandos conversus est, ut suae satisfaceret iracundia.* Idem quoque Origenes considerat, quod sicut canis quando à lapide in eum ab alio projecto percussus, se de projiciente lapidem vindicare nequit, projectum in se laxum dentibus mordet, *Non aliter Herodes sua praecipitatus iracundia solitoque insana sua mentis furore in infantium caede versatus & concitatus est.* Porro nulli de feris aut tygribus legitur, quod adversus teneros & lactantes ferocire soleant, prouti impius hic & inhumanus Tyrannus fecit. Unde Dionysius Carthusianus ait: *Malitia & passionum vehementia obtenebraverunt intellectum Herodis.* Considerabile quoque est turpe illud Epithetum, quod sancta mater Ecclesia eidem attribuit, dum illum stultum & insanum vocitat: *Exclamat amens; nam ut*

Hom. 3. in
divers. in
Matt. loc.

Origenes ait: *nefando furore caecus animus ejus Deum contemnit, justitiam abigit, misericordiam spernit; Et primo quidem Deum contemnit; Item si quantum illum Dei contempserit, videre volumus, considerandus nobis est Tyrannus ille per comparationem ipsius cum tribus Regibus orientalibus. Hi enim ob Messiae recens nati felicissimos natales gaudio pleni & festivi erant, ideoque relictis propriis Regnis in viam valde longinquam se receperunt: Herodes autem de hisce natalibus certior factus turbatus est, Magi divino huic infanti opulentissimos attulerunt thesauros; hic autem impiissimus Rex, nulli eadeo intentus est, quam ut ei ipsam quoque vitam eripiat. Illi Reges reverenter ipsam adorant, hic autem in fugam eum se recipere compellit. Illi proidentes adoraverunt eum, hic eum se adorare velle fingit: *ut & ego veniens adorem eum, quod tamen animo eum revera trucidandi dicebat; Quid sibi vult ista puerorum trucidatio?* querit sanctus Ecclesiae Doctor & Papa Gregorius; *Aut portendens signo fidem habes ut verò (id est stellae, quia Reges illi dixerant: vidimus stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum) aut quod rumor factus abatur, vanum putas? si talis est, qui caelos sibi faceret inservire, prorsus est supra manum tuam: si autem in potestate tua est, ut ille vel vivat, vel moriatur, frustra pertimescis.* Haud dubie ad illam Gregorii quaestionem aliud respondere non potest, quam quod crederet se illum posse à te depellere, ipsique Deo bellum movere, utique enim se illum per hanc universalem infantium trucidationem invenire, eique necem inferre posse, sibi persuasum habebat, at verò ut optimè S. Augustinus ait: *Nihil ergo egisti ferocissima austeritatis audacia, potes martyres facere, Christum non potes invenire, cujus haec ex Hilario Arelateni colligitur esse ratio dicentis: Fallitur furor Tyranni, Christum non potest invenire perfidia, Deus non crudelitate, sed credulitate quaerendus est.* S. Fulgentius sermone de Epiphania & Innocentibus superbum hunc Tyrannum acriter reprehendit, quod se ad hanc stragem intentandam ex regni sui perdendi metu induci permittat, dicit enim: *Inaniter invidendo timuisti successorem, quem credendo debuisti querere Salvatorem, quia si in eum crederes, cum eo regnares. & sicut ab eo accepisti**

Ser. 9. de
SS.

temporale Regnum, acciperes etiam sempiternum. Enimvero error & cæcitas eius in hoc consistebat, quod sibi filium Dei eo tantum sine de cælo descendisse persuadebat, ut hic regnaret & dominaretur temporaliter, inde namque nascebatur vehemens illa suspicio, quod ejus usurpaturus esset Regni diadema & sceptrum; at vero nequam intendebat, qui non eripit mortalia, sed regna dat cælestia. Nam ut S. Augustinus ait: Non ad hoc venerat Christus, ut alienam gloriam invaderet, sed ut suam donaret; non venerat ad potestates dignitatesque rapiendas, sed ad contumelias & injurias perferendas.

7. Injustitiam abigit, inquit ubi supra Origenes; e terra pariter & cælo in sempiternum abominabilem reddidit, qui conculcavit innocentiam & justitiam depressit. Quis enim unquam vidit, quod is qui innocentes defendere & justitiam sustinere & conservare debuit, totus & totaliter hujus depressioni, illorum verò crudeli neci fuerit intentus. Porro quodnam sit iudicis alicujus officium optimè Chrysologus hisce verbis ostendit *Audientes vocat, interrogat loquētes, negantes arguit, arguet reos, percellit socios, confocios carpit, adducit complices sententia dat de reos:* Hic autem oppositū omne exercetur, quia innocentes condemnantur, quorum lingua tacuit, oculi nihil viderunt, nihil audierunt aures, manus nihil fecerunt, & quibus actus nullus, unde culpa? Albertus Magnus, verba illa: Omnes pueros, optimè considerat, & dicit: *Ecce malitia generalitas, quia nulli omnino pepercit.* Ejusdem quoque Alberti est sequens illa observatio. *Quia magis voluit, quod multi innocentes perirent, ad hoc quod solus non evaderet, quem quarebat, quod est impietatis: pietas enim magis eligit, quod multi liberentur nocentes, quam quod unus moriatur innocens, quia nocentes liberati puniri possunt, sed innocens mortuus revocari non potest, sed iterius prædicta Origenis verba considerando progrediamur.*

8. Misericordiam spernit. Etenim eoque ferocitæ processit, ut etiam in semetipsum crudelis esse non dubitavit, siquidem licet Pater & filius eadem persona esse censeatur; ipse tamen etiam cuidam filio suo necem intulit. De Elephantæ naturales Philosophi scribunt, quod dum gregi alicui agnorum sit obvis, procul ab iis remotus permaneat, ne aliquid foras illis nocumen tum inferat; undè desumptum fuit Emblemata quoddam cum hac subnexa Epigraphe: *Infestus infestus.* Porro de hisce innocentibus canitur: Illi sunt

agni novelli, sequuntur agnum, quocumq; teris; longe igitur Rex ille impiissimus quavis terocissimâ terâ truculentior fuit. Ac proinde Albertus Magnus super verbum *Occidit*, merito dicit: *Ecce atrocitas, est enim Herodes de genere hominum illorum, qui vocantur Sap. 12. Necatores sine misericordia, & comestores viscerum hominum, & devoratores sanguinis; pueri enim innocentes propter teneritudinem dicuntur viscera hominum.* Hanc quoque Herodem inter & Pharaonem ponderat intercedere differentiam: Etenim hic præcepit: *Quicquid Masculini sexus fuerit, in flumen projecto, Herodes tamen vicit Pharaonem, in hoc quod quaesivit interficere Deum cælinatum Regem, Pharaonem autem diminuere populum Dei.*

9. Constantinus Magnus, dum adhuc paganus esset, omnisque notitiæ veri Dei expertus, audito medicorum consilio, asserentium pro ejus lepra curanda aliud non superesse remedium, quam ut balneum ingrederetur ex puerorum recens interfectorum effuso sanguine præparatū, cum jam de facto in ordine ad hunc effectum ingens puerorum ex variis mundi plagis congregata esset numerus, ad primum illorum conspectum ad misericordiam seu potius commiserationem affectus, omnes infantes illos benè præmiatos singulos in suam regionem & domum remisit, & illa infirmitate mori potius quàm sanari cupiens; quem proinde Deus hac Cæsare digna clementiâ permotus per sacrum lavacrum miraculosè sanavit, hanc videlicet ejus erga innocentes exercitam compassionem recompensare volens: Hic verò sacrilegus tyrannus, cum veram veri Dei religionem (qualis illa Hebraismi erat: *Notus in Iudæa Deus*) profitebatur ut à febris seu mania ambitionis suæ sanaretur, tot parvulos innocentes in proprii sanguinis lacu submergere & suffocare non dubitavit, tametsi crudelitas hæc effectum spei suæ totaliter contrarium operata fuerit, siquidem intra breve tempus regnum temporale pariter & æternum simul amisit. Albertus Magnus super illud verbum *Pueros*, dicit: *Ecce crudelitas, quia nec etiam innocentia atatis movet ad parcendum, cum tamen dicat Apostolus ad Rom. 5. pro bono, hoc est, pro innocente forsitan aliquis audeat mori (ut liberet, supple) iste autè interficit Innocentes omnes.* Chrysologus, qui circa idem verbum, impietatem ejus ponderat, ait: *Ad sinu matrum militum cogit castra, inter ubera arcem pietatis expugnat.*

10. At verò, Benedictus Deus, quod in per-

veris

Ser. 9.

Ser. 152.

Sap. 12.

Rom. 5.

verſis machinationibus ſuis fuerit deluſus *cadēs ipſe in laqueum quem tetendit*, inquit Chryſo-
logus, ſiquidem paulò poſt, vitam, regnum, & fi-
lios amiſit, cumque regnorum & Principum op-
timus cenſus ipſorum ſint ſubditi, ingentem illo-
rum numerum in hac ſtrage, & multo majorem
in futurum amiſit, ſiquidem per hanc ſuam bar-
bariem id obtinuit, quòd omnes matres ſterili-

tatis potius quàm fecunditatis deſiderio tene-
rentur, ne partus ſuos ejus denuò tyrannidi co-
gerentur ſubmittere. *Draco iſte quem formaſti
ad illudendum ei; ſiquidem tot inter funera im-
pune Chriſtus tollitur*, adeoque non ſolum il-
luſus fuit à *Magis*, ſed à providentia & juſtitia
divina irriſus.

D E

S. SYLVESTRO PAPA DISCURSUS QVINQVE.

DISCURSUS I. S. Sylveſter ſacerdotis magni titulum jure optimo meritus eſt.

DISCURSUS II. Sanctum hunc Pontificem voluntati & beneplacito Dei per
omnia perfectè correſpondiſſe oſtenditur.

DISCURSUS III. Gloria S. Sylveſtri, quam ſibi ex eo comparavit, quòd fluctuan-
tem Eccleſiæ naviculam ſuo tempore in ſecuritatis portum reduxerit, con-
ſideratur.

DISCURSUS IV. Summa ejus ſanctitas, quâ in honorum & dignitatum culmine
præfulſit, admirabilis eſſe oſtenditur.

DISCURSUS V. Exponuntur cauſæ cur Eccleſiæ huic adeo celebri & famoſo Pon-
tifici Evangelium, quod de Confefſoribus non Pontificibus legi ſolet, hodie
adaptet.

S. Sylveſter ſacerdotis magni titulum jure optimo meritus fuit.

DISCURSUS PRIMVS.

Ecce Sacerdos magnus.

1. **T**ametſi S. mater Eccleſia af-
ſumpti huius thematis no-
ſtri verba omnibus ſanctis
Confefſoribus Pontificibus
indifferenter adaptet, i la ta-
men S. Sylveſtro propriiſſi-
me, magiſq; ſpecialiter con-
venire præſenti diſcurſu videbimus: etenim mul-
ti eorum, qui Chriſti hic in terris vicarii fue-
runt, aduſque præſens ſæculum in virtute & ſan-
ctitate magni fuerunt, totumque Chriſtianiſſi-

mum, egregiis patratis facinoribus, operibusque
heroici illuminarunt: at verò iidem in conſpe-
ctu mundi huius, ſive in æſtimatione & venera-
tione humana contempti, & velut *omnium
peripſema* perſecutionem paſſi fuerunt; huius
autem Pontificis noſtri ſpecialis prærogativa
eſt, quod non ſolum cum omnibus aliis in
perfectiōe & in ſpiritu concertârunt, verum
etiam quod in conſpectu ſæculi huius ma-
gna in veneratione habitus fuerit, ſiqui-
dem DEUS: *Magnificavit eum in con-*

ſpectu Regum, & dedit illi ſacerdotium magnum. Porro Reges & Imperatores Petrum & ſucceſſores ejus omni conatu ſtuduerunt deprimere, contemnere, peſſimæque habere: at verò in hoc noſtro Pontifice omninò contrarium factum fuiſſe videbimus: hunc enim à terra hujus Principibus invenimus honoratum, & tamen eminenti vitæ ſanctitate conſpiciunt. Equidem ſapiens poſtquam dixiſſet: *Dedit illi ſacerdotium magnum*, protinus ſubjungit, *Et dedit illi coronam gloriæ*, quod huic Pontifici noſtro præ cæteris aptiſſimè congruit, ut potè qui primus fuit, cujus capitis vertex triplici fuit diademate redimitus. Unde Innocentius III in ſermone quodam de hodierno feſto, eodem hoc themate noſtro ulus ſcribit: *De dignitate præmittitur, Ecce ſacerdos magnus*, ſiquidem primus fuit, qui ad temporale domini ſpirituale poteſtati conjunctum admiſſus fuit, adeoque in ipſo adimpletum fuit, quod olim à S. Petro fuerat prædictum: *Vos genus electum regale ſacerdotium*, ipſi namque antè omnes alios imperialia inſignia ab Imperatore conceſſa eidem largitus eſt, *in ſuper totius Italia regimen & dominium donavit*. Ipſe, ut idem Innocentius tertius de eo ſcribit *ex auctoritate Pontificali conſtituit Patriarchas, Primates, Metropolitanos, & Præſules; ex poteſtate vero Regali ſenatores, Præfectos, Iudices inſtituit*, ſimiliter quibus in inſigniis Romani Pontificis denotetur poteſtas demonſtrat, ita ut ſimul ſit vicarius Chriſti in terris & Princeps temporalis: *Romanus Pontifex, inquit in ſignum Imperij utitur Regno, & in ſignum Pontificis utitur mitrà.*

2. *Sacerdos magnus*, Porro ipſum hoc titulo digniſſimum fuiſſe reperiemus, ſi textum Eccleſiaſtici, unde titulus ille deſumptus fuit, attentius conſideraverimus. Dicit igitur Eccleſiaſticus: *Simon Onia filius ſacerdos magnus*; ſed quamobrem illum hoc titulo decoravit? *Qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroboravit templum*. In annalibus Eccleſiaſtici templum DEI antè Sylveſtrum propter truculentas Imperatorum perſecutiones omninò vacillaſſe, proſuſque dejectum & depreſſum fuiſſe legimus, tandem verò ſanctus Sylveſter electus eſt ad Pontificatum, ut eſſet vacillantis Eccleſiæ ſolida, fortiſque columna. *Corroboravit*

templum, quia per admirabilem ſapientiam & doctrinam ſuam multos confutavit errores, multaque hoc ſine celebrando concilia hæreſes diverſas extinxit; promptum quoque ad ſanguinem & vitam pro fidei deſenſione, ſi opus eſſet, prodigendam animum exhibuit, dùm Hebraiſmi ſe obſtinationi oppoſuit. Denique Conſtantinum Imperatorem ad Chriſtianam religionem convertendo ſuffulſit domum, dum per illum Eccleſiæ quæ ſuperioribus ſæculis tot fuerat perpeſſa oppreſſiones, planè reparavit ruinas, hunc namque totius univerſi Monarcham ad fidem Romano-Catholicam univerſaliter promovendam, ad deſtruenda ſana Idolorum, ad diruenda falſa perſidorum numinum ſimulachra, denique ad altaria & Eccleſias Deo & Sanctis, ſpecialim verò ſancto Petro, ſancto Paulo, & ſancto Joanni in Laterano, & multas alias erigendas induxit. Unde clarè & perſpicuè videtur, qualiter longè ampliori jure, quàm filius Oniæ magni glorioſum titulum commeruerit.

3. *Sacerdos magnus*, ob heroicum ſui ipſius contemptum, quem vel maximè in eo exhibuit, quod ad pontificiam dignitatem acceptandam adeò invitus, ad eandem verò deponendam & deſerendam pronus atque propenſus, idque vel maximè eo tempore, quo Eccleſiæ navicula, cujus moderabatur temonem maximà truebatur fortunæ ſerenitate, & tranquillitate. Sanctus Bernardus circa illa Saulis verba: *Nunquid cum parvulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus eſt inquit, hoc idem eſt ac aperte dicat: Magnus fuiſti, quia deſpectus tibi*. Quam igitur aptè ad propoſitum noſtrum de noſtro Sancto dici potuit, quod ſit *sacerdos magnus; Magnus fuiſti, quia deſpectus tibi*: ſe etenim ſupremo illo miniſterio indignum exiſtimavit, cum tamen eodem, uti de illo optimè meritis, digniſſimus eſſet. In Menologio græco de illo ſcribitur: *Propter ſummum virtutis gradum deſuncto Melchidae creatus eſt, &c.* ſed cum ſolum triginta eſſet annorum, ab illa ſe electione ob ætatem nimis juvenilem ultro ſubduxit. *Qui autem ferebant ſuffragia, quoniam ille non currebat ad Magiſtratum, imò verò eum modis omnibus repellebat, eum magis ei ſuis mandabant ſuffragiis, Deſpectus ſibi, quia cum per nobilitatem, ſapientiam & divitias, maximè verò per ſanctitatem aliaſque qualitates*

hitates raras & amabiles summè esset conspicuus, indeque sibi omnium etiam barbarorum atque gentium conciliaffet amorem, hæc tamen omnia laudum & virtutum suarum insignia quoad poterat, occultabat, totum se humilitatis exercitiis dædicando, siquidem fugitivos à persecutione Christianos domi suæ liberali excipiebat hospitis, eisdemque sedulo serviebat, pedes eorum lavando, atque in quovis vitio quantumlibet vili eisdem ministrando; id quod etiam in Pontificatu constitutus continuabat, licet status ille tam esset per potestatem & imperium sæculare eminenter sublimis, prout Dionysius Carthusianus advertit dum ait: *Quantò plus solito potestate & divitiis eminebat, tantò copiosius misericordia opem adimplevit.*

Ezech. 3. 5. 4. Deus quondam per Ezechielem ait: *ut adamantem & ut silicem dedi faciem tuam, ne timeas: sed admirabilis est hæc adamantis & silicis combinatio: Quanam enim inter silicem, qui pedibus calcatur, & adamantem qui coronis imperialibus innectitur, & tanquam gemma inestimabilis in digitis portatur, potest esse proportio? Nimirum silex percussus & pedibus calcatus & prostratus apud unumquemque adversitatum, ignominiarum & contemptuum certissimum est symbolum, adama autem signum est honorum & dignitatum: Ac proinde quando DEUS Propheeta dixit *ut adamantem & ut silicem dedi faciem tuam, ne timeas*, idem fuit, ac si eadem dixisset: Cave sis ne inter adversa multum formides, neque inter prospera & fortunam efferraris: si quidem tibi daturus sum virtutem, quâ possis cavere, ne ab illis deiciaris, nec decipiaris horum lenociniis; Estque hæc virtus illa, quam sanctus Thomas tantoperè aestimabat, nimirum: *inter prospera & adversa non desistere.* Enimverò verè DEUS noster sancto Sylvestro dicere poterat: *ut adamantem*, & *ut silicem dedi faciem tuam*: quia reverà primò faciem ejus dedit ut silicem, quia primò in procinctu fuit ut afficeretur martyrio, adeò ut ei in montem Soracten se abscondere opus fuerit: postea vero dedit eum in adamantem, quando videlicet in promptu ei fuerunt voluntaria totius mundi obsequia, tantanque à totius mundi Monarcha venerationem habuit, ut is depositum è vertice suo Regnum mundi, ejus*

capiti imposuerit, & Regnum Pontificium efficerit: Et tamen inter hæc orania ne timeas, neque enim unquam fuit in aliquo perdenda vel diminuendæ sanctitatis suæ periculo. Enimverò dum sancti Sylvestri vitam accuratè perpiciemus, inveniemus quod decem integris annis fuerit instar silicis, quia communes omnibus aliis persecutiones sustinuit: at vero reliquis duodecim annis instar adamantis resplenduit, dum ab Imperatore, & omnibus aliis mundi potestatibus magna cum reverentia honoratus fuit.

5. *Magnus quia despectus sibi.* Comminatus illi fuerat Tarquinius præfectus, quod nisi sancti Timothei facultates (quas ipsum habere existimabat) ei in manus consignaret, sacrificaretque idolis, futurum sit omnino, ut *tuum corpus consumam*, omni genere suppliciorum; Ex quibus tamen minus nec quicquam turbatus, aut ullò timore correptus fuit, quia seipsum despiciebat, neque ullo affectu in hanc vitam continuanda perpendebat. Quando Constantini Imperatoris jussu è monte Soracte, in quo hæcenus absconditus delituerat, evocabatur, se ad martyrium subeundum evocari existimans, vultu sereno ad suos conversus, eisdem dixit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*, in sacris canticis reluctancia illa describitur, quàm anima illa à Deo non semel tantum, sed ter vocata & invitata, in præstanda Deo vocanti obedientia exhibuit: etenim sponsas illam quidem hisce verbis interpellavit: *Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni.* Sed ubinam est illa, quàm Deo vocanti debet obedientiæ promptitudo? Gylliberus abbas ait: *Mora hæc non est contumacia, sed cautela: forsitan sponsa mora festinationem nostram arguit, qui nimis prompti & parum providi, vires nostras minus pensantes festinamus ingredi in labores pralationis.* Ex quibus verbis constat animam illam eo præcipuè sine à cælesti sponso vocatam fuisse, ut regni diademate redimita Regina dignitatem subiret, ac proinde nil mirum, quod tantoperè sese invitum ostenderit. Verum quidem est, sanctum Sylvestrum ab Imperatore Romam vocatum promptissimè relicto monte Soracte eo concessisse, eo tamen animi promptitudo inde oriebatur, quia videlicet se ad coronam martyrii, non vero ad

Cont. 4. S. 1

diadema & regni Pontificium consequendum abire existimabat, quod vel maxime ex vehementi illa reluctantia quâ supremum illud ministerium lubire detrectabat, haud obscure colligitur. Unde illa sancti Hieronymi verba illi merito adaptare possumus: *Querebatur se ferre non posse, & juvenilem aetatem incongruam sacerdotio querebatur, sed quanto magis repugnabat, tanto magis in se studia omnium concitabat, eoque dignior erat, quo se clamabat indignum.*

*Ad Heliod.
de Epitaph.
Nepotia.*

Epist. 5.

6. Sacerdos magnus. Seneca scribit: *Magnus ille est, qui fictilibus sic utitur quemadmodum argento; nec ille minor, qui sic argento utitur, quemadmodum fictilibus.* Et alibi idem dicit: *Magnus ille est, qui in divitijs pauper est, & pariter suis in proverbis ita nos docet; Nihil magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens.* Constat verò sanctum Sylvestrum ab eo, qui totius terræ Monarcha erat, adeò fuisse abundanter locupletatum, tantaque cum munificentia suos in eum thesauros profudisse, ut Historia vitæ ejus dicat; *videbantur fores utriusque India ei patuisse, orientalis & occidentalis, suosque thesauros illi assatim effudisse.* Et tamen quis est ita rerum ab eo gestarum ignarus, qui quam sobrio, temperanti, atque ab omni vanitate alieno animo inter hosce thesauros vixerit, ignoret. sanctus Bernardus ad Eugenium qui ad pauperula cella sua ad vaticani palatia transierat, ita scribit: *Magnus cui praesens felicitas si arrisit, non irrisit.* Beatissimus autem hic Pontifex noster tametsi liberum habuerit totius Italiæ dominium, *Hanc tamen donationem sanctissimus Pontifex singulari modestia usus neglexit* Et in hoc dignitatis & divitiarum culmine constitutus non solum in sua sanctitate nihil defecit, verum etiam eandem miris incrementis adauxit. Unde de eo mortijam vicino Historia vitæ ejus ita dicit; *Cum esset sanctitatis, sanctæque factorum, & virtutum admirandarum laude clarus.* Optimè igitur verba illa ei conveniunt, quas sanctus Hieronymus sancto Hilarioni attribuit, dicens *Mirantur alii signa qua fecit, mirantur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem, ego nihil ita stupeo, quam gloriam illum & honorem calcare potuisse:* Inter omnia etenim miracula ipsius, verè maximum fuit, illa ejus in humanæ felicitatis culmine positi summa humi-

*lib. 2. de
Consid.*

litas atque modestia. Sanctus Hilarius lib. adversus Constantium Augustum, nonnullorum Christianorum refert querelas, quibus se in aula Imperiali eo sine sublimatos, & dignitatibus excultos esse lamentabantur, ut illos per easdem à fidei Catholica professione seductos, sectam cogeret Arrianam completi, existimando medium hoc ad illum finem longè esse potentius, quam esse possint intentatæ illis minæ & supplicia: *Pugnatus contra persecutorem faventem, non tradit carceri ad libertatem, sed intra palatium honorat ad servitutem; non caput gladio defecat, sed animam auro occidit.* Verùm quidem est quod Constantinus sanctum hunc Pontificem non honoraverit intendens per hoc aliquod Religionis nostræ præjudicium, sed potius majus fidei nostræ augmentum, negandum tamen non est, quin subita illa locupletatio, & dignitatis amplitudo viro terræ cavernis & catacumbis alluero, atque in falsis & procellosis persecutionum aquis vivere solito & nutritio vehemens admodum fuerit perversionis tentatio. Hæc igitur ejus exaltatio verus quidam lapis Lydius fuit probandi spiritum ejus, quod scilicet nullum in aquis hisce dulcibus passus fuerit naufragium; nam teste sancto Augustino: *Mundus iste periculosior est blandus, quam molestus.* Enimverò quod Eliseus à sanctissimo magistro suo Elia Propheta spiritum poposcit & prætenderit duplicem, dicendo: *Oro ut fiat in me spiritus tuus duplex,* in hoc jure merito excusandus censetur, ob rationem quam de eo reddit sanctus Augustinus dicens; *Eliseus cum magno honore & sæculi dignitate virtutum & prophetia donum habuit quod Elias profugus & persecutus in montibus & speluncis degens, ejectus ab hominibus retinebat.* Idem quoque nos de sancto Sylvestro asserere posse videmur; Nimirum nequaquam mirandum esse quod sanctus hic Pontifex adeo eminens sanctitatis & perfectionis lucrum sibi comparavit, in cavernis montis Soractis, ad mortem usque persecutionem passus, quin potius quod in supremo omnium regnorum Dominio, in tot tantisque divitiarum thesauris, in obsequiis & honoribus sibi ab universo mundo delatis sanctus nihilominus & humilis permanferit, hoc est quod merito in ipso obstupesco. Quod alii sancti Pontifices ejus

Ep. 144.

4. Reg. 29.

*lib. 2. de
Mirab. sacra script.*

prædecessores inter tot favas persecutionum procellas humiles & sancti permanserint, quid mirum? siquidem horum sanctitate in hoc terræ prosperitatis lydio lapide vix unquam probati fuerunt.

7. *Sacerdos magnus.* Ob insignia & heroica opera ab ipso pro majori Ecclesiæ stabilimento ad perfectionem usque deducta, Plutarchus de Pompeio ita scribit; *Romanorum præcos, non solum, qui præclara confecerunt bella, sed etiam eos qui rempublicam consilio virtutibusque decorarunt, magni cognoimento sæpè exornavisse.* Inter omnes Pontifices paucos invenimus, qui consilio & legibus suis Dei Ecclesiam adeo ex-

ornarint, quemadmodum sanctus Sylvester fecit. Quot enim ejus tempore fuerunt vel erecta, vel exornata, vel dotata templa? Ejus vigilantia & pastoralis sollicitudini concilium Nicænum in acceptis ferendum est, fortissimum illud orthodoxæ fidei nostræ propugnaculum: Quot Canonibus, decretis, & constitutionibus veram in Clerum disciplinam ecclesiasticam insinnavit? *Huic caelesti prudentia, qua Ecclesiam administrabat, insignis vita sanctitas, & benignitas in pauperes respondit.*

Sanctum hunc Pontificem voluntati & beneplacito Dei per omnia perfectè correspondisse testatur.

DISCURSUS SECVNDVS.

In diebus suis placuit Deo, & inventus est justus.

I. **E**Logium, quod Spiritus sanctus quondam per os Ecclesiastici Enoch justo attribuit, sancto Sylvestro propriissimum existit: cum enim navicula Petri jam à trecentis retrò annis inter horrendas persecutionum procellas mirum in modum jactata & conquassata fluctuasset; tandem ab hoc Pontifice Deo adeo accepto & grato, in eo quo vixit, illiusque clavium tanquam Navarcha gubernavit, sæculo, in felicem tandem tranquillamque portum perduxit, mare hæcenus per exciratos à Christiani nominis persecutoribus ventos & tempestates turbulentum & procellosum compefcendo, & altissimæ quieti restituendo.

2. *Placuit Deo.* De Josepho patriarcha Moyse scribit, quod præ aliis fratribus suis unicè fuerit à patre suo dilectus: *Israel autem diligebat Joseph super omnes filios suos, eò quòd Mansi Sanctuarii Tom, IV,*

in senectute genuisset eum. Septuaginta legunt: *Eò quòd filius senectutis esset ei.* Nonnulli Rabini apud Abulensem ita legunt: *Eò quòd esset loquens senectutis.* Denique Chaldaeus legit: *Eò quòd filius sapiens esset ei.* Idem quoque sanctissimus Patriarcha è carceris catenis atque compedibus ad Ægypti sceptrum thronumque regum exaltatus fuit: *Ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Enimverò videtur mihi nisi forte fallor, quòd si omnes Pontifices, qui à S. Petro Ecclesiam gubernarunt, usque ad S. Sylvestrum benè consideremus, verè dicere possumus, quòd Deus S. Sylvestrum præ cunctis aliis fratribus sive prædecessoribus suis ampliori fuerit dilectione prosecutus, eò quòd illum etiamnum in juvenili ætate constitutum maturà prudentiâ, gravitate senili, & rarâ perfectione exornavit; undè cum trigessimum superasset annum, ad augustissimum hoc supremumque munus electus fuit, postquam hæcenus ob hospitio

Hhh

suo

29.
de
sua
ipt.

suo receptum S. Timotheum martyrem, in teterimo carcere detentum fuisset, imo in procinctu steterit, ut & ipse cum aliis afficeretur martyrio, propter quod in montem Soracten se subduxit, undè postea sublatus fuit, ut cum summa Dei, Ecclesie, & suamet propria gloria à Constantino Magno ad summum terrenam dignitatis apicem exaltaretur, implereturque ad literam, quòd de carcere ceterisque interdum quis egreditur ad regnum; ab ipso namque illa Pontificie coronationis augusta ceremonia primum accepit exordium, nimirum quod vertex vicarii Christi Pontificio regno exornetur.

3. *Placuit Deo.* Sanctus Augustinus optimè nobis declarat, quisnam ille sit qui Deo magis placet, ejusque voluntati & beneplacito magis aridet, dum ait: *Ille placet Deo, cui placet Deus.* Jam vero certum est, quòd sancto huic nostro Pontifici præter Deum nihil placuerit. Undè certo scimus quòd in toto vitæ decursu, in nulla unquam re mundana gavissus fuerit, quin potiùs à primis vitæ annis divino fuerit sermone dedicatus, totum se misericordie tum spiritualis, tum corporalis operibus impendendo. Ex quo Salvator coram omnibus protestatus fuit his verbis: *Quamdiu uni fecistis ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis;* plus certè sanctus Pontifex noster præstitit, quippè qui sæpenumero ipsummet Christum inter alios hospites, quos continuo tanta cum charitate & liberalitate domi suæ excepit, ejusdem domus suæ honoravit hospitium. *Cum jam superasset adolescentiam, erat præ ceteris deditus virtuti hospitalitatis, & quos offendebat Romam ex externa venientes regione, eos hospitio libenter excipiebat, eis mensam hilariter apponens, & aquâ illorù pedes abluens: Placuit ei Deus,* quia divinum ejus culum cum summo decore & beneficentia conjunctum adeo dilatavit, amplavit, & splendescere fecit, ut intra breve tempus basilica Constantiniana supellectile quadam adeo pretiosa locupletata fuerit, ut pretium illius ad duarum millionum, & ducenta octoginta quinque milia scutorum aureorum valorem ascenderit.

4. *Placuit Deo.* S. Ambrosius de Enoch ita scribit: *Propter devotionem raptus ad caelum terrena malitia virus evasit;* atque ideo Spiritus sanctus de illo ait: *In diebus suis placuit Deo.* Idiplum quoque de sancto Sylvestro ad literam asserere possumus; terrenæ malitiæ

virus evasit; siquidem terrenæ felicitatis veneno se inquinari aut infici minimè permisit. Petrus Hieremias in quodam sermone de hoc festo scribit, quòd eodem tempore, quo Constantinus Ecclesiam per temporale dominium adauxit, & locupletavit, hæc de celo vox audita fuerit: *Hodie effusum est venenum in Ecclesiam Dei.* Hoc autem venenum sanctus hic Pontifex à se profligavit, quò minus nocere posset. Fuit nonnemo, qui florem pro corpore Emblematis sibi elegit, in cujus foliis hinc picta erat venenum indè eliciens aranea, indè verò mellis fabricatrix apis mel exugebat; symboli verò loco hæc erat subscripta epigraphe: *Hinc mel, indè venenum.* De hoc autem Pontifice verè dicere possumus, quòd quasi apis argumentosa Domino inservis; siquidem ex altissimo illo iupremæ dignitatis culmine, in quo positus erat, non solum devotionis & vitæ perfectæ elicere noverat; verùm etiam noxium illud terrenorum bonorum toxicum in paradisiacum sciebat nectâr convertere, dum exindè in continuos humilitatis, mortificationis, cunctarumque aliarum Christianarum virtutum actus magis magisque continuo effervescebat.

5. *Placuit Deo.* Communiter illi, qui hominibus per omnia placent, eorumque sibi benevolentiam accipere norunt, Deo placere non solent. Undè Apostolus ait: *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.* Quod tamen in sancto Sylvestro minimè locum habet; siquidem is sibi tum Dei amorem, tum etiam hominùm benevolentiam adeo vehementer conciliavit, ut non solum Catholici, sed & pagani & hæretici ipsum semper summa in veneratione habuerint. Idem quoque sanctus Paulus tandem modum docet, quò quis Deo pariter & hominibus placere possit, dum ait: *Per omnia omnibus placeo, non quarens quod mihi utile est;* ubi sanctus Augustinus ita scribit: *Subjungit quare hominibus placeret, non quarens, inquit, quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant, placebat hominibus propter istorum salutem.* Idem quoque sanctus Doctor textum illum: *Hominibus placentes, hæc Glossa illustrat;* potest homo homini utiliter placere, si propter Deum placeat, id est, ut Deus placeat & glorificetur. Porro de sancto Sylvestro specialiter agitur, quòd peculiariter sibi apud omnes benignissimam amabilitatem

In Ps. 32.
conc. 2.

Matth. 25.
40.

Surinus.

De sermo.
Dom. in
monte.

tem & benivolentiæ affectum conciliavit. Unde Dionysius Carthusianus ait: *Tertia ejus excellentia extitit magna & gloriosa amabilitas ejus; tanto siquidem naturalium ac gratuitorum donorum decore fuit perfusus, quod non solum à Christianis, sed etiam à Gentilibus & à Judæis miro amabatur affectu.* Hanc autem personæ suæ amabilitatem ipse ad lucrum ordinabat annuarum. Unde sanctus Augustinus in persona sancti Pontificis dicere velle videtur: *In hac opera quæ hominibus placeo non hominibus, sed Deo placeo; quia non hoc appeto sed ad id refero, ut me imitentur, quos salvos fieri volo.*

6. *Placuit Deo.* Alii legunt: *Ad omnem placentiam.* Sanctus Ambrosius vero legit: *Ad omne placitum.* Enimvero sanctus hic noster Pontifex adeo ad vitam & mortem indifferens erat, ut sanguinem suum carnificum ferro mediante fundere ardentem desideraret, immo cum à Constantino è monte Soracte, ubi hæcæus latitaverat absconditus, evocaretur, ut ab eodem exaltaretur & honoraretur, ipse se ad martyrii palmam evocatum esse ratus, tanto cum jubilo vocantem est secutus, ut ad suos dixerit: *Ecco nunc dies salutis;* nam ut Baronius ait: *Credidit se ad martyrii coronam evocari;* verum quod longe majorem admirationem meretur, hoc est, quod videlicet eandem prorsus conservavit in advertis, quam in prosperis indifferentiam; ideoque in ipso verificata fuerunt verba sequentia: *Placuit Deo & inventus est justus;* quia non contristabit justum quicquid acciderit ei.

7. *Placuit Deo.* Dionysius Carthusianus in hæc verba scribens, eaque de Enoch interpretans, prout ante ipsum Ecclesiasticus, ut visum est, intellexit, ita de hoc sancto viro scribit, quod videlicet Deus illum ad judicium finale præservavit, ut pariter cum Elia Antichristo se opponeret: *Et ab ejus perfidia evasit plebem Judæorum & gentilium, eosque salubriter informet.* Pari quoque modo dici posse videtur eandem Dei providentiam à tyranni gladio sanctum Sylvestrum reservasse, ut sub ejus Pontificatu illa sub multis Imperatoribus ad imitationem Christi fidem & Ecclesiam Christi deprimeret satagentibus continuata adversus fidem persecutio finem acciperet, necnon ut per admirabilem sapientiam

suam, sanctissimæque vitæ suæ exempla, atque patrata diversa miracula non solum multos gentiles, verum etiam multos Hebræos ad Orthodoxam fidem converteret, prout demum re ipsa factum fuit; quando se unâ cum Concilio Nicæno adversus Arianæ aheretice hæresarcharum hæreses fortiter opposuit, prout in illius temporis annalibus videri fufius poterit.

8. *Placuit Deo.* Ad hæc facienda est reflexio ad id, quod de eodem Enoch dicitur: *Ambulavit cum Deo;* quibus verbis innuitur Enoch Deo in tantum placuisse, in quantum ad vitæ perfectionem studiosè contendit; hoc enim innuitur per verbum illud, *ambulavit: Ambula coram me, & esto perfectus.* Idem quoque in sancto Sylvestro adimpletum fuit: *Et inventus est justus;* nam ut sanctus Chrysostomus verba illa: *Nisi abundaverit justitia vestra plus quàm scribarum & Pharisaorum, &c.* explicans, dicit: *Iustitia est omnis virtus.* Apostolus quoque postquam dixisset: *Dignè Deo per omnia placentes;* paulò post, qualiter Deo in omnibus placere valeamus, breviter declarat, dicens: *In omni opere bono fructificantes.* Quod sanctus Sylvester perfectè adimplevit; nam sanctissimus hic Pontifex in omni virtute resplenduit; ideoque illi pulcherrima illa Eusebii Emisleni ad sanctum Maximum directæ verba applicare possumus: *Qui cum à prima ætate novis virtutibus usque ad finem quasi semper inceperit, inter ipsa primordia consummatus apparuit.* Dum enim in triginta annorum ætate constitutus esset, ex communi Cleri & populi consensu in magnæ necessitatis tempore dignissimus judicatus fuit, qui adeo sancto Pontifici, qualis Melchiades fuit, in summo Pontificatu succederet. Quamvis non fuerit idem suis ipsius de se judicium, quia huic electioni haud secus ac si ad euses & ignes raptaretur, summâ animicontentione est reluctatus; unde historia vitæ ejus dicit: *Licet in virtus ac renitens Ecclesia moderationem suscepit.* Porro hanc humilitatem, quæ cunctarum aliarum virtutum basis est & fundamentum, ut tanto magis in se conspicuâ redderet, tunc vel maximè exhibuit, quando in sublimi Papatûs culmine constitutus erat; imo vero quando Constantinus Magnus Imp. dominuâ ei temporale, & thesaurorum

Gloss. 1.

An 324.
n. 38.

Iudoc.
Clicht.

attribuit ingentem abundantiam, in ejusque caput imposuit Diadema imperiale aureum distinctum gemmis, ipse illud aspernatus est; Phrygia obvolutum & candido contentus fuit.

9. Cum Deo ambulavit, quia Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hac autem charitatis exercitatione sanctus Sylvester praeclarus fuit, potuitque cum Job dicere: *Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, quia ab infantia mea mecum crevit miseratio.* Unde Dionysius Carthusianus ita de eo scribit: *Cum esset adolescens, nequaquam vanitatibus & concupiscentiis, quibus illa aetas pollui solet, fuit intentus; sed Deum habens praeculis, cuncta misericordia operibus insistebat: sic Tobias ab infantia in virtutibus educatus est, & in operibus misericordia exercitatus.*

10. Vera & perfecta charitas non habet conditionem, ex qua specialiter dignoscitur, quod nihil omnino, imò ne ipsam quidem mortem timeat: *Perfecta charitas foras mittit timorem, fortis est ut mors dilectio.* De S. Sylvestro autem virtutis ejus attestatur historia, quod tyrannorum crudelitatem non extimescens, Timotheum, qui ad martyrium passim quaerebatur, domus suae exceperit hospitio, eidemque post perperum martyrium sepulturae beneficium praestiterit, tamen ipsi minimè ignotum esset, quod per hoc libi Tarquian tyranni omnia illi committentis

supplicia esset conciliaturus, *Sanctus Sylvester cum gaudio liberatus est carcere à Christianis, quibus tam impavidè fidei confessione coram persecutore magnam adjecit animi constantiam, ad eandem fidem imperterrito corde sustinendam, suoque exemplo plures animarum ad martyrium; zelus ipsius in salute animarum procuranda ardentissimus fuit: unde non tam successor cathedrae, quam zeli S. Petri dicendus est. Cujus sedis vel potius zeli & ardoris fuit successor.* Praeterea modestia & temperantia, quam in lummo residens dignitatum humanarum apice, mirabiliter in eo eluxit, prout deinceps in aliis Discursibus videbimus. Denique in tot haereticorum & paganorum conversione, in tot tantarumque haereseum suppressione, in conditis tot decretis, canonibus, conciliis, quibus Christianam stabilivit religionem, ejus replenduit doctrina & sapientia, *Copiosissimus fructus praesidentia sua in Papali officio, inquit Carthusianus; fuit etiam aspectu angelicus. sermone facundus, Catholicus, consilio providus, opere sanctus, spe patientissimus, charitate omnium plenus, ac tandem ipsum in omnibus virtutibus operibusque suis Deo placuisse concludit: Potest itaque dici de ipso, quod primo Regum fertur de Samuele, quod scilicet tam*

*Deo quam hominibus
gratus fuerit.*



Gloria S. Sylvestri, quam sibi ex eo comparavit, quòd fluctuantem Ecclesiæ naviculam suo tempore in securitatis portum reduxerit, consideratur.

DISCURSUS TERTIVS.

Et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

I.

Quisquis calamitosissimo-
rum temporum, quæ pri-
mis tribus sæculis post Ec-
clesiæ illius: *Quam æ-
quisiit Christus sangui-
ne suo*, erectionem elapsa
fuerunt, adæquatum sibi
vult formare conceptum,
Annales legat Ecclesiasticos, in iis namque
quantum afflicta & persecutionibus exagitata
fuerit, faciliè videbit, fatebitur libenter, tempus
illud merittimo jure dici potuisse *Tempus ira-
cundiæ*, Deo nimirum permittente, ut procel-
losæ tyrannorum undæ Petri naviculam tan-
tum non absterberent, atque submergerent,
tametsi reverà *porta inferi non prevaluerint
adversus eam*. Etenim navicula prædicta usque
ad quarti sæculi principium, à novem turbulen-
tissimis ventis continuo agitata fuit, videhæc à
Nerone, Domitiano, Trajano, Marco Aurelio,
Severo, Maximino, Decio, Valeriano, & Diocle-
tiano Romanis Imperatoribus. Innocentius III.
in sermone quodam de hoc festo scribit: *Vsque
ad tempus ipsius tanta Paganorum contra
Christianos esserbuit verecundia, quòd tan-
quam oves occisionis mactabantur, ubique la-
pidati sunt secti sunt, in occisione gladii mortui
sunt. Circuierunt in melioribus & in pellibus ca-
prinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus aignus
non erat mundus: sed per beatum Sylvestrum
reconciliati sunt Christiani Paganis, quia ba-
ptizato piissimo Principe Christiano tranquil-
litas & libertas est Ecclesiæ data. Ex tunc cœ-
pit Ecclesiæ, & impleri vaticinium Isaia dicen-
tis ad ipsam: *Leva in circuitu oculos tuos, &
vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi.**

*filij tui de longè venient, & filia tua de latere
surgent, & in laudem hujus Sancti mox conclu-
dit: illius verè vicarius, de quo dicit Apostolus:
Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi,
& posuit in nobis verbū reconciliationis. Scien-
dum est autem, quòd Christianismus etiam ali-
quanto tempore priusquam Magnus Constanti-
nus Ecclesiæ & Deo reconciliaretur, nonnihil
respirare cœperit, videlicet à tempore, quo pri-
mitus in Petri throno sedere cœperit: refert e-
nim Cardinalis Baronius, quòd Maximinus ty-
rannus ille truculentissimus primo Sylvestrini
Pontificatus anno post illam à Licinio perpes-
sam cladem, illam sibi ideò evenisse confessus
fuerit, quia nimirum in Christianos nimium de-
faviebat; ac ptoindè ab illo tempore pro illis,
quia antea ne quidem in terræ antris & spelun-
cis securi nequaquam erant, favorabiles promul-
gatæ fuerunt leges, ac paulò post in ors ejusdem
subsecuta fuit, sic ergò cum Maximinus, qui ex
reliquis omnibus pietatis hostibus pessimus planè
fuit, è medio sublatus esset, Ecclesiæ gratiâ Dei
omnipotentis ab ipsis fundamentis denud adifi-
cata fuerunt, & non solum verbum Christi suū
splendorem, ad gloriam Dei rerum omnium mo-
deratoris longè latèque profudit, majoremque
quàm antea recuperavit libertatem; verum
etiam impi ac nefarii pietatis hostes turpi de-
decore & maximâ ignominia affecti sunt. Idem
quoque scriptor circa annum Domini, qui fuit
tertius Papatûs S. Sylvestri, considerat quòd
Diocletianus ad hoc usque tempus in vivis re-
servatus fuerit: dicit enim: *Non sine divina di-
spensatione ad hac tempora Christianis felicis-
sima fuit ipse reservatus, ut qui Christiana reli-
gionis fundus devastationem & radicibus ex-**

Hhh 3

Sipa

rirpationem fuerat meditatus, omnique studio
 in etiam operatus, non tantum id minime fue-
 rit consecutus, sed versa rerum vice Christiani-
 nos imperare videret, templa à se disiecta resti-
 tui augustiora, cætu frequentissimos cogi, Chri-
 sti gloriam laudum præconiis ubique extolli,
 contra veridolorum delubra dejici atque clau-
 di, Deorum simulachra confringi, cessare victi-
 mas, illorum festa aboleri, ut planè illi accideret
 quod in psalmo dicitur: Peccator videbit & ira-
 scetur, dentibus suis fremet & tabescet. Et qui-
 dem tamen verum hic persecutionem hinc Romæ
 pro tempore, quo Constantinus se nondum Ca-
 tholicum professus fuerat, constanti pede & si-
 ne intermissione durasse, unde & sanctus Ponti-
 fex in Soracte monte sese abscondere coactus
 fuit; attamen tunc verè per ipsum adimpletum
 fuit illud Scripturæ: Post tempestatem tranqui-
 lum facis, & post lachrymationem & fletum
 exultationem infundis; non enim delectaris in
 perditionibus nostris. Nam subito cælum Ec-
 clestie ad serenitatem pristinam rediit, hæcque
 civitas, quæ caput est totius universi, ad imitatio-
 nem Imperatoris sui crucem & fidem Christi am-
 plexata, & hæc super universam terram propa-
 gata & dilatata fuit; & ideo tunc factum fuit,
 quod historia vitæ post enarratum Imperatoris
 baptismum S. Sylvestri manu eidem collatum,
 protinus subjungit hisce verbis: Licebat ergo
 videre Christi Ecclesiam exultantem & domi-
 no consentem, qui ejus tempestatem sedaverit,
 & tyrannorum mare, quod in ipsum rugiebat,
 sopierat.

2. Ineunte Pontificatu S. Sylvestri draco in-
 fernalis adversus Ecclesiam acriter dimicabat:
 Draco pugnabat; at verò ecce tibi illum modo
 sub hujus Pontificis pedibus turpiter prostratū,
 atque in signum triumphi ligatum jacentem: Tu
 confregisti capita draconis; aut verò melius:
 Contribulasti capita draconum in aquis. Nam
 in aquis illis baptismalibus, in quibus Imperato-
 rem Deo & Ecclesie regeneravit, septicipitem
 illam hydræ infernalem trucidavit, cunctisque
 truculentissimis, & in tot annis continuatis per-
 secutionibus felicem tandem finem imposuit.
 Ita prædicta verba glossat Hugo Cardinalis: Id
 est superbiæ & dominium demonum in aquis,
 scilicet: Baptismi idololatriam quoque prostra-
 vit, tunc enim princeps mundi hujus ejectus
 fuit, & Sylvestri exaltatus omnia traxit ad se,
 quia in tantæ venerationis sublimi clymine à

Constantino collocatus omnium sibi nationum
 reverentiam adscivit & attraxit; & tunc origi-
 nem suam acceperunt obsequia, humilis obe-
 dientia & adoratio, quam nunc & deinceps
 universus populus fidelis Romano Pontifici ex-
 hibet. Tu confregisti capita draconis; id est,
 ut idem Hugo ait, potestates principis dæmo-
 num. Enimvero clarum est, quòd Prælati Ec-
 clestiaci Angeli denominentur, prouti ex plu-
 ribus Apocalypseos locis perspicuè videre li-
 cet; ac proinde quis negare audebit ad S. Sylve-
 strum propriè spectare illam à S. Joanne in capi-
 te 20. ejusdem libri relatam visionem? Et vidit
 Angelum descendentem de cælo (ubi per cælum
 Ecclesia intelligitur) Simile est regnum cælorū,
 &c.) habentem clavem abyssi, & catenam ma-
 gnā in manu sua, & apprehendit serpentem
 antiquum, qui est diabolus & sathanas, & li-
 gavit eum super annos mille. Ipse namque cul-
 tum dæmonum in falsis Deorum simulachris
 potentes sustulit; præterquam quòd visio illa
 quoque alludere videatur ad generosum facinus
 illud, quod sanctus hic Pontifex patravit, quan-
 do draconem illi, qui ingentem à majori urbis Ro-
 mæ parte tanquam verus Deus venerationem
 habuit, protinus necem intulit, idque ut fi-
 dei Christi, quem prædicabat, veritatem tan-
 tò amplius fortiusque authenticaret. Porro ce-
 lebris admodum est statua illa, quæ Babylo-
 niæ Regi olim in fomno repræsentata fuit, cujus
 mysteria Daniel propheta ipsemet exposuit; dū
 aureum ejusdemmet caput Nabuchodonosoris
 Regis monarchiam, Medorum verò & Persarum
 per pectus argenteam, per corpus autem
 & tibias æneas monarchiam Græcorum, deni-
 que per pedes partim ex ferro, partim ex creta
 coalitos Imperium Romanum significari dixit,
 parvulus autem lapis de monte avulsus, & in
 statuæ illius pedes lapsus, grandem illam mo-
 lem in terram prostravit: Contrita sunt pari-
 ter ferrum, testis, æs, argentum, & aurum, &
 lapis factus est mons magnus, & implevit uni-
 versam terram. Et hæc quidem est visio huius
 substantia; nunc porro qualiter ex eadem
 ad præsens nostrum propositum discutere con-
 stituerim, velim auferretis. Certum tum ita-
 que, quòd si quis ante Pontificatum sancti Syl-
 vestri aperto oculo mundum hunc perspexis-
 set, utique ingentem hanc & proceram ido-
 lolatriæ statuam per Persidem, Græciam, La-
 tium vidisset protensam & erectam; omnes

enim

Job. 3. 20.

Apoc. 20. 1

Pf. 103.
Pf. 73.

enim harum nationum populi sua coram falsis simulachris genua flectebant, omnes vitio in prædam cesserant: Deus autem ut Babylonicam hanc statuum, Idololatricam, inquam, conterendo demoliretur, parvulum quendam lapidem à monte Soraæ divelli fecit, scilicet sanctum Sylvestrum, quem parvulum voco, quia licet is lapis ille futurus erat, cui aliquando tota moles fabricæ Ecclesiæ Dei innixura erat, at tamen parvulus lapis dici poterat, non tantum ob humilitatem, suæque personæ propriæ contemptum; verum etiam quia usque ad illud tempus Pontificia dignitas in conspectu mundi totius neglecta & contempta erat, adeo ut sanctus Marcellus Romanus Pontifex ad squalidum quoddam & foetidum condemnatus fuerit stabulum; ut igitur Deus idololatricam dissiparet, omnesque in variis illis metallis denotati principes tributarii redderentur, Deoque subditi prosternerentur in terram, parvulum hunc lapidem adhibere voluit, factumque est inde, quod Imperatores, qui antea Christi in terra vicarios indignissime tractabant, nunc viderentur omnium primi esse, qui sese ad sancti Sylvestri, successorumque ejus pedes reverenter summèque venerandi prosternerent: *Factus est mons magnus*, quia Pontificatus ab ejus tempore & deinceps summam sibi conciliavit venerationem & gloriam, utporè à Constantino ad summam usque magnificentiam & majestatem exaltatus: *Implevit universam terram, quia dominabitur à mari usque ad mare*, &c.

3. In tempore iracundia factus est reconciliatio: cum enim lævissima illa tempestas hæresis Arianae, quæ Christi negabat divinitatem, exsurrexisset, omnibus se viribus eidem sanctus noster Pontifex opposuit. Undè Baronius ait: *Legatio Hosii in Orientem missa, sollicitum ejus studium ad comprimendam hæresim emergentem commendat. Concilium quoque Nicænum congregavit, de quo idem Cardinalis ita scribit: Sed, quoniam monitore recens Christianus, recens baptizatus (de Constantino loquitur) tantamolitur, atque rem aggreditur maximi omnium momenti, in quo totius Ecclesiæ fidei cardo verteretur, colligendo tanti ponderis Episcoporum Conventum? quoniam, inquam, potius auspice atque impulsore, quam ipso Sylvestro? In hoc Concilio Arius cum cunctis sequacibus & discipulis suis con-*

demnatus fuit, adeo ut Historicus dicat: *Optima igitur pax, quies, libertas & securitas sub Sylvestro Papa & Constantino Ecclesiæ concessa, & celebrata synodo Nicænâ in fide unita, & concordia conciliata fuit.*

4. *Factus est reconciliatio.* Hisce verbis Spiritus sanctus Noe patriarcham honorare voluit, post superatum diluvium. Undè Carthusianus ita scribit: *Hic Noe factus est meritoria causa reconciliationis inter Deum & homines, ne ultra deleveretur genus humanum, juxta quod in Genesi legitur: Edificavit Noe altare, & obtulit holocausta, odoratusque est Dominus suavitatem odoris, & ait ad eum: Nequaquam ultra maledicam terra; pari quoque modo ecce tibi hic post tot lævissimarum persecutionum superatum diluvium alterum quendam Noetum divinæ Majestati æquè gratum & acceptum, qui sese apud divinam justitiam confidenter interponit, eamque placat, & perfectè reconciliat; & vastum Ecclesiæ mare per tot pericula & ærumnas præcedentes procellosum tranquillat; & sicut antiquus ille Noe in signum placati Dei, & in gratam remissionis factæ agnitionem altare quoddam erexit: ita quoque hic velut alter quidam Noe; non solum hic Romæ, sed in universo mundo innumera erigit altaria & templa.*

5. *Factus est reconciliatio.* Considerari quoque meretur, quod sanctus Pontifex priusquam Imperatorem baptizaret, eundem prius cum Deo poenitentia mediante reconciliare voluerit, id eoque cum Apostolica libertate sic eundem alio locutus fuerit: *Oportet te primùm jejunare, ô Imperator, & Deum placare, lachrymâs quæcunque peccasti confitentem; deponere ergo purpuram & diadema septem diebus, & tua regia penetrale ingressus, clausis januis in sacco & cinere humi jacens in luctu age poenitentiam, & jube claudi templa idolorum, & cessare eorum sacrificia, qui sunt in exilio, & ad metalla damnati, & in carceres conjecti, libera Christianos.* Idem quoque Historicus in principio vitæ hujus sancti Pontificis, quantum Ecclesiæ paulò antè oppressa & desolata, hujus Pontificis tempore respiciat, considerans, ita scribit: *Qui autem ab infidelitate eum traduxit ad fidem, is jure judicetur esse causa, ut se liberè gerat pietas, & omnes se submiserint divina prædicationi, is est autem divinus Sylvester, cui vel*

Surin

hos

Ann. 318.
n. 88.

Ann. 314.
n. 161.

hoc solum suffecerit ad ejus laudes celebrandas. Guericus Abbas in laudem S. Pauli adducit, quod is doctrinâ & sapientiâ suâ sustentet Ecclesiam: *Nisi tam generoso Pauli lacte nutrita fuisset, nunquam ad hoc virtutis & gloria culmen excrevisset*; ita quoque de Ecclesiæ progressibus Constantini Magni operâ factis dicere posse videmur, quod videlicet totum hoc meri-

tum in S. Sylvestro redundet, qui dictum Imperatorem catechizavit, docuit, atque in Christiana religione stabilivit: *Perfektissimum Christianum exhibuit, & in propaganda fide ardentissimum declaravit.* Ciac.

Summa Sylvestri sanctitas, qua in honorum & dignitatum culmine præfulsit, admirabilis esse ostenditur.

DISCURSUS QVARTVS.

Beatus dives qui inventus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris; quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Ecclesiastici cap. 31. v. 9.

In anno
Mar.

Nov. 26.

IN proposito thematis posterioribus verbis utique eam, quam Ecclesiasticus proponit quæstionem auditis; cui equidem nos liberè respondere possumus, quod tandem post tot annos in quarto post Incarnationem sæculo, hunc inter divitias immaculatum, & consequenter admirabilem invenerimus, estque sanctus Sylvester Papa. Hic igitur fecit mirabilia, quia in martyrologio Romano appellatur *magnorum patrorum miraculorum*: veruntamen maximum inter omnia prodigium, seu maximum miraculum quod fecit, est, quod sanctitatem suam in summo honorum & felicitatis humanæ cacumine positus, nec quicquam diminuerit, quin potius novis quotidie incrementis auferit. *Virtus fidei*, inquit author operis imperfecti, *in periculis securus est, in securitate periclitatur*. Quamdiu summi Pontifices in cata-

cumbis commotati, sive in exilium missi, aut aliis persecutionibus exagitati fuere, ehem quantum eorundem sanctitas crevit! Etenim *in periculis securi degit*, at vero non item in prosperitate: *In securitate periclitatur*. Quàm pauci deinceps prosperitatis tempore in superbis regniisque palatiis sancti fuerunt, aut immaculatè vixerunt! Et tamen regula isthæc in S. Sylvestro prorsus fallit, non obstante quod primus fuerit eorum, qui in sublimestimo majestatis vertice vitam suam transegerunt. *Animi libertatem plures inter tormenta servarunt* (inquit Hildebertus): *inter opes autem pauci*

Epist. 47.

2. *Inventus est sine macula*. In Græco legitur: *Irreprehensibilis*. Et verè talis S. Sylvester fuit; siquidem a teneris unguiculis vitam quandam innocentem & puram transegit. Glossa interlinearis dicit: *Fecit mirabilia in vita sua virtutibus studendo*. Cui studio sanctus Pontifex noster

Iud.
Clicht.Ann. 311.
59.

Ciac.

Ciac.

Iudo.
Clicht.

noster à prima juventute sua plurimum deditus fuit : Ita omnium virtutum genere insigniter enituit, ut non modo à Christianis, sed & à paganis miro diligenter affectu. De Scipione Africano Plutarchus ita scribit : Tanta est enim vis virtutis, ut non solum alliciat, sed etiam improbos ad se amandum alliciat. S. Sylvestri ita scribit : Ejus virtute sic omnes adducere in admirationem, ut non solum esset venerandus fidelibus, sed etiam infidelibus. Cardinalis Baronius de eo ita scribit : Postquam praeclare consummata virtutis edidisset exemplum ; Et alibi in ejus vita ita scribitur : Ecclesia proficitur ob summum virtutis gradum ; In fine verò concludit : Cum esset sanctitatis sanctaeque factorum & virtutum admirandarum laude clarus ; adeoque quin omnibus fuerit ornatus virtutibus in dubium revocari nequaquam potest, & consequenter de eo merito dicitur : sine macula inventus est.

3. Post aurum non abiit. Lyranus addit, per concupiscentiam malam, sed magis aurum secutum est eum ; Et verè ita ei accidit, quia cum amplissimum patrimonium suum pauperibus subveniendo, fideles, peregrinos, seu à Tyrannis proscriptos & exules, domum ejus subsidii causa petentes hospitio excipiendo intulisset, Deus suaviter ita disposuit, ut ad summum Pontificatum evectus, ac demum à Constantino locupletatus, thesauros in auro & argento haberet abundantissimos, adeo ut quemadmodum paulò ante diximus, suo tempore sola Constantinianae Basilicae suppellex ad duos milliones, & ducenta octoginta quinque millia scutorum aureorum ascenderit. Aurum secutum est eum ; sed Lyranus dicere pergit, dum ait, *cujus obsequio usus est in operibus pijs & honestis* ; Auro namque sibi dato usus est, tum ad cultus divini antea neglecti & contempti majorem splendorem, cum debito decore conjunctum, tum ad sublevandas pauperum necessitates : Inter cetera verò virtutum suarum studia ad subveniendum pauperibus, exercendaque opera misericordia fuit propensissimus, nam orphanorum omnium urbis Roma, & viduarum atque pauperum nomina habuit studiosè in chartula una conscripta, ut eis pro facultate sua necessaria subministraret. Enim verò certum est quod Constantinus in variis Christianitatis partibus ex suavis S. Sylvestri innumeras erexit

Manfis Sanctuarii. Tom. IV.

Ecclesias, easque opulentis censibus annuis dotaverit, ditaveritque : Si singula expendamus inveniemus pluries Constantinum, quam Salomonem erogasse in innumeris Ecclesiis, quas construxit & dotavit. Et horum omnium sanctus hic Pontifex noster unicus promotor extitit.

4. Nec speravit in pecunia & thesauris ; Quae verba quidam interpretes ita exponit : Non superbivit, non se extulit, sanctus Hieronymus ad Afellam ita scribit : Gratias ago Deo quia sum dignus habitus quem oderis mundus. Et porro sancto Hieronymo facile erat humilitatem & modestiam suam in eo statu, quem obtinebat, conservare : at vero quod hic sanctus Pontifex, qui post collatum ab eo Imperatori baptismum duodecim annorum spatio inter vivos superstes, unicè ei dilectus & oraculum illius extitit, coram quo similiter tanquam coram Christi in terris vicario, augustissimus ille totius mundi Monarcha, qui unico duntaxat verbo totum facit contremiscere mundum, humillimè inclinans se prosternit, ut illum adoret, quod inquam hic tantus vir tot thesauris locupletatus, ab omnibus universa terrae principibus honoratus & adoratus, Domino quoque totius Italiae sibi munificè donato vehementer adactus in humilitate, nec quicquam defecerit, quin potius in Spiritu, sanctitate, & humilitate sua creverit, mirum profectò hoc censei debet prodigium, Fecit mirabilia in vita sua, Sanctus Augustinus de divitiis ita scribit : Vermis divitiarum superbia est. Contrarium verò in hoc nostro sancto Pontifice accidit, quia qui benevolentiam, beneficentiam & magnificentiam ab illo imperatore erga sanctum nostrum exhibitam ex una, ex altera vero parte eandem beneficentiam à sancto Pontifice nostro in beneficium religionis, subsidium fidelium, divinique cultus promotionem impensam fuisse considerat, verè is illam ei laudem attribuere cogetur, quam in Panegyrico Trajani descriptam reperimus ; nimirum : Nec quicquam in temeravit fortuna amplitudo, nisi ut prodesse tantundem posses ut velles. Innocentius III. in sermone quem in ejus laudem composuit, de eo dicit ; quod Constantinus urbem pariter & senatum cum hominibus & dignitatibus suis, & omne regnum occidentis ei tradidit, & dimisit ;

Ciac.

Corn. à
lap.Serm. 5.
de verb.
Dom.

vixit: Coronam capitis sui voluit illi conferre, sed ipse pro reverentia Clericalis corona, vel magis humilitatis causa noluit illam portare. Porro de resistentia quam ne in Papam eligeretur exhibuit, superius quidem mentionem fecimus. Dionysius verò Carthusianus de eadem quoque dicit: *In hoc patuit profundissima ejus humilitas, quod sua ad populum promotiōni resistit valde.* Enimverò si eo tempore quo summi Pontifices primi erant, qui sanguinem suum pro Christi fide profundeabant, suasque cervices carnificum ensis submittebant, Sanctus Sylvester quominus ad arduum munus illud, quantumvis in Ecclesia supremum eligeretur adeo strenuè restitisset, id profectò non adeo mirum fuisset: at verò quis non obstupescat videndo quod sanctus hic vir Pontificatui assumendo eo tempore toto animi conatu obstat, quo munus illud à Constantino tantis est divitiis auctum & sublimatum, *Quantum in se fuit, Papatum resignare optavit*, inquit Historia; similiter quod Dominio & potestate temporali sibi ab Imperatore munificè collata, tanta cum modestia & humilitate animi utatur: *Hanc tamen donationem beatissimus Pontifex singulari modestia usus neglexit, ne dum ad regimen esset terrenorum intentus curam spiritualem gregis tantisper videretur deserere, qua in principio nascentis Ecclesia vehementius perurgebat.*

5. *Fecit mirabilia in vita sua.* Hugo Cardinalis ait: *Quia mundi Pompam vicit, maligni astutiam cavit.* Verum inquires, quam est illa serpentis infernalis astutia, qua tot animas inficit & contaminat? Illam David hisce verbis manifestè detigit, dicens: *Quomodo dicitis anima mea transmigra in montem sicut passer?* Etenim auceps aliquis, quantumvis in practicus sit aviculam, cui capiendæ insidiatur, non ita facile in oculis habebit, si illa per terram serpat aut occultè ambulet, sicut si in arborem quandam vel aliàs in sublimè feratur: Sic quoque Dæmon Davidem ledere non potuit, quando velut vilis quidam opilio gregem pascebat, nec quando à Saule persecutionibus infestabatur, atque in ferarum latibulis se cogebatur abscondere, facili autem negotio suum potuit circa Davidem assequi intentum, quando is thronum cepit regium conscendere, vel quando quod libebat pariter licebat, Unde sanctus Augustinus ait: *In alienam sœminam irrui temporaliū rerum prosperitatibus abreptus.* Hoc eodem stratagemate inimicus infernalis cum multis

aliis animabus quantumvis sanctis uti solet; communiter enim ut in muscipulam suam eos adigat, eosque præstolari solet, donec promotæ fuerint ad honores & dignitates, & tunc demum fortiter tentat: at verò sanctus Sylvester *fecit mirabilia in vita sua*; quia in conditione quadam adeo lubrica constitutus, *Mundi pompam vicit.* Rabanus super jam dictum Ecclesiastici textum scribens, ait: *Mirabile est igne tangi & non comburi, spinas colligere & nonungi; Maligni astutiam cavit, quia serpens ille quidem insidiatus fuit calcaneo ejus, sed ipse contrivit caput ejus.* Baronius dicit antiquos solitos fuisse sanctum Sylvestrum cum Dracone ad pedes suos alligato depingere, in signum obtenti adversus Dæmonem triumpho & victoriæ. Plutarchus scribit apud antiquos in solemnī more positum fuisse, quod Heroum imagines & statuae in ea effingerentur aptitudine, quæ ea representarent intentibus gloriosa facinora, quibus specialius effulissent: ob eandem prorsus causam Ecclesia juxta statuam vel imaginem v.g. sanctæ Catharinæ rotam, craticulam verò juxta sanctum Laurentium pingere consuevit; verum inquires quamobrem igitur juxta hunc sanctum Draco effigatur? Dicitis forsitan, quod per illum sancti Pontifici nostro adjunctum leonem ad stupendum illud alludatur miraculum, quod quondam Romæ ab ipso patratum fuit, dum horribili illi & incredibili magnitudinis Leoni, qui maximam populi partem seducebat, oratione sua necem protinus intulit; Et hunc quidem literalem hujusce consuetudinis sensum esse existimo; at verò quoad sensum mysticum sancta mater Ecclesia nobis intendit innuere; quod *fecit mirabilia in vita sua*, utpote qui *maligni astutiam cavit*, dum *mundi gloriam vicit.* Et *vidi de ore draconis spiritus tres immundos.* Hugo Cardinalis docet, quod *per Draconem significatur avaritia, quia est animal stibundum; De ore ejus tres spiritus immundi exeunt, scilicet sagacitas malè acquirendi; item cautela benè vel malè acquisita malè detinendi; item improvidentia malè distribuendi.* Jure igitur meritissimo Draco iste cum aliis spiritibus victis & debellatis pedibus hujus Pontificis substernitur, utpote qui adeo à divitiis alienus, in eandem distributione adeo providus & cautus, adeoque in ipsarum possessione modestus fuit. *Quidni periclitetur castitas in delictis*, inquit Bernardus, *humilitas in divitiis, pietas in negotiis?* Atque hinc est, quod im-

Ann. 246
n. 102.

Apoc. 16.
136

Ser. 30. &
convers.
ad Cler.
ad Cler.

media

mediatè post per modum consilii dicat: *Fugite de medio Babylonis.* Ecce tibi igitur ingens illud sancti Sylvestri miraculum, quod videlicet in media urbe Romana (quæ vocatur *Ecclesia*, quæ est in Babylone collecta) lenocinantes lyrenarum infernalium cantus evadere sciverit, cavereque ne ab istis seduceretur; Cujus rationem sanctus Ambrosius reddit, dum ait, quem Dæmon in deserto vincere non potuit, quomodo illum in Paradiso superare poterit? *Diabolus in deserto tentationis solida arma non invenit, deest illi de paradiso amœnitas arborum, deest illi conciliatrix Eva, deest illi pomorum speciosa deceptio.* Equidem quod inimicus hic adeo potens & fortis in deserto sive in sylva sancti Orestis, in qua ob persecutionis timorem latitabat, nihil potuerit efficere, nequaquam miror, quia *deerat illi de Paradiso, &c.* spiritualis perfectio & sanctitas inter adversa communiter conservatur, in prosperitatibus verò rarissimè; atque ideo Eugenius, qui de claustro ad thronum Pontificium transivit, illo sancti Bernardi salutari consilio opus habuit, dicentis: *blandientibus se-*

cundis rebus Salomon ex toto desepuit, facilius inveneris, qui sapientiam retinuerint contraria sibi fortuna, quam qui prospera non perdiderrant. Verum enim verò sanctus hic Pontifex unus idemque permansit in Palatio & in Throno, qui fuerat in antro Eremitico, ac proinde ecce tibi ipsum eadem humilitate & modestia præditum, dum jam esset Romanorum Imperatoris oraculum, qui fuerat, dum socius etiamnum erat ferarum & scorpionum; *Sapientiam contraria & prospera fortuna retinuit.* Rex ægyptius in Ezechiele sub draconis similitudine effigiatur: *Pharao Rex ægypti draco magne.* Ubi Hugo Cardinalis ait: *Hoc dicitur de Diabolo, qui in divitiis hujus mundi & delictiosis cubat & requiescit; Sanctus Sylvester autem inter medios Ecclesiæ thesauros & prosperitatis humanæ favonios illum vicit & debellavit, ac proinde jure meritò in signum trophæi reportati, sub pedibus ejus Draco iste subternitur, quia ab omnibus bonis terrenis adeo fuit alienus, ac si pedibus ea calcaret,*

Lib. 1. de
consid. c.
18.

Ezech. 19.



Exponuntur causæ cur Ecclesia huic adeo celebri & famoso Pontifici Evangelium, quod de Confessoribus non Pontificibus legi solet hodie adaptet ?

DISCURSVS QVINTVS.

*Et vos estote parati, quia qua hora non putatis
Filius hominis veniet.*

1. **M**irum equidem, & non sine magni iudicio mysterii id factum esse putandum est, quod sancta Mater Ecclesia in hac tanti, deque Ecclesia, & benè gelto pontificatu optimè meriti Pontificis Sylvestri festiuitate id perlegi præcipiat Evangelium, quod alias communi ritu confessoribus non pontificibus in officio canonico adaptatum est; quid hic causæ quid mysterii subest? certe, cum Ecclesiam in ordinandis sanctorum cultui debitis ritibus & ceremoniis non sine directione Spiritus sancti procedere à quoquam rectè cum ea sentiente censendum sit, sic quoque nec hoc gratis aut frustra, sed cum magni ratione mysterii factum esse reor, ac proinde non abs re erit illud præfenti discursu penitus nonnihili investigare.

2. Est hic non contemnendus Ecclesiæ usus, pro missa aut officio canonico in honorem aliquus sancti celebrando talem aut Epistolam, aut Evangelium sibi eligere, quod ad aliquas ejusdem sancti actiones & opera, virtutem quoque ejus singularem alludat quasi: sic nunc in hodierno Evangelio, ni fallor, plurimæ virtutes operaque Heroica S. nostri Pontificis aut prævisa aut prædicta, aut saltem adumbrata cernuntur, ac primò quidem dicitur.

3. *Sint lumbi vestri præcincti*: Proprium est hoc prælatoribus, ut dum una ad pugnandum

descendant in arenam, ad hoc ut magis agiles sint & expediti præcingant vestes suas: Unde in simili forte pugna existens David gratias reddebat Deo dicens: *præcinxisti me virtute ad bellum*; Apud Jobum quoque simile quid legitur: *Accinge sicut vir lumbos tuos* Insignis quoque ac protecto succinctis lumbis fortissimus Præliator fuit S. Sylvester; solet in signum fortissimorum hostium suorum & multiplicium ab iis reportatarum victoriarum, uti jam supra memoravimus, in fra pedes ejus Draco pingi, pugnavit enim contra tres fortissimos eosque, ferocissimos, quos unquam Dei habuit Ecclesia, inimicos; pugnavit contra Gentilismum, & vicit, pugnavit contra Hebraismum & convicit; quod pulchrè indicat Dionysius Carthusianus, dicens: *Sexta excellentia fuit mirabilis & præclara sapientia ejus in lege divina, omnes enim illos duodecim Iudaorum doctissimos manifestè convicit. Congressus quoque est cum ferocissima illa inferorum bellua, nempe Hæresi & potissima ex parte mediante Concilio Nicæno, aliisque in contrarium objectis munitionibus ac machinis fortissimos hujus belluæ naviculæque Apostolica naufragium minitantes astutus repressit, imò compressit; At singulariter semper humani generis juratissimo hosti inimico scilicet infernali sese opposuit, & quidem in ea pugna, in qua, sancto Leone attestante pauci quidem victores evadunt, sæpè victor visus est; sic enim S. Leo de hoc infernali implacabili ac invisibili inimico loquitur: Interdi-*

Pf. 17. 46.

Job. 38. 3.

Ser. de S. Sylv.

*Interdi- Ser. 6. de
Ham Epiph.*

nam dolet sanguinis Christiani effusionem. & quorum obtinere non potest mortem impetit mores, terrores proscriptionum in avaritia mutat incendium, & quos damnis non fregit, cupiditate corrumpit. Hæc eadem pugna ac incruentum, licet attamen periculosissimum bellum auspicante summo Pontificatu sancti Sylvestri, tunc quoque initium sumpsit, tunc inquam, quando maxima pace & tranquillitate gaudebat Ecclesia, multisque Ecclesiasticis proventibus mirum in modum ditabatur; nihilominus ad ipsam utque admirationem huic cupiditati sanctum Sylvestrum restitisse, quis est, qui nesciat? Usque ad sanguinem restitit, siquidem quantum quidem suarum partium erat, erat jam res in procinctu, ut gloriosissimo Martyrio afficeretur à Tarquinio Præfecto, at divina providentia sic disponente factum est, ut ad martyrium magis pœnosum referretur, ad martyrium inquam tale, de quo scribit sanctus Bernardinus, dicens: Quod

Serm. in
Festo om-
nium SS.

Martyrium gravius est, quam paupertate premi inter divitias, quas offert mundus, quas desiderat noster appetitus? Sanctus Augustinus majorem censuit felicitatem mortem septem Fratrum Machabæorum, quam non sine insigni miraculo in flammivoma illa Babylonis fornace conservatam trium puerorum Hebræorum vitam, sic enim ait: Illi quidem de morte liberati sunt, sed in hujus vite tentatione romanerunt ab igne liberati, sed ad pericula reservati, uno Tyranno victo adhuc certaturi cum diabolo. Sanctus Sylvester jamjam martyrii sententiam excepturus astabat, at aliter divinæ Majestati visum est pro augmento gloriæ suæ ordinare, ut scilicet longiori tempore sæpèque repetita sufferret martyria, qualia sunt pauperem inter divitias vitam degere, humilitatem in ipso summo honorum culmine amplecti, ac demum in humanarum deliciarum apice sanctitatem adipisci. Unde sanctus Augustinus ait: De mundo triumphasse pars magna Martyrij est.

Serm. 2. de
Mart.

Serm. 39.
de divers.

4. Sint lumbi vestri praeincti. idem sanctus Pater Augustinus ait: Præcingite lumbos, hoc est, omnes appetitus, & affectus circa sæculi contrahite & mortificate. Erat mundus totus quasi in manibus sancti hujus Pontificis, siquidem ipse erat arbiter & judex voluntatum maximarum, id est, om-

nium ferè ejusdem Monarcharum, qui summam eidem deferabant reverentiam, obedientiam, nec non maximis ipsum dignabantur obsequiis, ipse tamen nihilominus, quantum ad maximos divitiarum thesauros, opum vim, statusque sui summam magnificentiam attinet, reprimebat ac refrænabat appetitus tuos ita, ut in medio auri & argenti ipse quasi pauperrimus videretur, idque cum maximo despectu & humiliatone sui ipsius, & quidem sine exemplo, dum ipse primus universali quadam totius terrarum orbis veneratione Orbis Pater, & Ecclesiæ caput agnosceretur.

5. Sint lumbi vestri praeincti. Præinctum esse maximè convenit itinerantibus, qui ad hoc se præcingunt, ut eo citius & commodius conficiant iter. Sanctus noster Pontifex, veluti peregrinus quidam hic in terris degebat; domus ejus commune quoddam peregrinorum erat diviticulum, qui variis ex partibus ob persecutiones, quæ extra Romam adhuc fatis erant crudeles fugere coacti ad ipsum recurrerant, iis ad mensam serviebat, pedes lavabat, eoque sic reficiebat: Faciebat illos discumbere, & transiens ministrabat illis, ut in Evangelio legitur. Insuper ut declarat sanctus Cyrillus: Subcingi significat, agilitatem & promptitudinem ad sustinenda mala, intuitu divini amoris. Quam promptitudinem laxissimè ostendit, & tunc quidem singulariter, quando diversatus fuit apud sanctum Timotheum Martyrem simul cum eo captivus factus sese accinxit, ut veluti martyr occumberet.

In Cat. D.
Thom.

6. Et lucerna ardentes. Per has lucernas, quæ tenebras illuminant ac repellunt, optimè interpretari seu denotari potest illa splendidissima lux, quæ magno miraculo de caelo apparuisse fertur, quando gratia Dei illuminante, tactus est Constantinus intrinsecus, denotabat hæc eadem lux, nunc adesse tempus, quo densissima illa variorum errorum maximè autem idololatriæ tenebræ essent abigendæ: Populus qui habitabat in tenebris, vidit lucem magnam; tempus enim aderat, quo omnis terra clarissima Evangelii luce illuminanda erat; vel ad minus dici potest, quod optata diu veræ fidei lux trecentorum annorum decursu & ultra absconsa jacuerit infra terram in Catacombis, jam verò reponi debebat super candelabrum, ut omnibus

Hom. 9. in
Iud.

palam innotesceret. Origenes ponderavit factum illud quod in sacra Iudicum refertur Historia, factum inquam militum Gedeonis, qui confringentes vasa illa testacea, quæ manibus tenebant, subito absconsa in iisdem apparuerunt lumina; ad quorum aspectum terrore perieiti Madianita, atque ad tam subitum exortum lumen oculis quasi caligantes prostrigati sunt & confusi: denotabat hoc stratagemata, inquit, citatus Doctor, quod testacea vasa, id est, corpora Apostolorum, Martyrum, aliorumque fidelium per Tyrannorum tormenta & multiplices mortes quasi contracta, tanta, tamque subita luce claruerint miraculorum, ut inde sanctæ Ecclesiæ juratissimi hostes & inimici non modicum confusi fuerint & victi. Totum hoc perfectissimè adimpletum est tempore Pontificatus sancti Patris Sylvestri, quando post tam longinquam, tamque immanem tot potentissimorum Imperatorum persecutionem, tunc tandem maximè claruit, nonnunquam alias summo in discrimine posita veritas Evangelica, dum illa gloriosissimum de omnibus ferè toto terrarum orbe dispersis nationibus, quæ se Christianæ subiciebant Religioni, ageret triumphum. Aliam tamen sanctus Cyrillus Carmelitanus harum lucernarum dedit expositionem, dicens: *Lucerna accensio significat, ut non patiamur aliquos in tenebris ignorantia vivere;* An non præ cæteris igitur has lucernas manibus suis tenuisse sanctus Sylvester dicendus est? cum ille non solum omni possibili cura ac industria ad penitentiam reduceret Christianos malè viventes, verum etiam densissimas ignorantia ac errorum tenebras sive ex idolorum impiissimo cultu, sive Hebræorum perfidia, sive Hereticorum contumacia provenientes discussit: *Vere non passus fuit aliquos in ignorantia tenebris vivere.*

7. *Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando revertatur à Nuptiis, ut cum venerit & pulsaverit, aperiant ei;* In his verbis clarissimè nobis sunt expressæ dispositiones & præparationes, quas veri servi DEI habere debent, ut ad omnem Dei nutum & voluntatem parati sint præsentis vitæ mori; Unde sanctus Basilius. *Homilia de non ahabendo rebus secularibus* scripsit, oportet nos quotidie ad emigrandum ex hac vita paratos esse, & nutum Domini fixis oculis expectare:

Glossa inquit: *Aperit qui iudicem latus, & securus sustinet.* Surius loquens de sancto Sylvestro in principio vitæ suæ sepe sæpius eum compellat divinum: Nunc quid mirum est, quod cum tanta promptitudine, hilaritate & indifferentia stabat dispositus ad mortem? siquidem erat divinus, id est, plus spectabat ad cælum quàm ad terram, plus ad vitam immortalem, quàm ad hanc fluxam, caducam & terrenam.

8. *Beati servi illi quos cum venerit Dominus invenerit vigilantes.* Glossa inquit: *Vigilat qui sollicitus est in cura gregis sibi commissi.* Quis est qui neciat, quanta cura, quanta sollicitudo vigilantissimi huius Pastoris fuerit erga commissum sibi gregem? Ipse enim fuit is, qui sapientia sua duce optimum modum adinvenit, quo Clerici toto diei tempore in officio divino in Ecclesia detinerentur occupati & vigilantes, ne tempus præterquam in divino servitio transigerent.

9. *Et vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis venire.* Hoc in Evangelio & præsentis ejusdem textu admonemur semper ut simus parati ad mortem; Agedum, pluribus de causis eodem Evangelio sancta Mater Ecclesia utitur, non solum in honorem sancti huius Pontificis (qui uti jam dictum fuit semper ad eandem fuit paratissimus) verum etiam quia est ultimus anni dies, ut hoc documento nobis non blandiamur longiorem nobis promittentes vitam; siquidem jam magis per anni finem quem attingimus ad vitæ finem properamus. Glossa ait: *Ultimam horam semper ignorari voluit Dominus, ut semper sit suspecta.* Est verisimile sanctum hunc Pontificem, quod quando speluncam illam, in qua Romæ latuit, egressus est, seseque ad adeundum Constantinum Imperatorem, quo vocatus erat, in viam dedit, credens se jam mortem adire, eandem semper ante oculos suos præsentem habuerit, nulla ratione considerans se in culmine dignitatis ac cælæ citatis humanæ positum, & quod hoc medio, mortis scilicet memoria, omnem fastus seu vanæ gloriæ titillationem repræferit. Quod similiter, crediderim ego, sanctam Matrem Ecclesiam intendere, ut videlicet aliquid suis fidelibus largiatur Antidotum, ad hoc ne fideles nimium à præsentis vitæ bonorumque temporalium deliciis inescantur, eisque ultra quam par est adhæreant: *Estote parati, quia qua hora*

non putatis filius hominis venire; & licet incertissima sit mortis hora, & nesciamus illud ultimum quando, nihilominus hoc posito Christus adhuc clarissimis verbis dicit: Qua hora non putatis, id est, quando credimus eandem horam adhuc longè abesse, jam ipsa adest præforibus & vicina: Attigerimus igitur nunc, licet finem hujus anni; veruntamen non sumus adhuc securi de auspicando sequente. Dives ille Epulo Evangelicus sibi ipsi multa promittendo addebat animos, dicens: Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, re-

LUC. 12.
20.

quiesce, comede, bibe, epulare; Dixit autem illi DEVS, stulte hac nocte animam tuam repetent à te. Tarquinius præfectus sancto huic Pontifici omnis generis atrocissima tormenta intentanda minabatur, nisi falsis Deorum simulachris immolaret; at sanctus Sylvester spiritu quodam Prophetico eidem mortem sequenti nocte certò certius eventuram prædicebat, dicens: Hac nocte animam à te repetent, qua autem minatus es non licebit ad effectum deducere.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, Amen



INDEX

I N D E X M A T E R I A R U M

ET RERVM MAGIS NOTABILIVM,

hoc quarto Tomo contentarum.

A.

Æ Chinus & ejus proprietates, Disc. 1. de sancta Lucia, num. 3.

Ægyptus per præsentiam Christi fuit sanctificata, d. 2. de Innocentibus, n. 6.

Ægyptii pro numine adorabant cæpas. d. de Innoc. n. 1. Erant turpissimæ Idololatriæ planè immerfi. d. 2. de ss. Apostolis Simone & Juda, n. 2.

S. Agatha, d. 5. de S. Lucia, n. 1.

Alexander famosissimos quosque invitavit, & conquistavit Oratores ad laudandum Efestionem familiarem suum, d. 1. de s. Joanne Evang. n. 3.

Aminadab primus fuit, qui è filiis Israel mare rubrum intravit, d. 2. de s. Stephano, n. 5.

Amor noster multum ab amore divino differt, d. 1. de s. Joanne Evang. num. 2. Quem plus Christus amaverit, num. Petrum, an verò Joannem? d. 1. de eodem, n. 4.

Amor aut facit aut reperit **Æquales**, d. 2. de sancto Thoma Apost. n. 5.

Amoris inter Christum & sanctum Andream differentia, d. 1. de sancto Andrea, n. 2.

Sanctus Andreas fuit primus Christianus, d. 2. de s. Andrea Apost. n. 2. Quare dicatur dignus Dei Apostolus, d. 3. de eodem, n. 1. Fuit pro animarum conversione zelosissimus, ibid. Quare à Deo ita fuerit amatus, d. 1. de eodem, n. 4. Ejus fortitudo, ibid. & n. 5. Item d. 6. de eo, n. 5. Est simillima Christi crucifixi effigies, seu imago, d. 2. de eodem, per totum. In crucifixione sancti Andreæ rarissimas virtutes conspici licet, ibid. & d. 1. de eodem, n. 6. E suo corpore manna suavissimum effluxit, ibid. num. 9. Veri prædicatoris partes omnium perfectissimè adimplevit, d. 6. de eodem, per totum.

Anima quo plus Deum timer, eo majora amoris ejus lucra percipit, d. 2. de sancto Joanne Evang. n. 2.

Antitheses inter Christum & sanctum Stephanum, d. 5. de sancto Stephano per totum. Inter Deum & sanctum Franciscum, d. 10. de sancto Francisco, per totum. Inter Christum & sanctum Andream, c. 2. de s. Andrea, per totum.

Apostoli cur per seipos corpus Christi aromaticis non condierint, d. 3. de s. Andrea, n. 10.

Apparitiones Christi insigniores, quibus sanctum Franciscum dignatus est communiter signo sanctæ Crucis condecoratæ fuerunt, d. 16. de s. Francisco, n. 3.

Aquilæ à longè profundissima quæque videntis anigma, d. 7. de s. Joanne Evang. n. 4. Pullos suos solis radiis exponit, ibid. & n. 6. Pullos, quem propè cor enixa est, ceteris multo est vigorosior, ibid. n. 5. Pennis veteribus se exuit, seu spoliat, ibid. n. 8. Erga benefactores suos grata est, quod egregio & memorabili factò comprobatur, ibid. n. 9.

Archimedes Architectus famosus, d. 3. de sancta Lucia, num. 6. in fine. Gloriatu fuit, se uno pedis ictu terram inverfurum, d. 7. de s. Carolo Borromæo, n. 9.

Argumenta quæ Conceptionem Immaculatam beatæ V. M. evincunt, d. 3. de Concept. B. V. M. numero 2. & 4. & 5. d. 5. de eadem numero 1. 2. 3. 4. & seqq. quæ numeris, quæ discursibus.

De Athlante insignis Fabula sancto Carolo Borromæo accommodata, d. 7. de sancto Carolo, n. 6.

Aula sancti Caroli Borromæi seminarium fuit Episcoporum, ibid. n. 7.

Auxilia & gratiæ quas ope Sanctorum recipimus, disc. 3. de omnibus Sanctis, per totum. B. Bar-

B.

BArbitonfa quidam, muro domus sue ruinam
minitantis capillos S. Francisci imponens
eandem à ruina præservavit, Disc. 1. de sancto
Francisco, num. 5.

Beati in liberatione animarum purgatorii pro-
prium quoddam habent interesse seu com-
modum, D. 1. de omnibus Sanctis, nu. 5.

Benedictio quare detur per signum Crucis, D. 5.
de s. Andrea, n. 10.

Bethlehem idem est quod domus panis, D. 8.
de Nativit. Christi, n. 1.

S. Brigida à Christo petit, quænam sit author
Apocalypseos, D. 9. de s. Joanne Evang.
num. 3.

C.

Ceremoniæ in positione primi lapidis in
exstructione alicujus ecclesiæ adhiberi
solitæ, Conceptioni Immaculatæ applica-
tæ sunt, D. 7. de Immaculatæ Concept. n. 8.

Callimachus in pugna expirans in pedibus suis
perstitit immobilis, D. 2. de s. Francisco,
num. 15.

Canones, decreta, scripta & studia sunt Ecclesiæ
quoddam quasi fulcimentum, in qua tamen
virtutes Christianæ sunt quasi columnæ, D. 2.
de s. Francisco, n. 12.

Capitanei præsentia militibus majores ad pu-
gnandum animos addit: sicut Christus ad-
stitit beato Stephano, D. 8. de s. Stephano,
num. 3.

Brachia carnificum sanctam Andream de cruce
deponere volentium prorsus exaruerunt,
D. 2. de s. Andrea Apost. n. 11.

S. Carolus Borromæus summopere sacram Car-
dinalatus purpuram exornavit, D. 5. de san-
cto Carolo Borromæo, per totum.

Magnus fuit contemptor hujus mundi, D. 7.
de s. Carolo per totum. Summa ejus charitas,
D. 1. de s. Carolo, nu. 1. & seqq. Summa ejus
Pastoralis sollicitudo, D. 2. de s. Carolo, n. 1.
& seqq. Recusat maximos eidem delatos ho-
nores, & grandioris status cujusdam investi-
turam, D. 7. de s. Carolo, n. 6. Ejus temperan-
tia, ib. n. 8. Ejus humilitas, ib. Fuit mundo
crucifixus, ib. Ejus Aula fuit Episcoporum
Seminarium, ib. n. 7.

Mansi Santhuarii Tom. IV,

S. Archangelo Michaeli, aliisq; angelis simi-
lis fuit, D. 9. de s. Carolo, num. 1. Fuit vigi-
lantissimus, ibid. Eodem hoc Discursu pas-
sim per totum assimilatur Patriarchis, Pro-
phetis, Apostolis, Martyribus, Confessoribus,
Doctoribus, Sacerdotibus, Religiosis,
Virginibus.

Optimis suis honorum operum exemplis & do-
cumentis omnes ferè sanctificavit status, D. 5.
de eodem, num. 14 & 15. Nullus ei in statu suo
fuit similis, D. 8. de eo passim per totum.
In ipso omnes omnino virtutes in excellen-
tissimo quodam gradu conjunctæ fuerunt,
ibid. num. 1. Ad continuationem & consum-
mationem sancti œcumenici Concilii Tri-
dentini multum cooperatus fuit, ibid. num. 3.
Per maximam suam charitatem sanctum Pau-
linum, qui licet semetipsum pro mancipio
vendiderit, superavit, ibid. num. 2. Undecim
Synodos Diœcesanas, & sex Provinciales
celebravit, ib. nu. 4. Dormiebat vestitus, & vix
unquam accessit ad se cum, ibid. num. 9. Vi-
tam duxit maxime austeram, qualis esse posset
cujusdam anachoretæ, ibid. Unâ die summâ
in egenos misericordiâ commotus quadra-
ginta millia scutorum inter eosdem distri-
buit, ib. n. 6.

Castitas valde in deliciis habita fuit à Christo
D. 2. de Nativ. Christi, n. 5.

S. Catharina per summam suam sapientiam &
pulchritudinem valde fuit admirabilis, D. 1.
de sancta Catharina, num. 1. & passim per
totum. Item per prudentiam, ibid. Ejus sa-
pientia potius donum quoddam erat cœle-
ste, quam partus proprii studii, ibid. num. 2.
Ejus humilitas, ib. nu. 3. Seipsâ & motu qua-
si proprio tyranno se præsentavit & oppo-
suit, ib. Ab Angelis in martyrio fuit anima-
ta, ib. num. 6. Renuntiavit omnibus mundi
deliciis & vanitatibus, ibid. num. 7. Rotæ,
quæ sanctæ Catharinæ appingitur, mysteria
declariantur, D. 2. per totum. Post mortem
ex corpore ejus copiosum effluxit oleum,
D. 1. de ea, num. 8. Omnis generis aves sin-
gulis annis ad ejus advolant sepulchrum, ib.
in fine. Quare ira ordinante Deo factum sit,
quod corpus ejus ab Angelis in montem Si-
nai fuerit transportatum, D. 3. de eadem, per
totum.

S. Catharina ostenditur esse mulier fortis, D.
4. de ea, per totum Plurimos ab Angelis re-

Kkk

cepit

INDEX MATERIARUM,

- cepit favores, D. 3. num. 7. Multis modis & tormentis excarnificata, à Deo tamen præservatur, D. 4. de eadem, num. 10. Pluris æstimat purpuram effusi sanguinis, quàm alteram illam regalem, quàm ex proprio suo stemmate hæreditabat, ibid. num. 11. Ejus in profitenda fide christiana generositas, D. 5. de eadem passim per totum. Fortissimè pro tuenda sua virginitate decernat, ibidem, numer. 2.
- Causa cur Sancti sint honorandi, D. 1. de omnibus Sanctis passim per totum, maximè tamen n. 6. & 7.
- Charitas sancti Martini, D. 1. de sancto Martino, n. 8.
- Charitas non querit quæ sua sunt, gustum scilicet seu satisfactionem propriam, D. 2. de sancto Thoma, n. 5.
- Charitas & mansuetudo s. Stephani, D. 7. de eodem, n. 5.
- Chrysoprasus & hyacinthus, eorundemque proprietates, D. 5. de ss. Simone & Iuda, n. 8.
- CHRISTUS toti curiæ cœlesti spectandum se exhibet mediâ chlamyde s. Martini ab eodem pauperi datâ vestitus, D. 5. de s. Martino, num. 1.
- Christus quos eligit ministros, hos etiam reddit idoneos, D. 3. de s. Andrea, nu. 2. Cur Christus timuerit crucem, sanctus Andreas verò eandem cum gaudio fuerit amplexatus, D. 5. de s. Andrea, num. 7. Nascitur Christus in via publica, ut omnium necessitatum succurrendis esset expositus, D. 1. de Nativ. Christi, num. 2. Concluditur in simplici & angusto tuguriolo, ut nobis eò augustius esset empyreum, ibid. num. 5. Vult in super angustis constringi cunis & fasciis, ut tu ei cor tuum præberes dilatatum, ibid. Ab eo dignè recipitur, qui actus elicit virtutum, ib. n. 7. Quomodo spiritualiter nascatur, ibid. Quo medio in anima recipiatur, ib. Quare natus tremat super fœnum, D. 2. de Nativit. Christi, num. 5. & 6. Quare ploret in præsepio, D. 2. de Nativitate Christi, nu. 9. Jacet super paleas, & homo bestiarum cibum relinquens comedit panem Angelorum, D. 4. de Nativit. num. 4. Elegit stabulum cathedram ad mundum instruendum, D. 5. de eadem, num. 2. Natus est pro nobis, non pro Angelis, D. 6. de eadem, n. 1. & seqq. Factus est mancipium, ut mancipium redimeret, D. 6. de eadem, nu.
- mer. 3. Christi tormenta nostrorum nobis causa sunt gaudiorum, D. 6. de eadem, numer. 5. Pauperibus panis, at tamen mundis involutus fuit, D. 7. de eadem, num. 5. Parvulus natus est, ut nos majores efficeret, & ob alia motiva, D. 10. de eadem, nu. 2. Mirabilia Christi nati, D. 11. nu. 1. & passim per totum.
- Christus s. Franciscum omnibus bonis spoliavit, & idcirco à Christo simul cum suis suscipitur in alimentationem, D. 5. de s. Franciscio, n. 5.
- Cineres s. Stephani, eorundemque efficacia, D. 8. de s. Stephano, n. 7.
- Cœlum omnis status & conditionis Sanctos possidet, D. 7. de omnibus Sanctis, n. 1.
- Columna quædam in regno Calabriae instar facis ariste refertur, D. 5. de s. Lucia, n. 3.
- Columnis apud antiquos tota inscribebatur posteritas, ib. n. 6.
- Conceptio beatæ Virginis Mariæ fuit sine macula originali, D. 1. de Concept. B. V. M. per totum, & plures alios sequentes.
- Considerationes variæ in festum de ss. Innocentibus, D. de iisdem, n. 12.
- Consolationes hujus vitæ per eandem vitam amarificantur, D. 5. de Innoc. n. 8. 9.
- Continentia benè dicitur sanctificatio. D. 8. de s. Joanne, n. 2.
- Conversio animarum cibis erat s. Andreae Apostoli, D. 5. de s. Andrea, n. 11.
- Creaturæ omnes obediebant puerulo Jesu, D. 2. de Nativit. n. 2.
- Crux sancto Andreae fuit dos locupletissima, D. 4. de s. Andrea, n. 5.
- Crux sancti Andreae spiritualizata, D. 5. de s. Andrea, per totum.
- Crux, in qua crucifixus fuit s. Franciscus, describitur, D. 11. de sancto Franciscio, per totum.

D,

Damna sanctæ Ecclesiæ per nimium fastum, & in luxum effusiones illata, per s. Carolum restaurata sunt, D. 8. de s. Carolo Borromæo, n. 11.

David sine armis de Goliato triumphum reportat, D. 10. de Nativ. n. 1.

Deus nunquam nos deserit, nisi priùs deseratur à nobis, D. 2. de Nativ. n. 9.

Deus

ET RERUM MAGIS NOTABILIUM.

Deus plus invenitur cum personis tribulatis & afflictis, quàm cum divitibus, D. 5. de Nativ. Christi, n. 4.
 Deus non est personarum acceptor, D. 9. de Nativit. n. 8.
 Dei providentia non deficit in morte sanctorum Innocentium, D. 5. de Innoc. n. 12.
 Dicitur Augusti in morte filii Herodis, D. 3. de Innoc. n. 4.
 Dicitur Plutarchi de Pompejo, D. 1. de s. Sylvestro, n. 7.
 Dicitur alicujus Gymnosophistæ, D. 4. de omnibus Sanctis, n. 4.
 Dies Salvatori sacri, D. 3. de omnibus Sanctis, num. 5.
 Dignitas s. Joannis Evangelistæ ex hoc maximè arguitur, quòd eidem in matrem assignata sit Mater Christi, D. 5. de sancto Joanne, per totum.
 Divitias immensas in summa paupertate possedit sanctus P. Franciscus, D. 5. de s. Francisco, per totum.
 Divites cum majori difficultate accedunt ad sacramenta, quàm pauperes, D. 8. de Nativ. n. 5. & D. 9. de eadem Nativ. n. 5.
 Dona & gratia s. Francisci, D. 1. de s. Francisco, n. 13. D. 9. de eodem, per tot. D. 16. de eodem, n. 7.
 Draco vincit à s. Sylvestro, ejusque significatum, D. 4. de s. Sylvestro, n. 5.
 Dubia tria maximè ingeniosa, D. 5. de s. Andrea, n. 12.

L

Leemofyna mille reddit pro uno, D. 5. de s. Martino, nu. 10. Fuit item principium sanctitatis s. Martini, ib. n. 11.
 Elementum in suo centro non ponderat, D. 1. de s. Lucia, n. 5.
 Emblemata elephantis cum sua epigraphe, D. 6. de ss. Innocentibus, num. 8. Item floris cum aranea & apicula, D. 2. de s. Sylvestro, numer. 4. Item lucis & margaritæ, D. 4. de s. Lucia, n. 3.
 Episcopus tentatus de impudicitia, auxilium sensit à sancto Andrea, D. 5. de s. Andrea, num. 12.
 Eva creata in paradiso figura est beatissimæ Virginis, D. 3. de Concept. B. V. n. 5.
 Evangelium de Confessore non Pontifice cur

ab Ecclesia recitetur in die s. Sylvestri, D. 5. de s. Sylvestro, n. 1.
 Eudoxia Augusta exivit templum in honorem s. Stephani, D. 4. de s. Stephano, n. 12.
 Exemplum continentis, D. 3. de s. Lucia, numer. 10.
 Exemplum patientiæ, D. 1. de ss. Apostolis Simone & Juda, n. 12.

F

Fervor Pastorum in querendo Christum, D. 8. de Nativ. Christi, n. 4.
 Fides dux est Christiani pro itinere cœli, D. 5. de s. Lucia, n. 11.
 Figura Conceptionis Immaculatæ beatissimæ Virginis Mariæ, D. 6. de eadem, n. 9.
 Finis quem intendit Christus, dum stigmata vulnerum suorum reservavit, D. 3. de s. Thoma, num. 2.
 Fortitudo s. Stephani describitur, D. 2. de s. Stephano, n. 1. & per totum.
 S. Franciscus habuit licentiam curandi celebrare Missam in stabulo, D. 2. de Nativit. Christi, num. 11.
 S. Franciscus jam mortuus adhuc in pedibus consistebat immobilis, D. 2. de s. Francisco, num. 12.
 S. Franciscus Ecclesiam sustinuit cadentem, D. 11. de s. Francisco, per totum. Sub stellæ symbolo laudes ejus tractantur, D. 3. de eodem, per totum. Ex sua paupertate ejusdem laudes deducuntur, D. 4. de eodem, per totum. Per visum ostensus fuit Innocentio III in star cujusdam palmæ, D. 8. de eodem, n. 1. & seq. In ipso quasi comprehenduntur omnia aliorum Sanctorum merita, virtutes, & gratiæ, D. 9. de eodem, per totum. Cur Christus, dum eidem sacra impressit stigmata, eidem apparuit instar Seraphini, D. 13. de eodem, per totum. Tenerrimus ejus erga passionem affectus, D. 16. de eodem, per totum. Fuit cinctus lilis & rosis, D. 2. de eodem, nu. 7. Omnibus creaturis noverat imperare, D. 3. de eodem, num. 8. Fuit similis Christo, D. 3. de eodem, nu. 13. Fuit magnus amator paupertatis, D. 6. de eodem, nu. 5. Non habuit in capite coronam spineam, & quare? D. 17. de eodem, n. 9. S. Franciscus tangens spinas eadem mirabiliter conversæ sunt in rosas, ib. num. 11.

INDEX MATERIARUM,

Fructus Spiritus sancti à s. Stephano possessi, D. 3. de s. Stephano, n. 10. & seq.
 Fructus primitivi licet sint acerbi, sunt tamen de se grati, D. 3. de ss. Innoc. n. 4. Offeruntur Deo simul cum primogenitis, D. 3. de ss. Innocent. n. 12. Primitiæ fructuum placent, quia sunt teneræ, licet non ita sapida, ib. n. 12. Recipiuntur semper cum gaudio, ib. n. 13.

G.

Gentiles in testificationem cultus, quem suis exhibebant Deorum simulachris, varia corporibus suis signa imprimebant, D. 17. de s. Francisco, n. 4.
 Gloria Seraphici Patris Francisci, quam è sacris stigmatibus reportavit, D. 15. de eodem, per totum.
 Gratia, quare aliquando à Deo non impetretur, D. 4. de s. Lucia, n. 7.

H.

Hercules etiamnum in cunis vagiens duos occidit serpentes, D. 10. de Nativ. Christi, nu. 1.
 Herodes crudelis contra quatuor suos filios, D. 6. de ss. Innoc. n. 4. Ambitio eum in tantam malitiæ abyssum dedit præcipitem, ibid. Strages Innocentium est in fuga Christi pœna Herodis, ib. Dispositio per ipsum facta ante mortem, ib.
 Hester singulari privilegio Regina, D. 1. de Concept. B. M. V. n. 3.
 Humiles sunt Cardinales Ecclesiæ, D. 2. de s. Francisco, n. 1.
 Humilitas s. Caroli Borromæi, D. 3. de s. Carolo Borromæo, per totum.
 Humilitas s. Andreae Apostoli, D. 4. de eodem, n. 4. Item D. 4. de eodem, n. 2.
 Humilitas est fundamentum sanctitatis, D. 9. de Nativ. Christi, n. 3.
 Humilitas in s. Francisco fuit causa omnium virtutum, D. 6. de s. Francisco, per totum. Pereandem ad Deum usque exaltatus fuit, D. de eodem, per totum.

I.

Iacob patriarcha à fratre suo Esau persecutionem passus.

Ignis s. Lucie paratus eandem ne minimum lædere potuit, D. 3. de eadem, n. 3.
 Imitari quomodo oporteat s. Martinum, D. 1. de eodem, n. 10.
 Imperator quando coronatur, per portam argenteam intrat, D. 12. de Nativitate Christi, n. 7.
 Imperatrix Imperatoris gaudet privilegiis, D. 6. de Concept. B. M. V. n. 5.
 Incredulitas Thomæ utilior fuit, quàm fides Mariæ, D. 3. de s. Thoma, n. 1.
 Indulgentiæ, D. 4. de omnibus Sanctis, n. 3.
 Intercessio Sanctorum apud Deum pro nobis, D. 5. de iisdem, per totum. Sanctorum intercessioni conjungi debet nostra in imitandis eorundem virtutibus diligentia, D. 6. de iisdem, per totum.
 Inventio s. Stephani, D. 4. de s. Stephano, numer. 12.
 S. Joannes Evangelista ex variis causis & motivis fuit à Christo dilectus, D. 1. de eodem, num. 3.
 S. Joannis charitas, D. 2. de eodem, nu. 4. Modestia & humilitas ejusdem, ibid. Instar dilectissimi filii requievit in sinu Christi, D. 3. de eodem, per totum. Evangelium præ cæteris mysteriosum & elevatum conscripsit, D. 4. de eodem, num. 3. Fuit Apostolus, Propheta, Evangelista, Martyr, Confessor & Virgo, ibid, num. 4. Ejus indè præ cæteris dignoscitur prærogativa, quòd in pectore Christi requievit, D. 4. de eodem, num. 8. Similiter, quòd eidem in matrem assignata sit Mater Christi, D. 5. de eodem, per totum. Ejus sepulchrum manna quodam redundat, D. 4. de eodem, nu. 10. Obsequia ab eo Deiparæ impensa, D. 5. de eodem, nu. 5. Multi dubitant de ejus morte, D. 6. de eodem, n. 3. Positus in lebetè olei ferventis, illæsus exivit, D. 8. de eodem, n. 5. In sinu Christi magnam acquisivit fortitudinem, ib. n. 4.
 S. Jordani insigne dictum de perduto sibi uno oculo, D. 5. de s. Lucia, n. 7.
 S. Joseph quali modo providerit Christo & Mariæ, D. 4. de Nativ. Christi, n. 1.
 Justi plus Dei, quàm propriam gloriam amant, D. 3. de s. Thoma Apost. n. 1.
 Justitia originalis, D. 1. de Concept. B. M. V. n. 2.
 Justitia divina se quodammodo in s. Franciscum exoneravit, & quomodo idcirco sacra stigmata

ea eidem fuerint impressa, D. 10. de s. Francisco, n. 3.

L.

- L**ibetitia nostra ad Dei gloriam & honorem dirigi debet, D. 2. de omnibus Sanctis, num. 12.
- Laus in omnibus soli Mariæ debetur, D. 7. de Concept. B. V. n. 10.
- Legislator supremus multas condidit leges, D. 2. de Concept. B. V. M. n. 4.
- Leo timet strepitum rotarum, D. 3. de S. Catharina, n. 6.
- Libanus mons est altissimus, D. 7. de s. Joanne, num. 3.
- Libraria, in qua scientiam suam hausit s. Joannes Evangelista fuit sinus Christi, D. 3. de s. Joanne Evangelista, n. 4.
- S. Lucia intensissime Deum amavit, D. 1. de eadem, n. 2. Est advocata pro oculorum incolumitate, D. 2. de ead. n. 1. Item D. 4. de eadem, num. 1. Promptissimum ejus ad tyrannum responsum, D. 1. de ead. nu. 2. Anima ejus à Spiritu sancto fuit exornata, D. 3. de ead. n. 5.
- Lucifer in profundum abyssi detrusus fuit, quia sibi voluit subjugare Deiparam Virginem, D. 4. de Concept. B. V. n. 5.
- Luctatores & eorum proprietates, D. 5. de s. Sylvestro, n. 3.
- Luna sub pedibus B. V. Mariæ quid significet, D. 4. de Concept. B. V. M. n. 4.
- S. Lutgardis vidit Christum vulneribus crucentatum, D. 15. de s. Francisco, n. 5.
- Lux nobilissima est creatura, D. 4. de s. Lucia, num. 1.

M.

- M**anna redundat sepulchrum sancti Joannis, D. 4. de s. Joanne, n. 10.
- Maria ne quidem per brevissimum tempus in anima sua habuit maculam peccati originalis, D. 2. de Immaculata Concept. n. 6.
- S. Martinus undique exornatus fuit virtutibus, donis, meritis & operationibus prorsus admirabilibus, D. 1. de sancto Martino per totum.
- S. Martinus alias aliorum Sanctorum participat prerogativas, ib.

- Multa patravit miracula, ib.
- Virtutibus admodum fuit dives, ib.
- Ejus humilitas, ib.
- Ejus in oratione studium, ib.
- Fuit violenter quasi raptus ad episcopatum, ib.
- Potest etiã dici Martyr, D. 2. de eo per totum.
- Nominis ejus etymologia, ib.
- Ejus abstinentia, ib. n. 2.
- Ejus paupertas, ib.
- Ejus mansuetudo, ib.
- Pallium suum divisit ut nudum eò vestiret pauperem, D. 5. de eo, per totum.
- Quantum Christus illam actionem aestimavit, ibid.
- Adhuc miles existens admodum fuit virtuosus, b. n. 4.
- Quadam vice vestibus indutus sacerdotalibus, tunicã suã interiori se exiit, ut eam daret pauperi, ib. n. 9.
- Martyrium S. Joannis truculentissimum, D. 6. de s. Joanne, n. 7.
- Martyres sunt Christi corona, D. 1. de s. Stephano, num. 1.
- Triplicis sunt generis, ib.
- Figurantur per petras, D. 6. de s. Stephano, num. 9.
- Qualiter pugnent in patria, D. 4. de omnibus Sanctis, n. 2.
- Ministri Evangelici rigorem poenitentia observare debent.
- Mirabilia septem montis Sinai adaptata s. Catharinae virg. & mart. D. 3. de s. Catharina num. 3.
- Miracula, quæ Deus in Sanctis suis operatur, D. 4. de omnibus Sanctis, per totum.
- Miracula qualiter à nobis patrari possint, D. 5. de omnibus Sanctis, n. 2.
- Mirmicides ejusque artificium, D. 19. de Nativ. Christi, n. 1.
- Mysterium fugæ Christi, D. 1. de s. Innocentibus, n. 1 & seq.
- Mysteriũ quare s. Innocentes dicti sint flores & pimitæ martyrum, D. 4. de iidem, per totum.
- Mysterium quare Christus imprimendo sacra sua stigmata S. Francisco figuram præ se tulit cujusdam Seraphini, D. 13. de S. Francisco, per totum.
- Mors à sanctis desideratur, D. 7. de s. Martino, n. 1. in medio.
- Mors s. Joannis à multis censetur dubia, D. 6. de eo, n. 3.

INDEX MATERIARUM

Motiva varia cur Christus in Ægyptum fugerit, D. 2. de ss. Innocent. per totum.
 Motiva ob quæ celebretur ab Ecclesia particulare festum de omnibus Sanctis, D. 1. de iisdem, per totum.
 Mundus à sancto Carolo Borromæo odio fuit habitus, ab eodemque aliud habere noluit, quàm canis à suo domino, D. 7. de eodem num. 11.

N.

Nativitas Christi variis Discursibus illustrata est, vide Festum ss. Nativitatis.

O.

Occasiones vitæ adferunt nobis victoriam, D. 1. de ss. Innocent. n. 3.
 Oculi, eorumque proprietates, D. 2. de s. Lucia, per totum.
 S. Odoardus Angliæ Rex devotissimus fuit erga s. Joannem, D. 8. de s. Joanne, n. 9.
 Oleum significat lætitiã, D. 3. de s. Andrea, num. 3.
 Fluit è corpore s. Andrea, ibi.
 Innativitate Christi integer torrens fluit oleo, D. 2. de ead. n. 2.
 Originale crimen plus maculat animam, quàm actuale, D. 2. de Immaculata Conceptione, num. 12.
 Ordo à Deo Moyse præscriptus, D. 1. de s. Stephano, n. 8.

P.

Parallelus inter Christum & Andream, D. 2. de eo, per totum.
 Inter s. Stephanum & Abelem.
 Inter Christum & s. Stephanum, D. 5. de eo per totum.
 Inter Deum & Franciscum, D. 10. de eo per totum.
 Parentes B. V. Mariæ quare non mentionentur in Scriptura sacra, D. 5. de Concept. num. 6.
 Item D. 6. de eadem, num. 8. Item D. 7. de ead. n. 10.
 Partialitas Christi in denominando Joannem filium suæ matris: Ejus quoque rei assignantur rationes, D. 5. de sancto Joanne, numer. 5, 7, 8.

Paschalius tyrannus castigatus, D. 5. de s. Lucia num. 2.
 Pater æternus donando nobis Christum simul cū illo omnia nobis bona donavit, D. 6. de Nativ. Christi, n. 7.
 Paupertas & humilitas s. Francisci sustinent Ecclesiam.
 Peccatum originale, ejus origo & malitia, D. 1. de Immac. Concept. n. 2.
 Quot mala secum afferat, ibid.
 Denotatur per tenebras, D. 4. de ead. n. 4.
 Philippus Nerijs ejusque dictum, D. 5. de sanctis Apost. Simone & Juda, n. 7.
 Phocion aurum sprevit alexandri, D. 4. de sancto Francisco, n. 10.
 Præcepta dei statim executioni sunt mandanda, D. 5. de ss. Innoc.
 Prædicator verbi dei quibus virtutibus pollere debeat, D. 5. de s. Andrea.
 Prædicator plus lucri percipit ex eo quod facit, quàm quod dicit, ibid. n. 9.
 Prælati reprehenduntur quod curam suorum alii committant, D. 9. de Nativit. Christi, num. 6.
 Præmium fortiter pugnantium spectatur, D. 4. de s. Stephano, n. 10.
 Præparationes pro templo Salomonico.
 Privilegium maximum sancti Thomæ fuit, quod digitos suos miserit in vulnera Christi, D. 6. de s. Thoma, n. 2.
 Proprietates lili, ejusque spinæ multas repræsentant s. Caroli virtutes, D. 5. de s. Carolo, per totum.
 Proprietates canis percussus, adaptata Herodi, D. 6. de ss. Innoc. n. 6.

R.

Rachel patris sui idola abscondit infra scenum, D. 5. de Nativ. Christi, n. 2.
 Assignatur ratio, cur in scriptura dicatur plangere, D. 5. de ss. Innoc. n. 14.
 Religiosi à sæculo abstracti facillimè omnes addiscunt scientias, D. 3. de s. Joanne, n. 6.
 Ritus quarto Numerorum capite relatus applicatur Christo & s. Francisco, D. 11. de s. Francisco, nu. 12.
 Ros, ejusque proprietates, D. 4. de s. Stephano, n. 3.
 Rota s. Catharinæ, ejusque mysteria, D. 2. de de s. Catharina, per totum.

Rota

ET RERUM MAGIS NOTABILIUM.

Rota cuiusdam currus risum causavit cuidam principi, *ibid.*, n. 5.

Quare sancta Catharina depingatur cum rota, *ibid.*

Quare rupta sit rota s. Catharinæ, D. 3. de ead. num. 7.

S.

Sacrificium antiquitus offerebatur Herculi cum variis injuriis & contumeliis, & quare, D. 2. de s. Stephano, n. 3.

Salutis animæ negotium non admittit quidquã reparationis humanæ, D. 3. de s. Thoma, numer. 2.

Samson quomodo perdidit suam virtutem, D. 8. de sancto Joanne, n. 4.

Sapientia maximè in virginibus nidificat, D. 1. de s. Catharina, n. 8.

Sileni Alcibiadis, D. 2. de s. apost. Simone & Juda, n. 7.

S. Sylvester meritis est titulum summi sacerdotis, D. 1. de s. Sylvestro, per totum.

Fuit primus, qui inter Pontifices dominium temporale habuit unitum spirituali, *ibid.*

Persuasit Constantino Magno diripere sana Deorum, Ecclesiæque Catholicorum seu Christianorum ditare; magnis ab eodem Constantino divitiis cumulatus fuit, *ib.* n. 2.

Similitudines in favorem purgantium animarum, D. 1. de omnibus Sanctis,

Sancti Simon & Judas apostoli magnam mundi partem converterunt, D. 1. de iisdem per totum.

Tractatur de eorundem virtutibus sub symbolo cœli, D. 2. de iisdem, per totum.

Fuerunt insignes in amore Christi, D. 4. de iisdem, per totum.

Considerantur aliqua mysteria, ob quæ in eorundem festo particulare legatur Evangelium, D. 5. de iisdem, per totum.

Converterunt Regem Babylonix, D. 1. de iisdem, n. 3.

Conservârunt se in summa humilitate, D. 1. de iisdem, n. 4.

Habiti sunt pro diis, D. 4. de iisdem, n. 8.

Comparantur cœlo, D. 2. de iisdem, per totum.

Eorundem magna charitas, D. 4. de iisdem, per totum.

Syndereis apparet ex vultu, D. 7. de s. Stephano, D. 8.

Sol, tres soles visi sunt in Oriente in nativitate Christi, D. 2. de Nativitate Christi, numer. 2.

Solis creatio comparatur conceptioni Immaculatæ Virginis Mariæ, D. 4. de Conceptione, num. 7.

Solis proprietates, quod plus illuminet res vicinas, quàm longius distans, D. 2. de S. Joanne, n. 2.

Spiritus sanctus quando hoc titulo sancti insignitus fuerit primitus, D. 7. de Concept. Immac. n. 10.

Stabulum Bethleemiticum in sua paupertate maximam Christi fecit relucere pulchritudinem, D. 4. de Nativitate, n. 5.

Stabulum electum à Christo in sua nativitate, condemnat nostram superbiam, D. 4. de Nativ. n. 8.

In stabulo relucet Christi magnificentia, D. 11. de Nativ. n. 4.

Stella, ejusque qualitates, D. 2. de s. Francisco, num. 6.

S. Stephanus; Stephanus idem est quod corona, D. 1. de s. Stephano, n. 1.

Cunctis Martyribus animos addidit, D. 2. de eodem, n. 5.

Audacter prædicavit resurrectionem dominicæ, D. 4. de eodem, n. 12.

Solum lucratus est, D. 5. de eod. n. 7.

Fuit lapis pretiosus suppositus ædificio sanctæ Ecclesiæ, D. 6. de eod. n. 3.

Inter laxa perfectus est, D. 6. de eod. n. 8.

Successus seu modus Isaaci n. danda benedictione applicatur nativitati, D. 3. de Nativitate, num. 2.

Superpelliceum sancti Caroli majoris est fortitudinis, quàm chalybs, D. 9. de s. Carolo, numer. 9.

T.

Temperantia sancti Caroli, D. 7. de eodem, num. 8.

Templum Ægyptiorum, in quo adorabant idola, D. 2. de s. Innocentibus, n. 5.

S. Theresia tota rapitur ob summam Redemptoris pulchritudinem, D. 5. de sancto Thoma, num. 2.

Sanctus Thomas in vulneribus Christi instruitur, D. 1. de s. Thoma, n. 3. & 4.

Ejus

INDEX MATERIARUM ET RER. MAGIS NOT.

Ejus à culpa libertas, D. 4. de eodem, n. 2.

Ejus dubitatio nobis valdè fuit proficua, D. 5. de eod. n. 1.

Ejus describuntur virtutes, D. 6. de eodem, nu. 5.

Sanctissima Trinitas fuit prima virgo; D. 5. de s. Lucia, n. 4.

V.

Vigilantia Pastorum, D. 9. de Nativ. Christi, num. 8.

Virginitas s. Catharinæ miraculosa, D. 3. de s. Catharina, n. 5.

Virginitas est Deo gratissima, D. 3. de s. Lucia, num. 4.

Ejus Epitheta, D. 6. de sancto Joanne, numer. 1.

Deum facit cognosci, D. 6. de sancto Joanne, num. 6.

Virtutem faciendi miracula habuit s. Stephanus D. 3. de eod. n. 21.

Vulnera Christi, cur fuerint ab eodem reservata, D. 6. n. 1.

Finis Indicis Materialium & Rerum
notabilium.



INDEX

I N D E X

LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

hoc Tomo quarto contentorum.

G E N E S I S.

- Caput 3. v. 24. *Ambulavitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus, Dil. 25. de omnibus Sanctis, n. 4.*
- Cap. 5. v. 16. *Necdum enim completa sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus, ibidem.*
- Cap. 18. v. 1. *Apparuit autem Dominus Abrahamo ad illicem Mambre in ipso seruire diei, d. 6. de S. Joanne, n. 6.*
- v. 17. *Loquar ad Dominum meum cum sim pulvis & cinis, d. 7. de S. Francisco, num. 11. Item disc. 3. de S. Carolo, n. 12.*
- Cap. 24. v. 44. *Hæc est mulier quam præparavit Dominus filio Domini mei, d. 5. de Concept. B. V. n. 7.*
- Cap. 27. v. 21. *Accede huc, ut tangam te fili mi, & probem utrum tu sis filius meus Esau an non. d. 6. de S. Thoma, n. 2.*
- v. 21. *Vox quidem vox Jacob est, manus autem Esau, d. 3. de Nativit. Christi, n. 2.*
- Cap. 28. v. 11. *Cumque venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, & supponens capiti suo dormivit in eodem loco, &c. d. 8. de S. Stephano, n. 2.*
- v. 12. *Vere non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli, d. 3. de S. Joanne, n. 4.*
- v. 17. *Erexit lapidem in titulum fundens oleum de super, d. 3. de S. Andrea Apost. n. 4. It. m. d. 4. de S. Stephano, n. 13.*
- Cap. 31. v. 40. *Die noctuque astu urebar, & Gelu, fugiebat que somnus ab oculis meis, d. 2. de S. Carolo, n. 12.*
- Cap. 32. v. 25. *Dimitte me, jam enim ascendit aurora, d. 5. de omnibus Sanctis, n. 8.*
- v. 3. *Israel autem diligebat Joseph super omnes filios suos eo quod in senectute genuisset eum, d. 3. de S. Joanne, n. 2.*
- Cap. 37. v. 4. *Vade & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, d. 1. 3. de Nativ. Christi, n. 2.*
- Cap. 42. v. 38. *Non descendet filius meus vo-*
Mansi Sanctuarii, Tom. IV.

biscum, d. 2. de ss. Innocent. n. 1.

Cap. 43. v. 34. *Majorque pars venit Benjamin, sta ut quinque partibus excederet, d. 5. de S. Francisco Assisim, num. 6. Item d. 16. de eodem n. 11.*

Cap. 49. v. 3. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, prior in donis major in imperio, d. 3. de S. Stephano, n. 6.*

E X O D I,

Cap. 2. v. 2. *Videns eum elegantem abscondit tribus mensibus, cumque jam celare non posset, sumpsit fiscellam, d. 2. de ss. Innocentibus, n. 2.*

Cap. 3. v. 5. *Solve calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est, d. 6. de Concept. B. V. M. n. 7.*

v. 12. *Ego ero tecum, & hoc habebis signum cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem, d. 11. de S. Francisco, n. 4.*

Cap. 14. v. 24. *Et ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubes interfecit exercitum eorum, & subvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum, d. 5. de S. Lucia Virg. n. 2.*

Cap. 15. v. 5. *Iste Deus meus & glorificabo eum, d. 12. de Nativit. Christi, n. 4.*

Cap. 16. v. 4. *Vt tentem eum num ambulet in lege mea, an non, d. 14. de S. Francisco Assisinate, n. 7.*

Cap. 17. v. 9. *Cras ego stabo in vertice collis habens virgam Dei in manu mea, d. 2. de S. Carolo Borromeo, n. 8.*

v. 11. *Cumque Moyses levaret manus vincebat Israel, d. 3. de S. Catharina, n. 5. Item d. 4. de S. Andrea, n. 3.*

Cap. 19. v. 12. *Caute ne ascendatis in montem nec tangatis fines illius: omnis qui tetigit montem morte morietur, d. 3. de S. Catharina, n. 3.*

Cap. 20. v. 19. *Non loquatur nobis Dominus, loquere tu nobis, d. 10. de Nativ. Christi, n. 3.*

I N D E X

- Cap. 22. v. 29. *Primitias tuas non tardes red-
dere, disc. 4. de ss. Innocentibus, n. 1.*
- Cap. 23. v. 19. *Primitias frugum terra tua infe-
res in domum Domini Dei, ibid.*
- v. 21. *Non dimittet te cum peccaveris, d. 9. de
S. Carolo, n. 5.*
- Cap. 25. v. 31. *Facies candelabrum ductile, &c.
Et lila ex ipso procedentia, d. 6. de S. Joane
Apostolo, n. 5.*
- Cap. 26. v. 14. *Facies & operimentum aliud re-
cto de pellibus rubricatis, d. 3. de ss. Innocen-
tibus, n. 2.*
- Cap. 28. v. 17. *Pones in eo quatuor ordines lapi-
dum, in primo versu erit lapis Sardius & To-
pazius & Smaragdus, &c. d. 3. de S. Martino
Episcopo, n. 3.*
- Cap. 33. v. 13. *Si inveni gratiam in conspectu tuo
ostende mihi faciem tuam, ostende mihi glo-
riam tuam, d. 12. de Nativ. Christi, n. 14.*
- v. 20. *Non videbit me homo & vivet, non enim
videre poteris faciem meam, d. 8. de S. Ste-
phano, n. 2.*
- Cap. 34. v. 5. *Omnis voluntarius & prono animo
offerat eas Domino, aurum, argentum, & as
Hyacinthum & purpuram, coccumque bis
tinctum & byssum & pilos caprarum, pelles-
que arietum, lapides Onychinos & gemmas
adornatum super humeralis, d. 6. de S. Caro-
lo, n. 3. & 13.*
- v. 21. *Obtulerunt mente promptissima atque de-
vota primitias Domino ad faciendum opus
tabernaculi, d. 3. de ss. Innocentibus, n. 2.*

L E V I T I C I.

*Ponam Tabernaculum meum in medio vestri,
d. 4. de omnibus Sanctis, n. 1.*

N U M E R O R U M.

- Cap. 8. v. 17. *Measunt enim omnia primogenita
filiorum Israel tam de hominibus quam lu-
mentis, d. 2. de ss. Innocentibus, n. 4.*
- Cap. 11. v. 11. *Cur imposuisti pondus univ-
ersi populi huius super me, d. 1. de sancta Lucia,
n. 10.*
- v. 11. *Cur afflixisti servum tuum? quare non
invenio gratiam coram se, d. 1. de S. Carolo,
n. 7.*
- Cap. 14. v. 9. *Nolite rebelles esse contra Domi-
num, neque timeatis populum terra huius:
quia sicut panem ita eos possumus devorare.*

disc. 5. de omnibus Sanctis, numero 6.

- Cap. 16. v. 21. *Locutusque Dominus ad Moysen
& Aaron ait: Separamini de medio congre-
gationis huius, ut eos repente disperdam, d. 6.
de omnibus Sanctis, n. 3.*
- Cap. 20. v. 6. *Aperi eis Theaurum tuum fontem
aqua viva, d. 3. de S. Catharina, n. 4.*
- v. 8. *Loquimini ad petram & ipsa dabit vobis
aqua, d. 3. de S. Catharina, n. 4.*
- Cap. 24. v. 17. *Orietur Stella ex Iacob, d. 4. de
Concept. B. V. M. n. 6.*

D E U T E R O N O M I I.

- Cap. 11. v. 24. *Omnis locus quem calcaverit pes
vester, vester erit, d. 5. de S. Francisco, n. 2.*
- v. 21. *Sicut aquila provocans ad volandum
pulos suos, & super eos volitans, d. 7. de S. Jo-
anne, n. 7.*
- Cap. 32. v. 13. *Vt sugeret mel de petra, oleum-
que de saxo durissimo, d. 5. de S. Stephano,
n. 3.*
- v. 37. *Vbi sunt Dii eorum, in quibus habebant
fiduciam surgant & opulentur vobis, & in
necessitate vos protegant, d. 2. de S. Francisco,
n. 13.*
- Cap. 33. v. 12. *Amantissimus Domini habitabit
confidenter in eo, quasi in thalamo tota die
morabitur, & inter humeros illius requiescet.
d. 3. de S. Joanne, n. 3.*

J O S U E.

Cap. 8. v. 31. *Altare verò de impolitis lapidibus
quos ferrum non tetigit, d. 6. de S. Stephano,
n. 11.*

J U D I C I U M.

- Cap. 5. v. 20. *De caelo dimicatum est contra eos &
Stella manentes in ordine, & cursu suo ad-
versus Sisaram pugnaverunt, d. 3. de S. Fran-
cisco, r. 11.*
- Cap. 16. v. 20. *Sciatim ab eo fortitudo discessit,
nesciens quod ab eo recessisset Dominus, d. 8.
de S. Joanne, n. 4.*

I. R E G U M.

Cap. 2. v. 4. & 5. *Arcus fortium superatus est, &
infirmi accincti sunt robore famelici saturati
sunt, donec sterilis peperit plurimos, & quae mul-
tos haec.*

LOCORUM S. SCRIPTURÆ

- ros habebat filios infirmata est, &c. d. 7. de S. Francisco, n. 6.
 cap. 17. v. 14. *Elegit quinque limpidissimos lapides de torrente*, d. 11. de S. Francisco, n. 10
 cap. 25. v. 3. *Eratque mulier illa prudentissima*. d. 1. de S. Catharina, n. 1
 cap. 24. v. 21. *Scio certissime quod regnaturus sis*, d. 4. de Nativit. Christi, n. 5.

II. REGUM.

- Cap. 6. v. 11. *Habitavit arca Domini in domo Obededom tribus mensibus*, d. 6. de S. Joanne, n. 7.
 v. 22. *Ero humilis in oculis meis*. d. 6. de S. Francisco, n. 12.
 cap. 14. v. 17. *Sicut Angelus Domini, ut nec benedictione nec maledictione morveatur*, d. 3. de S. Stephano, n. 11. Item d. 7. de eodem n. 5.
 v. 20. *Tu autem Domine mi Rex Sapiens es, sicut habet sapientia Angelus Dei ut intelligas omnia super terram*, d. 7. de S. Stephano, n. 3.
 cap. 23. v. 8. *David sedens in Cathedra sapientissimus*, d. 7. de S. Joanne, n. 6.

III. REGUM.

- Cap. 1. v. 14. *Adhuc ibi te loquente cum Rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos*, d. 6. de omnibus Sanctis, n. 2.
 cap. 5. v. 17. *Præcepit Rex ut tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi*, d. 6. de S. Stephano, n. 2.
 cap. 6. v. 7. *Domus cum adificaretur de lapidibus dolatis, atque perfectus adificata est, mal-leus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, dum adificaretur*, d. 4. de S. Stephano, n. 6.
 v. 32. *Sculpfit in eis picturam Cherubim, & palmaram species*, d. 3. n. 8. in festo S. Martini Episcopi.

EX PSALMIS.

- NB. In initium libri Psalmorum vide in initio sententia pagina tertia incuria eo positum, & lege pag. ab hinc secunda juxta ordinem lib. IV. Regum
 Pl. 46. v. 6. *Ascendit Deus in jubilatione*, d. 4. de ss. Simone & Juda, n. 1.
 Pl. 49. v. 12. *Meus est orbis terra & plenitudo ejus*, d. 1. de Nativit. Christi, n. 1.

- Pl. 60. v. 3. *In petra exaltasti me*, disc. 5. de Nativitate Christi, numero 5. & disc. 12. n. 4.
 Pl. 63. v. 9. *Infirmata sunt contra eos lingua eorum*, discursus 2. de S. Carolo Borromeo, n. 6.
 Pl. 67. v. 11. *Dominus dabit verbum Evangelizantibus virtute multa*, d. 1. de S. Catharina, n. 6.
 v. 18. *Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu*, discursus 3. de S. Joanne Evang. n. 2.
 Pl. 70. v. 19. *Deus quis similis tibi*, d. 10. de S. Francisco, n. 1.
 Pl. 72. v. 7. *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transferunt in assuetum cordis*, d. 4. de sancta Catharina, n. 11.
 v. 8. *Cogitaverunt & locuti sunt nequitiam*, Ibid.
 Pl. 73. v. 9. *Signa nostra non vidimus, jam non est Propheta*, disc. 15. de S. Francisco, n. 4.
 v. 14. *Tu confregisti capita Draconis*, d. 3. de S. Stephano, n. 2.
 Pl. 74. v. 4. *Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea*, d. 2. de Conceptione numero 5.
 Pl. 75. v. 2. *Factus est in pace locus ejus, & habitatio ejus in Syon*, d. 13. n. 6. de Nativitate Christi.
 v. 3. *Ibi confregit potentia arcuum*, ibidem.
 Pl. 76. *Deum exquisivi manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus*, d. 6. de S. Thoma, n. 2.
 Pl. 77. v. 31. *Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos*, d. 5. de omnibus Sanctis, n. 3.
 Pl. 78. v. 1. *Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templum sanctum tuum*, disc. primo de S. Francisco, n. 8.
 Pl. 79. v. 4. *Ostende faciem tuam, & salvum erimus*, disc. 3. de S. Joanne Evang. numero 3.
 Pl. 81. v. 6. *Ego dixi Dii estis*, d. 2. de ss. Simone & Juda, n. 6.
 Pl. 82. v. 1. *Deus quis similis erit tibi*, d. 10. de S. Francisco, n. 1.
 Pl. 84. v. 1. *Benedixisti Domine terram tuam avertisti captivitatem Jacob*, d. 3. de Conceptione, n. 4.

- v.9. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam*, disc. 13. de Nativitate Christi, n. 2.
- Pf. 86. v. 7. *Homo natus est in ea, & ipse fundavit eam altissimus*, disc. 6. de Conceptione, n. 8.
- Pf. 87. v. 16. *In laboribus à juventute mea*, d. 1. de ss. Innocentibus, n. 4.
- Pf. 91. v. 17. *Iustus ut palma florebit*, disc. 8. de S. Francisco, n. 3.
- v. 16. *Bene patientes erunt, ut annuntient*, disc. 6. de S. Andrea, n. 9.
- Pf. 95. v. 1. *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnia terra*, disc. 10. in Nativitate Christi, numer. 1. & discurs. 11. numer. 1.
- v. 2. *Annuntiate de die in diem salutare ejus*, ibidem.
- v. 3. *Annuntiate inter gentes gloriam ejus*, ibidem.
- v. 5. *Quoniam omnes Dii gentium Damnia*, d. 3. de ss. Simone & Juda, n. 3.
- v. 17. *Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie Domini, quia venit*, disc. 2. de Nativitate Christi, n. 4.
- Pf. 99. v. 1. *Introite in conspectu ejus in exultatione*, disc. 10. de Nativitate Christi, num. 3.
- v. 3. *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus*, ibidem.
- Pf. 103. v. 2. *Amictus lumine sicut vestimento*, disc. 7. de Nat. Christi, n. 1.
- Pf. 104. v. 44. *Dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt*, disc. 4. de omnibus Sanctis, n. 3.
- Pf. 105. v. 23. *Dixit ut disperderet eos si non Moyses electus ejus stetit in confractioe*, disc. 2. de S. Carolo Borromeo, n. 8.
- Pf. 112. v. 7. & 8. *Despice erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus*, disc. 4. de Nat. Christi, n. 3.
- Pf. 117. v. 16. *Dextera Domini fecit virtutem, non moriar sed vitam & narrabo opera Domini*, disc. 17. de S. Francisco, num. 3.
- Pf. 118. v. 165. *Pax multa diligentibus legem tuam*, disc. 3. de ss. Simone & Juda, numer. 1.
- Pf. 120. v. 8. *Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum*, disc. 5. de Conceptione, num. 3.
- Pf. 134. v. 6. *Omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo, & in terra, & in omnibus abyssis*, disc. 7. de Nativitate Christi, num. 2.
- Pf. 135. v. 13. *Qui dividit mare rubrum in divisiones*, disc. 7. de omnibus Sanctis, numero 6.
- Pf. 138. v. 17. *Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum*, disc. 4. de omnibus Sanctis, n. 2.
- Pf. 140. v. 10. *Cadent in retiaculo ejus peccatores, singulariter sum ego donec transeam*, d. 2. de Conceptione, n. 1.
- Pf. 114. v. 16. *Aperis tu manum tuam & implet omne animal benedictione*, d. 3. de omnibus Sanctis, n. 7.
- v. 19. *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet*, ibid.
- Pf. 147. v. 4. *Velociter currit sermo ejus*, d. 5. de S. Andrea, n. 4.

PROVERBIORUM SALOMONIS.

- Cap. 3. v. 9. *Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum dabit ei*, disc. 3. de ss. Innocentibus, n. 1.
- v. 16. *Longitudo dierum in dextera ejus, & in sinistra illius divitiae, & gloria*, d. 3. de omnibus Sanctis, n. 7.
- Cap. 8. v. 17. *Ego diligentes me diligo*, d. 1. de S. Joanne Evang. n. 3.
- v. 31. *Deliria mea esse cum filiis hominum*, d. 3. de S. Lucia, n. 2.
- Cap. 11. v. 1. *Fondus aquum voluntas ejus*, d. 3. de S. Lucia, n. 10.
- Cap. 11. v. 12. *Qui despicit amicum suum, indignus corde est, vir autem prudens tacebit*, d. 1. de S. Stephano.
- v. 22. *Mulier pulchra & facula*, d. de S. Catharina, n. 11.
- Cap. 12. v. 21. *Non contristabit justum quidquid ei acciderit*, d. 2. de S. Sylvestro, numero 6.
- Cap. 8. v. 27. *Ergone putandum est, quod verè Deus habitet super terram*, d. 7. in Conceptione B. V. n. 3.
- Verfu eodem. *Si enim caelum & caeli caelorum recapere non possunt, quanto magis domus haec quam aedificavi*, d. 4. in Nativitate Christi, n. 8.

cap. 19. v. 11. Spiritus grandis, & fortis subvertens montes, & conterens petras: non in spiritu Dominus: & post spiritum commotio: & in commotione Dominus, Disc. 3. de S. Catharina, n. 8.

v. 12. Et post commotionem ignis: non in igne Dominus, & post ignem sibilus aura tenuis, ibid.

IV, REGUM.

Cap. 2. v. 9. Oro ut fiat in me duplex spiritus tuus, Disc. 1. de S. Sylvestro, n. 6.

II. PARALIPOMENON.

Cap. 7. v. 15. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures mea erecta ad orationem ejus, qui in loco isto oraveris, disc. septimo, de Conceptione, n. 12.

TOBIÆ.

Cap. 9. v. 2. Si me ipsum tradam tibi servum, non ero condignus providentia tua, Disc. 3. de omnibus Sanctis, n. 6.

JUDITH.

Cap. 11. v. 18. Mirabantur sapientiam ejus, & dicebant alter ad alterum, Disc. 1. de S. Catharina, n. 1.

v. 19. Non est talis mulier super terram, in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum, ibid.

Cap. 16. v. 24. Erat populus jucundus secundum faciem Sanctorum, Disc. 2. de omnibus Sanctis, n. 11.

ESTHER.

Cap. 6. v. 9. Sic honorabitur, quemcumque voluerit Rex honorare, Disc. 16. de S. Francisco, n. 7.

Cap. 15. v. 12. Ego sum frater tuus, noli me uerere, Disc. 1. de Conceptione, n. 3.

v. 13. Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est, ibid.

Cap. 1. v. 11. Vir erat in terra Hus, disc. 5. de S. Martino, n. 8.

v. 15. Pueros percusserunt gladio, & ego fugi solus, disc. 2. de innocentibus, n. 7.

Cap. 4. v. 7. Quis unquam innocens periit? Disc. 3. de Innocentibus, n. 1.

Cap. 5. v. 1. Voca eos, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum convertere, Disc. 5. de omnibus Sanctis, n. 1.

Cap. 9. v. 13. Sub quo currantur, qui portant orbem, disc. 5. de omnibus Sanctis, n. 7. Disc. 2. de S. Francisco, n. 2.

Cap. 13. v. 7. Interroga jumenta, & docebunt te, disc. 2. in Nasivitate Christi, n. 9.

Cap. 14. v. 14. Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea, Disc. 4. de S. Martino, n. 1.

Cap. 15. v. 15. Cæli non sunt mundi in conspectu ejus, Disc. 2. de S. S. Simone & Juda, n. 3.

Cap. 26. v. 7. Qui appendit terram super nihilum, Disc. 2. de S. Francisco, n. 1.

Cap. 28. v. 28. Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia, Disc. 1. de S. Catharina, n. 4.

Cap. 30. v. 26. Flebam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi, Disc. 5. de S. Martino, n. 12.

Cap. 31. v. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine, Disc. 5. de S. Lucia, n. 7.

v. 17. Si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea, Disc. 2. de S. Sylvestro, n. 9.

v. 18. Quia ab infantia mea crevit mecum miseria, ibid.

v. 23. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus ejus ferre non potui, Disc. 1. de S. Lucia, n. 9.

Cap. 38. v. 30. Accinge sicut vir lumbostuos, Disc. 5. n. 3. de S. Sylvestro.

Cap. 39. v. 5. Quis dimisit Onagrum liberum? Disc. 5. de omnibus Sanctis, n. 8.

Cap. 42. v. 8. Ita ad servum meum Job, & offerte holocaustum pro vobis, Job autem servus meus orabit pro vobis, faciem ejus suscipiam, Disc. 5. de omnibus Sanctis, n. 9.

I N D E X

PSALMORUM.

- Pf. 1. v. 2. *In lege Domini voluntas ejus.* Disc. 13. in Nativitate Christi, n. 5.
- Pf. 4. v. 4. *Mirificavit Dominus Sanctos suos.* D. 4. de omnibus Sanctis, n. 1.
- Pf. 10. v. 10. *Cum dominatus fuerit pauperum.* D. 2. de S. Francisco, n. 8.
- Pf. 11. v. 7. *Eloquia Domini, eloquia recta, argenti igne examinatum.* D. 1. de ss. Simone & Juda, n. 5.
- Pf. 13. v. 2. *Dominus prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens aut requirit Deum.* D. primo, in Nativitate Christi, n. 1.
- Pf. 14. v. 1. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* D. 5. de S. Andrea Apostolo, n. 3.
- v. 2. *Qui egreditur sine macula, & operatur justitiam.* ibid.
- Pf. 15. v. 6. *Funes ceciderunt mihi in praebaris.* D. 3. de S. Carolo, n. 15.
- Pf. 16. v. 15. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* D. 12. in Nativitate Christi, n. 3.
- Pf. 17. v. 1. *Diligam te Domine fortitudo mea.* D. 6. in Concept. B. V. n. 8.
- v. 2. *Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.* ibid.
- v. 3. *Deus meus adjutor meus.* ibid.
- v. 11. *Ascendit super Cherubim, & volavit.* D. 7. de S. Francisco, n. 1. D. 13. de S. Francisco, n. 6.
- v. 12. *Posuit tenebras latibulum suum.* D. 3. n. 4. de S. Lucia.
- v. 3. 4. *Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum.* D. 6. de S. Andrea, n. 5. D. 1. de ss. Innocentibus, n. 3.
- v. 40. *Pracinxisti me virtute ad bellum.* D. 5. n. 3. in festo S. Sylvestri.
- Pf. 18. v. 6. *In Sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* D. 4. in Concept. B. V. n. 7. D. 3. de S. Lucia, n. 4.
- Pf. 20. v. 4. *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis, posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.* Disc. 1. de sancto Stephano, n. 1.
- Pf. 21. v. 4. *Tu autem in Sancto habitas laus Israel.* D. 5. de S. Andrea, n. 2.
- v. 7. *Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abjectio plebis.* D. 10. de S. Andrea, n. 2.
- v. 17. *Circumdederunt me canes multi.* D. 15. de S. Francisco, n. 1.

- Pf. 23. v. 1. *Domini est terra, & plenitudo ejus orbis terrarum, & universi qui habitant in eo.* D. 3. de S. Joanne Evangelista, n. 1.
- Pf. 29. v. 8. *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* D. 4. de S. Catharina, n. 10.
- Pf. 30. v. 9. *Nec conclusisti me in manibus inimici statuisti in loco spatio pedes meos.* D. 6. de Conceptione, n. 8.
- Pf. 33. v. 21. *Custodit Dominus omnia ossa eorum.* D. 4. de omnibus Sanctis, n. 7.
- Pf. 36. v. 31. *Lex Dei ejus in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus ejus.* D. 3. de S. Catharina, n. 6.
- Pf. 39. v. 18. *Ego autem mendicus sum, & pauper, Dominus sollicitus est mei.* D. 10. de S. Francisco, n. 5.
- Pf. 41. v. 2. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.* D. quarto, de S. Martino, n. 1.
- Pf. 44. v. 10. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.* D. 9. de S. Carolo Borromeo, n. 15.
- Pf. 45. v. 5. *Fluminis impetus latificat civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.* D. 6. de Conceptione, n. 8.
- v. 6. *Deus in medio ejus non commovebitur.* D. 2. de S. Catharina, n. 2, & D. 6. de Conceptione, n. 8.

EX PROVERBIIS SALOMONIS.

- NB. Initium hujus libri vide pagina secunda antecedenti, quod hic poni debuisset, nihil tamen reapse desideratur.)
- Cap. 16. v. 23. *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnator urbium.* D. secundo, de S. Stephano, n. 3.
- cap. 17. v. 17. *Omnino tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur.* D. 1. de S. Joanne, n. ult.
- cap. 18. v. 19. *Frater qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma.* D. 3. de ss. Apostolis Simone & Juda, n. 7.
- v. 20. *Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo justi.* Disc. 7. de S. Joanne Apostolo, numero 6.
- cap. 21. v. 28. *Vir obediens loquetur victoriae.* D. 4. de ss. Apostolis Simone & Juda, numero 4.
- cap. 23. v. 26. *Præbe fili mi cor tuum.* Disc. 13. de S. Fran

LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

- S. Francisco, n. 5.
 Cap. 24. v. 5. *Vir sapiens est fortis*, d. 1. de S. Catharina, n. 5.
 Cap. 28. 1. *Iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit*, disc. tertio, de S. Catharina n. 6.
 Cap. 30. 26. *Lepusculus plebs invalida*, d. 3. de S. Carolo, n. 4.
 v. 30. *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavore recursum*, d. tertio, de S. Catharina, n. 6.
 Cap. 30. 33. *Qui autem fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit & butyrum*, d. 1. de S. Catharina, n. 9.
 Cap. 31. v. 21. *Non timebit domui suae à frigidibus nivis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus*, d. 5. de S. Martino, n. 11.
 v. 22. *Purpura indumentum ejus*, d. 5. de S. Carolo, n. 7.
 v. 23. *Nobilis in portis vir ejus*, d. 5. de S. Catharina, n. 3.

ECCLESIASTIS.

- Cap. 7. v. 8. *Calumnia conturbat sapientem, & perdit robur cordis illius*, d. 2. de S. Stephano, n. 4.

CANTICORUM.

- Cap. 1. 6. *Indica mihi, quem diligit anima mea*, d. 1. de Concept. B. V. M. n. 2.
 Cap. 3. 4. *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meae*, &c. d. 1. de Nativ. Christi, n. 8.
 Cap. 4. 8. *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni coronaberis*, d. 1. de S. Sylvestro, n. 5.
 Cap. 5. 11. *Coma ejus sicut elata palmarum*, d. 8. de S. Francisco, n. 9.
 Cap. 6. 8. *Vna est Columba mea*, d. 6. de Concept. B. V. M. n. 9.
 v. 9. *Pulchra sicut Luna*, d. 4. de Concept. B. V. M. n. 6.
 Cap. 7. 8. *Ascendam in palmam*, d. 8. de S. Francisco, n. 11.
 v. 10. *Ego dilecto meo, & ad me converso ejus*, d. 1. de S. Joanne, n. 8.
 Cap. 8. 5. *Qua est ista, qua ascendit de deserto delicijs affluens*, &c. d. 2. de Concept. B. V. M. n. 10.

- Cap. 8. v. 6. *Pone me, ut signaculum super cor tuum*, d. 13. de S. Francisco, n. 5.
 v. 7. *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam*, d. 1. de S. Carolo Borromæo, n. 3.

SAPIENTIÆ.

- Cap. 1. v. 4. *In malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis*, d. 1. de S. Catharina, n. 4. & d. 5. de Conceptione, n. 5.
 Cap. 2. v. 8. *Coronemus nos rosis*, d. 4. de S. Carolo Borromæo, n. 19.
 Cap. 3. v. 1. *Iustorum anime in manu Dei sunt*, d. 3. de omnibus Sanctis, n. 7.
 v. 6. *Tauquam aurum in fornace probavit illos*, d. 7. de omnibus Sanctis, n. 7.
 Cap. 7. v. 8. *Invocavi, & venit in me spiritus sapientia*, d. 3. de S. Catharina, n. 5.
 v. 22. *Suavis, humanus, benignus*, d. 3. de S. Stephano, n. 13.
 v. 25. *Nihil inquinatum in eam incurrit, candor est enim lucis aeterna, & speculum sine macula*, d. 1. de S. Catharina, n. 8.
 Ibid. *Emanatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei sincera, & ideo nihil inquinamenti in eam incurrit*, d. 4. de Conceptione, n. 4.
 Cap. 8. v. 2. *Hanc amavi, & exquisivi à juventute mea*, d. 1. de S. Catharina, n. 1.
 Cap. 11. v. 21. *Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti*, d. 9. de S. Carolo Borromæo, n. 1.

ECCLESIASTICI.

- Cap. 1. v. 2. *Altitudinem caeli, & latitudinem terra, & profundum abyssi quis dimensus est*, d. 1. de S. Thoma, n. 3.
 v. 8 & 9. *Vnus est altissimus Creator omnipotens, ipse creavit illam in Spiritu sancto*, d. 5. de Concept. n. 6.
 v. 25. *Radix sapientia est timere Dominum*, d. 3. de S. Stephano, n. 9.
 Cap. 10. v. 15. *Initium omnis peccati superbia*, d. 5. de Nativ. Christi, n. 3.
 Cap. 11. v. 10. *Si fueris dives non eris immunis à delicto*, d. 4. de S. Carolo Borromæo, n. 16.
 Cap. 19. v. 4. *Qui cito credit, levis est corde*, d. 5. de S. Thoma, n. 2.

- Cap. 22. v. 6. *Musica in luctu importuna narratio.* disc. 1. de omnibus Sanctis, n. 1.
 Cap. 24. v. 7. *Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna.* D. 3. de S. Lucia, n. 4.
 v. 12. *Ego quasi terebintus extendi ramos meos.* D. 2. de S. Andrea, n. 8.
 v. 15. *In me omnis gratia.* D. 5. de S. Joan. Evang. n. 7.
 Cap. 50. v. 12. *Gloriam dedit sanctitatis amicum.* D. 5. de S. Martino, n. 1.
 Cap. 51. v. 4. & 5. *Liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui à rugientibus preparatis ad escam, de manibus quarentium animam meam, & de portis tribulationum.* D. 5. de Conceptione, n. 7.

I S A I Æ.

- Cap. 8. v. 14. *Ecce virgo concipiet.* D. 4. de Nativitate Christi, n. 2.
 Cap. 9. v. 2. *Habitantibus in regione umbra mortis lux orta est eis.* D. 3. de S. Martino, n. 5.
 v. 6. *Parvulus natus est nobis, & vocabitur nomen ejus admirabilis.* D. 11. de Nativitate Christi, n. 1.
 Ibid. *Factus est principatus super humerum ejus.* D. 6. de Nativitate Christi, n. 3.
 Cap. 11. v. 1. *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet.* D. 1. de Conceptione, n. 4.
 v. 2. *Et requiescet super eum spiritus Domini.* Ibid.
 Cap. 12. v. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* D. 6. de S. Thoma, n. 6.
 Cap. 14. v. 13. *Super astra Dei exaltabo solium meum.* D. 4. de Conceptione, n. 5.
 Cap. 19. v. 11. *Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Egyptum.* D. de ss. Innoc. n. 5.
 Cap. 25. v. 10. *Triturabitur Moab sub eo sicut teruntur palee sub planstro.* D. 2. de S. Catharina, n. 7.
 v. 11. *Et extendet manus suas sub eo sicut extendit natans ad natandum.* Ibid.
 Cap. 28. v. 9. *Quem docebit scientiam à lacte, & avulsos ab uberibus.* D. 1. de S. Catharina, n. 7.
 v. 16. *Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem probatum, angularē, pretiosum, in fundamento probatum.* D. 4. de S. Stephano, n. 12.

- & disc. 6. num. 6. & disc. 4. de S. Thoma n. 2.
 v. 20. *Pallium breve utrumque operire non potest.* D. 5. de S. Martino, n. 14.
 Cap. 38. v. 17. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* D. 1. de S. Francisco, n. 4.
 Cap. 49. v. 15. *Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui.* disc. primo, de S. Carolo Borromeo, n. 110.
 v. 16. *Ecce in manibus meis descripsi te.* Ibid. & D. 11. de S. Francisco, n. 13.
 v. 18. *Leva in circuitu oculos tuos, & vide omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, & disc. 2. de S. Andrea, n. 5.
 Cap. 53. v. 4. *Putavimus eum quasi leprosum.* D. 10. de S. Francisco, n. 11.
 v. 7. *Sicut ovis ad occisionem ducetur.* D. 6. de S. Stephano, n. 3.
 Cap. 34. v. 11. *Pauper culax empestate convulsa.* D. 6. de S. Stephano, n. 3.
 Cap. 55. v. 1. *Venite emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac.* D. 1. de S. Catharina, n. 9.
 v. 9. *Sicut exaltantur caeli, & terra, sic exaltata sunt via mea à viis vestris.* D. 3. de ss. Simone & Juda, n. 5.
 Cap. 61. v. 3. *Et eris corona gloria in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* D. 1. de S. Stephano, n. 1.
 Cap. 65. v. 2. *Tota die expandi manus meas ad populum incredulum.* disc. 2. de S. Andrea, n. 14.
 Cap. 66. v. 12. *Ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis.* disc. 2. de S. Carolo Borromeo, n. 7. & Disc. 3. de S. Joan. Apost. n. 2.*

J E R E M I Æ.

- Cap. 1. v. 18. *Ego quippe dedi te hoīe in columnam ferream, & in murum æneum.* disc. 3. de S. Martino, nu. 7 & disc. 5. de S. Lucia, n. 5.
 Cap. 9. v. 2. *Ascendit mors per fenestras nostras.* D. 5. de S. Lucia, n. 7.
 Cap. 22. v. 29. *Terra, terra, terra, audi sermonem Domini.* disc. 1. de ss. Simone & Juda, n. 1.
 Cap. 31. v. 22. *Fœmina circumdabit virum.* disc. 3. de Nativitate Christi, n. 6.

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

cap. 49 v. 15. *Ecce enim parvulum dedi te in gentibus, contemptibilem inter homines.* D. 10. de Nativit. Christi, n. 4.

cap. 4. v. 9. *Sicut populus, sic sacerdos.* D. 2. de s. Carolo Borromæo, n. 3.

THRENORUM.

Cap. 1. v. 12. *Attendite & videte si est dolor sicut dolor meus.* D. 16. de s. Francisco, numer. 4.

Cap. 2. v. 13. *Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* D. 5. de s. Martino, n. 12.

EZECHIELIS.

Cap. 2. v. 6. *Increduli & subversores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.* D. 4. de s. Martino, n. 1.

cap. 3. v. 17. *Fili hominis, speculatorem dedi te domus Israel.* D. 2. de s. Carolo Borromæo, n. 6.

cap. 13. v. 5. *Non ascendisti ex adverso, neque apposuisti murum pro domo Israel.* D. 3. de s. Martino, n. 13.

cap. 28. v. 12. *Tu signaculum similitudinis.* D. 10. de s. Francisco, nu. 2. D. 6. de s. Stephano, n. 6.

versu eodem *Plenus sapientiâ & perfectus decore in deliciis paradisi.* D. 1. de s. Catharina, n. 3.

cap. 29. v. 3. *Pharao Rex Ægypti, draco magne.* D. 4. de s. Sylvestro, n. 5.

cap. 34. v. 5. & 6. *Dispersa sunt oves mee, & quod non esset pastor. Erraverunt greges mei in cunctis montibus.* D. 2. de s. Carolo Borromæo, n. 2.

DANIELIS.

Cap. 2. v. 35. *Contrita sunt pariter ferrum, testis, as, argentum & aurum, & lapis factus est mons magnus, & implevit universam terram.* D. 3. de s. Sylvestro, n. 2.

cap. 4. v. 20. *Succidite arborem, attamen germen radicem ejus in terra admittite.* D. 1. de Conceptione B. V. n. 4.

cap. 12. v. 3. *Qui ad justitiam erudiunt multos quasi stella in perpetuas æternitates.* D. 3. de s. Francisco, nu. 12 & D. 2. de s. Catharina, n. 5.

OSEÆ.

Cap. 4. v. 20. *Sponsabo te mihi in fide.* D. 5. de s. Lucia, n. 1. D. 5. de s. Catharina, n. 2.
Anast. Sanctuarii Tom. IV.

JOEL.

AMOS.

Cap. 7. v. 7. *Ecce Dominus stans super murum.* D. 7. de omnibus Sanctis, n. 4.

HABACUC.

Cap. 3. v. 2. *In medio annorum notum facies.* D. 2. de Nativ. Christi, n. 6.

v. 4. *Cornua in manibus ejus.* D. 2. de s. Stephano, n. 5.

v. 5. *Ibi abscondita est fortitudo ejus.* ibid.

v. 10. *Dedit abyssus vocem suam.* D. 1. de sancto Thoma, n. 1. D. 4. de Conceptione B. V. num. 6.

AGGÆI.

Cap. 1. v. 8. *Qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.* D. 10. de s. Francisco, n. 10.

cap. 2. v. 8. *Veniet desideratus cunctis gentibus.* D. 2. de Nativ. Christi, n. 2.

ZACHARIÆ.

Cap. 1. v. 12. *Angelus Domini dixit: Domine exercituum, usquequò non misereberis Ierusalem & urbium Iuda, quibus iratus es?* D. 9. de s. Carolo Borromæo, n. 5.

cap. 3. v. 9. *Super lapidem unum septem oculi sunt.* D. 1. de s. Lucia, n. 2.

cap. 4. v. 7. *Educet lapidem primum, & exaquabit gratiam gratia ejus.* D. 5. de s. Andrea, n. 3. D. 6. de s. Stephano, n. 5.

I. MACHABÆORUM.

Cap. 6. v. 34. *Elephantis ostenderunt sanguinem uræ & mori, ad acuendos eos in prælium.* D. 8. de s. Stephano, n. 4.

cap. 10. v. 43. *Quicumque confugerunt in templum, quod est in Ierusalem, obnoxii Regni*

M m m

omni

I N D E X

omni negotio dimittantur, d. 7. de Concept.
B. V. n. 12.

II. MACHABÆORUM.

Cap. 15. v. 14. *Hic est qui multum orat pro populo, & uni versa sancta civitate.* d. 5. de omnibus Sanctis, n. 10.

M A T T H Æ I.

Cap. 5. v. 2. *Aperiens os suum docebat eos.* d. 2. de ss. Simone & Iuda, n. 10.

cap. 6. v. 19. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi arugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur.* d. 5. de sancto Martino, n. 10.

v. 20. *Theaurizate vobis thesauros in caelo, ubi neque arugo, neque tinea demolitur.* ibidem.

v. 28. *Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant, neque nent.* d. 4. de s. Carolo Borromeo, n. 14.

cap. 7. v. 14. *Arcta est via qua ducit ad vitam.* d. 4. de s. Francisco, n. 2.

cap. 8. v. 12. *Filii autem regni ejicientur in tenebras.* d. 3. de s. Innocentibus, n. 3.

v. 20. *Vulpes foveas habent, volucres caeli nidus, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.* d. 3. de s. Andrea, n. 4.

cap. 9. v. 21. *Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero.* d. 10. de s. Francisco, n. 4.

cap. 10. v. 9. *Nolite possidere aurum, neque argentum.* d. 1. de ss. Simone & Iuda, n. 10.

v. 34. *Non veni pacem mittere, sed gladium.* d. 13. de Nativ. Christi, n. 4.

v. 41. *Quicumque potum deaerit uni ex minimis istis, aut calicem aqua frigida tantum, amen dico vobis non perdet mercedem suam.* d. 5. de s. Martino, n. 15.

cap. 11. v. 25. *Confiteor tibi, Pater, Domine caeli & terra, quia abscondisti haec à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* d. 9. de Nativ. Christi, n. 3.

cap. 12. v. 47. *Eccemater tua & fratres tui stant foris quarentes te.* d. 4. de ss. Simone & Iuda, num. 2.

v. 49. *Et extendens manum in discipulos suos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.* ibid.

cap. 16. v. 18. *Et porta inferi non prevalebunt adversus eam.* d. 10. de s. Francisco, n. 11.

cap. 18. 10. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in caelis est.* d. 7. de s. Stephano, n. 10.

cap. 10. v. 26. *Quicumque voluerit inter vos major fieri, fiet vester minister.* d. 10. de sancto Francisco, n. 10.

v. 27. *Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.* ibid.

v. 28. *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* ibid.

cap. 21. v. 7. *Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.* d. 5. de s. Martino, n. 2.

cap. 23. v. 29. *Va vobis Scribae & Pharisei hypocrita, qui edificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta justorum.* d. 6. de omnibus Sanctis, n. 6.

cap. 25. v. 36. *Nudus eram, & cooperuistis me.* d. 5. de s. Martino, n. 11.

v. 49. *Quamdiu uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* d. 2. de s. Sylvestro, n. 3.

cap. 26. v. 65. *Blasphemavit, quid adhuc egemus testibus.* d. 1. de s. Stephano, n. 3.

cap. 27. v. 35. *Super vestem meam miserunt sortem.* d. 2. de s. Andrea, n. 5.

v. 54. *Verè Filius Dei erat iste.* d. 1. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 12.

v. 59. *Ioseph involvit illud in syndone munda.* d. 2. de Nativitate Christi, n. 5.

cap. 28. v. 10. *Ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galileam.* d. 4. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 1. Item d. 5. de s. Iudaeo, n. 5. Item d. 3. de s. Ioanne, n. 2.

M A R C I.

Cap 8. v. 39. *Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt morsem.* d. 3. de sancto Ioanne, num. 5.

cap. 9. v. 49. *Habete in vobis sal.* d. 8. de sancto Francisco, n. 7.

cap. 15. v. 39. *Videns autem Centurio, quia scclamans expirasset, ait: Verè hic homo Filius Dei erat.* d. 1. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 12.

cap. 16. v. 1. *Emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum.* d. 2. de s. Andrea, n. 12.

v. 15. *Euntes in mundum universum predicate Evangelium omni creatura.* d. 6. de s. Andrea, n. 1.

LUCÆ.

LUCÆ.

- cap. 2. 19. Et omnes qui audierunt, mirati sunt
qua dicta erant à pastoribus ad ipsos. D. 3.
de Nativ. Christi, n. 5.
- cap. 3. 11. Qui habet duas tunicas, det unam non
habenti D. 5. n. 11.
- cap. 4. 10. Ipse autem transiens per medium il-
lorum ibat. D. 1. de s. Innocentibus, n. 2.
- cap. 5. 1. Cum turba irruerent in eum, ut audi-
rent verbum Dei. D. 10. de s. Francisco
num. 13.
- v. 8. Exi à me quia homo peccator sum. D. 3. de
s. Andrea, n. 1. Item D. 4. de sancto Ioanne,
num. 7.
- cap. 6. 15. Simon qui cognominatur Zelotes.
D. 2. de sanctis Apollolis Simone & Iuda, nu-
mer. 1.
- v. 19. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.
D. 10. de s. Francisco, n. 14.
- cap. 8. 14. Quod autem in spinas ceciderit, hi sunt
qui à solitudinibus, & divitiis, & volu-
ptatibus vita euntes suffocantur, & non re-
ferunt fructum. D. 15. de s. Francisco, num. 6.
Item D. 4. de s. Carolo, n. 10.
- cap. 9. 58. Vulpes foveas habent, & volucres cœ-
li nidos, filius autem hominis non habet ubi
caput suum reclinet. D. 3. de s. Ioanne Apo-
stolo, n. 1. Item D. 1. de Nativit. Christi, n. 1.
- cap. 10. 11. In quamcumque autem civitatem
intra veritis, & non susceperint vos, exeun-
tes in plateas ejus dicite; etiam pulverem qui
adhasit nobis de civitate vestra, extergimus
in vos. D. 5. de ss. Apostoli: Simone & Iuda,
num. 7.
- v. 38. Intra vit Iesus in quoddam castellum, &
mulier quaedam Martha nomine excepit il-
lum in domum suam, & huic erat soror no-
mine Maria. D. 11. de Conceptione B. V. M.
num. 8.
- cap. 11. 18. Si autem sathanas in seipsum divi-
sus est. D. 3. de ss. Apostolis Simone & Iuda,
num. 3.
- cap. 12. 19. Anima mea habes multa bona po-
sita in annos plurimos, requiesce, comede, bi-
be, epulare &c. D. ult. de s. Sylvestro, n. ult.
- v. 32. Nolite timere pusillus grex, quia compla-
cuit Patri vestro dare vobis regnum. D. 4. de
s. Francisco, n. 0.
- v. 49. Ignem veni mittere in terram, & quid

- volo, nisi ut accendatur. D. 2. de s. Ioanne,
num. 5.
- cap. 14. 33. Sic ergo omnis ex vobis qui non re-
nuntiat omnibus que possidet, non potest
meus esse discipulus. D. 2. de s. Francisco, n. 9.
- cap. 15. 10. Gaudium erit coram Angelis Dei
super uno peccatore pœnitentiam agente.
D. 3. de omnibus Sanctis, n. 4.
- cap. 17. 6. Si habueritis fidem sicut granum sy-
napi, dicetis arbori, eradicare & transplan-
tare in mare, & obediet vobis. D. 1. de s. Ste-
phano, n. 21.
- cap. 19. 40. Dico vobis, quia si hi tacuerint, la-
pides clamabunt. D. 4. de s. Stephano, nu-
mer. 12.
- cap. 23. 4. Nihil invenio causa in hoc homine.
D. 2. de s. Andrea, n. 8.
- v. 41. Nos quidem justè, nam digna factis recipi-
mus: hic verò nihil mali gessit. D. 2. de
s. Andrea, n. 8.
- v. 46. Clamans Iesus vos voce magnâ ait: Pater, in
manus tuas commendo spiritum meum. D. 2.
de s. Andrea, n. 13.

JOANNIS.

- Cap. 1. v. 12. In propria venit, & sui eum non
receperunt. D. 1. de Nativ. Christi, n. 1.
- v. 18. Unigenitus qui est in sinu Patris. D. 3. de
s. Ioanne, n. 1.
- v. 39. Venite & videte. D. 3. de s. Andrea, n. 3.
- cap. 3. 19. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium
suum unigenitum daret, &c. D. 6. de Nati-
vit. Christi, n. 7.
- cap. 4. 31. Rabbi manduca; ille autem dixit eis:
Ego cibum habeo manducare, quem vos ne-
scitis. D. 5. de s. Andrea, n. 11.
- v. 38. Ego misi vos metere quod vos non labo-
râstis; alii laboraverunt, & vos in labores
eorum introistis. D. 4. de omnibus Sanctis,
num. 3.
- cap. 7. 46. Nunquam sic locutus est homo. D. 10.
de s. Francisco, n. 12.
- cap. 9. 22. Conspiraverant Iudai, ut si quis eum
confiteretur esse Christum, extra synagogam
fieret. D. 5. de s. Andrea, n. 5.
- cap. 10. 2. Qui non intrat per ostium in ovile
ovium sed aliunde, ille fur est & latro. D. 2.
de s. Carolo, n. 4.
- v. 4. Ante eas vadit, & oves illum sequuntur.
D. 2. de s. Carolo, n. 6.

I N D E X

- v. 11. *Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me mea.* d. 2. de s. Carolo, n. 12.
- v. 30. *Sustulerunt ergo lapides Iudai ut lapidarent eum, &c.* d. 6. de sancto Stephano, num. 9.
- cap. 11. v. 47. *Collegerunt ego Pontifices & Pharisai concilium aduersus Iesum.* d. 5. de sancto Stephano, n. 4.
- cap. 12. 31. *Nunc princeps huius mundi ejicietur foras.* d. 2. de s. Francisco, n. 5.
- v. 32. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* d. 2. de s. Andrea, n. 8. Item d. 9. de s. Francisco, n. ult.
- cap. 13. 3. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus* d. 5. de s. Andrea, n. 2.
- v. 16. *Non est seruus major Domino suo.* d. 2. de s. Andrea, n. 1.
- v. 34. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis in vicem sicut dilexi vos.* d. 4. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 1.
- v. 35. *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* d. 3. de s. Andrea, nu. 5. Item d. 2. de s. Thoma Apostolo, n. 3.
- cap. 14. 1. *Non turbetur cor vestrum.* d. 7. de omnibus Sanctis, n. 6.
- v. 12. *Qui credit in me, opera qua ego facio & ipse faciet, & majora horum faciet.* d. 4. de omnibus Sanctis, num. 3. Item d. 1. de s. Andrea, n. 13.
- v. 13. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, &c.* d. 4. de omnibus Sanctis, n. 1.
- v. 11. *Qui diligit me, diligitur à Patre meo.* d. 1. de s. Joanne Apostolo, n. 2. Item d. 4. de s. Apostolis Simone & Iuda.
- v. 15. 3. *Iam vos mundi estis.* d. 2. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 3.
- cap. 16. 33. *In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.* d. 13. de Nativ. Christi, n. 4.
- cap. 17. 11. *Vt unum sint sicut & nos.* d. 4. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 1.
- v. 11. *Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos à malo.* d. 5. de omnibus Sanctis, num. 4.
- cap. 18. 28. *Ipsi non introierunt in pratorium, ut non contaminarentur, sed ut manauerent pascha.* d. 5. de s. Stephano, n. 4.
- cap. 19. 21. *In hortu monumentum novum, in quo nomen quicumque positus fuerat, ibi er-*

- go posuerunt Iesum.* d. 5. de s. Stephano, numer. ult.
- cap. 20. 4. *Currebant duo simul, & ille alius discipulus praecurrat citius Petro.* d. 2. de s. Joanne Apostolo, n. ult.
- cap. 22. 15. *Simon Ioannis diligis me plus his, &c.* d. 2. de s. Carolo, n. 7.
- v. 20. *Exiit sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur, d. 8. de sancto Iohanne, num. 7.*

ACTUUM APOSTOLORUM.

- Cap. 4. 32. *Virtute magnà reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Christi.* d. 1. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 11.
- v. 34. *Neque enim quisquam egens erat inter illos.* d. 5. de s. Francisco, n. 11.
- cap. 7. 55. *Et Iesum stantem à dextris virtutis Dei.* d. 2. de s. Francisco, n. 3.
- cap. 12. 7. *Percussaque latere excitavit eum, dicens: Surge.* d. 8. de s. Carolo, n. 9.
- cap. 13. 46. *Constanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, ecce convertimur ad gentes.* d. 1. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 1.
- cap. 15. 18. *Visum est Spiritui sancto & nobis nihil ultra imponere vobis oneris, quàm haec necessaria, ut abstineatis vos ab immolatione sacrorum & fornicatione.* d. 1. de s. Lucio, n. 6.
- cap. 17. 15. *Nec indigens aliquo.* d. 6. de Nativ. Christi, n. 2.
- cap. 20. 28. *Regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* d. 11. de s. Francisco, num. 2.
- cap. 28. *Accensa pyra reficiebant nos.* d. 8. de s. Carolo Borromæo, n. 9.

EPISTOLÆ AD ROMANOS.

- Cap. 1. v. 16. *Non enim erubescio Evangelium,* d. 3. de ss. Apostolis Simone & Iuda, num. 4. item d. 5. de s. Martino, n. 14.
- v. 24. *Vt contumelias afficiant corpora sua, sibi characteres & unctiones insurgunt, in conserationibus idolorum.* d. 8. de s. Francisco, num. 4.
- cap. 3. v. 23. *Omnes enim peccaverunt, & egenae gloriæ Dei.* d. 12. de Nativ. Christi, n. 3.

- cap. 5. v. 1. *Iustificati ergo ex fide pacem habemus apud Deum.* D. 13. de Nativ. Christi. nu. 5.
- v. 8. *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.* D. 6. de Nativ. Christi, n. 3.
- v. 8. *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis.* D. 6. de Nativ. Christi, n. 8.
- cap. 6. v. 6. *Vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati.* D. 12. de s. Francisco, n. 4.
- cap. 8. v. 18. *Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis.* D. 2. des. Catharina V. & M. n. 4. item D. 8. de s. Stephano, n. 5.
- v. 21. *Liberavit nos à servitute in liberationem gloria filiorum Dei.* D. 16. des. Francisco, n. 9.
- v. 19. *Nam quos præcivit & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut scilicet primogenitus in multis fratribus.* D. 6. de s. Stephano, n. 2. item D. 11. des. Francisco, nu. 16.
- v. 32. *Pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo etiam cum illo omnia bona donavit.* E. 13. de Nativ. Christi, n. 1. item D. 5. de Nativ. nu. 7.
- v. 35. *Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio? an angustia?* &c. D. 1. de s. Carolo, n. 9.
- v. 37. *Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.* D. 1. de s. Andrea, n. 4.
- cap. 12. v. 1. *Gaudere cum gaudentibus, flere cum stentibus.* D. 1. de omnibus Sanctis, n. 1.
- cap. 13. v. 9. *Qui enim diligit proximum, legem implevit.* D. 3. de s. Lucia V. & M. n. 7.
- v. 12. *Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* D. 4. de s. Lucia, n. 4.
- v. 14. *Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus.* D. 7. de s. Catharina, n. 4.
- cap. 3. v. 2. *Tanquam parvulus lac vobis potum dedi.* D. 1. de s. Catharina, n. 9. item D. 1. de s. Carolo, n. 11.
- v. 9. *Dei edificatio estis.* D. 6. de s. Stephano, n. 1.
- v. 10. *Vt sapiens architectus fundamentum posui.* D. 6. des. Stephano, n. 4. item D. 7. de Concept. B. V. M. n. 4.
- cap. 4. v. 13. *Facti sumus omnium peripsema usque adhuc.* D. 7. de s. Carolo, n. 2.
- cap. 8. v. 1. *Scientia inflat, charitas verò edificat.* D. 1. des. Catharina, n. 1.
- cap. 9. v. 19. *Cum liber essem ex omnibus me omnium servum feci, ut plures lucrifacerem.* D. 3. des. Carolo, n. 2.
- cap. 10. v. 11. *Omnia in figura contingebant illi.* D. 1. de s. Francisco, n. 1.
- Per omnia autem omnibus placeo, non querens quod mihi utile est.* D. 2. de s. Sylvestro, n. 5.
- v. 31. *Si nosmetipsos iudicavimus, non utique iudicemur.* D. 2. des. Martino, n. ult.
- v. 4. *Divisiones ergo gratiarum sunt, alii datur sermo sapientia, &c.* D. 9. de s. Francisco, n. 1. item D. 3. des. Stephano, n. 21.
- cap. 12. v. 9. *Gratia sanitatum, operatio virtutum, prophetia, discretio spirituum, interpretatio sermonum.* D. 1. de s. Carolo, n. 12.
- cap. 13. v. 4. *Charitas patiens est, benigna est, charitas non amittitur, non agit perperam.* D. 1. de s. Carolo, n. 1.
- cap. 15. v. 9. *Non sum dignus vocari Apostolus.* D. 3. de s. Andrea, n. 1.
- v. 14. *Si Christus non resurrexit, inanis est ergo predicatio nostra.* D. 5. de s. Thoma, n. 1.
- v. 22. *In Adam omnes moriuntur.* D. 6. de Concept. B. V. M. n. 8.

AD CORINTHIOS II.

- Cap. 1. v. 17. *Non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi.* D. ult. de s. Andrea, nu. ult.
- v. 27. *Infirmam mundi elegit Deus ut confundat sapientes; & infirmam mundi elegit Deus, ut confundat fortia.* D. 2. de s. Francisco, n. 1.
- cap. 2. v. 4. *Sermo meus non in persuasibilibus humana sapientia verbis, sed in ostensione virtutis & spiritus.* D. 1. de s. Catharina, n. 2.
- Cap. 2. v. 14. *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiam manifestat per nos in omni loco.* D. 1. de s. Andrea, n. 6.
- v. 15. *Christi bonus odor sumus.* D. 6. de s. Andrea, n. 8.
- cap. 3. v. 6. *Idoneat nos fecit ministros.* D. 3. de s. Andrea, n. 3.
- v. 10. *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & vitam Iesu manifestetur*

- festetur in corporibus nostris*, D. 15. des. Francisco, n. 4.
- cap. 4. v. 17. *Id enim quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis nostra*, &c. D. 1. de s. Lucia, n. 8.
- cap. 6. v. 10. *Sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes*, D. 4. de s. Francisco, n. 4.
- cap. 8. v. 9. *Propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis*, D. 3. de s. Ioanne, n. 1.
- cap. 12. v. 4. *Raptus est in caelum, audivit arcana verba qua non licet homini loqui*, D. 2. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 2.
- cap. 13. v. 13. *An experimentum quaritis ejus, qui in me loquitur Christus?* D. 3. de s. Catharina, n. 4.

AD GALATAS.

- Cap. 1. v. 10. *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem*, D. 5. de s. Martino, n. 14.
- cap. 2. v. 9. *Cephas & Ioannes qui videbantur columna esse*, D. 9. de s. Ioanne, n. 1.
- cap. 3. v. 27. *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis*, D. 5. de s. Martino, n. 9.
- cap. 4. v. 19. *Filioli mei quos iterum parturio*, D. 3. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 4.
- cap. 5. v. 23. *Fruitus autem spiritus & charitas, gaudium, pax*, &c. D. 3. de s. Stephano, n. 10. item D. 1. de s. Carolo, n. 12.
- v. 24. *Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis suis*, D. 16. de s. Francisco, n. 4.

AD EPHESIOS.

- Cap. 2. v. 19. *Iam non estis hospites & advena, sed estis cives sanctorum*, &c. D. 6. de s. Stephano, n. 5.
- cap. 5. v. 2. *Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis*, D. 1. de s. Andrea, num. 6.
- v. 26. *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret*, D. 16. de s. Francisco, n. 10.
- v. 32. *Sacramentum hoc magnum, ego autem dico in Christo & in Ecclesia*, D. 5. de s. Andr. n. 7.
- cap. 6. v. 6. *Quasi hominibus placentes*, D. 2. de s. Sylvestro, n. 5.

- Cap. 1. v. 21. *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum*, D. 4. de s. Martino, n. unico in fine.
- cap. 2. v. 5. *Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu*, D. 13. de s. Francisco, n. 9.
- v. 15. *Simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prava & perversa, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo*, D. 3. de s. Francisco, nu. 10. item D. 4. de s. Carolo, num. 19.
- cap. 3. v. 8. *Omnia arbitror ut stercora, ut Christum lucrificiam*, D. 8. de s. Francisco, n. 3. item D. 3. de s. Lucia, n. ultimo.
- v. 18. *Multi enim ambulant quos sepe dicebam vobis, nunc autem & sensus dico, inimicos crucis Christi*, D. 4. de s. Andrea, n. ult.
- v. 21. *Reformabit corpus humilitatis nostra configuratum corpori claritatis suae*, D. 3. de s. Carolo, n. 14. Item D. 13. de s. Francisco, n. 1.
- cap. 4. v. 1. *Gaudium meum & corona mea*, D. 1. de s. Stephano, n. 1.
- v. 13. *Omnia possum in eo qui me confortat*, D. 1. de s. Catharina, n. 5.

AD COLOSSENSES.

- Cap. 1. v. 20. *Ipse est caput corpus Ecclesiae, complacuit per eum omnia reconciliare*, &c. D. 11. de s. Francisco, n. 2.
- v. 24. *Adimpleo ea qua desunt passioni Christi in corpore meo*, D. 15. de s. Franc. nu. 4. Item D. 5. de s. Andr. n. 9. Itē D. 14. de s. Franc. n. 6.
- cap. 2. v. 3. *In quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae*, D. 1. de s. Thoma, n. 3.
- cap. 4. v. 6. *Sermo vester cum gratia semper sit sale conditus*, D. 8. de s. Francisco, n. 7.

AD THESSALONICENSES I.

- Cap. 4. v. 3. *Hac est enim voluntas Dei sanctificatio vestra*, &c. D. 9. de s. Joanne, n. 1.
- I. AD TIMOTHEUM.
- Cap. 1. v. 13. *Prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus*, D. 3. de omnib. Sanctis, n. 4.
- cap. 3. v. 15. *Ecclesia Dei viri columna, & firmamentum veritatis*, D. 9. de s. Lucia, n. 11. cap. 6.

cap. 6. v. 8. *Habentes autem alimenta & quibus regamur, his contenti simus.* D. 7. de des. Carolo, n. 8. v. 16. *Lucem inhabitat inaccessibilem.* D. 3. de s. Lucia, n. 4.

II. AD TIMOTHEUM.

Cap. 2. v. 3. *Labora sicut bonus miles Iesu, &c.* D. 1. de s. Martino, n. ult.

AD TITUM.

Cap. 2. v. 12. *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, &c.* D. 1. de Nativ. Christi, nu. 9. item D. ult. de ead. n. ult.

AD HEBRÆOS.

Cap. 1. v. 4. *Tantò melior Angelus effectus, quantò differentius pra illis nomen hereditavit.* D. 6. d. Conceptione B. V. M. n. 4.

v. 6. *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terra, dicit & adorent eum omnes Angeli Dei.* D. 3. de Nativ. Christi, n. 2.

v. 14. *In ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis.* D. 9. de s. Carolo, numer. 4.

cap. 2. v. 9. *Videmus Iesum per passionem mortis, gloriâ & honore coronatum.* n. 4. de sancto Andrea, n. 4.

cap. 11. v. 24. *Moyse grandus factus negavit se esse filium filia Pharaonis, &c.* D. 9. de s. Carolo, n. 7. item D. 7. de s. Francisco, n. 10.

v. 38. *Quibus dignus non erat mundus.* D. 4. de omnibus Sanctis, n. 2.

cap. 12. v. 1. *Per patientiam curramus.* D. 8. de s. Stephano, n. 3.

cap. 13. v. 13. *Improprium ejus portantes.* D. 5. de sancto Martino, n. 14.

EX EPISTOLA S. JACOBI.

Cap. 3. v. 2. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* D. 8. de s. Carolo, n. 4.

v. 2. *In multis offendimus omnes.* D. 6. de Conceptione, n. 9.

v. 17. *Qua de sursum est sapientia primum quidem pudica est.* D. 6. de s. Ioanne, n. 5.

I. PETRI.

Cap. 2. v. 5. *Tanquam lapides vivi superadificamini.* D. 4. de s. Stephano, n. 6. item D. 6. de s. Stephano, n. 9.

v. 7. *Lapis quem reprobantur edificantes, hic factus est in caput anguli.* D. 6. de s. Stephano, n. 3.

v. 9. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium.* D. 1. de s. Sylvestro, n. 1.

v. 23. *Cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur.* D. 5. de s. Stephano, n. 6.

v. 24. *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum.* D. 5. de s. Andrea, n. 19.

Cap. 4. v. 8. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* D. 4. de ss. Simone & Iuda, n. ult.

v. 10. *Vnusquisque sicut gratiam accepit in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratia.* D. 3. de sancto Andrea, n. 6.

Cap. 5. v. 13. *Salutat vos Ecclesia qua est in Babylone collecta.* D. 4. de s. Sylvestro, n. 5.

II. PETRI.

Cap. 1. v. 15. *Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum ut horum memoriam faciatis.* D. 5. de omnibus Sanctis, num. 10.

I. JOANNIS APOSTOLI.

Cap. 1. v. 1. *Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostra contractaverunt, testamur.* D. 3. de s. Thoma, n. 1. Item D. 7. de s. Joanne, n. 4. 1.

cap. 2. v. 16. *Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* D. 5. de Nativit. Christi, n. 3.

cap. 4. v. 1. *Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint.* D. 5. de sancto Thoma, n. 2.

v. 17. *Deus charitas est & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* D. 15. de s. Francisco, n. 1.

v. 18. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* D. 2. de sancto Thoma, n. 3.

v. 10. *In hoc apparuit charitas Dei non quasi dilexerunt*

INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

lexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. D. 3. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 5.

APOCALYPSIS.

- Cap. 1 v. 14. *Caput autem ejus & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix.* D. 7. de omnibus Sanctis, n. 2.
- cap. 2. v. 1. *Angelo Ephese scribe.* D. 9. de s. Carolo, n. 2.
- v. 9. *Scio paupertatem tuam; sed dives es.* D. 5. de s. Francisco, n. 4.
- v. 18. *Qui vicerit, dabo illi stellam matutinam,* D. 2. de s. Francisco, n. 1.
- cap. 3. v. 12. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei.* D. 11. de s. Francisco, n. 5. item D. 5. de s. Lucia, n. 5.
- cap. 4. v. 1. *Et ecce ostium apertum in caelo, & vox prima, quam audiui, dicens: ascende huc.* D. 8. de s. Joanne, n. 6.
- cap. 5. v. 9. *Dignus es aperire librum, & solvere signacula ejus.* D. 1. de S. Thoma, n. 4.
- v. 10. *Fecisti nos Deo nostrum regnum.* D. 1. de s. Stephano, n. 1.
- cap. 12. v. 1. *Signum magnum apparuit in caelo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim.* D. 6. de Innocentibus, n. 2.

- v. 3. *Et visum est aliud signum in caelo, & ecce draco magnus.* D. 4. de Concept. B. V. M. num. 5.
- v. 6. *Mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum preparatum à Deo.* D. 6. de ss. Innocentibus, n. 2.
- cap. 14. v. 4. *Hi sequuntur agnum quocumque ierit.* D. 3. de s. Lucia, n. 4.
- cap. 16. v. 13. *Et vidi de ore draconis spiritus tres immundos.* D. 3. de s. Sylvestro Papa, num. 5.
- cap. 17. v. 5. *Babylon magna mater fornicationum & abominationum terra.* D. 1. de ss. Apostolis Simone & Iuda, n. 2.
- cap. 19. v. 10. *Vide ne feceris, conservus enim tuus sum.* D. 4. de s. Joanne, n. 5.
- v. 12. *In capite ejus diademata multa.* D. 4. de omnibus Sanctis, n. 3. item D. 1. de s. Stephano, n. 1.
- cap. 20. v. 1. *Et vidi Angelum descendens de caelo.* D. 3. de s. Stephano, n. 2.
- cap. 21. v. 20. *Decimum chrysopterus, undecimum hyacinthus.* D. 4. de ss. Apostolis Simone & Iuda, num. 1. item D. 5. de iisdem num. 8.
- v. 27. *Non intrabit in eam aliquis coingui-natum.* D. 7. de Nativitate Circuli, n. 3.

FINIS TOMI QUARTI.



38. Journal of the ...
... ..
... ..

Del Ordo de la Compañia de Nro. Sr. de Sionada 33

